Τῶν δὲ ἀνὰ τὴν πόλιν Ἰουδαίων τὸ πλῆθος ποικίλως ἐτετάρακτο. Καὶ γὰρ περὶ τὸν ναὸν ἀθροιζόμενον τὸ ἀσθενέστερον εὐδαίμονα καὶ πολλῷ θειωδέστερον τὸν τελευτήσοντα πρὸς τοὺς καιροὺς ἐλογοποίει· καὶ τῶν τολμηροτέρων κατὰ στῖφος ἦσαν λῃστεῖαι πολύτροποι, καὶ μάλιστα περὶ τὴν πόλιν ἁρπαζόντων, ἐπειδὴ μήτε ἵπποις μήτε ἀνδράσιν ὑπελέλειπτο τροφή. Τοῦ γε μὴν μαχίμου τὸ εὐτακτότερον ἐτέτακτο πρὸς ἄμυναν τῆς πολιορκίας, τούς τε χωννύντας εἶργον ἀπὸ τοῦ τείχους, καὶ τοῖς ὀργάνοις ἀντιμηχανώμενον ἀεί τι κώλυμα καινότερον. Ἐν οὐδενὶ δὲ οὕτως ὡς ἐν ταῖς μεταλλείαις περιῆσαν τῶν πολεμίων.

βʹ. Τῷ δὲ βασιλεῖ πρὸς μὲν τὰς λῃστείας ἀντεπενοήθησαν λόχοι, δι' ὧν ἀνέστελλε τὰς διεκδρομάς· πρὸς δὲ τὴν τῶν ἐπιτηδείων ἀπορίαν, αἱ πόρρωθεν συγκομιδαί. Τῶν δὲ μαχομένων περιῆν τῇ Ῥωμαίων ἐμπειρίᾳ, καίτοι τόλμης οὐδεμίαν καταλιπόντων ὑπερβολήν. Φανερῶς μὲν οὖν οὐ συνερρήγνυντο τοῖς Ῥωμαίοις ἐπὶ προὔπτῳ τῷ θανάτῳ, διὰ δὲ τῶν ὑπονόμων ἐν μέσοις αὐτοῖς ἐξαπίνης ἐφαίνοντο, καὶ πρὶν κατασεισθῆναί τι τοῦ τείχους, ἕτερον ἀντωχύρουν· καθόλου τε εἰπεῖν οὔτε χερσὶν οὔτε ἐπινοίαις ἔκαμνον, εἰς ἔσχατον ἀντισχεῖν διεγνωκότες. Ἀμέλει τηλικαύτης δυνάμεως περικαθεζομένης πέντε μησὶ διήνεγκαν τὴν πολιορκίαν, ἕως τῶν Ἡρώδου τινὲς ἐπιλέκτων ἐπιβῆναι τοῦ τείχους θαρρήσαντες, εἰσπίπτουσιν εἰς τὴν πόλιν, ἐφ' οἷς ἑκατοντάρχαι Σοσσίου. Πρῶτα δὲ τὰ περὶ τὸ ἱερὸν ἡλίσκετο, καὶ τῆς δυνάμεως ἐπιχυθείσης πανταχοῦ φόνος ἦν μυρίος, τῶν μὲν Ῥωμαίων ἐπὶ τῇ τριβῇ τῆς πολιορκίας διωργισμένων, τοῦ δὲ περὶ Ἡρώδην Ἰουδαϊκοῦ μηδένα ὑπολιπέσθαι σπεύδοντος ἀντίπαλον. Ἐσφάττοντο δὲ παμπληθεῖς, ἔν τε τοῖς στενωποῖς καὶ κατὰ τὰς οἰκίας συνωθούμενοι, καὶ τῷ ναῷ προσφεύγοντες· ἦν δὲ οὔτε νηπίων οὔτε γηραιῶν ἔλεος, οὔτε ἀσθενείας γυναικῶν· ἀλλὰ καίτοι γε περιπέμποντος τοῦ βασιλέως καὶ φείδεσθαι παρακαλοῦντος, οὐδεὶς ἐκράτησε τῆς δεξιᾶς, ἀλλ' ὥσπερ μεμηνότες πᾶσαν ἡλικίαν ἐπεξῄεσαν. Ἔνθα καὶ Ἀντίγονος, μήτε τῆς πάλαι μήτε τῆς τότε

CAP. XVIII. (XIII.)

Judæorum autem, qui in urbe erant, multitudo varie perturbata fuit. Nam circa templum congregati imbelliores prædicabant, si temporum ratio habeatur, felicem esse qui mortem oppeteret, longeque diviniori mente præditum: et qui audaciores erant, in turmas collecti, multis modis latrocinia exercebant, maximeque loca urbi propinqua diripiunt, postquam nec equis nec hominibus supererant alimenta. Verum ex iis qui in aciem prodirent magis exercitati ad obsessores depellendos erant constituti, aggeresque excitantes a mœnibus arcebant, machinis eorum quod obstaret semper novi aliquid excogitando. In nulla autem re æque ac cuniculis hostibus superiores erant.

2. Ceterum rex ad latrocinia quidem tollenda occultas adhibuit insidias, quibus excursus reprimebat; ad necessariorum vero inopiam levandam res e longinquo comportandas curavit. Pugnantes autem superabat Romanorum peritia, quamvis nihil summa audacia non tentatum reliquerint. Et quidem aperte cum Romanis, quippe certo perituri, non confligebant; verum ex improviso per cuniculos in medio illorum sese ostendebant: et priusquam muri aliqua pars everteretur, alteram ejus vice in munimentum erigebant. In summa neque manibus operando neque machinas excogitando defatigabantur, ut qui usque ad ultimum resistere decreverint. Denique, tanto exercitu circumsedente, per quinque menses obsidium toleraverunt, donec quidam ex Herodianis lecti homines, muros conscendere ausi, in urbem irrumperent, et deinde Sossii centuriones. Primo autem ea quæ fano proxima capta erant, infusoque exercitu plurima ubique facta est cædes, Romanis quidem ob obsidionis moram iratis, Herodianis vero Judæis nullum adversarium relinquere studentibus. Ita quamplurimi in angiportibus, et in domos constipati, et in templo refugium quærentes jugulabantur. Nec parvulorum nec senum misertum est; nec mulieribus, quanquam viribus imbecillis, parcebant: ac quamvis rex undique mitteret, et ut parceretur oraret, nemo dextram continuit, sed tanquam rabiosi in omnem ætatem sævierunt. Adeoque Antigonus, neque prioris neque præsentis fortunæ memor, ex

τύχης ἔννοιαν λαβὼν, κάτεισι μὲν ἀπὸ τῆς βάρεως, προσπίπτει δὲ τοῖς Σοσσίου ποσί. Κἀκεῖνος, μηδὲν αὐτὸν οἰκτείρας πρὸς τὴν μεταβολὴν, ἐπεγέλασέ τε ἀκρατῶς καὶ Ἀντιγόνην ἐκάλεσεν· οὐ μὴν ὡς γυναῖκά γε καὶ φρουρᾶς ἐλεύθερον ἀφῆκεν, ἀλλ' ὁ μὲν δεθεὶς ἐφυλάττετο.

γ'. Πρόνοια δὲ ἦν Ἡρώδῃ κρατοῦντι τῶν πολεμίων τότε κρατῆσαι καὶ τῶν ἀλλοφύλων συμμάχων· ὥρμητο γὰρ τὸ ξενικὸν πλῆθος ἐπὶ θέαν τε τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν κατὰ τὸν ναὸν ἁγίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς μὲν παρακαλῶν, τοῖς δὲ ἀπειλούμενος, ἔστι δὲ οὓς καὶ τοῖς ὅπλοις ἀνέστελλεν, ἥττης χαλεπωτέραν τὴν νίκην ὑπολαμβάνων, εἴ τι τῶν ἀθεάτων παρ' αὐτῶν ὀφθείη. Διεκώλυσε δὲ ἤδη καὶ τὰς κατὰ τὴν πόλιν ἁρπαγὰς, πολλὰ διατεινάμενος πρὸς Σόσσιον, εἰ χρημάτων τε καὶ ἀνδρῶν τὴν πόλιν Ῥωμαῖοι κενώσαντες, καταλείψουσιν αὐτὸν ἐρημίας βασιλέα, καὶ ὡς ἐπὶ τοσούτων πολιτῶν φόνῳ, βραχὺ καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν ἀντάλλαγμα κρίνοι. Τοῦ δὲ ἀντὶ τῆς πολιορκίας τὰς ἁρπαγὰς δικαίως τοῖς στρατιώταις ἐπιτρέπειν φαμένου, αὐτὸς ἔφη διανεμεῖν ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων τοὺς μισθοὺς ἑκάστοις. Οὕτω τε τὴν λοιπὴν ἐξωνησάμενος πατρίδα, τὰς ὑποσχέσεις ἐπλήρωσε. Λαμπρῶς μὲν γὰρ ἕκαστον στρατιώτην, ἀναλόγως δὲ τοὺς ἡγεμόνας, βασιλικώτατα δὲ αὐτὸν ἐδωρήσατο Σόσσιον, ὡς μηδένα χρημάτων ἀπελθεῖν δεόμενον. Σόσσιος δὲ, χρυσοῦν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ στέφανον, ἀνέζευξεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων, ἄγων δεσμώτην Ἀντίγονον Ἀντωνίῳ. Τοῦτον μὲν οὖν, φιλοψυχήσαντα μέχρις ἐσχάτου διὰ ψυχρᾶς ἐλπίδος, ἄξιος τῆς ἀγεννείας πέλεκυς ἐκδέχεται.

δ'. Βασιλεὺς δὲ Ἡρώδης, διακρίνας τὸ κατὰ τὴν πόλιν πλῆθος, τοὺς μὲν τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας εὐνουστέρους ταῖς τιμαῖς καθίστατο, τοὺς δὲ Ἀντιγονείους ἀνῄρει· καὶ κατὰ σπάνιν ἤδη χρημάτων ὅσον εἶχε κόσμον κατανομιστεύσας, Ἀντωνίῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἀνέπεμψεν. Οὐ μὴν εἰσάπαξ ἐξωνήσατο τὸ μηδὲν παθεῖν· ἤδη γὰρ Ἀντώνιος τῷ Κλεοπάτρας ἔρωτι διεφθαρμένος ἥττων ἦν ἐν πᾶσι τῆς ἐπιθυμίας. Κλεοπάτρα δὲ διεξελθοῦσα τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῆς, ὡς μηδένα τῶν ἀφ' αἵματος ὑπολείπεσθαι, τὸ λοιπὸν περὶ τοὺς ἔξωθεν ἐφόνα· καὶ τοὺς ἐν τέλει Σύρων διαβάλλουσα πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀναιρεῖν ἔπειθεν, ὡς ἂν τῶν κτήσεων ἑκάστου ῥᾳδίως γενομένη δεσπότις. Ἔτι δὲ ἐκτείνουσα τὴν πλεονεξίαν ἐπὶ Ἰουδαίους καὶ Ἄραβας, ὑπειργάζετο τοὺς ἑκατέρων βασιλεῖς Ἡρώδην καὶ Μάλιχον ἀναιρεθῆναι.

ε'. Μέχρι γοῦν τῶν προσταγμάτων ἐπινεύσας Ἀντώνιος τὸ κτεῖναι μὲν ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ βασιλεῖς τηλικούτους ἀνόσιον ἡγεῖτο, τὸ δὲ τούτων ἔγγιον φίλος εἶναι διεκρούσατο. Πολλὰ δὲ τῆς χώρας αὐτῶν ἀποτεμόμενος, καὶ δὴ καὶ τὸν ἐν Ἱεριχοῦντι φοινικῶνα, ἐν ᾧ γεννᾶται τὸ βάλσαμον, δίδωσιν αὐτῇ, πόλεις τε, πλὴν Τύρου καὶ Σιδῶνος, τὰς ἐντὸς Ἐλευθέρου ποταμοῦ πάσας. Ὧν γενομένη κυρία, καὶ προπέμψασα μέχρις

turri descendit, Sossioque ad pedes accidit. Atque ille nihil miseratus mutatam ejus fortunam, intemperanter eum derisit, et Antigonam appellavit: non tamen ut feminam e custodia liberum emisit, sed in vinculis quidem ipsum adservabat.

3. Herodi autem curæ erat, postquam hostes superaverat, alienigenarum auxiliarium vim coercere et moderari: cum impetu enim ferebatur peregrinorum militum vulgus ad templum sacrasque templi res aspiciendas. Verum rex partim precibus, partim minis, nonnullos etiam armis repressit, victoriam clade graviorem existimans, si quid eorum quæ aspici fas non est, ab illis cerneretur. Mox autem et urbem diripi prohibuit, quum Sossium etiam atque etiam interrogasset, utrum Romani, urbe pecunia virisque exinanita, regem se solitudinis essent relicturi: quippe se vel totius orbis imperium tam multorum civium cæde non emendum esse putare. Quumque ille pro obsidionis labore prædam se militibus merito concedere dixisset, respondit Herodes, se sua pecunia mercedem singulis numeraturum. Atque ita patria reliqua redempta, promissum præstitit. Nam et singulos milites magnifice, et duces pro rata parte, et ipsum Sossium plane regie muneratus est, ut nemo divitiarum egens discederet. Post hæc Sossius, corona aurea Deo consecrata, Hierosolyma reliquit, Antigonum vinctum ducens ad Antonium. Et illum quidem, ex vana spe ad extremum usque nimium vitæ cupidum, securis, quam meruit illa animi abjectio, excipit.

4. Rex autem Herodes, quum civium multitudinem discrevisset, suarum quidem partium studiosos sibi magis benevolos reddidit, honoribus eos augendo; verum Antigonianos e medio sustulit: quumque jam pecuniæ inopia laboraret, ex omnibus quæ habebat ornamentis nummos confecit, eosque Antonio et ejus familiaribus misit. Non tamen semel duntaxat pretio impetravit ne quid paterentur: jam enim Antonius perdite amans Cleopatram, in omnibus cupiditatis impotens erat. Cleopatra autem quum in suam familiam sæviisset, ut nemo superesset ei sanguine conjunctus, postea in exteros cæde grassabatur; Syriæque primates apud Antonium criminando, ei persuadebat ut eos interficeret, quo facilius cujusque possessionum fieret domina. Præterea quum in Judæos et Arabas cupiditatem extendisset, occulte moliebatur ut utriusque gentis reges Herodes et Malichus de medio tollerentur.

5. Denique quum in omnibus ei, nisi quod mandata non dedisset, obsequutus esset Antonius, viros quidem bonos tantosque reges occidere nefas ducebat, propemodum vero ab amicitia cum illis inita depulsus est: quippe quum multum terræ ex illorum regione abscidisset, atque etiam quod erat in Hierichunte palmetum, in quo balsamum gignitur, Cleopatræ tribuit, urbesque, præter Tyrum et Sidonem, universas intra flumen Eleutherum sitas. Quorum quum

Εὐφράτου τὸν Ἀντώνιον ἐπιστρατεύοντα Πάρθοις, ἧκεν εἰς Ἰουδαίαν δι' Ἀπαμείας καὶ Δαμασκοῦ. Κἀνταῦθα μεγάλαις μὲν αὐτῆς τὴν δυσμένειαν δωρεαῖς Ἡρώδης ἐκμειλίσσεται, μισθοῦται δὲ καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἀπορραγέντα χωρία διακοσίων ταλάντων εἰς ἕκαστον ἐνιαυτόν. Προπέμπει δὲ αὐτὴν μέχρι Πηλουσίου, πάσῃ θεραπείᾳ καταχρώμενος. Καὶ μετ' οὐ πολὺ παρῆν ἐκ Πάρθων Ἀντώνιος, ἄγων αἰχμάλωτον Ἀρταβάζην τὸν Τιγράνου παῖδα, δῶρον Κλεοπάτρᾳ. Μετὰ γὰρ τῶν χρημάτων καὶ τῆς λείας ἁπάσης ὁ Πάρθος εὐθὺς αὐτῇ ἐχαρίσθη.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Τοῦ δὲ Ἀκτιακοῦ πολέμου συνερρωγότος παρεσκεύαστο μὲν Ἡρώδης Ἀντωνίῳ συνεξορμᾶν, ὡς ἤδη τῶν τε ἄλλων τῶν κατὰ Ἰουδαίαν ἀπηλλαγμένος θορύβων, καὶ κεκρατηκὼς Ὑρκανίας, ὃ δὴ χωρίον ἡ Ἀντιγόνου κατεῖχεν ἀδελφή. Διεκλείσθη γε μὴν πανούργως ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας συμμετασχεῖν τῶν κινδύνων Ἀντωνίῳ· τοῖς γὰρ βασιλεῦσιν, ὡς ἔφαμεν, ἐπιβουλεύουσα, πείθει τὸν Ἀντώνιον Ἡρώδῃ ἐμπιστεῦσαι τὸν πρὸς Ἄραβας πόλεμον, ἵν' ἢ κρατήσαντος, Ἀραβίας, ἢ κρατηθέντος, Ἰουδαίας γένηται δεσπότις, καὶ θατέρῳ τῶν δυναστῶν καταλύσῃ τὸν ἕτερον.

β'. Ἔρρεψε μέντοι καθ' Ἡρώδην τὸ βούλευμα. Πρῶτον μὲν γὰρ ῥύσια πολεμίων ἄγων καὶ πολὺ συγκροτήσας ἱππικὸν ἐπαφίησιν αὐτοῖς περὶ Διόσπολιν, ἐκράτησέ τε καίτοι καρτερῶς ἀντιπαραταξαμένων. Πρὸς δὲ τὴν ἧτταν γίνεται μέγα κίνημα τῶν Ἀράβων· καὶ συναθροισθέντες εἰς Κάναθα τῆς Κοίλης Συρίας ἄπειροι τὸ πλῆθος τοὺς Ἰουδαίους ἔμενον. Ἔνθα μετὰ τῆς δυνάμεως Ἡρώδης ἐπελθὼν ἐπειρᾶτο προμηθέστερον ἀφηγεῖσθαι τοῦ πολέμου, καὶ στρατόπεδον ἐκέλευσε τειχίζειν. Οὐ μὴν ὑπήκουσε τὸ πλῆθος, ἀλλὰ τῇ προτέρᾳ νίκῃ τεθαρρηκότες ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς Ἄραβας καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἐμβολὴν τραπέντας ἐδίωκον. Ἐπιβουλεύεται δὲ Ἡρώδης ἐν τῇ διώξει τοὺς ἐκ τῶν Κανάθων ἐπιχωρίους ἀνέντος Ἀθηνίωνος, ὃς ἦν αὐτῷ τῶν Κλεοπάτρας στρατηγῶν ἀεὶ διάφορος. Πρὸς γὰρ τὴν τούτων ἐπίθεσιν ἀναθαρρήσαντες οἱ Ἄραβες ἐπιστρέφονται, καὶ συνάψαντες τὸ πλῆθος περὶ πετρώδη καὶ δύσβατα χωρία τρέπονται τοὺς Ἡρώδου, πλεῖστόν τε αὐτῶν φόνον εἰργάσαντο. Οἱ δὲ διασωθέντες ἐκ τῆς μάχης εἰς Ὄρμιζα καταφεύγουσιν, ὅπου καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν περισχόντες αὔτανδρον εἷλον οἱ Ἄραβες.

γ'. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς συμφορᾶς βοήθειαν ἄγων Ἡρώδης παρῆν τῆς χρείας ὕστερος. Ταύτης τῆς πληγῆς αἴτιον αὐτῷ τὸ τῶν ταξιαρχῶν ἀπειθὲς κατέστη· μὴ γὰρ ἐξαπιναίου τῆς συμβολῆς γενομένης, οὐκ ἂν Ἀθηνίων εὗρε καιρὸν ἐπιβουλῆς. Ἐτιμωρήσατο μέντοι τοὺς Ἄραβας αὖθις ἀεὶ τὴν χώραν κατατρέχων, ὡς ἀνακαλέσασθαι τὴν μίαν αὐτοῖς νίκην πολλάκις. Ἀμυνομένῳ δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἐπιπίπτει συμφορὰ δαιμόνιος

facta esset domina, et Antonium expeditionem in Parthos facientem usque ad Euphraten deduxisset, per Apameam et Damascum in Judæam venit. Atque hic Herodes magnis muneribus infensum ejus animum mitigavit; quin et loca e regno suo abrupta ducentis talentis annuis sibi locanda esse impetravit : ipsamque omnibus obsequiis demulcens, Pelusium usque deducebat. Ac non multo post ex Parthis aderat Antonius, captivum ducens Artabazen Tigranis filium, donum Cleopatræ daudum. Nam cum pecuniis omnique præda Parthus illi statim donatus est.

CAP. XIX. (XIV.)

Concitato autem bello Actiaco, paratus quidem erat Herodes cum Antonio proficisci, ut qui jam et ceteris per Judæam turbis liberatus esset, et Hyrcania potitus, quod sane castellum Antigoni soror tenebat. Verum callide admodum eum prohibuit Cleopatra, quominus in partem periculorum cum Antonio veniret. Nam regibus, ut diximus, insidias tendens, Antonio persuadet Herodi committere bellum contra Arabas, ut, si vinceret, ipsa Arabiæ; si victus esset, Judææ domina fieret, alterumque dynastarum alterius viribus conficeret.

2. Sed hoc consilium Herodi feliciter cessit. Nam primo quidem vindicias ex hostibus agens, multos equites, quos collegerat, circa Diospolin in eos immittit, et quamvis fortiter resistentes, superavit. Post hanc autem cladem motus ingens inter Arabas exstitit, qui multitudine infiniti ad Canatha Cœles-Syriæ congregati exspectabant Judæos. Ubi cum exercitu superveniens Herodes id agebat ut majori providentia bellum administraret, castraque muro cingi præcipiebat. Non tamen ei paruit multitudo, sed ex victoria priori sumpta audacia, in Arabas impetum fecerunt, et prima aggressione in fugam versos persequebantur. Herodi vero, dum in eos invehitur, struuntur insidiæ, indigenis e Canathis immissis ab Athenione, qui ex Cleopatræ ducibus semper ei fuerat inimicus. Nam ad horum incursum Arabes animis resumptis conversi sunt, junctisque agminibus ad loca petrosa et transitu difficilia Herodianos in fugam conjiciunt, et magnam eorum stragem ediderunt. Qui vero ex prælio evaserunt, Ormiza se recipiunt, ubi Arabes, quum castra eorum circumdedissent, ea cum ipsis hominibus ceperunt.

3. Non multo autem post hanc calamitatem Herodes cum auxiliis aderat, serius quam necessitas poscebat. Hujus cladis causa erant ordinum ductores, qui ei non paruerunt : nisi enim derepente prælium fuisset commissum, occasionem insidiarum non habuisset Athenio. Rursus tamen ultus est Arabas crebris incursionibus fines eorum infestans, adeo ut victoriam unam de se reportatam sæpius rependerit. Sed dum inimicos persequitur, alia fatalis incidit

ἄλλη, κατ' ἔτος μὲν τῆς βασιλείας ἕβδομον, ἀκμάζοντος δὲ τοῦ περὶ Ἄκτιον πολέμου. Ἀρχομένου γὰρ ἔαρος ἡ γῆ σεισθεῖσα βοσκημάτων μὲν πλῆθος ἄπειρον, ἀνθρώπων δὲ τρεῖς διέφθειρε μυριάδας, τὸ δὲ στρατιωτικὸν ἔμεινεν ἀβλαβές· ὕπαιθρον γὰρ ηὐλίζετο. Κἂν τούτῳ τοὺς Ἄραβας ἐπὶ μεῖζον θάρσος ἦρεν ἡ φήμη, προσλογοποιοῦσα τοῖς σκυθρωποῖς ἀεί τι χαλεπώτερον, ὡς πάσης Ἰουδαίας κατερριμμένης. Οἰηθέντες γοῦν ἐρήμου τῆς χώρας κρατήσειν ὥρμησαν εἰς αὐτὴν προθυσάμενοι τοὺς πρέσβεις, οἳ παρὰ Ἰουδαίων ἔτυχον ἥκοντες πρὸς αὐτούς. Πρὸς δὲ τὴν ἐμβολὴν καταπλαγὲν τὸ ἔθνος καὶ μεγέθει συμφορῶν ἐπαλλήλων ἔκλυτον συναγαγὼν Ἡρώδης ἐπειρᾶτο παρορμᾶν ἐπὶ τὴν ἄμυναν, λέγων τοιάδε·

δʹ. « Παραλογώτατά μοι δοκεῖ τὸ παρὸν ὑμῶν καθάπτεσθαι δέος. Πρὸς μέν γε τὰς δαιμονίους πληγὰς ἀθυμεῖν εἰκὸς ἦν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην ἔφοδον πάσχειν ἀνάνδρων. Ἐγὼ γὰρ τοσοῦτον ἀποδέω κατεπτηχέναι τοὺς πολεμίους μετὰ τὸν σεισμὸν, ὥσθ' ὑπολαμβάνειν τὸν Θεὸν Ἄραψι δέλεαρ τοῦτο καθεῖναι τοῦ δοῦναι δίκας ἡμῖν· οὐ γὰρ τοσοῦτον ὅπλοις ἢ χερσὶ πεποιθότες, ὅσον ταῖς αὐτομάτοις ἡμῶν συμφοραῖς ἧκον· σφαλερὰ δὲ ἐλπὶς οὐκ ἐξ ἰδίας ἰσχύος, ἀλλ' ἐξ ἀλλοτρίας ἠρτημένη κακοπραγίας. Οὔτε δὲ τὸ δυστυχεῖν οὔτε τὸ ἐναντίον ἐν ἀνθρώποις βέβαιον, ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν ἐπαμειβομένην εἰς ἑκάτερον τὴν τύχην. Καὶ τοῦτο μάθοιτε ἂν ἐξ οἰκείων ὑποδειγμάτων. Τῇ γοῦν προτέρᾳ μάχῃ κρατούντων ἐκράτησαν ἡμῶν οἱ πολέμιοι, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς νῦν ἁλώσονται κρατήσειν δοκοῦντες. Τὸ μὲν γὰρ ἄγαν πεποιθὸς ἀφύλακτον· οἱ φόβοι δὲ διδάσκουσι προμήθειαν· ὥστε ἔμοιγε κἀκ τοῦ δεδοικότος ὑμῶν παρίστασθαι θαρρεῖν. Ὅτε γὰρ ἐθρασύνεσθε πέρα τοῦ δέοντος κατὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ παρὰ τὴν ἐμὴν γνώμην ἐξωρμήσατε, καιρὸν ἔσχεν ἡ Ἀθηνίωνος ἐνέδρα· νυνὶ δὲ ὁ ὄκνος ὑμῶν καὶ τὸ δοκοῦν ἄθυμον ἀσφάλειαν ἐμοὶ νίκης ἐγγυᾶται. Χρὴ μέντοι μέχρι τοῦ μέλλειν οὕτως ἔχειν, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις ἐγεῖραί τε τὰ φρονήματα καὶ πεῖσαι τοὺς ἀσεβεστάτους, ὡς οὔτε ἀνθρώπειόν τι κακὸν, οὔτε δαιμόνιόν ποτε ταπεινώσει τὴν Ἰουδαίων ἀνδραγαθίαν, ἐφ' ὅσον τὰς ψυχὰς ἔχουσιν, οὐδὲ περιόψεταί τις Ἄραβα τῶν ἑαυτοῦ ἀγαθῶν δεσπότην γενόμενον, ὃν παρ' ὀλίγον πολλάκις αἰχμάλωτον ἔλαβεν. Μηδὲ ὑμᾶς ταρασσέτω τὰ τῶν ἀψύχων κινήματα, μηδὲ ὑπολαμβάνετε τὸν σεισμὸν ἑτέρας συμφορᾶς ἕτερον γεγονέναι σημεῖον· φυσικὰ γὰρ τὰ τῶν στοιχείων πάθη, καὶ οὐδὲν ἀνθρώποις πλέον ἢ τὴν ἐν αὐτοῖς βλάβην ἐπιφέρει. Λοιμοῦ μὲν γὰρ καὶ λιμοῦ καὶ τῶν χθονίων βρασμῶν προγένοιτο ἄν τι σημεῖον βραχύτερον· αὐτὰ δὲ ταῦτα περιγραφὴν ἔχει τὸ μέγεθος. Ἐπεὶ τί δύναται τοῦ σεισμοῦ μεῖζον ἡμᾶς βλάψαι καὶ κρατήσας ὁ πόλεμος; Τέρας μέντοι μέγιστον ἁλώσεως γέγονε τοῖς ἐχθροῖς, οὐκ αὐτομάτως οὐδὲ διὰ χειρὸς ἀλλοτρίας, οἱ πρέσβεις ἡμετέρους παρὰ τὸν πάντων

calamitas, anno regni ipsius septimo, quum jam arderet bellum Actiacum. Nam vere ineunte terra concussa exitio dedit pecora quidem innumera, hominesque ad triginta millia, exercitus vero illæsus mansit; nam sub dio stativa habebat. Hic ea Arabas in majorem audaciam extulit fama, tristibus nunciis gravius semper aliquid affingens, ac si Judæa omnis penitus esset eversa. Igitur quum existimassent se terram vacuam et desertam occupaturos esse, in eam irruptionem fecerunt, legatis prius interfectis, qui ad ipsos venerant a Judæis. Quum autem Herodes gentem hac impressione perterritam et calamitatum frequentium magnitudine fractam congregasset, ad defensionem incitare tentabat, hujusmodi oratione.

4. « Mihi absurdissimum videtur ut in præsentia vos formido percellat. Nam fatales quidem plagas vobis anxietati esse minime mirandum; idem autem pati ad hostium adventum, plane timidorum est. Ego enim tantum absum ab ejusmodi hostium metu post terræ motum, ut existimem Deum hanc Arabibus escam objecisse, ut pœnas nobis persolverent. Non enim tantum manibus armisque freti quantum calamitatibus nostris fortuitis veniunt. Fallax autem spes est, quæ non in suas vires recumbit, sed in aliorum infortunia. Neque vero vel secundæ res vel adversæ apud homines permanent, sed fortunam in partem utramque mutatam videre est. Cujus rei exempla vobis licet domo petere. Nempe qui prælio superiore victoriam reportavimus, postea ab hostibus victi fuimus : et nunc verisimile est nos illos debellaturos esse, qui se victores fore sibimet persuadent. Nam magna quidem confidentia homines facit incautos, metus vero docet eos sibimet providere et prospicere, adeo ut hoc ipsum, quod timeatis, mihi fiduciam suggerat. Nam quum ferociores quam opus erat adversus hostes fueritis, et impetum in eos contra voluntatem meam feceritis, Athenion insidiandi occasionem invenit : nunc autem quod cunctemini, animoque dejici videamini, certam mihi victoriam spondet. Convenit vero militibus, usque dum congressuri sint, ita se habere, in ipso autem opere animo esse erecto et elato, hostesque sceleratissimos in eam adducere sententiam, neque malum ab hominibus illatum, neque quod fato debeatur, unquam posse Judæorum fortitudinem deprimere, quam diu iis vita suppetat; neque quenquam patienter laturum esse Arabem in suis bonis dominari, quem sæpiuscule pæne captivum egerit. Nihil autem vos terreat rerum anima carentium motus neque arbitremini terræ concussionem exstitisse diversæ etiam calamitatis signum. Quæ enim per elementa accidunt, ab ipsa natura sunt, nihilque præterea damni afferunt hominibus nisi quod eis insitum est. Nam pestilentiæ quidem vel famis vel terræ agitationis fortasse signum aliquod paulo ante præcesserit : hæc vero ipsa definitam habent certamque magnitudinem. Ceterum quid nobis amplius quam terræ concussio bellum nocere poterit etiam victis? Immo enimvero, quod maxime futurum portendit excidium, inimicis accidit, idque non sua sponte, neque alienis manibus :

« ἀνθρώπων νόμον ὠμῶς ἀπέκτειναν, καὶ τοιαῦτα τῷ Θεῷ θύματα περὶ τοῦ πολέμου κατέστεψαν. Ἀλλ' οὐ διαφεύξονται τὸν μέγαν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνίκητον δεξιάν· δώσουσι δὲ ἡμῖν αὐτίκα δίκας ἄν τι τοῦ πατρίου φρονήματος ἤδη ἔχοντες τιμωροὶ τῶν παρεσπονδημένων ἀναστῶμεν. Ἴτω τις οὐχ ὑπὲρ γυναικὸς, οὐδὲ τέκνων, οὐδ' ὑπὲρ κινδυνευούσης πατρίδος, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πρέσβεων ἀμυνόμενος. Ἐκεῖνοι στρατηγοῦσι τοῦ πολέμου τῶν ζώντων ἡμῶν ἄμεινον. Προκινδυνεύσω δὲ κἀγὼ χρώμενος ὑμῖν πειθηνίοις. Εὖ γὰρ ἴστε τὴν ἑαυτῶν ἀνδρείαν ἀνυπόστατον, ἐὰν μὴ προπετείᾳ τινὶ βλαβῆτε. »

ε'. Τούτοις παρακροτήσας τὸν στρατὸν, ὡς ἑώρα προθύμους, ἔθυε τῷ Θεῷ, καὶ μετὰ τὴν θυσίαν διέβαινε τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν μετὰ τῆς δυνάμεως. Στρατοπεδευσάμενος δὲ περὶ Φιλαδέλφειαν, ἐγγὺς τῶν πολεμίων, περὶ τοῦ μεταξὺ φρουρίου πρὸς αὐτοὺς ἠκροβολίζετο, βουλόμενος ἐν τάχει συμβαλεῖν· ἔτυχον γὰρ κἀκεῖνοί τινας προπεπομφότες τοὺς καταληψομένους τὸ ἔρυμα. Τούτους μὲν οὖν ἀπεκρούσαντο ταχέως οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τὸν λόφον κατέσχον· αὐτὸς δὲ καθ' ἡμέραν προάγων τὴν δύναμιν εἰς μάχην παρέτασσε καὶ προὐκαλεῖτο τοὺς Ἄραβας. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπεξῄει (δεινὴ γάρ τις αὐτοὺς κατάπληξις εἶχε, καὶ πρὸ τοῦ πλήθους ὁ στρατηγὸς Ἔλθεμος αὖος ἦν τῷ δέει), προσελθὼν ἐσπάρασσεν αὐτῶν τὸ χαράκωμα. Κἀν τούτῳ συναναγκασθέντες ἐξίασιν ἐπὶ τὴν μάχην ἄτακτοι καὶ πεφυρμένοι τοῖς ἱππεῦσιν οἱ πεζοί· πλήθει μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων περιῆσαν, ἐλείποντο δὲ ταῖς προθυμίαις, καίτοι διὰ τὴν ἀπόγνωσιν τῆς νίκης ἦσαν καὶ αὐτοὶ παράβολοι.

ϛ'. Διὸ μέχρι μὲν ἀντεῖχον, οὐ πολὺς ἦν αὐτῶν φόνος· ὡς δὲ ὑπέδειξαν αὐτῶν τὰ νῶτα, πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, πολλοὶ δὲ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν συμπατούμενοι διεφθείροντο. Πεντακισχίλιοι γοῦν ἔπεσον ἐν τῇ τροπῇ, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἔφθη συνωσθὲν εἰς τὸ χαράκωμα. Τούτους περισχὼν ἐπολιόρκει· καὶ μέλλοντας ἁλώσεσθαι τοῖς ὅπλοις προκατήπειγεν ἡ δίψα, τῶν ὑδάτων ἐπιλιπόντων. Ὑπερηφάνει δὲ πρεσβευομένους ὁ βασιλεὺς, καὶ λύτρα διδόντων πεντακόσια τάλαντα μᾶλλον ἐνέκειτο. Τοῦ δὲ δίψους ἐκκαίοντος, ἐξιόντες κατὰ πλῆθος ἐνεχείριζον σφᾶς αὐτοὺς τοῖς Ἰουδαίοις ἑκόντες· ὡς πέντε μὲν ἡμέραις τετρακισχιλίους δεθῆναι, τῇ δὲ ἕκτῃ τὸ λειπόμενον πλῆθος ὑπ' ἀπογνώσεως ἐξελθεῖν ἐπὶ μάχην. Οἷς συμβαλὼν Ἡρώδης πάλιν εἰς ἑπτακισχιλίους κτείνει. Τηλικαύτῃ δὲ πληγῇ τὴν Ἀραβίαν ἀμυνόμενος καὶ σβέσας τῶν ἀνδρῶν τὰ φρονήματα προὔκοψεν ὥστε καὶ προστάτης ὑπὸ τοῦ ἔθνους αἱρεθῆναι.

ΚΕΦ. Κ'.

Μεταλαμβάνει δὲ αὐτὸν εὐθέως ἡ περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων φροντὶς διὰ τὴν πρὸς Ἀντώνιον φιλίαν, Καίσαρος ἤδη περὶ Ἄκτιον νενικηκότος. Παρεῖχε μέντοι

« qui legatos nostros contra omnium hominum leges crudeliter mactaverunt, talesque Deo pro belli eventu hostias immolandas coronarunt. Sed eum, cujus ante oculos omnia versantur et cui dextra est invicta, non effugient. Nobis autem continuo pœnas persolvent, si quid patrii animi adhuc gerentes in fœderis violati vindictam consurgamus. Eat quisque non pro conjugibus, neque pro liberis, neque pro patria periclitante pugnaturi, sed legatorum cædem ulturi. Illi melius quam nos qui vivimus bellum administrabunt. Ego quoque, si vos dicto audientes habuerim, primus memet periculis objiciam. Nam certo sciatis fortitudinem vestram esse insuperabilem, nisi temerarie aliquid audendo lædatur. »

5. His verbis milites adhortatus, ubi eos alacres vidit, sacra Deo faciebat, factaque re divina Jordanem fluvium cum exercitu transibat. Castris autem circa Philadelphiam positis, haud procul ab hostibus, de castello in medio posito levi velitatione eos lacessebat, quamprimum cupiens congredi : nam hostes aliquos præmiserant, qui munimentum istud occuparent. Et hos quidem cito repulerunt regii qui missi erant, et collem occupabant. Ipse vero quotidie ad prœlium milites educens aciem instruebat, et Arabas provocabat. Et quum nemo ex adverso egrederetur (nam vehementi metu perculsi erant, et in conspectu multitudinis dux Elthemus timore obriguerat), propius ad eos accessit et vallum ab ipsis aggestum divellebat. Atque ita simul omnes vi compulsi nullo ordine mixtique cum equitibus pedites ad pugnam exierunt : et multitudine quidem superiores erant Judæis, verum alacritate impares, quamvis desperatio victoriæ eos etiam paullo audaciores fecerit.

6. Ob quam potissimum causam, quam diu quidem restiterunt, non magna eorum facta est cædes : ubi vero terga verterant, multi ab Judæis, multi etiam a suis conculcati perierunt. Denique millia quinque in fuga ceciderunt, reliqua vero turba intra vallum compulsa evasit. Eos circumdedit et obsidebat Herodes : quumque necesse esset ut simul cum armis caperentur, eos tamen jam ante urgebat sitis, aqua eos deficiente. Missis autem legatis, eos arroganter excipiebat rex ; quumque talenta quinquaginta in redemptionis pretium ei offerrent, magis illis instabat. Denique ardescente siti catervatim exeuntes ultro se Judæis tradebant, adeo ut quinque quidem diebus quater mille in vincula darentur, sexto vero die reliqua multitudo, salute desperata, ad pugnam prodiret. Quibus congressus Herodes iterum septem circiter millia interficit. Tam magna autem clade Arabiam ultus, exstinctoque virorum spiritu, tantum profecit ut ab illa gente patronus adoptaretur.

CAP. XX. (XV.)

Mox autem illum, post victoriam Cæsaris *Augusti* apud Actium, excepit de summa rerum sollicitudo, propter amicitiam quæ ipsi cum Antonio intercessit. Plus tamen ab eo

δέους πλέον ἢ ἔπασχεν. Οὔπω γὰρ ἑαλωκέναι Καῖσαρ Ἀντώνιον ἔκρινεν, Ἡρώδου συμμένοντος. Ὅ γε μὴν βασιλεὺς ὁμόσε χωρῆσαι τῷ κινδύνῳ διέγνω· καὶ πλεύσας εἰς Ῥόδον, ἔνθα διέτριβε Καῖσαρ, πρόσεισιν αὐτῷ δίχα διαδήματος, τὴν μὲν ἐσθῆτα καὶ τὸ σχῆμα ἰδιώτης, τὸ δὲ φρόνημα βασιλεύς. Μηδὲν γοῦν τῆς ἀληθείας ὑποστειλάμενος ἄντικρυς εἶπεν, « Ἐγώ, Καῖσαρ, ὑπ' Ἀντωνίου τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς γενόμενος, ἐν πᾶσιν ὁμολογῶ γεγονέναι βασιλεὺς χρήσιμος Ἀντωνίῳ. Καὶ οὐδὲ τοῦτο ἂν ὑπεστειλάμην εἰπεῖν, ὅτι πάντως ἄν με μετὰ τῶν ὅπλων ἐπείρασας, εἰ μὴ διεκώλυσαν Ἄραβες. Καὶ συμμαχίαν μέντοι γε αὐτῷ κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ σίτου πολλὰς ἔπεμψα μυριάδας· ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τὴν ἐν Ἀκτίῳ πληγὴν κατέλιπον τὸν εὐεργέτην. Ἐγενόμην δὲ σύμβουλος ἄριστος, ὡς οὐκέτι χρήσιμος ἤμην σύμμαχος, μίαν εἶναι λέγων τῶν πταισθέντων διόρθωσιν, τὸν Κλεοπάτρας θάνατον· ἣν ἀνελόντι καὶ χρήματα καὶ τείχη πρὸς ἀσφάλειαν καὶ στρατιὰν καὶ ἐμαυτὸν ὑπισχνούμην κοινωνὸν τοῦ πρὸς σὲ πολέμου. Τοῦ δὲ ἄρα τὰς ἀκοὰς ἀπέφραξαν οἱ Κλεοπάτρας ἵμεροι, καὶ Θεὸς ὁ σοὶ τὸ κρατεῖν χαρισάμενος. Συνήττημαι δὴ Ἀντωνίῳ, καὶ τέθεικα μετὰ τῆς ἐκείνου τύχης τὸ διάδημα. Πρὸς σὲ δὲ ἦλθον, ἔχων τὴν ἀρετὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα, καὶ προὔλαβον ἐξετασθήσεσθαι ποταπὸς φίλος, οὐ τίνος ἐγενόμην. »

β'. Πρὸς ταῦτα Καῖσαρ, « Ἀλλὰ σώζου γε, ἔφη, καὶ βασίλευε νῦν βεβαιότερον· ἄξιος γὰρ εἶ πολλῶν ἄρχειν, οὕτω φιλίας προϊστάμενος. Πειρῶ δὲ καὶ τοῖς εὐτυχεστέροις διαμένειν πιστός· ὡς ἔγωγε λαμπροτάτας ὑπὲρ τοῦ σοῦ φρονήματος ἐλπίδας ἔχω. Καλῶς μέντοι γε ἐποίησεν Ἀντώνιος Κλεοπάτρᾳ πεισθεὶς μᾶλλον ἢ σοί· καὶ γὰρ σὲ κεκερδήκαμεν ἐκ τῆς ἀνοίας αὐτοῦ. Κατάρχεις δέ, ὡς ἔοικεν, εὐποιίας· διό μοι γράφει Κύϊντος Δίδιος, συμμαχίαν σε πεπομφέναι πρὸς τοὺς μονομάχους αὐτῷ. Νῦν μὲν οὖν δόγματι τὸ βέβαιον σοῦ τῆς βασιλείας ἐξαγγέλλω· πειράσομαι δὲ καὶ αὖθις ἀγαθόν σέ τι ποιεῖν ὡς μὴ ζητοίης Ἀντώνιον.

γ'. Τούτοις φιλοφρονησάμενος τὸν βασιλέα, καὶ περιθεὶς αὐτῷ τὸ διάδημα, δόγματι διεσήμαινε τὴν δωρεάν, ἐν ᾧ πολλὰ μεγαλοφρόνως εἰς ἔπαινον τοῦ ἀνδρὸς ἐφθέγξατο. Ὁ δὲ δώροις ἐπιμειλιξάμενος αὐτὸν ἐξῃτεῖτό τινα τῶν Ἀντωνίου φίλων Ἀλέξανδρον, ἱκέτην γενόμενον. Ἐνίκα δὲ ἡ Καίσαρος ὀργή, πολλὰ καὶ χαλεπὰ μεμφομένου τὸν ἐξαιτούμενον, οἷς διεκρούσατο τὴν δέησιν. Μετὰ δὲ ταῦτα πορευόμενον ἐπ' Αἴγυπτον διὰ Συρίας Καίσαρα παντὶ τῷ βασιλικῷ πλούτῳ δεξάμενος Ἡρώδης, τότε πρῶτον καὶ συνιππάσατο ποιουμένῳ περὶ Πτολεμαΐδα τῆς δυνάμεως ἐξέτασιν, εἱστίασέ τε σὺν ἅπασι τοῖς φίλοις· μεθ' οὓς καὶ τῇ λοιπῇ στρατιᾷ πρὸς εὐωχίαν πάντα διέδωκε. Προὐνόησε δὲ καὶ διὰ τῆς ἀνύδρου πορευομένοις μέχρι Πηλουσίου παρασχεῖν ὕδωρ ἄφθονον, ἐπανιοῦσί τε ὁμοίως· οὐδὲ ἔστιν ὅ τι τῶν ἐπιτηδείων ἐνεδέησε τῇ δυνάμει.

metuebat quam patiebatur. Nondum enim Cæsar victum esse Antonium putabat, dum ei conjunctus maneret Herodes. Cæterum rex secum statuebat periculo sese offerre : quumque Rhodum navigasset, ubi Cæsar morabatur, adiit eum sine diademate, veste quidem cultuque privato, sed animo regio. Adeoque nihil de veritate subducendo coram ista dicebat : « Ego, Cæsar, ab Antonio factus Judæorum rex, « fateor me eum exstitisse regem, qui in omnibus studere Antonii commodis inservire. Neque est ut vel hoc « dicere refugiam, quod omnimodo armis quoque me gravem expertus esses, nisi obstitissent Arabes. Atque « auxilia ei pro mea virili parte multasque frumenti *corum* myriadas misi; imo neque post cladem Actii « acceptam bene de me meritum deserui. Verum optimum ei « consilium dedi, quum copiis eum adjuvare non potui, non « alia dicens via res lapsas posse restitui, quam morte « Cleopatræ : qua perempta, et pecunias ei et muros in « securitatem et exercitum et me ipsum belli adversus te « socium fore promittebam. Aures autem ei obstruxerunt « Cleopatræ amores, et Deus, cujus munere tibi concessum « est victoriam reportare. Una ergo cum Antonio victus « sum ; et in eodem cum fortuna ejus discrimine constitutus « deposui diadema. Ad te autem veni, spem salutis in « tua virtute collocans, ea quidem præsumptione fore ut « dispiciatur qualis amicus, non cujus, fuerim. »

2. Ad hæc Cæsar respondit : « Imo vero salvus esto, « et nunc regna majori cum securitate : nam dignus es « qui multis imperes, quum amicitiam tanta fide tuearis. « Operam autem des velim, ut etiam paullo fortunatioribus « fidus permaneas : id quod ego non obscura spe fretus ex « animi tui magnitudine exspecto. Verumtamen recte « fecit Antonius, qui Cleopatræ potius quam tibi paruit : « namque te ex ejus lucrati sumus amentia. Prior autem, « ut apparet, benefacere cœpisti : quo factum est ut ad me « scriberet Q. Didius, te adversus gladiatores auxilia ei « misisse. Et nunc quidem te certiorem facio, me tibi « regnum decreto confirmatum ire; atque enitar posterius « ut aliqua in re tibi benefaciam, adeo ut Antonium non « desideres. »

3. Quum istis regem benigne alloquutus esset, et diadema ei imposuisset, decreto donum promulgavit, in quo multa in ejus laudem magnifice dixit. Ille vero, quum muneribus magis adhuc Cæsarem demulsisset, pro Alexandro, quodam ex amicis Antonii, qui supplex ad ipsum venerat, deprecabatur. Sed vicit Cæsaris iracundia, multa et gravia ei, pro quo deprecabatur Herodes, exprobrantis, adeo ut petitionem repulerit. Postea vero quum Cæsarem, in Ægyptum per Syriam iter facientem, omni opum regiarum apparatu excepisset Herodes, tunc primum cum eo, apud Ptolemaidem milites lustrante, obequitavit, et convivium ei cum amicis suis omnibus præbuit : ac deinde reliquo exercitui omnia ad epulas necessaria distribuit. Insuperque curavit ut per regionem aridam usque ad Pelusium proficiscentibus, similiterque redeuntibus, aquarum copia suppeditaret : neque quidquam erat commeatus quod exer-

Λόξα γοῦν αὐτῷ τε Καίσαρι καὶ τοῖς στρατιώταις παρέστη, πολλῷ βραχυτέραν Ἡρώδῃ περιεῖναι βασιλείαν, πρὸς ἃ παρέσχεν. Διὰ τοῦτο, ὡς ἧκεν εἰς Αἴγυπτον, ἤδη Κλεοπάτρας καὶ Ἀντωνίου τεθνεώτων, οὐ μόνον αὐτοῦ ταῖς ἄλλαις τιμαῖς, ἀλλὰ καὶ τῇ βασιλείᾳ προσέθηκε τήν τε ὑπὸ Κλεοπάτρας ἀποτμηθεῖσαν χώραν, καὶ ἔξωθεν Γάδαρα καὶ Ἵππον καὶ Σαμάρειαν, πρὸς δὲ τούτοις τῶν παραλίων Γάζαν καὶ Ἀνθηδόνα καὶ Ἰόππην καὶ πύργον Στράτωνος. Ἐδωρήσατο δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς φυλακὴν τοῦ σώματος τετρακοσίους Γαλάτας, οἳ πρότερον ἐδορυφόρουν Κλεοπάτραν. Οὐδὲν δὲ οὕτως ἐνῆγεν αὐτὸν εἰς τὰς δωρεὰς ὡς τὸ μεγαλόφρον τοῦ λαμβάνοντος.

δ΄. Μετὰ δὲ τὴν πρώτην Ἀκτιάδα προστίθησιν αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ τόν τε Τράχωνα καλούμενον καὶ τὴν προσεχῆ Βαταναίαν τε καὶ Αὐρανῖτιν χώραν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ζηνόδωρος ὁ τὸν Λυσανίου μεμισθωμένος οἶκον οὐ διέλειπεν ἐπαφεὶς τοὺς ἐκ τοῦ Τράχωνος λῃστὰς Δαμασκηνοῖς. Οἱ δὲ ἐπὶ Οὐάρρωνα τὸν ἡγεμόνα τῆς Συρίας καταφυγόντες ἐδεήθησαν δηλῶσαι τὴν συμφορὰν αὐτῶν Καίσαρι. Καῖσαρ δὲ γνοὺς ἀντεπέστελλεν ἐξαιρεθῆναι τὸ λῃστήριον. Στρατεύσας οὖν Οὐάρρων ἐκάθηρέ τε τῶν ἀνδρῶν τὴν γῆν καὶ ἀφαιρεῖται Ζηνόδωρον, ἣν ὕστερον Καῖσαρ, ὡς μὴ γένοιτο πάλιν ὁρμητήριον τοῖς λῃσταῖς ἐπὶ τὴν Δαμασκὸν, Ἡρώδῃ δίδωσιν. Κατέστησε δὲ αὐτὸν καὶ Συρίας ὅλης ἐπίτροπον, ἔτει δεκάτῳ πάλιν ἐλθὼν εἰς τὴν ἐπαρχίαν, ὡς μηδὲν ἐξείη δίχα τῆς ἐκείνου συμβουλίας τοῖς ἐπιτρόποις διοικεῖν. Ἐπεὶ δὲ τελευτᾷ Ζηνόδωρος, προσένειμεν αὐτῷ καὶ τὴν μεταξὺ Τράχωνος καὶ τῆς Γαλιλαίας γῆν ἅπασαν. Ὃ δὲ τούτων Ἡρώδῃ μεῖζον ἦν, ὑπὸ μὲν Καίσαρος ἐφιλεῖτο μετ' Ἀγρίππαν, ὑπ' Ἀγρίππα δὲ μετὰ Καίσαρα. Ἔνθεν ἐπὶ πλεῖστον μὲν εὐδαιμονίας προὔκοψεν, εἰς μεῖζον δὲ ἐξήρθη φρόνημα, καὶ τὸ πλέον τῆς μεγαλονοίας ἐπέτεινεν εἰς εὐσέβειαν.

ΚΕΦ. ΚΑ΄.

Πεντεκαιδεκάτῳ γοῦν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτόν τε τὸν ναὸν ἐπεσκεύασε καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ἀνετειχίσατο χώραν, τῆς οὔσης διπλασίαν, ἀμέτροις μὲν χρησάμενος τοῖς ἀναλώμασιν, ἀνυπερβλήτῳ δὲ τῇ πολυτελείᾳ. Τεκμήριον δὲ ἦσαν αἱ μεγάλαι στοαὶ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ βόρειον ἐπ' αὐτῷ φρούριον· ἃς μὲν γὰρ ἀνῳκοδόμησεν ἐκ θεμελίων, τὸ δὲ ἐπεσκεύασε πλούτῳ δαψιλεῖ, κατ' οὐδὲν τῶν βασιλείων ἔλαττον· ὃ Ἀντωνίαν ἐκάλεσεν εἰς τὴν Ἀντωνίου τιμήν. Τό γε μὴν ἑαυτοῦ βασίλειον κατὰ τὴν ἄνω δειμάμενος πόλιν, δύο τοὺς μεγίστους καὶ περικαλλεστάτους οἴκους, οἷς οὐδὲ ναός πῃ συνεκρίνετο, προσηγόρευσεν ἀπὸ τῶν φίλων, τὸν μὲν Καισάρειον, τὸν δὲ Ἀγρίππειον.

β΄. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἴκοις μόνον τὴν μνήμην αὐτῶν καὶ τὰς ἐπικλήσεις περιέγραψε, διέβη δὲ εἰς ὅλας πόλεις αὐτῷ τὸ φιλότιμον. Ἐν μέν γε τῇ Σαμαρείτιδι

cilui defuerit. Fecit denique ut et ipse Cæsar militesque existimarent Herodi, si eorum quæ dederit ratio haberetur, justo tenuius esse regnum et angustius. Quo factum est ut Cæsar, postquam in Ægyptum venerat, quum jam mortui essent Antonius et Cleopatra, non solum ceteros ejus honores auxerit, verum etiam regno ejus addiderit regionem a Cleopatra abscissam, et extra eam Gadara et Hippon et Samariam, atque ad hæc in ora maritima Gazam, et Anthedonem, et Jopen, et Stratonis turrim. Præterea que ei in corporis custodiam dono dedit quadringentos Gallos, qui antea Cleopatræ stipatores erant. Nulla autem res magis liberalitatem Cæsaris incitabat, quam magnus animus accipientis.

4. Post primam autem Actiadem Trachonem qui appellatur Herodis regno adjecit, eique finitimam Batanæam, itemque regionem Auranitidem, hujusmodi de causa. Zenodorus, qui Lysaniæ domum conduxerat, nihil sibi ad latrones e Trachone Damascenis immittendos reliqui faciebat. Illi vero ad Varronem Syriæ præsidem confugiebant, orabantque ut suam calamitatem Cæsari notam faceret. Qua re cognita, rescripsit Cæsar, dandam esse operam ut tolleretur latrocinium. Varro igitur, ducto exercitu, et regionem latronibus purgabat, et Zenodoro eam aufert, quam postea Cæsar, ne latronum contra Damascum receptaculum fieret, Herodi largitur. Anno autem decimo in provinciam reversus totius Syriæ Herodem procuratorem constituit, ut nihil procuratoribus liceret eo inconsulto administrare. Postquam vero mortuus erat Zenodorus, etiam terram omnem, inter Trachonem et Galilæam positam, eidem attribuit. Quod autem istis majus Herodi videbatur, a Cæsare quidem secundum Agrippam maxime diligebatur, ab Agrippa vero secundum Cæsarem. Hinc ad magnam felicitatem processit, animo vero magis elatus est, et cogitationes magnas maxima ex parte pietati impertiit.

CAP. XXI. (XVI.)

Anno igitur regni decimo quinto et templum ipsum instauravit, et terræ spatium altero tanto majus, quam fuerat circa ipsum, muro amplexus est, sumptibus immensis atque insuperabili munificentia. Indicio autem erant magnæ circa fanum porticus, fanoque junctum a septemtrione castellum. Has quidem a fundamentis exstruxit, illud vero largis opibus instauravit, non secus ac si regia exstitisset; quod Antoniam nominavit, in honorem Antonii. Porro quum regiam sibi in urbe superiori exstruxisset, duos in ea maximos atque pulcherrimos œcos, quibus ne templum quidem ipsum ullatenus conferri posset, de amicorum nominibus appellavit, unum quidem Cæsareum, alterum vero Agrippeum.

2. Verum enimvero non solis tectis memoriam eorum et cognomina circumscripsit, sed in totas civitates suum erga illos studium sese exporrexit. Quippe in regione Samari-

πόλιν καλλίστῳ περιβόλῳ τειχισάμενος ἐπὶ σταδίους εἴκοσι, καὶ καταγαγὼν ἑξακισχιλίους εἰς αὐτὴν οἰκήτορας, γῆν τε τούτοις προσνείμας λιπαρωτάτην, καὶ ἐν μέσῳ τῷ κτίσματι ναόν τε ἐνιδρυσάμενος τῷ Καίσαρι μέγιστον, καὶ περὶ αὐτὸν τέμενος ἀποδείξας τριῶν ἡμισταδίων, τὸ ἄστυ Σεβαστὴν ἐκάλεσεν. Ἐξαίρετον δὲ τοῖς ἐν αὐτῷ παρέσχεν εὐνομίαν.

γʹ. Ἐπὶ τούτοις δωρησαμένου τοῦ Καίσαρος αὐτὸν ἑτέρας προσθέσει χώρας, ὅδε κἀν ταύτῃ ναὸν αὐτῷ λευκῆς μαρμάρου καθιδρύσατο παρὰ τὰς Ἰορδάνου πηγάς· καλεῖται δὲ Πάνειον ὁ τόπος. Ἔνθα καὶ κορυφὴ μέν τις ὄρους εἰς ἄπειρον ὕψος ἀνατείνεται, παρὰ δὲ τὴν ὑπώρειον λαγόνα συνηρεφὲς ἄντρον ὑπανοίγει, δι' οὗ βαραθρώδης κρημνὸς εἰς ἀμέτρητον ἀπορρῶγα βαθύνεται, πλήθει τε ὕδατος ἀσαλεύτου, καὶ τοῖς καθιμῶσί τι πρὸς ἔρευναν γῆς οὐδὲν μῆκος ἐξαρκεῖ. Τοῦ δὲ ἄντρου κατὰ τὰς ἔξωθεν ῥίζας ἀνατέλλουσιν αἱ πηγαί· καὶ γένεσις μέν, ὥς ἔνιοι δοκοῦσιν, ἔνθεν Ἰορδάνου. Τὸ δὲ ἀκριβὲς ἐν τοῖς ἑξῆς δηλώσομεν.

δʹ. Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ ἐν Ἱεριχοῖ μεταξὺ Κύπρου τοῦ φρουρίου καὶ τῶν προτέρων βασιλείων, ἄλλα κατασκευασάμενος ἀμείνω καὶ χρησιμώτερα πρὸς τὰς ἐπιδημίας, ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὠνόμασε φίλων. Καθόλου τε εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν ὅντινα τῆς βασιλείας ἐπιτήδειον τόπον τῆς πρὸς Καίσαρα τιμῆς γυμνὸν εἴασεν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἰδίαν χώραν ἐπλήρωσε ναῶν, εἰς τὴν ἐπαρχίαν αὐτοῦ τὰς τιμὰς ὑπερεξέχεε, καὶ πολλαῖς πόλεσιν ἐνιδρύσατο Καισάρεια.

εʹ. Κατιδὼν δὲ κἀν τοῖς παραλίοις πόλιν ἤδη μὲν κάμνουσαν (Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος), διὰ δὲ εὐφυΐαν τοῦ χωρίου δέξασθαι δυναμένην τὸ φιλότιμον αὐτοῦ, πᾶσαν ἀνέκτισε λευκῷ λίθῳ, καὶ λαμπροτάτοις ἐκόσμησε βασιλείοις, ἐν ᾗ μάλιστα τὸ φύσει μεγαλόνουν ἐπεδείξατο. Μεταξὺ γὰρ Δώρων καὶ Ἰόπης, ὧν ἡ πόλις μέση κεῖται, πᾶσαν εἶναι συμβέβηκε τὴν παραλίαν ἀλίμενον, ὡς πάντα τὸν τὴν Φοινίκην ἐπ' Αἴγυπτον παραπλέοντα σαλεύειν ἐν πελάγει, διὰ τὴν ἐκ λιβὸς ἀπειλήν· ᾧ καὶ μετρίως ἐπαυρίζοντι τηλικοῦτον ἐγείρεται κῦμα πρὸς ταῖς πέτραις, ὥστε τὴν ὑποστροφὴν τοῦ κύματος ἐπὶ πλεῖστον ἐξαγριοῦν τὴν θάλασσαν. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς τοῖς ἀναλώμασι καὶ τῇ φιλοτιμίᾳ νικήσας τὴν φύσιν μείζονα μὲν τοῦ Πειραιέως λιμένα κατεσκεύασεν, ἐν δὲ τοῖς μυχοῖς αὐτοῦ βαθεῖς ὅρμους ἑτέρους.

ϛʹ. Καθάπαν δὲ ἔχων ἀντιπράσσοντα τὸν τόπον, ἐφιλονείκησε πρὸς τὴν δυσχέρειαν, ὡς τὴν μὲν ὀχυρότητα τῆς δομήσεως δυσάλωτον εἶναι τῇ θαλάσσῃ, τὸ δὲ κάλλος ὡς ἐπὶ μηδενὶ δυσκόλῳ κεκοσμῆσθαι. Συμμετρησάμενος γὰρ ὅσον εἰρήκαμεν τῷ λιμένι μέγεθος, καθίει λίθους ἐπ' ὀργυιὰς εἴκοσιν εἰς τὸ πέλαγος, ὧν ἦσαν οἱ πλεῖστοι μῆκος ποδῶν πεντήκοντα, βάθος ἐννέα, εὖρος δέκα, τινὲς δὲ καὶ μείζους. Ἐπεὶ δὲ ἀνεπληρώθη τὸ βάθος, οὕτως ἤδη τὸ ὑπερέχον τοῦ πελάγους τεῖχος ἐπὶ διακοσίους πόδας ηὐρύνετο. Ὧν οἱ

tide urbem muro pulcherrimo per viginti stadia circumdedit, et deductis eo sex millibus colonorum, terraque fœcundissima his attributa, in loci conditi meditullio templum Cæsari exstruxit maximum, et circa illud area sesquistadii relicta, urbem Sebasten (*Augustam*) nominavit. Exquisitam vero habitantibus in ea dedit legum constitutionem.

3. Post hæc, quum Cæsaris munificentia Herodi adjecta fuisset altera regio, ille etiam in ipsa templum ei ex candido marmore ad Jordanis fontes posuit: locus autem iste Panium appellatur; ubi montis quidam vertex in altitudinem immensam attollitur, et in latere ei subjecto specus opacum sese aperit, per quod præcipitium profundum in hiatum abruptum infinitum deprimitur, adeo ut in vasto aquarum stagnantium abysso etiam demittentibus aliquid ad terram explorandam nulla longitudo sufficiat. Speluncæ autem ad radices exteriores scaturiunt fontes: atque hinc, ut quidam putant, oritur Jordanes. Verum hac de re accurate in sequentibus dicemus.

4. Rex autem quum apud Hierichuntem inter castellum Cypron et priores domos regias, alias exstruxisset meliores et advenientibus commodiores, de amicorum nominibus eas appellavit. In summa, non erat idoneus regni locus, quem honore Cæsaris vacuum reliquerit. Postea vero quam regionem suam templis repleverat, in provinciam quoque honores ejus effudit, et in multis civitatibus Cæsarea constituit.

5. Quum autem et inter maritimas civitates unam tum quidem laborantem animadvertisset, quæ Stratonis turris vocabatur, pro loci vero ex natura commoditate munificentiæ suæ capacem, totam candido lapide reparavit, et splendidissimis ornavit palatiis, qua in re maxime innatam sibi animi magnitudinem demonstravit. Nam Dora inter et Jopen, quibus interjecta et media est hæc urbs, universam oram maritimam contigit adeo importuosam esse, ut omnes qui secundum Phœnices loca Ægyptum versus navigarent, in salo fluctuare cogerentur, minas Africi metuentes: cujus flatus etiam mediocris tantos ad scopulos fluctus excitat, ut mare undarum refluxu per aliquantum spatii vehementius agitaretur. Sed rex, quum sumptibus et liberalitate naturam vicisset, portum Piræeo majorem fecit, ejusque in recessibus alias navibus stationes profundas.

6. Et quanquam totus ei locus adversabatur, tamen ita cum difficultate colluctatus est, ut structuræ quidem firmitas mari esset inexpugnabilis, pulchritudo vero tanta quasi in opere ornando nihil arduum fuisset et impeditum. Commensus enim quantum diximus portui spatium, saxa in viginti ulnarum pelagus demittit, quorum pleraque ad pedes quinquaginta longitudine, altitudine novem, latitudine decem, nonnulla vero etiam majora. Postquam autem profundum adimpletum erat, tum murum jam supra mare exstantem in ducentos pedes dilatavit: quorum centum

μὲν ἑκατὸν προὐδεδόμηντο πρὸς τὴν ἀνακοπὴν τοῦ κύματος (προκυμία γοῦν ἐκλήθη), τὸ δὲ λοιπὸν ὑπόκειται τῷ περιθέοντι λιθίνῳ τείχει. Τοῦτο δὲ πύργοις διείληπται μεγίστοις, ὧν ὁ προὔχων καὶ περικαλλέστατος ἀπὸ τοῦ Καίσαρος προγόνου Δρούσιον κέκληται.

ζ'. Ψαλίδες δὲ πυκναὶ πρὸς καταγωγὴν τῶν ἐνορμιζομένων· καὶ τὸ πρὸ αὐτῶν πᾶν κύκλῳ νάγμα τοῖς ἀποβαίνουσι πλατὺς περίπατος. Ὁ δὲ εἴσπλους βόρειος (αἰθριώτατος γὰρ ἀνέμων τῷ τόπῳ βορέας), καὶ ἐπὶ τοῦ στόματος κολοσσοὶ τρεῖς ἑκατέρωθεν ὑπεστηριγμένοι κίοσιν, ὧν τοὺς μὲν ἐκ λαιᾶς χειρὸς εἰσπλέοντος πύργος ναστὸς ἀνέχει, τοὺς δὲ ἐκ δεξιοῦ δύο ὀρθοὶ λίθοι συνεζευγμένοι, τοῦ κατὰ θάτερον χεῖλος πύργου μείζονες. Προσεχεῖς δὲ οἰκίαι τῷ λιμένι, λευκοῦ καὶ αὗται λίθου, καὶ κατατείνοντες ἐπ' αὐτὸν οἱ στενωποὶ τοῦ ἄστεος, πρὸς ἓν διάστημα μεμετρημένοι. Καὶ τοῦ στόματος ἄντικρυς ναὸς Καίσαρος ἐπὶ γηλόφου, κάλλει καὶ μεγέθει διάφορος· ἐν δὲ αὐτῷ κολοσσὸς Καίσαρος, οὐκ ἀποδέων τοῦ Ὀλυμπίασι Διὸς, ᾧ καὶ προσείκασται, Ῥώμης δὲ ἴσος Ἥρᾳ τῇ κατ' Ἄργος. Ἀνέθηκε δὲ τῇ μὲν ἐπαρχίᾳ τὴν πόλιν, τοῖς ταύτῃ δὲ πλοϊζομένοις τὸν λιμένα, Καίσαρι δὲ τὴν τιμὴν τοῦ κτίσματος· Καισάρειαν γοῦν ὠνόμασεν αὐτήν.

η'. Τά γε μὴν λοιπὰ τῶν ἔργων, ἀμφιθέατρον καὶ θέατρον καὶ ἀγορὰν, ἄξια τῆς προσηγορίας ἐνιδρύσατο. Καὶ πενταετηρικοὺς ἀγῶνας καταστησάμενος, ὁμοίως ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος, πρῶτος αὐτὸς ἆθλα μέγιστα προθεὶς ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς ἐνενηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν οἷς οὐ μόνον οἱ νικῶντες, ἀλλὰ καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς καὶ οἱ τρίτοι τοῦ βασιλικοῦ πλούτου μετελάμβανον. Ἀνακτίσας δὲ καὶ Ἀνθηδόνα τὴν παράλιον καταρριφθεῖσαν ἐν πολέμοις, Ἀγρίππειον προσηγόρευσεν· τοῦ δὲ αὐτοῦ φίλου δι' ὑπερβολὴν εὐνοίας καὶ ἐπὶ τῆς πύλης ἐχάραξε τὸ ὄνομα, ἣν αὐτὸς ἐν τῷ ναῷ κατεσκεύασεν.

θ'. Φιλοπάτωρ γε μὴν, εἰ καί τις ἕτερος. Καὶ γὰρ τῷ πατρὶ μνημεῖον κατέστησε πόλιν, ἣν ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς βασιλείας πεδίῳ κτίσας ποταμοῖς τε καὶ δένδρεσι πλουσίαν ὠνόμασεν Ἀντιπατρίδα. Καὶ τὸ ὑπὲρ Ἱεριχοῦντος φρούριον ὀχυρότητι καὶ κάλλει διάφορον τειχίσας, ἀνέθηκε τῇ μητρὶ προσειπὼν Κύπρον· Φασαήλῳ δὲ τῷ ἀδελφῷ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ὁμώνυμον πύργον, οὗ τό τε σχῆμα καὶ τὴν ἐν τῷ μεγέθει πολυτέλειαν διὰ τῶν ἑξῆς δηλώσομεν. Καὶ πόλιν ἄλλην κτίσας κατὰ τὸν ἀπὸ Ἱεριχοῦς ἰόντων αὐλῶνα πρὸς βορέαν Φασαηλίδα ὠνόμασεν.

ι'. Παραδοὺς δὲ αἰῶνι τούς τε οἰκείους καὶ φίλους, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ μνήμης ἠμέλησεν, ἀλλὰ φρούριον ἐπιτειχίσας τῷ πρὸς Ἀραβίαν ὄρει προσηγόρευσεν Ἡρώδειον ἀφ' ἑαυτοῦ. Τὸν δὲ μαστοειδῆ κολωνὸν ὄντα χειροποίητον, ἑξήκοντα σταδίων ἄποθεν Ἱεροσολύμων, ἐκάλεσε μὲν ὁμοίως, ἐξήσκησε δὲ φιλοτιμότερον. Στρογγύλοις μὲν γὰρ τὴν ἄκραν πύργοις περιέσχεν, ἐπλήρωσε δὲ τὸν περίβολον βασιλείοις πολυτελεστά-

quidem ad fluctus frangendos repellendosque præstructi erant, unde procymia dicebatur; reliquum vero subjectum erat muro lapideo portui circumdato. Hoc autem turribus maximis distinctum erat, quarum quæ eminebat et speciosissima erat, a Druso privigno Cæsaris Drusium cognominata est.

7. Crebri autem fornices erant, appellentibus diversoria; præque illis omnis in circuitu planities exscendentibus locus erat amplus ad inambulandum. Aditus etiam borealis erat (ventorum enim pro situ loci placidissimus est boreas), atque ad ostium colossi tres ex utraque parte, suffulti columnis, quos a sinistra quidem portum intrantibus solida turris sustinet, a dextra vero duo recti lapides conjuncti, turri ex adverso labro majores. Portui autem ædes connexæ erant, et ipsæ e saxo candido, et in eum tendebant civitatis angiportus pari intervallo a se invicem disjuncti. Contra ostium vero in tumulo Cæsaris templum, pulchritudine simul et magnitudine excellens; atque in eo Cæsaris colossus, non minor Jovis apud Olympiam, cujus ad exemplar factus est, Romæ vero alter par Junoni quæ Argis est. Urbem autem provinciæ dedicavit, portum vero illac navigantibus, Cæsari autem structuræ honorem; unde urbem ipsam Cæsaream appellavit.

8. Ceterum reliqua ex operibus, amphitheatrum et theatrum et forum, nomine quo appellantur non indigna posuit: et, ludis quinquennalibus institutis, itidem a Cæsare eos denominavit, quum primus ipse maxima præmia proposuisset Olympiade centesima nonagesima et secunda; in quibus ludis non solum victores, sed et illis proximi, et tertii regiarum divitiarum participes fiebant. Porroque quum Anthedonem in maritimis grassante bello eversam restituisset, Agrippeum nominavit; ejusdemque amici, ex abundanti sua benevolentia, nomen etiam portæ inscripsit, quam ipse in templo ædificavit.

9. Quin et patris amator erat, si quisquam alius. Nam et patri monumentum constituit urbem, quam in pulcherrima regni planitie conditam, fluviisque et arboribus decoratam, Antipatridem nuncupavit. Quumque supra Hierichuntem castellum firmitate et pulchritudine excellens muro cinxisset, matris suæ nomine Cypron appellatum ei dedicavit; et Phasaelo fratri turrim cognominem Hierosolymis: cujus et formam et in amplitudine magnificentiam in sequentibus declarabimus. Aliamque urbem juxta vallem qua ab Hierichunte versus boream itur conditam Phasaelidem nominavit.

10. Quum autem domesticos et amicos ævo tradidisset, ne sui quidem memoriam insuper habuit, sed castellum in monte quodam Arabiæ communitum de suo nomine Herodeum appellavit. Tumulum etiam in mammæ formam manu factum, qui ab Hierosolymis abest sexaginta stadia, eodem quidem nomine vocavit, verum ambitiosius instruxit. Etenim rotundis quidem turribus summitatem complexus est, ambitum vero occupavit palatiis sumptuosissime

τοις, ὡς μὴ μόνον τὴν ἔνδον τῶν οἰκημάτων ὄψιν εἶναι λαμπρὰν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν τοίχοις καὶ θριγκοῖς καὶ στέγαις περικεχύσθαι τὸν πλοῦτον δαψιλῆ. Πόρρωθεν δὲ μεγίστοις ἀναλώμασιν ὑδάτων πλῆθος εἰσήγαγε, καὶ βαθμοῖς διακοσίοις λευκοτάτης μαρμάρου τὴν ἄνοδον διέλαβεν· ἦν γὰρ δὴ τὸ γεώλοφον ἐπιεικῶς ὑψηλὸν καὶ πᾶν χειροποίητον. Κατεσκεύασε δὲ καὶ περὶ τὰς ῥίζας ἄλλα βασίλεια, τήν τε ἀποσκευὴν καὶ τοὺς φίλους δέξασθαι δυνάμενα· ὥστε τῷ μὲν πάντα ἔχειν πόλιν εἶναι δοκεῖν τὸ ἔρυμα, τῇ περιγραφῇ δὲ βασίλειον.

ια'. Τοσαῦτα δ' οὖν κτίσας πλείσταις καὶ τῶν ἔξω πόλεων τὸ μεγαλόψυχον ἐπεδείξατο. Τριπόλει μὲν γὰρ καὶ Δαμασκῷ καὶ Πτολεμαΐδι γυμνάσια, Βύβλῳ δὲ τεῖχος, ἐξέδρας τε καὶ στοὰς καὶ ναοὺς καὶ ἀγορὰς Βηρυτῷ κατασκευάσας καὶ Τύρῳ, Σιδῶνί γε μὴν καὶ Δαμασκῷ θέατρα, Λαοδικεῦσι δὲ τοῖς παραλίοις ὑδάτων εἰσαγωγὴν, Ἀσκαλωνίταις δὲ βαλανεῖα καὶ κρήνας πολυτελεῖς, πρὸς δὲ περίστυλα θαυμαστὰ τήν τε ἐργασίαν καὶ τὸ μέγεθος· εἰσὶ δὲ οἷς ἄλση καὶ λειμῶνας ἀνέθηκεν. Πολλαὶ δὲ πόλεις, ὥσπερ κοινωνοὶ τῆς βασιλείας, καὶ χώραν ἔλαβον παρ' αὐτοῦ· γυμνασιαρχίας δὲ ἄλλας ἐπετησίοις τε καὶ διηνεκέσιν ἐδωρήσατο προσόδοις, κατατάξας, ὥσπερ Κῴοις, ἵνα μηδέποτε ἐκλείπῃ τὸ γέρας. Σῖτόν γε μὴν πᾶσιν ἐχορήγησε τοῖς δεομένοις, καὶ τῇ Ῥόδῳ χρήματα μὲν εἰς ναυτικοῦ κατασκευὴν παρέσχε πολλαχοῦ καὶ πολλάκις· ἐμπρησθὲν δὲ τὸ Πύθιον ἰδίοις ἀναλώμασιν ἄμεινον ἀνεδείματο. Τί δεῖ λέγειν τὰς εἰς Λυκίους ἢ Σαμίους δωρεὰς, ἢ τὴν δι' ὅλην τῆς Ἰωνίας, ἐν οἷς ἐδεήθησαν ἕκαστοι, δαψίλειαν; ἀλλὰ Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, Νικοπολῖταί τε καὶ τὸ κατὰ Μυσίαν Πέργαμον, οὐ τῶν Ἡρώδου γέμουσιν ἀναθημάτων; τὴν δὲ Ἀντιοχέων τῶν ἐν Συρίᾳ πλατεῖαν, οὐ φευκτὴν οὖσαν ὑπὸ βορβόρου κατέστρωσέ τε σταδίων εἴκοσι τὸ μῆκος οὖσαν ξεστῇ μαρμάρῳ, καὶ πρὸς τὰς ὑετῶν ἀποφυγὰς ἐκόσμησεν ἰσομήκει στοᾷ;

ιβ'. Ταῦτα μὲν ἄν τις εἴποι ἴδια τῶν εὖ παθόντων δήμων ἑκάστου· τὸ δὲ Ἠλείοις χαρισθὲν οὐ μόνον κοινὸν τῆς Ἑλλάδος, ἀλλ' ὅλης τῆς οἰκουμένης δῶρον, εἰς ἣν ἡ δόξα τῶν ἐν Ὀλυμπιάσιν ἀγώνων διικνεῖται· τούτους γὰρ δὴ καταλυομένους ἀπορίᾳ χρημάτων ὁρῶν, καὶ τὸ μόνον λεῖψανον τῆς ἀρχαίας Ἑλλάδος ὑπορρέον, οὐ μόνον ἀγωνοθέτης ἧς ἐπέτυχε πενταετηρίδος εἰς Ῥώμην παραπλέων ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς πόρους χρημάτων ὑπέδειξεν, ὡς μηδέποτε ἀγωνοθετοῦσαν τὴν μνήμην αὐτοῦ ἐπιλιπεῖν. Ἀνήνυτον δ' ἂν εἴη χρεῶν διαλύσεις ἢ φόρων ἐπεξιέναι, καθάπερ Φασηλίταις καὶ Βαλανεώταις καὶ τοῖς περὶ τὴν Κιλικίαν πολιχνίοις τὰς ἐτησίους εἰσφορὰς ἐπεξεκούφισεν. Πλεῖστόν γε μὴν αὐτοῦ τῆς μεγαλονοίας ἔθραυσεν ὁ φόβος, ὡς μὴ δόξειεν ἐπίφθονος ἤ τι θηρᾶσθαι μεῖζον, εὐεργετῶν τὰς πόλεις πλέον τῶν ἐχόντων.

ιγ'. Ἐχρήσατο δὲ καὶ σώματι πρὸς τὴν ψυχὴν ἀναλόγῳ, κυνηγέτης μὲν ἄριστος ἀεὶ γενόμενος, ἐν ᾧ μάλιστα δι' ἐμπειρίας ἱππικῆς ἐπετύγχανε· μιᾷ γοῦν

exstructis, ut ædificia non solum intus essent aspectu splendida, sed et exteriores parietes et maceriæ et tecta pretiosis largiter circumfusa essent ornamentis. Magnam etiam aquæ copiam ingenti impensa e longinquo induxit, et ducentis gradibus e marmore candidissimo ascensum distinxit. Erat enim tumulus modice excelsus, totusque manu factus. Denique alia ad imum ejus palatia ædificavit, quæ et impedimenta et amicos recipere possent, adeo ut pro rerum omnium copia castellum civitas esse videretur, circuitu vero domus regia.

11. Quum autem tanta exstruxisset, plerisque etiam exterarum civitatum animi sui magnitudinem patefecit. Namque apud Tripolin et Damascum et Ptolemaidem gymnasia, Bybli autem murum, exedras vero et porticus templa et fora Beryti ac Tyri ædificavit, nec non apud Sidonem et Damascum theatra, maritimis etiam Laodicensibus aquæductum fecit, atque Ascalonitis balneas et fontes magnificos, prætereaque peristylia tam opere quam magnitudine suspicienda: nonnullis etiam lucos et loca irrigua dicavit. Multæ autem civitates, quasi ad regnum ejus pertinerent, etiam agros ab eo acceperunt; alias vero gymnasiorum præfecturas reditibus annuis et perpetuis dotavit, constituens, quemadmodum Cois, ut nunquam præmia deessent. Porro frumentum egenis omnibus suppeditavit; et Rhodiis ad classem parandam instruendamque pecunias sæpe multisque in locis præbuit: quumque incensum esset Pythium templum, in melius suis sumptibus denuo ædificavit. Quid opus est ejus in Lycios et Samios liberalitatem memorare, aut largitionem per Ioniam omnem, pro cujusque necessitate ab eo factam? Nonne etiam Athenienses et Lacedæmonii, Nicopolitani et in Mysia Pergamus Herodis sunt plena donariis? nonne Antiochensium in Syria plateam, quum cœno oppleta ab omnibus vitaretur, per viginti stadia in longitudinem stravit polito marmore, et ad effugiendos imbres porticu ejusdem longitudinis eam ornavit?

12. Sed hæc propria quis dixerit illorum, quibus ea contulit, populorum: quod autem Eleis donavit, munus erat non solum Græciæ commune, sed et toti terrarum orbi, in quem ludorum Olympiacorum gloria pervasit. Nam quum istos propter pecuniæ inopiam fere interiisse videret, et quod reliquum erat veteris Græciæ in nihilum delabi, non solum agonotheta ipse factus est eo lustro, in quod, quum Romam navigaret, incidit, sed etiam in perpetuum pecuniarum reditus suppeditavit, ut nunquam ejus memoria agonothetæ munere fungi desineret. Infinitum autem foret debitorum tributorumve remissiones percensere, quemadmodum Phasaelitas et Balaneotas, aliaque circa Ciliciam municipia annuis pensionibus levavit. Ceterum animi ejus magnitudinem non paululum fregit timor, ne quam haberet invidiam, aut majus aliquid aucupari videretur, quod beneficiis amplioribus civitates affecerit, quam qui illarum essent domini.

13. Quin et ea corporis exercitatione usus est, quæ maxime animæ conveniret, in venatione quidem semper optime se gerens, quod ob equitandi peritiam res ei suc-

ἡμέρᾳ ποτὲ τεσσαράκοντα θηρίων ἐκράτησεν. Ἔστι δὲ καὶ συοτρόφος μὲν ἡ χώρα, τὸ πλέον δ' ἐλάφων καὶ ὄνων ἀγρίων εὔπορος. Πολεμιστὴς δὲ ἀνυπόστατος· πολλοὶ γοῦν κἀν ταῖς γυμνασίαις αὐτὸν κατεπλάγησαν, ἀκοντιστήν τε ἰθυβολώτατον καὶ τοξότην εὐστοχώτατον ἰδόντες. Πρὸς δὲ τοῖς ψυχικοῖς καὶ τοῖς σωματικοῖς προτερήμασιν, ἐχρήσατο δεξιᾷ καὶ τύχῃ. Καὶ γὰρ σπανίως ἔπταισεν ἐν πολέμῳ, καὶ τῶν πταισμάτων οὐκ αὐτὸς αἴτιος, ἀλλ' ἢ προδοσία τινῶν, ἢ προπέτεια στρατιωτῶν ἐγένετο.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Τάς γε μὴν ὑπαίθρους εὐπραγίας ἡ τύχη τοῖς κατ' οἶκον ἀνιαροῖς ἐνεμέσησε, καὶ κακοδαιμονεῖν ἐκ γυναικὸς ἤρξατο, περὶ ἣν μάλιστα ἐσπούδασεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν παρῆλθεν, ἀποπεμψάμενος ἣν ἰδιώτης ὢν ἦκτο γαμετὴν, ᾗ γένος ἦν ἐξ Ἱεροσολύμων, Δωρὶς ὄνομα, γαμεῖ Μαριάμμην τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοβούλου θυγατέρα, δι' ἣν αὐτῷ στασιασθῆναι συνέβη τὸν οἶκον, καὶ τάχιον μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἄφιξιν. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸν ἐκ τῆς Δωρίδος υἱὸν Ἀντίπατρον διὰ τοὺς ἐκ Μαριάμμης ἐφυγάδευσε τῆς πόλεως, μόναις ταῖς ἑορταῖς ἀφεὶς κατιέναι. Ἔπειτα τὸν πάππον τῆς γυναικὸς Ὑρκανὸν, ἐκ Πάρθων πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα, δι' ὑπόνοιαν ἐπιβουλῆς ἀνεῖλεν, ὃν ἠχμαλωτίσατο μὲν Βαρζαφάρνης καταδραμὼν Συρίαν, ἐξητήσαντο δὲ κατ' οἶκτον οἱ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμοεθνεῖς. Καὶ εἴ γε τούτοις ἐπείσθη, παραινοῦσι μὴ διαβῆναι πρὸς Ἡρώδην, οὐκ ἂν παραπώλετο. Δέλεαρ δὲ αὐτῷ θανάτου τῆς υἱωνῆς ὁ γάμος κατέστη. Τούτῳ γὰρ πεποιθὼς καὶ περισσόν τι τῆς πατρίδος ἐφιέμενος ἧκε. Παρώξυνε δὲ Ἡρώδην, οὐκ αὐτὸς ἀντιποιούμενος βασιλείας, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ βασιλεύειν ἐπέβαλλεν αὐτῷ.

β'. Τῶν δὲ ἐκ Μαριάμμης πέντε τέκνων αὐτῷ γενομένων δύο μὲν θυγατέρες, τρεῖς δὲ ἦσαν υἱεῖς. Καὶ τούτων ὁ νεώτατος μὲν ἐν Ῥώμῃ παιδευόμενος τελευτᾷ· δύο δὲ τοὺς πρεσβυτέρους βασιλικῶς ἦγε, διά τε τὴν μητρῴαν εὐγένειαν καὶ ὅτι βασιλεύοντι γεγόνεισαν αὐτῷ. Τὸ δὲ τούτων ἰσχυρότερον, ὁ Μαριάμμης ἔρως συνήργει, καθ' ἡμέραν ἐκκαίων Ἡρώδην λαβρότερον, ὡς μηδενὸς τῶν διὰ τὴν στεργομένην λυπηρῶν αἰσθάνεσθαι· τοσοῦτον δὲ ἦν μῖσος εἰς αὐτὸν τῆς Μαριάμμης, ὅσος ἐκείνου πρὸς αὐτὴν ἔρως. Ἔχουσα δὲ τὴν μὲν ἀπέχθειαν ἐκ τῶν πραγμάτων εὔλογον, τὴν δὲ παρρησίαν ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι, φανερῶς ὠνείδιζεν αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν πάππον Ὑρκανὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀριστόβουλον. Οὐδὲ γὰρ τούτου καίπερ ὄντος παιδὸς ἐφείσατο, δοὺς μὲν αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἑπτακαιδεκαέτει, μετὰ δὲ τὴν τιμὴν κτείνας εὐθέως, ἐπειδὴ τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα λαβόντι καὶ τῷ βωμῷ προσελθόντι καθ' ἑορτὴν ἄθρουν ἐπεδάκρυσε τὸ πλῆθος· πέμπεται μὲν οὖν ὁ παῖς διὰ νυκτὸς εἰς Ἱεριχοῦντα, ἐκεῖ δὲ, κατ' ἐντολὴν ὑπὸ τῶν Γαλατῶν βαπτιζόμενος ἐν κολυμβήθρᾳ τελευτᾷ.

γ'. Διὰ ταῦτα Ἡρώδην τε ὠνείδιζεν ἡ Μαριάμμη

cesserit : uno quippe die aliquando feras quadraginta subegit. Est autem aprorum altrix illa regio, magis vero cervis et onagris abundat. Bellator vero erat cui nemo esset resistendo : adeo ut in gymnasiorum exercitiis eum pertimescerent, quum ipsum vidissent maxime omnium recta jaculari, et sagittando quam minime a scopo aberrare. Præter animi autem corporisque virtutem præcellentem, fortuna quoque usus est secunda. Nam et raro male ei res ceciderunt in bello, et si quando acie victus fuerit, non ipsius culpa, sed aut proditione quorundam aut temeritate militum factum est.

CAP. XXII. (XVII.)

Ceterum dum foris res ei succederent, domesticis molestiis eum persequuta est fortuna, quodque adversis casibus conflictaretur, in causa erat mulier, quam maxime dilexerat. Nam postquam adeptus est imperium, dimissa quam privatus uxorem duxerat, quæ genere erat Hierosolymitana, nomine Doris, Mariamnen sibi matrimonio jungit, filiam Alexandri, Aristobuli filii : unde contigit domum ejus seditionibus agitari, et antea quidem, maxime vero post ejus a Roma reditum. Nam primum quidem Antipatrum, filium quem e Doride susceperat, civitate expulit, in gratiam illorum quos e Mariamne genuerat, solis festis diebus eo commeandi potestate concessa. Deinde Hyrcanum, avum conjugis, ex Parthis ad ipsum reversum, propter insidiarum suspicionem sustulit, quem captum quidem occupata Syria Barzapharnes abduxerat, gentiles vero Transeuphratenses, sortem ejus miserati, sibi dari petierant. Et si horum monitis paruisset, ne ad Herodem transiret hortantium, nequaquam periisset. Verum mortis ejus incitamentum fuit neptis matrimonium. Nam hoc fretus, multoque magis patriam desiderans, veniebat. Herodem autem commovit, non quod regnum sibi vindicaret, sed quod regnare ipsi jure deberetur.

2. Quinque autem liberorum, quos ex Mariamne susceperat, duo quidem feminæ, tres vero mares erant. Atque horum natu minimus dum educatur Romæ moritur : duos autem grandiores, et propter matris nobilitatem, et quod ipsi in imperio geniti essent, regie instituebat. Verum, quod istis fortius erat, ad hoc conferebat amor Mariamnes, qui in dies Herodem vehementius urebat, ut eorum nihil sentiret quæ propter dilectam ipsi dolerent : tantum autem in eum Mariamnes erat odium, quantus illius erga ipsam amor. Illa igitur ex rebus quidem ipsis probabiles habens inimicitiarum causas, ex eo vero quod amaretur loquendi libertatem, coram ei objiciebat quæ in avum suum Hyrcanum fratremque Aristobulum perpetraverat. Nec enim huic, quanquam puer erat, pepercit Herodes, dato quidem ipsi, quum annorum esset septemdecim, pontificatu, eo vero post honorem acceptum statim occiso, quoniam populus ei sacra veste induto, quum ad aram festo die ascendisset, frequens illacrimavit. Noctu igitur mittitur puer Hierichuntem, atque ibi a Gallis, quibus id negotii mandatum erat, in piscinam immersus interiit.

3. Ob ista Mariamne probra in Herodem jaciebat, soro-

καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα δειναῖς ἐξύβριζε λοιδορίαις. Ἀλλ' ὁ μὲν πεφίμωτο τοῖς ἱμέροις. Δεινὴ δὲ τὰς γυναῖκας ἀγανάκτησις εἰσῄει, καὶ πρὸς ὃ μάλιστα κινήσειν τὸν Ἡρώδην ἔμελλον, εἰς μοιχείαν διέβαλλον αὐτήν· ἄλλα τε πολλὰ πρὸς τὸ πιθανὸν ἐνσκευαζόμεναι καὶ κατηγοροῦσαι, διότι τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτῆς πέμψειεν εἰς Αἴγυπτον Ἀντωνίῳ, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἀσελγείας ἀποῦσαν δείξειεν ἑαυτὴν ἀνθρώπῳ γυναικομανοῦντι καὶ βιάζεσθαι δυναμένῳ. Τοῦτο ὥσπερ σκηπτὸς ἐμπεσὼν ἐτάραξεν Ἡρώδην, μάλιστα μὲν διὰ τὸν ἔρωτα ζηλοτύπως ἔχοντα, λογιζόμενον δὲ καὶ τὴν Κλεοπάτρας δεινότητα, δι' ἣν Λυσανίας τε ὁ βασιλεὺς ἀνῄρητο καὶ Μάλιχος ὁ Ἄραψ. Οὐ γὰρ ἀφαιρέσει γαμετῆς ἐμέτρει τὸν κίνδυνον, ἀλλὰ θανάτῳ.

δ'. Μέλλων οὖν ἀποδημήσειν Ἰωσήπῳ τῷ ἀνδρὶ Σαλώμης τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ (πιστὸς δὲ ἦν καὶ διὰ τὸ κῆδος εὔνους) παρατίθεται τὴν γυναῖκα, κρύφα δοὺς ἐντολὰς ἀναιρεῖν αὐτὴν εἰ κἀκεῖνον Ἀντώνιος. Ὁ δὲ Ἰώσηπος οὔ τι κακοήθως, ἀλλὰ τὸν ἔρωτα τοῦ βασιλέως παραστῆσαι τῇ γυναικὶ βουλόμενος, ὡς οὐδὲ ἀποθανὼν αὐτῆς ὑπομένοι διαζευχθῆναι, τὸ ἀπόρρητον ἐκφέρει. Κἀκείνη πρὸς ἐπανήκοντα τὸν Ἡρώδην, πολλά τε περὶ τοῦ πρὸς αὐτὴν πόθου ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἐπομνύμενον καὶ ὡς οὐδὲν ἐρασθείη ποτὲ γυναικὸς ἄλλης, « πάνυ γοῦν, εἶπε, ταῖς πρὸς Ἰώσηπον ἐντολαῖς ἐπεδείξω τὸν εἰς ἡμᾶς ἔρωτα, κτεῖναί με προστάξας. »

ε'. Ἔκφρων εὐθέως ἀκούσας τὸ ἀπόρρητον ἦν, καὶ οὐκ ἄν ποτε τὸν Ἰώσηπον ἐξαγγεῖλαι τὴν ἐντολὴν φάμενος, εἰ μὴ διαφθείρειεν αὐτὴν, ἐνεθουσία τῷ πάθει, καὶ τῆς κοίτης ἐξαλλόμενος, ἀνέδην ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνειλεῖτο. Κἀν τούτῳ Σαλώμη ἡ ἀδελφὴ τὸν καιρὸν εἰς τὰς διαβολὰς ἁρπάσασα τὴν εἰς τὸν Ἰώσηπον ἐβεβαίωσεν ὑποψίαν. Ὁ δὲ, ὑπ' ἀκράτου ζηλοτυπίας ἐκμανεὶς, παραχρῆμα κτείνειν προσέταξεν ἀμφοτέρους. Μετάνοια δ' εὐθέως εἵπετο τῷ πάθει, καὶ τοῦ θυμοῦ πεσόντος ὁ ἔρως πάλιν ἀνεζωπυρεῖτο. Τοσαύτη δὲ ἦν φλεγμονὴ τῆς ἐπιθυμίας, ὡς μηδὲ τεθνάναι δοκεῖν αὐτὴν, ὑπὸ δὲ κακώσεως ὡς ζώσῃ προσλαλεῖν, μέχρι τῷ χρόνῳ διδαχθεὶς τὸ πένθος ἀνάλογον [τὴν λύπην] ἔσχε τῇ πρὸς περιοῦσαν διαθέσει.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Κληρονομοῦσι δὲ τῆς μητρῴας οἱ παῖδες ὀργῆς, καὶ τοῦ μύσους ἔννοιαν λαμβάνοντες ὡς πολέμιον ὑφεώρων τὸν πατέρα, καὶ πρότερον μὲν ἐπὶ Ῥώμης παιδευόμενοι, πλέον δὲ ὡς εἰς Ἰουδαίαν ὑπέστρεψαν. Συνηνδροῦτο δ' αὐτῶν ταῖς ἡλικίαις ἡ διάθεσις. Ἐπεὶ δὲ γάμων ἔχοντες ὥραν, ὁ μὲν τῆς τηθίδος Σαλώμης, ἣ τῆς μητρὸς αὐτῶν κατηγόρησεν, ὁ δὲ ἔγημεν Ἀρχελάου τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως θυγατέρα, προσελάμβανον ἤδη τῷ μίσει καὶ παρρησίαν. Ἐκ δὲ τοῦ θράσους αὐτῶν ἀφορμὰς οἱ διαβάλλοντες ἐλάμβανον, καὶ φανερώτερον ἤδη τῷ βασιλεῖ διελέγοντό τινες, ὡς ἐπιβουλεύοιτο μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν υἱῶν, ὁ δὲ Ἀρχελάῳ κηδεύσας

remque ejus et matrem atrocibus conviciis proscindebat. Sed illi quidem præ amore os erat occlusum. Gravis autem indignatio mulieres subiit, et, quo maxime Herodi iram concitarent, insimulabant eam adulterii, et alia multa ad fidem faciendam instruentes, eamque accusantes, quod in Ægyptum imaginem suam misisset Antonio, et ex immoderata libidine semet absentem viro ostendi curasset, mulierum desiderio furenti et qui vim posset adhibere. Hoc ipsum veluti fulmen emissum perturbavit Herodem, maxime quidem amoris causa zelotypia inflammatum, insuperque secum reputantem Cleopatræ sævitiam, cujus gratia et Lysanias rex et Malichus Arabs erant perempti. Non enim ex eo quod futurum esset ut conjux sibi eriperetur, sed quod mortis discrimen adiret, periculum metiebatur.

4. Itaque peregre profecturus Josepho, Salomes sororis suæ marito, quem fidum habebat et ex affinitate benevolum, uxorem commendat, mandato ei clam ut illam interficeret, si modo ipsum occideret Antonius. Verum Josephus non maligne, sed regis amorem mulieri demonstrare volens, quomodo ille ab ea semet ne mortuum quidem disjungi pateretur, arcanum enunciat. Atque illa, quum reversus esset Herodes, multaque inter colloquendum de suo illius desiderio juraret, quodque nunquam aliam mulierem adeo deamaret, « valde, inquit, tuum erga nos amorem patefecisti mandatis Josepho datis, quibus ut me occideret præcepisti. »

5. Herodes, quum arcanum audiisset, illico mentis impos erat, dicensque Josephum sua mandata non fuisse proditurum, nisi eam stuprasset, præ dolore insaniebat, atque stratis exsiliens ultro citroque cursabat in regia. Intereaque soror ejus Salome, arrepto tempore ad criminandum suspicionem de Josepho confirmavit. Ille vero ex immoderata zelotypia in furorem actus e vestigio utrumque necari jussit. At continuo insaniam excipiebat pœnitentia, iraque residente amor iterum exsuscitatur. Tanta autem ejus cupiditate ardebat, ut mortuam vix aut ne vix quidem esse crederet, sed præ ægritudine eam, quasi adhuc viveret, alloqueretur; donec tempore edoctus, luctus [mœroris] magnitudine eum, quo superstitem dilexerat, æquavit affectum.

CAP. XXIII. (XVII.)

Maternæ autem iracundiæ hæredes succedunt filii, et immanitatem sceleris reputantes non aliter patrem quam si hostis esset suspectum habebant, idque et antea quum Romæ in studiis versarentur, et multo magis postquam in Judæam erant reversi. Atque una cum ætatibus illorum adolevit affectus. Posteaquam vero conjugio maturi, unus amitæ Salomes, quæ matrem eorum accusavit, alter Archelai Cappadocum regis filiam duxerat, tum odio etiam loquendi libertatem adjungebant. Ex illa autem audacia calumniandi ansa arrepta est, et mox apertius quidam apud regem dicebant quod ei a filio quidem utroque struerentur insidiæ; ille vero, qui Archelai gener erat, socero fretus etiam fugam

καὶ φεύγειν παρασκευάζοιτο, τῷ πενθερῷ πεποιθὼς, ἵνα ἐπὶ Καίσαρος αὐτοῦ κατηγορήσῃ. Ἀναπλησθεὶς δὲ τῶν διαβολῶν Ἡρώδης ὥσπερ ἐπιτείχισμα τοῖς υἱοῖς κατάγει τὸν ἐκ τῆς Δωρίδος Ἀντίπατρον, καὶ πάντα τρόπον προτιμᾷν ἄρχεται.

β'. Τοῖς δὲ ἀφόρητος ἦν ἡ μεταβολὴ, καὶ τὸν ἐξ ἰδιώτιδος μητρὸς ὁρῶντες προκόπτοντα, διὰ τὴν αὐτῶν εὐγένειαν οὐκ ἐκράτουν τῆς ἀγανακτήσεως· ἐφ' ἑκάστου δὲ τῶν ἀνιαρῶν τὴν ὀργὴν ἐξέφαινον. Ὡς δὲ οἱ μὲν καθ' ἡμέραν προσίσταντο μᾶλλον, ὁ δὲ Ἀντίπατρος ἤδη καὶ δι' αὐτὸν ἐσπουδάζετο, δεινότατος μὲν ὢν ἐν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα κολακείαις, διαβολὰς δὲ κατὰ τῶν ἀδελφῶν ποικίλας ἐνσκευαζόμενος, καὶ τὰ μὲν αὐτὸς λογοποιῶν, τὰ δὲ τοὺς ἐπιτηδείους φημίζειν καθιεὶς, μέχρι παντάπασι τοὺς ἀδελφοὺς ἀπέρρηξε τῆς βασιλικῆς ἐλπίδος. Καὶ γὰρ ἐν ταῖς διαθήκαις καὶ φανερῶς αὐτὸς ἦν ἤδη διάδοχος· ὡς βασιλεὺς γοῦν ἐπέμφθη καὶ πρὸς Καίσαρα, τῷ τε κόσμῳ καὶ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις, πλὴν διαδήματος, χρώμενος. Χρόνῳ δὲ ἐξίσχυσεν εἰσαγαγεῖν ἐπὶ τὴν Μαριάμμης κοίτην τὴν μητέρα· δυσὶ δὲ ὅπλοις κατὰ τῶν ἀδελφῶν χρώμενος, κολακείᾳ καὶ διαβολῇ, τὸν βασιλέα καὶ περὶ θανάτου τῶν υἱῶν ὑπειργάσατο.

γ'. Τὸν γοῦν Ἀλέξανδρον σύρας μέχρι Ῥώμης ὁ πατὴρ τῆς ἐφ' ἑαυτῷ φαρμακείας ἔκρινεν ἐπὶ Καίσαρος. Ὁ δὲ εὑρὼν μόλις ὀλοφυρμοῦ παρρησίαν, καὶ δικαστὴν ἐμπειρότερον Ἀντιπάτρου καὶ Ἡρώδου φρονιμώτερον, τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ πατρὸς αἰδημόνως ὑπεστείλατο, τὰς δὲ αὐτοῦ διαβολὰς ἰσχυρῶς ἀπεδύσατο· καθαρὸν δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀποδείξας κοινωνοῦντα τῶν κινδύνων, οὕτως ἤδη τό τε Ἀντιπάτρου πανοῦργον καὶ τὴν αὐτῶν ἀτιμίαν ἀπωδύρετο. Συνήργει δὲ αὐτῷ μετὰ καθαροῦ τοῦ συνειδότος ἡ περὶ λόγους ἰσχύς· ἦν γὰρ δὴ δεινότατος εἰπεῖν. Καὶ τὸ τελευταῖον φάμενος ὡς τῷ πατρὶ κτείνειν αὐτούς ἐστιν, εἰ δὴ προτίθεται τὸ ἔγκλημα, προήγαγε μὲν εἰς δάκρυα πάντας, τὸν δὲ Καίσαρα διέθηκεν οὕτως ὡς ἀπογνῶναι μὲν αὐτῶν τὰ κατηγορημένα, διαλλάξαι δὲ Ἡρώδην εὐθέως. Αἱ διαλλαγαὶ δὲ ἐπὶ τούτοις ἦσαν, ὥστε ἐκείνους μὲν τῷ πατρὶ πάντα πειθαρχεῖν, τὸ δὲ τὴν βασιλείαν καταλιπεῖν ᾧ βούλεται.

δ'. Μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ Ῥώμης ὑπέστρεφεν ὁ βασιλεὺς, τῶν μὲν ἐγκλημάτων ἀφεικέναι τοὺς υἱεῖς δοκῶν, τῆς δὲ ὑπονοίας οὐκ ἀπηλλαγμένος. Παρηκολούθει γὰρ Ἀντίπατρος, ἡ τοῦ μίσους ὑπόθεσις, ἀλλ' εἴς γε τὸ φανερὸν τὴν ἀπέχθειαν οὐκ ἐξέφερε, τὸν διαλλακτὴν αἰδούμενος. Ὡς δὲ τὴν Κιλικίαν παραπλέων κατῆρεν εἰς Ἐλεοῦσαν, εἱστία μὲν αὐτοὺς φιλοφρόνως Ἀρχέλαος, ὑπὲρ τῆς τοῦ γαμβροῦ σωτηρίας εὐχαριστῶν, καὶ ταῖς διαλλαγαῖς ἐφηδόμενος, ὡς ἂν καὶ τάχιον γεγραφὼς τοῖς ἐπὶ Ῥώμης φίλοις, συλλαμβάνεσθαι περὶ τὴν δίκην Ἀλεξάνδρῳ. Προπέμπει δὲ μέχρι Ζεφυρίου, δῶρα δοὺς μέχρι τριάκοντα ταλάντων.

ε'. Ὡς δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα Ἡρώδης ἀφικνεῖται, συναγαγὼν τὸν λαὸν, καὶ τοὺς τρεῖς υἱεῖς παραστησάμε-

pararet, ipsum apud Cæsarem accusaturus. Herodes autem, quum criminationum satis superque accepisset, Antipatrum ex Doride susceptum, veluti propugnaculo sibi futurum adversus filios, ad se adducit, ejusque rationem modis omnibus habere cœpit.

2. Illis autem intoleranda erat hæc rerum mutatio; quumque viderent matre privata natum adeo proficere, tantos eis sua nobilitas stimulos subdidit, ut indignationem cohibere non possent; sed ob quodcunque grave illis et molestum iram suam palam faciebant. At quum illi in dies magis infesto et inimico essent animo, Antipater jam studiose omnia ipse agebat, ut qui optime norit patrem adulari, et varias in fratres suos calumnias pararet, quasdam ipsemet spargens, alias vero necessariis suis divulgandas submittens : donec spem regni omnem fratribus præciderit. Nam et in testamento et aperte quoque jam ipse erat successor : denique tanquam rex etiam ad Cæsarem missus est, et ornatu et cetero præter diadema cultu instructus. Tempore autem brevi tantum gratia valuit, ut matrem suam in lecto Mariamnes collocaret : geminisque armis contra fratres usus, blanditiis et calumniis, clam effecit ut rex etiam de filiorum nece cogitaret.

3. Quapropter pater quum Alexandrum secum Romam duxisset, veneni sibi parati reum apud Cæsarem postulavit. Ille autem, quum ægre eo confidentiæ devenisset ut calamitatem deploraret, et judicem habens Antipatro peritiorem et Herode prudentiorem, delicta quidem patris verecunde suppressit, jactas vero in ipsum criminationes fortiter diluit : quumque fratrem periculorum consortem sceleris purum demonstrasset, tum mox de Antipatri calliditate et de contumeliis et injuriis sibi illatis questus est. Non solum autem ipsum adjuvabat conscientia intemerata, sed et verborum vis : nam acerrimus erat in dicendo. Postremo quum dixisset, patri licere occidere ipsos, si scilicet crimen objiceret, fecit ut omnes lacrimas profunderent; Cæsar vero ita affectus est, ut accusationem in eos institutam rejecerit et Herodem illis reconciliarit. Ea autem lege facta est reconciliatio, ut adolescentes quidem patri in omnibus obsequerentur, illi vero liberum esset regnum relinquere cui vellet.

4. Post hæc igitur rex Roma reversus est, ita ut videretur filiis quidem criminationes remisisse, haud vero ab omni suspicione liber. Eum enim comitatus est Antipater, odii causa et fundamentum; sed reconciliatorem veritus palam proferre inimicitias non audebat. Ceterum quum juxta Ciliciam navigans ad Eleusam appulerit, eos quidem Archelaus convivio perhumaniter excipiebat, pro incolumitate generi gratias referens, et ob concordiam redintegratam hilaritatem suam ostendens : quippe nihil moratus amicis Romæ scripserat ut in judicio Alexandrum adjuvarent. Quin et Zephyrium usque deduxit, talentis etiam triginta donatum.

5. Postea vero quam Hierosolyma pervenit Herodes, populo convocato, tribusque filiis ipsi adstantibus, pro-

νος, ἀπελογεῖτο περὶ τῆς ἀποδημίας· καὶ πολλὰ μὲν ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ, πολλὰ δὲ Καίσαρι καταστησαμένῳ τὸν οἶκον αὐτοῦ τεταραγμένον, καὶ μεῖζόν τι τοῖς υἱοῖς παρασχόντι τῆς βασιλείας τὴν ὁμόνοιαν, « ἣν αὐτὸς, ἔφη, « συναρμόσω μᾶλλον. Ὁ μὲν γὰρ κύριον ἐμὲ τῆς ἀρ- « χῆς καὶ δικαστὴν τοῦ διαδόχου κατέστησεν, ἐγὼ δὲ, « μετὰ τοῦ συμφέροντος ἐμαυτῷ κἀκεῖνον ἀμειβόμενος, « τούσδε τοὺς τρεῖς παῖδας ἀποδείκνυμι βασιλέας, καὶ « τῆς γνώμης πρῶτον τὸν Θεὸν σύμψηφον, ἔπειτα καὶ « ὑμᾶς παρακαλῶ γενέσθαι. Τῷ μὲν γὰρ ἡλικία, « τοῖς δὲ εὐγένεια τὴν διαδοχὴν προξενεῖ. Τό γε μὴν « μέγεθος τῆς βασιλείας ἀρκεῖ καὶ πλείοσιν. Οὓς δὲ « Καῖσαρ μὲν ἥνωσε, καθίστησι δὲ πατὴρ, ὑμεῖς τη- « ρήσατε, μήτε ἀδίκους μήτε ἀνωμάλους τὰς τιμὰς « διδόντες, ἑκάστῳ δὲ κατὰ πρεσβεῖον. Οὐ γὰρ το- « σοῦτον εὐφρανεῖ τις τὸν παρ' ἡλικίαν θεραπευόμενον, « ὅσον ὀδυνήσει τὸν ἀτιμούμενον. Οὕς γε μὴν ἑκάστῳ « συνεῖναι δεήσει συγγενεῖς καὶ φίλους, ἐγὼ διανεμῶ, « καὶ τῆς ὁμονοίας ἐκείνους ἐγγυητὰς καταστήσομαι, « σαφῶς ἐπιστάμενος ὅτι τὰς στάσεις καὶ τὰς φιλονει- « κίας γεννῶσιν αἱ τῶν συνδιατριβόντων κακοήθειαι· κἂν « ὦσιν οὗτοι χρηστοὶ, τηροῦσι τὰς στοργάς. Ἀξιῶ δὲ « οὐ μόνον τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ στρατιᾷ μου « ταξιάρχους, ἐν ἐμοὶ μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐπὶ τοῦ « παρόντος. Οὐ γὰρ βασιλείαν, ἀλλὰ τιμὴν βασιλείας « τοῖς υἱοῖς παραδίδωμι· καὶ τῶν μὲν ἡδέων ὡς ἄρχον- « τες ἀπολαύσουσι, τὸ βάρος δὲ τῶν πραγμάτων ἐμόν « ἐστι, κἂν μὴ θέλω. Σκεπτέσθω δὲ ἕκαστος τήν τε « ἡλικίαν μου καὶ τὴν ἀγωγὴν τοῦ βίου, καὶ τὴν εὐσέ- « βειαν. Οὔτε γὰρ οὕτως εἰμὶ γέρων ὥστ' ἂν ἀπελπι- « σθῆναι ταχέως, οὔτε εἰς τρυφὴν ἐκδιαιτώμενος, ἣ καὶ « νέους ἐπιτέμνεται· τό τε θεῖον οὕτω τεθεραπεύκαμεν « ὥστε ἂν ἐπὶ μήκιστον βίου προελθεῖν. Ὁ δὲ τοὺς « ἐμοὺς παῖδας θεραπεύων ἐπὶ τῇ ἐμῇ καταλύσει, δώ- « σει μοι καὶ περὶ ἐκείνων δίκας. Οὐ γὰρ ἐγὼ φθονῶν « τοῖς ἐξ ἐμοῦ γεγεννημένοις ἀνακόπτω τὴν εἰς αὐτοὺς « φιλοτιμίαν, ἐπιστάμενος δὲ τοῖς νέοις γίνεσθαι τὰς « σπουδὰς θράσους ἐφόδιον. Εἴ γε μὴν ἕκαστος ἐνθυ- « μηθείη τῶν προσιόντων ὅτι χρηστὸς μὲν ὢν παρ' ἐμοῦ « λήψεται τὴν ἀμοιβὴν, στασιάζων δὲ καὶ παρὰ τῷ θε- « ραπευομένῳ τὸ κακόηθες ἀνόνητον ἕξει, πάντας οἶμαι « τὰ ἐμὰ φρονήσειν, τουτέστι τὰ τῶν ἐμῶν υἱῶν· καὶ « γὰρ τούτοις συμφέρει κρατεῖν ἐμὲ κἀμὲ τούτοις ὁμο- « νοεῖν. Ὑμεῖς δὲ, ὦ παῖδες ἀγαθοὶ, πρῶτον μὲν ἐνθυ- « μούμενοι τὴν ἱερὰν φύσιν, ἧς καὶ παρὰ θηρίοις αἱ στορ- « γαὶ μένουσιν, ἔπειτα τὸν ποιησάμενον ἡμῶν τὰς διαλ- « λαγὰς Καίσαρα, τρίτον ἐμὲ τὸν ἐν οἷς ἔξεστιν ἐπιτάσ- « σειν παρακαλοῦντα, μείνατε ἀδελφοί. Δίδωμι δὲ « ὑμῖν ἐσθῆτά τε ἤδη καὶ θεραπείαν βασιλικήν· ἐπεύ- « χομαι δὲ καὶ τῷ Θεῷ τηρῆσαι τὴν ἐμὴν κρίσιν, ἂν « ὁμονοῆτε ». Ταῦτα εἰπὼν, καὶ φιλοφρόνως ἕκαστον κατασπασάμενος τῶν υἱῶν, διέλυσε τὸ πλῆθος, τοὺς μὲν συνευχομένους τοῖς εἰρημένοις, ὅσοι δὲ ἐπεθύμουν μεταβολῆς, μηδὲ ἀκηκοέναι προσποιουμένους.

fectionis suæ rationem reddit : et multas quidem Deo gratias agebat, multas vero Cæsari, qui domus suæ perturbationem sedaverit atque restinxerit; et, quod regno majus, filiis auctor fuerit concordiæ, « quam ego, inquit, arctius « adhuc coagmentare studebo. Nam is quidem me regni « dominum et de successore judicem constituit, ego vero, « quod mei intersit, illi etiam gratias referens, hos tres « filios reges designo, atque huic sententiæ primum Deum « suffragatorem fieri precor, deinde et vos. Namque huic « ætas, illis generis nobilitas successionem conciliat. Porro « regni ea magnitudo est, ut etiam pluribus sufficiat. Quos « autem Cæsar conjunxit et pater constituit, vos velim « observare, neque injustis neque disparibus eos colentes « honoribus, sed quemque pro nascendi ordine. Non enim « tanta quis afficiet cum lætitia qui præter ætatis prærogativam colitur, quantum ei, quem despicit, doloris afferet. Ceterum ex consanguineis et amicis, quos oportebit cum singulis versari, ego illis adjungam, et concordiæ « sponsores constituam, ut qui probe norim, dissidia et « contentiones ex malignis ingeniis eorum quibuscum agunt « proficisci : hosque, si boni fuerint, mutuum amorem « tueri. Non istos autem tantum oro et obtestor, sed et « ordinum ductores in exercitu meo, ut in me solo spem « habeant in præsentia. Non enim regnum, sed regni « honorem filiis trado : et jucundis quidem, quasi in imperio essent, perfruentur, rerum vero onus, tametsi « nolim, meum erit. Consideret autem quisque ætatem « meam, vitæque institutum, necnon pietatem. Nam ne- « que senex adeo sum, ut de me vita desperari debeat, ne- « que voluptatibus assuetus, quæ et juvenum poplites suc- « cidunt : quin et Deum ita coluimus, ut vita quam longis- « sima frui non dubitemus. Quotus vero quisque filios meos « observabit vitæ meæ exitum exspectans, sciat is se pro- « pterea mihi pœnas daturum esse. Ego enim nequaquam, « ac si inviderem ex me genitis, impedio quominus alii eos « honore prosequantur, sed quod norim, ejusmodi studia « in adolescentibus ferociam alere. Itaque si cogitare velint « qui ad eos se conferunt, quod, quicunque bene se gesse- « rit, gratiam a me relatam habebit, dissidia vero serenti « nihil profuturam esse malitiam, etiam apud eum cui leno- « cinatur, omnes profecto meis, hoc est filiorum meorum, « rebus studebunt. Nam et ipsis expedit me regnare, me- « que cum illis concordare. Vos autem, o boni filii, vo- « biscum cogitantes sacra naturæ vincula, quibus etiam « feræ invicem conciliantur et amore continentur, deinde « Cæsarem, qui gratiæ redintegrandæ auctor erat, tertio « me ipsum, qui rogare malo quum possim jubere, manete « fratres. Jam inde autem vobis do vestem et cultum re- « gium : Deumque obsecro ut meum tueatur conservetque « judicium, si concordes eritis. » Ista loquutus unumquemque filiorum peramanter complexus est, et populum dimisit, alios quidem precantes ut dictis respondeat eventus, alios vero, qui mutationis cupidi erant, ne audiisse quidem se quicquam simulantes.

ΚΕΦ. ΚΔʹ.

Συναπῄει δὲ τοῖς ἀδελφοῖς ἡ στάσις, καὶ χείρους τὰς ἐπ' ἀλλήλοις ὑπονοίας ἔχοντες ἀπηλλάγησαν, Ἀλέξανδρος μὲν καὶ Ἀριστόβουλος ὀδυνώμενοι κεκυρωμένον Ἀντιπάτρῳ τὸ πρεσβεῖον, Ἀντίπατρος δὲ καὶ τοῦ δευτερεύειν νεμεσῶν τοῖς ἀδελφοῖς. Ἀλλ' ὁ μὲν, ποικιλώτατος ὢν τὸ ἦθος, ἐχεμυθεῖν τε ᾔδει καὶ πολλῷ τῷ πανούργῳ χρώμενος τὸ πρὸς αὐτοὺς ἐκάλυπτε μῖσος· τοῖς δὲ δι' εὐγένιαν πᾶν τὸ νοηθὲν ἦν ἐπὶ γλώσσης. Καὶ παροξύνοντες μὲν ἐνέκειντο πολλοὶ, πλείους δὲ τῶν φίλων παρεδύνοντο κατάσκοποι. Πᾶν δὲ τὸ παρ' Ἀλεξάνδρῳ λαληθὲν εὐθέως ἦν παρ' Ἀντιπάτρῳ, καὶ μετὰ προσθήκης μετέβαινεν ἀπὸ Ἀντιπάτρου πρὸς Ἡρώδην. Οὔτε δ' ἁπλῶς φθεγξάμενος ὁ νεανίας ἀνυπεύθυνος ἦν, ἀλλ' εἰς διαβολὴν τὸ ῥηθὲν ἐστρέφετο, καὶ μετρίως παρρησιασαμένου μέγιστα τοῖς ἐλαχίστοις προσεπλάττετο. Καθίει δὲ Ἀντίπατρος ἀεὶ τοὺς ἐρεθίζοντας, ὅπως αὐτὸ τὸ ψεῦδος ἔχοι τὰς ἀφορμὰς ἀληθεῖς· κἀκ τῶν φημιζομένων ἕν τι διελεγχθὲν ἅπασι πίστιν ἐπετίθει. Καὶ τῶν μὲν αὐτοῦ φίλων ἢ φύσει στεγανώτατος ἦν ἕκαστος, ἢ κατεσκευάζετο δωρεαῖς, ὡς μηδὲν ἐκφέρεσθαι τῶν ἀπορρήτων· καὶ τὸν Ἀντιπάτρου βίον οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν κακίας μυστήριον. Τοὺς γὰρ Ἀλεξάνδρῳ συνόντας χρήμασι διαφθείρων, ἢ κολακείαις ὑπιὼν, αἷς πάντα κατειργάσατο, ἐπεποιήκει προδότας, καὶ τῶν πραττομένων ἢ λαλουμένων φῶρας. Πάντα δὲ πριεσκεμμένως δραματουργῶν τὰς πρὸς Ἡρώδην ὁδοὺς ταῖς διαβολαῖς ἐποιεῖτο τεχνικωτάτας, αὐτὸς μὲν ἀδελφοῦ προσωπεῖον ἐπικείμενος, καθιεὶς δὲ μηνυτὰς ἑτέρους. Κἀπειδὰν ἀπαγγελθείη τι κατὰ Ἀλεξάνδρου, παρελθὼν ὑπεκρίνετο, καὶ διασύρειν τὸ ῥηθὲν ἀρξάμενος, ἔπειτα κατεσκεύαζεν ἡσυχῇ, καὶ πρὸς ἀγανάκτησιν ἐξῆγε τὸν βασιλέα. Πάντα δ' εἰς ἐπιβουλὴν ἀνήγετο, καὶ τὸ δοκεῖν τῇ σφαγῇ τοῦ πατρὸς ἐφεδρεύειν Ἀλέξανδρον· οὐδὲν γὰρ οὕτω πίστιν ἐχορήγει ταῖς διαβολαῖς ὡς ἀπολογούμενος Ἀντίπατρος ὑπὲρ αὐτοῦ.

βʹ. Τούτοις Ἡρώδης ἐξαγριούμενος, ὅσον ὑφῄρει καθ' ἡμέραν τῆς πρὸς τὰ μειράκια στοργῆς, τοσοῦτον Ἀντιπάτρῳ προσετίθει. Συναπέκλιναν δὲ καὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ ἐξ ἐπιτάγματος, ὥσπερ Πτολεμαῖος ὁ τιμιώτατος τῶν φίλων, οἵ τε ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως, καὶ πᾶσα ἡ γενεά. Πάντα γὰρ Ἀντίπατρος ἦν· καὶ, τὸ πικρότατον Ἀλεξάνδρῳ, πάντα ἦν ἡ Ἀντιπάτρου μήτηρ, σύμβουλος κατ' αὐτῶν, μητρυιᾶς χαλεπωτέρα, καὶ πλεῖόν τι προγόνων μισοῦσα τοὺς ἐκ βασιλίδος. Πάντες μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐθεράπευον Ἀντίπατρον ἤδη, συναφίστα δὲ ἕκαστον τὰ τοῦ βασιλέως προστάγματα, παραγγείλαντος τοῖς τιμιωτάτοις μήτε προσιέναι μήτε προσέχειν τοῖς περὶ Ἀλέξανδρον. Φοβερὸς δὲ ἦν οὐ μόνον τοῖς ἐκ τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν φίλοις· οὐδενὶ γὰρ βασιλέων τοσαύτην Καῖσαρ ἔδωκε τιμὴν, ὥστε τὸν ἀπ'

CAP. XXIV. (XVII.)

Fratribus autem comes adhæsit dissensio, et pejora suspicantes alius de alio digressi sunt, Alexander quidem et Aristobulus ægre ferentes confirmatum esse Antipatro primogenituræ honorem, Antipater vero fratribus succensens quod ipsi proximi essent. Verum is quidem moribus varius et secreta novit reticere, et quum versutus admodum esset, suum in eos odium dissimulabat; illis vero ex sua nobilitate familiare erat loqui quod sentirent. Et multi quidem satagebant eos irritare, pluresque ex amicis Antipatri ad res explorandas sese in familiaritatem eorum insinuabant. Itaque ne verbum quidem ab Alexandro emissum erat, quin statim apud Antipatrum esset, et ab Antipatro ad Herodem quibusdam ei adsutis deferretur. Neque, si simpliciter aliquid diceret adolescens, culpa immunis erat, sed quicquid diceretur ei crimini vertebatur, et sicubi paullo liberior esset, maxima minimis affingebantur. Semper autem qui eum provocarent submittebat Antipater, ut mendacia sua non de nihilo orta viderentur, multisque divulgatis, unum quid, de quo compertum erat, fidem omnibus faceret. Et hujus quidem amicorum quisque aut natura ita comparatus erat ut res taceret, aut de eo ita cautum erat muneribus, ut nihil arcani enunciaret: nec erraret aliquis, si Antipatri vitam sceleris mysterium appellaret. Alexandri enim familiares pecunia corrumpens, aut blanditiis subiens, quibus omnia expugnare consuevit, proditores fecerat, furesque eorum quæ gererentur dicerenturve. Quum autem sollerter omnia histrionis more ageret, calumniis usus via astutissima Herodem aggressus est, ipse quidem fratris personam sustinens, aliis vero subornatis qui indices fierent. Quumque aliquid nunciatum esset in Alexandrum, casu intervenire simulabat; atque initio ei quod dictum erat obtrectans, postea per otium finem ei adstruebat, et regem ad indignationem incitabat. Cuncta autem ad insidias referebantur, utque neci patris imminere videretur Alexander. Nihil enim majorem fidem calumniis tribuebat quam ut Antipater eum purgaret.

2. Istis efferatus Herodes, quantum in dies suo in adolescentes affectu detrahebat, tantum adjiciebat Antipatro. Eodem inclinabant etiam aulici, alii quidem sponte sua, alii vero jussu et imperio, sicut Ptolemæus amicorum honoratissimus, regisque fratres, et universa progenies. Omnia namque erat Antipater, et, quod Alexandro fuit acerbissimum, omnia erat Antipatri mater, quæ in eo consulebat, novercâ difficilior, multoque plus quam privignos odio habens eos qui a regina nati erant. Sed quanquam omnes ut Antipatrum jam magis observarent spes inducebat, non minus tamen singuli desciscebant jussu regis, qui carissimis edixerat ne quis ad Alexandrum ejusque fratrem accederet, aut se ad eos applicaret. Terrori autem erat non solum domesticis ad regiam spectantibus, verum etiam externis amicis. Nulli enim regum tantum imperium dederat Cæsar, ut fugitivos

αὐτοῦ φεύγοντα καὶ μὴ προσηκούσης πόλεως ἐξαγαγεῖν. Τὰ δὲ μειράκια τὰς μὲν διαβολὰς ἠγνόει παρ' ὃ καὶ μᾶλλον ἀφυλάκτως ἐνέπιπτον αὐταῖς (οὐδενὶ γὰρ ὁ πατὴρ φανερῶς ἀπεμέμφετο), συνίει δὲ κατὰ μικρὸν ἐκ τοῦ ψύγματος καὶ ὅτι πρὸς τὸ λυποῦν μᾶλλον ἐτραχύνετο. Διέθηκε δὲ πρὸς αὐτὰ καὶ τὸν θεῖον Φερώραν Ἀντίπατρος ἐχθρωδῶς, καὶ τὴν τηθίδα Σαλώμην, ὡς ἂν γαμετὴν οὖσαν, καθομιλῶν ἀεὶ καὶ παροξύνων. Συνήργει δὲ καὶ πρὸς τὴν ταύτης ἀπέχθειαν ἡ Ἀλεξάνδρου γυνὴ Γλαφύρα, γενεαλογοῦσα τὴν αὐτῆς εὐγένειαν, καὶ ὡς πασῶν τῶν κατὰ τὸ βασίλειον εἴη δεσπότις, κατὰ πατέρα μὲν ἀπὸ Τημένου, κατὰ μητέρα δὲ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεως οὖσα· πολλὰ δὲ ὠνείδιζεν εἰς δυσγένειαν τήν τε ἀδελφὴν τὴν Ἡρώδου καὶ τὰς γυναῖκας, ὧν ἑκάστη δι' εὐμορφίαν, οὐχ ἀπὸ γένους ἡρέθη· πολλαὶ δὲ ἦσαν, ὡς ἂν ἐφιεμένου τε πατρίως Ἰουδαίοις γαμεῖν πλείους, καὶ τοῦ βασιλέως ἡδομένου πλείοσιν, αἳ πᾶσαι διὰ τὸ μεγάλαυχον τῆς Γλαφύρας καὶ τὰς λοιδορίας ἐμίσουν Ἀλέξανδρον.

γ'. Τὴν δὲ δὴ Σαλώμην, καίτοι πενθερὰν οὖσαν, αὐτὸς Ἀριστόβουλος ἑαυτῷ διεστασίασεν, ὠργισμένην καὶ πρότερον ἐπὶ ταῖς ἐκ Γλαφύρας βλασφημίαις. Ὠνείδιζε γὰρ τῇ γυναικὶ συνεχῶς τὴν ταπεινότητα, καὶ ὡς αὐτὸς μὴ ἰδιῶτιν, ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος γῆμαι βασιλίδα. Τοῦτο κλαίουσα τῇ Σαλώμῃ διήγγειλεν ἡ θυγάτηρ. Προσετίθει δὲ ὅτι καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν τὰς μὲν μητέρας ἀπειλοῖεν οἱ περὶ Ἀλέξανδρον, ἐπειδὰν παραλάβωσι τὴν βασιλείαν, ἱστουργοὺς ἅμα ταῖς δούλαις ποιήσειν, αὐτοὺς δὲ κωμῶν γραμματεῖς ἐπισκώπτοντες ὡς παιδευομένους ἐπιμελῶς. Πρὸς ἃ τὴν ὀργὴν οὐ κατέχουσα Σαλώμη πάντα διήγγειλεν Ἡρώδῃ· σφόδρα δ' ἦν ἀξιόπιστος κατὰ γαμβροῦ λέγουσα. Καί τις ἑτέρα διαβολὴ συνέδραμεν ἡ τὸν θυμὸν ὑπεκκαύσασα τοῦ βασιλέως. Ἤκουσε γὰρ αὐτοὺς συνεχῶς ἀνακαλεῖσθαι μὲν τὴν μητέρα, καὶ κατοιμώζειν δὲ ἐπαρωμένους αὐτῷ, πολλάκις δὲ αὐτοῦ διαδιδόντος τῶν Μαριάμμης ἐσθήτων τινὰ ταῖς μεταγενεστέραις γυναιξὶν, ἀπειλεῖν ὡς ἀντὶ τῶν βασιλικῶν ἐν τάχει περιθήσουσιν ἑαυταῖς ἐκ τριχῶν πεποιημένας.

δ'. Διὰ ταῦτα καίτοι τὸ φρόνημα τῶν νεανίσκων ὑποδείσας, ὅμως οὐκ ἀπέκοπτε τὴν ἐλπίδα τῆς διορθώσεως, ἀλλὰ προσκαλεσάμενος αὐτούς (καὶ γὰρ εἰς Ῥώμην ἐκπλεύσειν ἔμελλε), βραχέα μὲν ἠπείλησεν ὡς βασιλεὺς, τὰ πολλὰ δὲ ἐνουθέτησεν ὡς πατὴρ, καὶ φιλεῖν τοὺς ἀδελφοὺς παρεκάλει, διδοὺς τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν, εἰ πρὸς τὸ μέλλον ἀμείνους γένοιντο. Οἱ δὲ τὰς μὲν διαβολὰς ἀπεσκευάζοντο, ψευδεῖς εἶναι λέγοντες, πιστώσασθαι δὲ τὴν ἀπολογίαν τοῖς ἔργοις ἔφασκον· δεῖν μέντοι κἀκεῖνον ἀποφράττειν τὰς λογοποιίας, τῷ μὴ πιστεύειν ῥᾳδίως· οὐ γὰρ ἐπιλείψειν τοὺς καταψευσομένους αὐτῶν, ἕως ἂν ὁ πειθόμενος ᾖ.

ε'. Τούτοις ὡς πατέρα πείσαντες ταχέως τὸν μὲν ἐν χερσὶ φόβον διεκρούσαντο, τὴν δὲ εἰς τὰ μέλλοντα λύ-

suos ex civitatibus etiam non subjectis ei liceret educere. Adolescentes autem quæ crimini sibi data erant ignorabant : proptereaque incaute magis in ea incidebant. Nam pater de nemine aperte conquestus erat, sed ex illius frigore paulatim intellexerant, et ex eo quod ad omne quod doleret magis exasperabatur. Porro Pheroram quoque patruum inimicum illis infestumque reddidit Antipater, ut et Salomen amitam, cum ea tanquam cum uxore assidue sermones miscens et in eos instigans. Conferebat ad hujus inimicitias etiam Alexandri uxor Glaphyra, multa de nobilitate sua commemorans, cunctarumque se quæ in regia versarentur dominam esse dictitans ut quæ paternum quidem genus a Temeno, maternum vero a Dario Hystaspis filio duceret. Multa etiam de ignobilitate exprobrat et Herodis sorori et uxoribus, quarum quæque propter formæ venustatem, non generis nobilitatem delecta erat. Multæ autem fuerunt, utpote quod liceret Judæis patrio more plures habere, quodque rex pluribus delectaretur. Istis omnibus propter Glaphyræ superbiam et contumelias invisus erat Alexander.

3. Porro autem Aristobulus inter se et Salomen, ipsius licet socrum, dissidium creavit, antea etiam ex Glaphyræ maledictis ira accensam. Frequenter enim uxori objiciebat generis humilitatem, quodque ipse quidem privatam, frater vero ejus Alexander reginam duxerat : id quod Salomæ cum fletu nunciavit filia. Adjiciebat etiam quod idem Alexander et Aristobulus minitarentur se regnum adeptos aliorum fratrum matres similiter aque ancillas textrices esse facturos, fratres vero scribas paganos, eos irridentes, quod diligenter literis instituti fuerint. Quibus irritata Salome quum iram cohibere non potuisset, cuncta Herodi renunciavit. Fide autem digna admodum videbatur, præsertim in iis quæ contra generum diceret. Quin et alia accessit criminatio, quæ faces subjecit animo regis. Audivit enim, ipsos crebro matrem inclamare, et ejulantes diras ei imprecari : sæpe etiam, quum ille quædam ex Mariamnes vestimentis nuperioribus divideret conjugibus, minari solitos esse quod cito ciliciis pro vestibus regiis induerentur.

4. Propter ista Herodes elatum licet juvenum animum subvereretur, non tamen spem sibi abscidit, de illis ad bonam frugem reducendis. Verum eis ad se vocatis (etenim Romam navigaturus erat) pauca quidem illis minatus est ut rex, multa vero eos monuit ut pater, atque ad fratres diligendos hortabatur, illis delicta præterita condonans, ea lege ut in posterum meliores evaderent. Illi autem sese quidem a criminibus sibi objectis purgabant, ea mentita et falsa esse dicentes, suæ vero defensioni fidem ex rebus ipsis constare aiebant, atque ipsum sane debere viam obsepire fictis sermonibus, illis haud temere credendo : nunquam enim defuturos esse mendacia in ipsos conficturos quam diu sint quibus ea persuadeant.

5. Quum istis cum, utpote patrem, cito placavissent, præsentem quidem metum depulerunt, de futuris vero

πην προσέλαβον· ἔγνωσαν γὰρ τήν τε Σαλώμην ἐχθρὰν καὶ τὸν θεῖον Φερώραν. Ἦσαν δὲ βαρεῖς μὲν ἀμφότεροι καὶ χαλεποὶ, Φερώρας δὲ μείζων, ὃς πάσης μὲν ἐκοινώνει τῆς βασιλείας πλὴν διαδήματος, προσόδου δὲ ἰδίας ἑκατὸν εἶχε τάλαντα, τὴν δὲ πέραν Ἰορδάνου πᾶσαν ἐκαρποῦτο χώραν, λαβὼν παρὰ τἀδελφοῦ δῶρον· ὃς αὐτὸν ἐποίησε καὶ τετράρχην, αἰτησάμενος παρὰ Καίσαρος, βασιλικῶν τε γάμων ἠξίωσε συνοικήσας ἀδελφὴν τῆς ἰδίας γυναικὸς, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνης τελευτὴν καθωσίωσε τὴν πρεσβυτάτην τῶν αὐτοῦ θυγατέρων, ἐπὶ προικὶ τριακοσίοις ταλάντοις. Ἀλλ' ἀπέδρα Φερώρας τὸν βασιλικὸν γάμον πρὸς ἔρωτα δούλης. Ἐφ' ᾧ χαλεπήνας Ἡρώδης τὴν μὲν θυγατέρα τῷ πρὸς Πάρθων ὕστερον ἀναιρεθέντι συνέζευξεν ἀδελφιδῷ, Φερώρᾳ δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν ὀργὴν ἀνίει, διδοὺς συγγνώμην τῇ νόσῳ.

ς'. Διεβάλλετο δὲ καὶ πάλαι μὲν, ἔτι ζώσης τῆς βασιλίδος, ἐπιβουλεύειν αὐτῷ φαρμάκοις. Τότε δὲ πλεῖστοι μηνυταὶ προσῄεσαν, ὡς καίπερ φιλαδελφότατον ὄντα Ἡρώδην εἰς πίστιν ὑπαχθῆναι τῶν λεγομένων καὶ δέος. Πολλοὺς δὲ τῶν ἐν ὑπονοίᾳ βασανίσας τελευταῖον ἦλθεν ἐπὶ τοὺς Φερώρα φίλους, ὧν ἐπιβουλὴν μὲν ἄντικρυς ὡμολόγησεν οὐδεὶς, ὅτι δὲ τὴν ἐρωμένην ἁρπασάμενος εἰς Πάρθους ἀποδράναι παρεσκευάζετο, συμμέτοχος δὲ τοῦ σκέμματος αὐτῷ καὶ τῆς φυγῆς Κοστόβαρος ὁ Σαλώμης ἀνὴρ, ᾧ συνῴκισεν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ μοιχείᾳ τοῦ προτέρου διαφθαρέντος. Ἦν δὲ ἐλευθέρα διαβολῆς οὐδὲ Σαλώμη. Καὶ γὰρ αὐτῆς Φερώρας ὁ ἀδελφὸς κατηγόρει, συνθήκας περὶ γάμου ποιουμένης πρὸς Συλλαῖον τὸν Ὀβόδα τοῦ Ἀράβων βασιλέως ἐπίτροπον, ὃς ἦν ἐχθρότατος Ἡρώδῃ. Διελεγχθεῖσα δὲ καὶ τοῦτο καὶ πάντα ὅσα Φερώρας ἐνεκάλει, συγγινώσκεται· καὶ αὐτὸν δὲ Φερώραν ὁ βασιλεὺς ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων.

ζ'. Μετέβαινε δὲ ἐπ' Ἀλέξανδρον ὁ χειμὼν τῆς οἰκίας, καὶ περὶ τὴν ἐκείνου κεφαλὴν ὅλος ἀπηρείσατο. Τρεῖς ἦσαν εὐνοῦχοι τῷ βασιλεῖ τιμιώτατοι, καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἐλειτούργουν· τῷ μὲν γὰρ οἰνοχοεῖν προσετέτακτο, τῷ δὲ δεῖπνον προσφέρειν, ὁ δὲ αὐτὸν κατεκοίμιζέ τε καὶ συγκατεκλίνετο. Τούτους εἰς τὰ παιδικὰ δώροις μεγάλοις ὑπήγετο ὁ Ἀλέξανδρος. Μηνυθὲν δὲ τῷ βασιλεῖ, διηλέγχοντο βασάνοις, καὶ τὴν μὲν συνουσίαν εὐθέως ὡμολόγουν· ἐξέφερον δὲ καὶ τὰς εἰς αὐτὴν ὑποσχέσεις, ὃν τρόπον ἀπατηθεῖεν ὑπ' Ἀλεξάνδρου, λέγοντος ὡς οὐκ ἐν Ἡρώδῃ δέοι τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἀναιδεῖ γέροντι καὶ βαπτομένῳ τὰς κόμας, εἰ μὴ διὰ τοῦτο αὐτὸν οἴονται καὶ νέον, αὐτῷ δὲ προσέχειν, ὃς καὶ παρὰ ἄκοντος διαδέξεται τὴν βασιλείαν, οὐκ εἰς μακράν τε τοὺς μὲν ἐχθροὺς ἀμυνεῖται, τοὺς φίλους δ' εὐδαίμονας ποιήσει καὶ μακαρίους, πρὸ πάντων δ' αὐτούς· εἶναι δὲ καὶ θεραπείαν τῶν δυνατῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον λαθραίαν, τούς τε ἡγεμόνας τοῦ στρατιωτικοῦ καὶ τοὺς ταξιάρχους κρύφα πρὸς αὐτὸν συνιέναι.

η'. Ταῦτα τὸν Ἡρώδην οὕτως ἐξεφόβησεν ὡς μηδὲ

mœsti et solliciti esse cœperunt. Etenim cognovere Salomen sibi esse infensam et patruum Pheroram : ambo autem erant graves et difficiles, præsertim vero Pheroras, quippe qui omnium in regno præter diadema particeps erat, et centum talentorum reditum de suo habebat, totiusque trans Jordanem regionis fructum percipiebat, ex fratris in ipsum munificentia; qui et tetrarcham eum fecit, quod a Cæsare petierat, regalique conjugio dignatus est, in matrimonium data uxoris suæ sorore, cujus post obitum despondit ei filiarum suarum natu maximam, cum trecentorum talentorum dote. Sed regale matrimonium Pheroras ancillæ amore captus refugiebat. Quam ob rem iratus Herodes filiam nuptum dedit fratris filio, qui postea a Parthis occisus erat : non multo autem post iracundiam in Pheroram remittit, data morbo ejus venia.

6. Quin et crimini ei jam olim vertebatur quod, dum viveret regina, voluisset eum veneno tollere. Tunc autem indices plurimi rem ad eum detulerunt, ut, quamvis fratris amantissimus esset Herodes, crederet iis quæ dicerentur et metueret. Quumque de multis, qui suspecti erant, quæstionem habuisset, postremo ad Pheroræ amicos veniebat : quorum nemo de insidiis aperte aliquid confessus est, sed quod ea quam deperiit correpta in Parthos se fuga recipere parasset, quodque hujus consilii et fugæ conscius fuisset Costobarus Salomes maritus, cui hanc in matrimonium collocaverat rex, priore marito adulterii causa perempto. Sed nec Salome ab omni criminatione libera erat. Namque eam Pheroras frater accusabat, quod nuptias pacta esset cum Syllæo, Obodæ regis Arabum procuratore, quem inimicissimum habebat Herodes. Quum autem et ea de re et ceteris omnibus quæ Pheroras ei objecerat, convicta esset, ei ignoscitur : atque ipsum etiam Pheroram de criminibus absolvit rex.

7. Domus vero tempestas in Alexandrum delata est, totaque capiti ejus incubuit. Tres erant spadones regi carissimi, idque clarum ex eorum ministeriis : nam uni quidem mandatum erat vinum ei ministrare, alteri vero cœnam apponere, tertius autem eum sopiebat et cum eo concumbebat. Istos magnis muneribus amasios sibi fieri pellexit Alexander. Quum autem regi hoc indicatum esset quæstione habita convicti sunt : et se cum eo consuetudinem habere statim confitebantur, et quibus ad eam rem inducti essent promissis aperiebant, quo modo decepti essent ab Alexandro, dicente quod in Herode spem reponere non oporteret, sene impudente quique capillos tingeret, nisi hac de causa ipsum etiam pro juvene haberent; ejus vero partes sequi, qui et invito illo regnum adepturus esset et brevi quidem ab inimicis pœnas repetiturus, amicos vero felices facturos beatosque, ac præ ceteris ipsos : quin et optimates clam Alexandrum colere et observare, ducesque exercitus et ordinum ductores occulte eum convenire.

8. Ista Herodem adeo perterruerunt, ut non auderet sta-

παραχρῆμα τολμῆσαι τὰς μηνύσεις ἐκφέρειν, ἀλλὰ κατασκόπους ὑποπέμπων νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἕκαστα τῶν πραττομένων ἢ λεγομένων διηρεύνα, καὶ τοὺς ἐν ταῖς ὑποψίαις εὐθέως ἀνῄρει. Δεινῆς δὴ ἀνομίας ἐπλήσθη τὸ βασίλειον. Κατὰ γὰρ ἔχθραν ἢ μῖσος ἴδιον ἕκαστος ἔπλασσε τὰς διαβολὰς, καὶ πολλοὶ πρὸς τοὺς διαφόρους φονῶντι τῷ βασιλικῷ θυμῷ κατεχρῶντο. Καὶ τὸ μὲν ψεῦδος εἶχε παραχρῆμα πίστιν, αἱ κολάσεις δὲ τῶν διαβολῶν ἦσαν ὠκύτεραι. Κατηγόρητο γοῦν τις ἄρτι κατηγορήσας καὶ τῷ πρὸς αὐτοῦ διελεγχθέντι συναπήγετο. Τὰς γὰρ ἐξετάσεις τοῦ βασιλέως ὁ περὶ τῆς ψυχῆς κίνδυνος ὑπετέμνετο. Προὔβη δὲ εἰς τοσοῦτον πικρίας ὡς μηδὲ τῶν ἀκαταιτιάτων τινὶ προσβλέπειν ἡμέρως, εἶναι δὲ καὶ τοῖς φίλοις ἀπηνέστατος. Πολλοῖς γοῦν αὐτῶν ἀπεῖπε τὸ βασίλειον· καὶ πρὸς οὓς οὐκ εἶχε χειρὸς ἐξουσίαν, τῷ λόγῳ χαλεπὸς ἦν. Ἐπανέβη δὲ Ἀντίπατρος ἐν ταῖς συμφοραῖς Ἀλεξάνδρῳ, καὶ στῖφος ποιήσας τῶν συγγενῶν οὐκ ἔστιν ἥντινα διαβολὴν παρέλιπε. Προήχθη γέ τοι πρὸς τοσοῦτον δέους ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῆς τερατείας αὐτοῦ καὶ τῶν συνταγμάτων, ὥστε ἐφιστάναι δοκεῖν αὐτῷ τὸν Ἀλέξανδρον ξιφήρη. Συλλαβὼν γοῦν αὐτὸν ἔδησεν ἐξαπίνης, καὶ πρὸς βάσανον ἐχώρει τῶν φίλων αὐτοῦ. Σιγῶντες δὲ ἀπέθνησκον οἱ πολλοὶ καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὸ συνειδὸς εἰπόντες· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων ψεύσασθαι βιασθέντες ἔλεγον ὡς ἐπιβουλεύοι τε αὐτῷ μετὰ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ παραφυλάττοι κυνηγοῦντα κτείνας εἰς Ῥώμην ἀποδρᾶναι. Τούτοις, καίπερ οὐ πιθανοῖς οὖσιν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐσχεδιασμένοις, ὁ βασιλεὺς ἐπίστευεν ἡδέως, παραμυθίαν λαμβάνων τοῦ δῆσαι τὸν υἱὸν τὸ μὴ δοκεῖν ἀδίκως.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἐπεὶ τὸν πατέρα μεταπείθειν ἀμήχανον ἑώρα, τοῖς δεινοῖς ὁμόσε χωρεῖν διέγνω· καὶ τέσσαρας κατὰ τῶν ἐχθρῶν βίβλους συνταξάμενος προσωμολόγει μὲν τὴν ἐπιβουλὴν, κοινωνοὺς δὲ ἀπεδείκνυε τοὺς πλείστους αὐτῶν, πρὸ δὲ πάντων Φερώραν καὶ Σαλώμην· ταύτην γὰρ δὴ καὶ μιγῆναί ποτε αὐτῷ μὴ θέλοντι, νύκτωρ εἰσβιασαμένην. Αἵ τε οὖν βίβλοι παρῆσαν εἰς χεῖρας Ἡρώδῃ, πολλὰ καὶ δεινὰ κατὰ τῶν δυνατῶν βοῶσαι, καὶ διὰ τάχους εἰς Ἰουδαίαν Ἀρχέλαος ἀφικνεῖται, περὶ τῷ γαμβρῷ καὶ τῇ θυγατρὶ δείσας. Γίνεται δὲ βοηθὸς αὐτοῖς μάλα προμηθὴς, καὶ τέχνῃ τὴν τοῦ βασιλέως ἀπειλὴν διεκρούσατο. Συμβαλὼν γὰρ εὐθέως αὐτῷ, « ποῦ ποτέ ἐστιν ὁ ἀλιτήριός μου γαμβρός; ἐβόα· ποῦ δὲ τὴν πατροκτόνον ὄψομαι κεφαλὴν, ἣν ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶ διασπαράξω; προσθήσω δὲ καὶ τὴν θυγατέρα μου τῷ καλῷ νυμφίῳ· καὶ γὰρ εἰ μὴ κεκοινώνηκε τοῦ σκέμματος, ὅτι τοιούτου γέγονε γυνὴ, μεμίανται. Θαυμάζω δὲ καὶ σὲ τὸν ἐπιβουλευθέντα τῆς ἀνεξικακίας, εἰ ζῇ μέχρι νῦν Ἀλέξανδρος. Ἐγὼ γὰρ ἠπειγόμην ἀπὸ Καππαδοκίας, ὡς τὸν μὲν εὑρήσων πάλαι δε-

tim indicia in medium proferre, sed exploratores nocte dieque submittens, singula quæ facta erant dictave perscrutabatur, eosque sine mora perimebat in quos caderet ulla suspicio. Itaque iniquitate acerbissima repleta est regia. Nam pro suis quisque inimicitiis vel odio calumnias finxere, multique regis iracundia cædis cupida contra adversarios abutebantur. Et mendaciis quidem facile credebatur, supplicia vero celerius luebant quam factæ erant criminationes. Denique accusabatur qui modo accusaverat, et cum eo qui ab ipso convictus erat ad pœnam ducebatur: nam quominus quæstiones accurate haberentur impediebat vitæ discrimen quod rex se adire putabat. Eo autem acerbitatis processit, ut neminem vel vacuum culpa placido vultu intueretur, imo et amicis crudelis esset et inhumanus. Itaque illorum multis regia interdixit, et quos manu feriendi potestatem non habebat, eos verbis petebat. Alexandro autem in malis instabat Antipater, factoque agmine ex consanguineis, nihil reliqui faciebat quod crimini vertere potuit. Atqui eo timoris perductus est rex ex prodigiosis Antipatri sociorumque ejus mendaciis, ut videre videretur Alexandrum stricto gladio sibi imminere. Quo factum est ut comprehensum statim in vincula conjiceret et ad quæstionem in ejus amicos tormentis habendam procederet. Plurimi autem taciti moriebantur et nihil contra conscientiam eloquuti: alii vero præ doloribus mentiri coacti dicebant patri ab eo cum fratre Aristobulo insidias fieri, eosque tempus observare ut, illo inter venandum occiso, Romam profugerent. Istis, quanquam parum verisimilia erant, sed necessitate cogente effusa, lubenti tamen animo rex credebat, semet consolans in vinculis filii, quod id non injuste fecisse videretur.

CAP. XXV. (XVII.)

Alexander autem, quoniam nullo modo fieri posse videbat ut patri persuaderet animum mutare, malis obviam ire decrevit: quumque libros quattuor adversus inimicos composuisset, de insidiis confitebatur, et illorum plerosque secum earundem participes esse declarabat, ante omnes autem Pheroram et Salomen: nam hanc etiam nocte quondam per vim secum invito concubuisse dicebat. Jamque libri in manibus erant Herodis, multa et gravia de optimatibus clamantes, et maturato itinere in Judæam venit Archelaus, de genero simul ac filia sollicitus: illisque provide admodum opem tulit et auxilium, et astutia regis minas a cervicibus illorum depulit. Statim enim ac cum eo congressus est, « ubinam est, clamabat, sceleratus gener meus? aut ubi parricidale caput in conspectum meum veniet, quod manibus meis dilacerabo? imo et filiam meam bono sponso adjiciam: nam etsi consilii particeps non fuerit, ejusmodi tamen viri conjux facta, inquinata est. Miror autem tui patientiam, cui paratæ erant insidiæ, si adhuc vivit Alexander. Ego enim e Cappadocia properabam, illum jam pridem pœnas dedisse

« δωκότα δίκας, μετὰ δὲ σοῦ περὶ τῆς θυγατρὸς ἐξετά« σων, ἣν κἀκείνῳ, σὲ καὶ τὸ σὸν ἀξίωμα βλέπων, « ἐνηγγύησα. Νῦν δὲ περὶ ἀμφοῖν ἡμῖν βουλευτέον. « Κἂν ᾖς λίαν πατὴρ τοῦ κολάζειν υἱὸν ἐπίβουλον « ἀτονώτερος, ἀμείψωμεν τὰς δεξιὰς καὶ γενώμεθα τῆς « ἀλλήλων ὀργῆς διάδοχοι. »

β'. Τούτοις περικομπήσας καίπερ παρατεταγμένον Ἡρώδην ὑπάγεται. Δίδωσι γοῦν αὐτῷ τὰς συνταχθείσας ὑπ' Ἀλεξάνδρου βίβλους ἀναγνῶναι, καὶ καθ' ἕκαστον ἐφιστὰς κεφάλαιον, συνεσκέπτετο. Λαμβάνει δὲ ὁ Ἀρχέλαος ἀφορμὴν τοῦ στρατηγήματος, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τοὺς ἐγγεγραμμένους καὶ Φερώραν μετῆγε τὴν αἰτίαν. Ὡς δὲ ἑώρα πιστεύοντα τὸν βασιλέα, « σκεπτέον, ἔφη, μήποτε τὸ μειράκιον ὑπὸ το« σούτων εἴη πονηρῶν ἐπιβουλευόμενον, οὐχ ὑπὸ τοῦ « μειρακίου σύ. Καὶ γὰρ οὐδὲ ὁρᾷν αἰτίαν, ἐξ ἧς ἂν « εἰς τηλικοῦτον μύσος προσέπεσεν, ἀπολαῦον μὲν ἤδη « βασιλείας, ἐλπίζον δὲ καὶ διαδοχῆς, εἰ μή τινες ἦσαν « ἀναπείθοντες καὶ τὸ τῆς ἡλικίας εὔκολον ἐπὶ κακῷ « μεταχειριζόμενοι· » διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἐξαπατᾶσθαι μὲν οὐ νέους μόνον, ἀλλὰ καὶ γέροντας, οἴκους δὲ λαμπροτάτους καὶ βασιλείας ὅλας ἀνατρέπεσθαι.

γ'. Συνῄνει τοῖς λεγομένοις Ἡρώδης, καὶ τὴν μὲν πρὸς Ἀλέξανδρον ὀργὴν ἐπανίει κατ' ὀλίγον, πρὸς δὲ Φερώραν παρωξύνετο· τῶν γὰρ τεσσάρων βιβλίων οὗτος ἦν ἡ ὑπόθεσις. Ὃς κατιδὼν τό τε τοῦ βασιλέως ὀξύρροπον καὶ τὴν Ἀρχελάου φιλίαν παρ' αὐτῷ πάντων κρατοῦσαν, ὡς οὐκ ἐνῆν εὐσχήμων σωτηρία, τὴν δι' ἀναιδείας ἐπορίζετο. Καταλείψας γοῦν Ἀλέξανδρον προσέφυγεν Ἀρχελάῳ. Κἀκεῖνος οὐχ ὁρᾷν ἔφη πῶς ἂν αὐτὸν ἐξαιτήσαιτο, τοσούτοις ἐνεχόμενον ἐγκλήμασιν, ἐξ ὧν σαφῶς ἀποδείκνυται τοῦ βασιλέως ἐπίβουλος, καὶ τῶν παρόντων τῷ μειρακίῳ κακῶν αἴτιος γεγονώς, εἰ μὴ βούληται τὸ πανοῦργον καὶ τὰς ἀρνήσεις ἀφεὶς προσομολογῆσαι μὲν τὰ κατηγορημένα, συγγνώμην δὲ αἰτήσασθαι παρὰ τἀδελφοῦ καὶ φιλοῦντος· εἰς γὰρ τοῦτο πάντα τρόπον αὐτῷ συνεργήσειν.

δ'. Πείθεται Φερώρας, καὶ κατασκευάσας αὑτὸν, ὡς ἂν οἰκτρότατος φανείη, μελαίνῃ τε ἐσθῆτι καὶ δακρύοις, προσπίπτει τοῖς Ἡρώδου ποσὶν, ὡς πολλάκις ἔτυχε, συγγνώμην αἰτούμενος, καὶ μιαρὸν μὲν ἑαυτὸν ὁμολογῶν (δεδρακέναι γὰρ πάντα ὅσα κατηγόρητο), παρακοπὴν δὲ φρενῶν καὶ μανίαν ὀδυρόμενος, ἧς αἴτιον εἶναι τὸν ἔρωτα τῆς γυναικὸς ἔλεγε. Παραστήσας δὲ κατήγορον καὶ μάρτυν αὑτοῦ Φερώραν Ἀρχέλαος οὕτως ἤδη παρῃτεῖτο, καὶ τὴν Ἡρώδου κατέστελλεν ὀργὴν, χρώμενος οἰκείοις ὑποδείγμασι· « καὶ γὰρ αὐτὸς, πολλῷ χαλεπώτερα πάσχων ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, τῆς ἀμύνης ἐπίπροσθεν τίθεσθαι τὸ τῆς φύσεως δίκαιον. Ἐν γὰρ ταῖς βασιλείαις, ὥσπερ ἐν μεγάλοις σώμασιν ἀεί τι μέρος φλεγμαίνειν ὑπὸ τοῦ βάρους, ὅπερ ἀποκόπτειν μὲν οὐ χρῆναι, θεραπεύειν δὲ πρᾳότερον. »

ε'. Πολλὰ τοιαῦτα λέγων Ἡρώδην μὲν ἐπὶ Φερώ-

« comperturus, et de filia quæstionem tecum habiturus, « quam illi, te tuamque dignitatem spectans, despondi. « At nunc de utroque nobis deliberandum est. Et si admo« dum pater sis et ad puniendum filium insidiatorem mi« nus fortis, dextras permutemus, atque in ira exsequenda « alter in alterius vicem succedamus. »

φθορὰ πολὺ πλείους καὶ μαχιμωτέρους ἐπισυνέστησε Ῥωμαίοις· καὶ περισχόντες τὰ βασίλεια ἅπαντας ἠπείλουν διαφθείρειν, εἰ μὴ θᾶττον ἀπίοιεν. Ὑπισχνοῦντο γὰρ ἄδειαν τῷ Σαβίνῳ, βουλομένῳ μετὰ τοῦ τάγματος ἐξιέναι. Συνελάμβανον δ' αὐτοῖς οἱ πλεῖστοι τῶν βασιλικῶν αὐτομολήσαντες. Τὸ μέντοι πολεμικώτατον μέρος, Σεβαστηνοὶ τρισχίλιοι, Ῥοῦφός τε καὶ Γρᾶτος ἐπὶ τούτοις, ὁ μὲν τοὺς πεζοὺς τῶν βασιλικῶν ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν, Ῥοῦφος δὲ τοὺς ἱππεῖς, ὧν ἑκάτερος καὶ χωρὶς ὑπηκόου δυνάμεως δι' ἀλκὴν καὶ σύνεσιν ἦν πολέμου ῥοπὴ, προσέθεντο Ῥωμαίοις. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν ἐνέκειντο τῇ πολιορκίᾳ, τῶν τειχέων ἅμα πειρώμενοι τοῦ φρουρίου καὶ τοῖς περὶ τὸν Σαβῖνον ἐμβοῶντες ἀπιέναι, μηδ' ἐμποδὼν αὐτοῖς γίνεσθαι, διὰ χρόνου πολλοῦ κομιζομένοις τὴν πάτριον αὐτονομίαν. Σαβίνῳ δὲ ἀγαπητὸν μὲν ἦν ὑπεξελθεῖν, ἠπίστει δὲ ταῖς ὑποσχέσεσι, καὶ τὸ πρᾷον αὐτῶν δέλεαρ εἰς ἐνέδραν ὑπώπτευεν, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἐξ Οὐάρου βοήθειαν ἐλπίζων διέφερε τὴν πολιορκίαν.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ τὰ κατὰ τὴν χώραν πολλαχόθεν ἐταράσσετο καὶ συχνοὺς βασιλειᾷν ὁ καιρὸς ἀνέπειθε. Κατὰ μέν γε τὴν Ἰδουμαίαν δισχίλιοι τῶν ὑφ' Ἡρώδῃ πάλαι στρατευσαμένων συστάντες ἔνοπλοι διεμάχοντο τοῖς βασιλικοῖς, οἷς Ἀχίαβος, ὁ ἀνεψιὸς βασιλέως, ἀπὸ τῶν ἐρυμνοτάτων χωρίων ἐπολέμει, ἀποφεύγων τὴν ἐν τοῖς πεδίοις συμπλοκήν. Ἐν δὲ Σεπφώρει τῆς Γαλιλαίας Ἰούδας, υἱὸς Ἐζεκίου τοῦ κατατρέχοντός ποτε τὴν χώραν ἀρχιληστοῦ καὶ χειρωθέντος ὑφ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, συστήσας πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἀναρρήγνυσι τὰς βασιλικὰς ὁπλοθήκας, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ὁπλίσας τοῖς τὴν δυναστείαν ζηλοῦσιν ἐπιχειρεῖ.

β'. Κατὰ δὲ τὴν Περαίαν Σίμων τις τῶν βασιλικῶν δούλων εὐμορφίᾳ σώματος καὶ μεγέθει πεποιθὼς περιτίθησι μὲν ἑαυτῷ καὶ διάδημα, περιιὼν δὲ μεθ' ὧν ἤθροισε λῃστῶν τά τε ἐν Ἱεριχοῖ βασίλεια καταπίμπρησι καὶ πολλὰς ἑτέρας τῶν πολυτελῶν ἐπαύλεις, ἁρπαγὰς ῥᾳδίους ἐκ τοῦ πυρὸς ποριζόμενος ἑαυτῷ. Κἂν ἔφθη πᾶσαν οἴκησιν εὐπρεπῆ καταφλέξας, εἰ μὴ Γρᾶτος, ὁ τῶν βασιλικῶν πεζῶν ἡγεμὼν, τούς τε Τραχωνίτας τοξότας καὶ τὸ μαχιμώτατον τῶν Σεβαστηνῶν ἀναλαβὼν ὑπηντίασε τὸν ἄνδρα. Τῶν μὲν οὖν πεζῶν συχνοὶ διεφθάρησαν ἐν τῇ μάχῃ, τὸν Σίμωνα δ' αὐτὸν, ἀναφεύγοντα δι' ὀρθίου φάραγγος, ὁ Γρᾶτος ὑποτέμνεται, καὶ φεύγοντος ἐκ πλαγίου τὸν αὐχένα πλήξας ἀπέρραξε. Κατεφλέγη δὲ καὶ τὰ πλησίον Ἰορδάνου βασίλεια κατὰ Βηθαράμαθον, στασιασάντων ἑτέρων τινῶν ἐκ τῆς Περαίας.

γ'. Τότε καὶ ποιμήν τις ἀντιποιήσασθαι βασιλείας ἐτόλμησεν· Ἀθρονγαῖος ἐκαλεῖτο. Προὐξένει δ' αὐτῷ τὴν ἐλπίδα σώματος ἰσχὺς καὶ ψυχὴ θανάτου καταφρονοῦσα, πρὸς δὲ τούτοις ἀδελφοὶ τέσσαρες ὅμοιοι. Τούτων ἑκάστῳ λόχον ὑποζεύξας ἔνοπλον ὥσπερ στρατηγοῖς

Romanos excitavit partim operum ruina, partim hominum strages: quumque regiam obsedissent, omnibus minitabantur exitium, nisi quam primum discederent. Nam Sabino securitatem præstare pollicebantur, si cum legione exire vellet. Quin et ipsis opitulabantur regiorum quamplurimi, qui ad eos transfugerant. Verum pars bellicosissima, Sebastenorum tria millia, illisque præfecti Rufus et Gratus, hic quidem peditibus regiis, Rufus vero equitibus (quorum in utroque etiam sine copiis illos secutis propter strenuitatem et scientiam vertebatur belli fortuna), Romanis se adjungebant. Et Judæi quidem obsidioni instabant, simul et castelli mœnia oppugnantes, et ad Sabinum clamantes ut discederet, neque ipsos impediret, tam diu patriis viventes legibus. Sabino quidem non displicebat ut clam abiret, haud vero fidebat promissis, et eorum lenitatem insidiarum esse illecebram suspicabatur; quodque Varum etiam in auxilium venturum exspectaret, obsidionem perferebat.

CAP. IV. (VI.)

Eodem autem tempore per Judæam plurimis in locis facti erant tumultus, multosque ad regnum affectandum tempus impellebat. Sane in Idumæa duo millia veteranorum qui sub Herode militaverant, sumptis armis conspirarunt et cum regiis dimicabant; adversus quos præliabatur Achiabus, regis sobrinus, ex locis editis munitissimisque, quod conflictum in campestribus vitaret. In Sepphori autem Galilææ Judas, filius Ezechiæ latronum principis (qui regionem olim incursibus vastaverat et ab Herode rege captus erat), non parva multitudine coacta, in regia armamentaria irrumpit, quumque suos armis instruxisset, potentiæ appetentes adoritur.

2. In Peræa etiam Simon quidam e servis regiis, pulchritudine simul et amplitudine corporis fretus, sibimet etiam diadema imponit; cum latronibus vero, quos congregaverat, regionem peragrans, et regias apud Hierichuntem et multa alia magnifica deversoria incendit, facilem sibi prædam ex igne comparans. Omnesque domus ornatu decoratas cremare occupasset, nisi Gratus, regiorum peditum dux, assumptis ex Trachone sagittariis et Sebastenorum pugnacissimis, ei obviam ivisset. Et peditum quidem multi in pugna interierunt, Simonem vero ipsum, per vallem arduam fugientem, succidit Gratus, illique dum fugeret cervicem ictu transverso amputavit. Incensa autem est et Jordani vicina regia apud Betharamathum, quum alii nonnulli ex Peræa seditionem movissent.

3. Tunc et pastor quidam regnum affectare ausus est. Athrongæus vocabatur. Ei autem spem faciebant corporis vires, animaque mortem despiciens, ac præterea fratres quattuor ejus non dissimiles. Horum unicuique quum armatorum cohortem subjunxisset, illis tanquam ducibus et satra-

ἐχρῆτο καὶ σατράπαις ἐπὶ τὰς καταδρομάς, αὐτὸς δέ, καθάπερ βασιλεύς, τῶν σεμνοτέρων ἥπτετο πραγμάτων. Τότε μὲν οὖν ἑαυτῷ περιτίθησι διάδημα, διέμεινε δ' ὕστερον οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ τὴν χώραν κατατρέχων σὺν τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τὸ κτείνειν αὐτοῖς προηγούμενον μὲν ἦν Ῥωμαίους τε καὶ τοὺς βασιλικούς, διέφευγε δ' οὔτε Ἰουδαίων εἴ τις εἰς χεῖρας ἔλθοι φέρων κέρδος. Ἐτόλμησε δέ ποτε Ῥωμαίων λόχον ἄθρουν περισχεῖν κατ' Ἐμμαοῦντα. Σῖτα δὲ οὗτοι καὶ ὅπλα διεκόμιζον τῷ τάγματι. Τὸν μὲν οὖν ἑκατοντάρχην αὐτῶν Ἄρειον καὶ τεσσαράκοντα τοὺς γενναιοτάτους κατηκόντισαν· οἱ δὲ λοιποὶ κινδυνεύοντες τὸ αὐτὸ παθεῖν, Γράτου σὺν τοῖς Σεβαστηνοῖς ἐπιβοηθήσαντος, ἐξέφυγον. Πολλὰ τοιαῦτα τοὺς ἐπιχωρίους καὶ τοὺς ἀλλοφύλους παρ' ὅλον τὸν πόλεμον ἐργασάμενοι μετὰ χρόνον οἱ μὲν τρεῖς ἐχειρώθησαν, ὑπ' Ἀρχελάου μὲν ὁ πρεσβύτατος, οἱ δὲ ἑξῆς δύο Γράτῳ καὶ Πτολεμαίῳ περιπεσόντες· ὁ δὲ τέταρτος Ἀρχελάῳ προσεχώρησε κατὰ δεξιάν. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ τέλος αὐτοὺς ὕστερον ἐξεδέχετο· τότε δὲ λῃστρικοῦ πολέμου τὴν Ἰουδαίαν πᾶσαν ἐνέπλησαν.

ΚΕΦ. Ε'.

Οὐάρῳ δὲ δεξαμένῳ τὰ παρὰ Σαβίνου καὶ τῶν ἡγεμόνων γράμματα δεῖσαί τε περὶ τοῦ τάγματος ὅλου παρέστη καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὴν βοήθειαν. Ἀναλαβὼν δὴ τὰ λοιπὰ δύο τάγματα καὶ τὰς σὺν αὐτοῖς τέσσαρας ἴλας ἱππέων ἐπὶ Πτολεμαΐδος ᾔει, προστάξας ἐκεῖ καὶ τοὺς παρὰ τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν ἐπικούρους συνελθεῖν. Προσέλαβε δὲ καὶ παρὰ Βηρυτίων, διερχόμενος τὴν πόλιν, χιλίους καὶ πεντακοσίους ὁπλίτας. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Πτολεμαΐδα τό τε ἄλλο συμμαχικὸν πλῆθος αὐτῷ παρῆν, καὶ κατὰ τὸ πρὸς Ἡρώδην ἔχθος Ἀρέτας ὁ Ἄραψ οὐκ ὀλίγην ἄγων δύναμιν ἱππικήν τε καὶ πεζικήν, μέρος τε τῆς στρατιᾶς εὐθέως ἔπεμπεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν γειτνιῶσαν τῇ Πτολεμαΐδι καὶ Γάϊον ἡγεμόνα τῶν αὐτοῦ φίλων, ὃς τούς τε ὑπαντιάσαντας τρέπεται καὶ Σέπφωριν πόλιν ἑλὼν αὐτὴν μὲν ἐμπίπρησι, τοὺς δὲ ἐνοικοῦντας ἀνδραποδίζεται. Μετὰ δὲ τῆς ὅλης δυνάμεως αὐτὸς Οὔαρος εἰς Σαμάρειαν ἐλάσας, τῆς μὲν πόλεως ἀπέσχετο, μηδὲν ἐν τοῖς τῶν ἄλλων θορύβοις παρακεκινηκυῖαν εὑρών, αὐλίζεται δὲ περί τινα κώμην Ἄρουν καλουμένην. Κτῆμα δὲ ἦν Πτολεμαίου, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν Ἀράβων διηρπάσθη, μηνιόντων καὶ τοῖς Ἡρώδου φίλοις. Ἔνθεν εἰς Σαμφὼ πρόεισι, κώμην ἑτέραν ἐρυμνήν, ἣν ὁμοίως διήρπασαν, τάς τε προσόδους πάσας ὅσαις ἐπετύγχανον. Πυρὸς δὲ καὶ φόνου πεπλήρωτο πάντα καὶ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς τῶν Ἀράβων οὐδὲν ἀντεῖχε. Κατεφλέγη δὲ καὶ Ἐμμαοῦς φυγόντων τῶν οἰκητόρων, Οὐάρου δι' ὀργὴν τῶν περὶ Ἄρειον ἀποσφαγέντων κελεύσαντος.

β'. Ἔνθεν εἰς Ἱεροσόλυμα προελθών, ὀφθείς τε μόνον μετὰ τῆς δυνάμεως τὰ στρατόπεδα τῶν Ἰουδαίων διεσκέδασε. Καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο φυγόντες ἀνὰ τὴν χώραν· δεξάμενοι δὲ αὐτὸν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἀπεσκευά-

pis ad incursus faciendos utebatur, ipse vero veluti rex graviora negotia obibat. Et tunc quidem sibimet imponit diadema; postea vero, tempore haud exiguo regionem excursibus una cum fratribus populans, et ipsis præibat ad Romanos itemque regios occidendos, neque Judæorum quisquam effugiebat, qui lucri aliquid ferens in manus veniret. Imo ausus est aliquando Romanorum cohortem simul omnem circumdare apud Emmauntem. Illi autem frumentum et arma legioni ferebant. Et Arium quidem centurionem qui illos ducebat, et ex fortissimis quadraginta missilibus confixerunt; ceteri vero, idem patiendi discrimen adeuntes, postquam Gratus cum Sebastenis auxilio advenerat, evadebant. Quum multa ejusmodi durante bello contra populares suos et alienigenas patrassent, post aliquod tempus tres illorum subacti sunt, ab Archelao quidem natu maximus; duo vero ætate proximi in Grati et Ptolemæi manus inciderunt; quartus autem fide data acceptaque Archelao se dedidit. Et ista quidem illis postea acciderunt: tunc autem bello latrocinali Judæam omnem compleverunt.

CAP. V. (VII.)

Varus autem, quum literas a Sabino et ducibus accepisset, cœpit toti legioni metuere et in auxilium properare. Itaque reliquis duabus legionibus assumptis et quattuor equitum qui cum illis erant turmis, in Ptolemaidem proficiscebatur, regum et dynastarum auxiliariis eo convenire jussis. Etiam a Berytiis, quum per urbem eorum iret, mille et quingentos accipiebat armatos. Postquam vero ad Ptolemaidem et cetera auxiliarium manus ei aderat, et Aretas Arabs ex suo in Herodem odio non exiguas adducens copias equitum peditumque, statim exercitus partem in Galilæam mittebat, quæ in vicinia erat Ptolemaidis, et pro duce Caium ex amicis suis unum, qui et eos qui contra ipsum egressi erant in fugam vertit, et Sepphori civitate capta, ipsam quidem incendit, ejus vero incolas in servitium abducit. Varus autem ipse cum universo exercitu Samariam profectus a civitate quidem manus abstinuit, quod, dum turbæ ab aliis excitarentur, nihil eam movisse deprehenderit: sed castra ponit ad vicum quendam, cui nomen Arus. Is in ditione erat Ptolemæi: ideoque diripiebatur ab Arabibus, qui Herodis etiam amicis infensi erant. Inde progreditur ad Sampho, vicum alterum bene munitum, quem similiter diripuerant Arabes, et omnes fructus in quos inciderant. In universum flammis et cædibus plena erant omnia, nec quidquam erat quod in prædam non cessit Arabibus. Etiam Emmaus, incolis in fugam conjectis, exusta est, jussu Vari necem Arii ejusque militum indigne ferentis.

2. Inde quum ad Hierosolyma processisset et in conspectum venisset cum exercitu, protinus Judæorum castra disjecit. Et illi quidem fuga dispersi erant per regionem: qui vero in urbe erant, quum eum recepissent, sese de causis

ζοντο τὰς αἰτίας τῆς ἀποστάσεως, αὐτοὶ μὲν μηδὲν παρακινῆσαι λέγοντες, διὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἀναγκαίως δεξάμενοι τὸ πλῆθος, συμπολιορκηθῆναι μᾶλλον Ῥωμαίοις ἢ συμπολεμῆσαι τοῖς ἀποστᾶσι. Προϋπηντήκεσαν δὲ αὐτῷ Ἰώσηπός τε ὁ ἀνεψιὸς Ἀρχελάου καὶ σὺν Ῥούφῳ Γρᾶτος, ἄγοντες ἅμα τῷ βασιλικῷ στρατῷ καὶ τοὺς Σεβαστηνοὺς, οἵ τε ἀπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ τάγματος τὸν συνήθη τρόπον κεκοσμημένοι. Σαβῖνος γὰρ οὐδ᾽ εἰς ὄψιν ὑπομείνας ἐλθεῖν Οὐάρῳ προεξῆλθε τῆς πόλεως ἐπὶ θάλασσαν. Οὔαρος δὲ μοῖραν τῆς στρατιᾶς ἐπὶ τοὺς αἰτίους τοῦ κινήματος ἔπεμπε περὶ τὴν χώραν· καὶ πολλῶν ἀγομένων, τοὺς μὲν ἧττον θορυβώδεις φανέντας ἐφρούρει, τοὺς δ᾽ αἰτιωτάτους ἀνεσταύρωσε περὶ δισχιλίους.

γ'. Ἠγγέλη δ᾽ αὐτῷ περὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἔτι συμμένειν μυρίους ὁπλίτας. Ὁ δὲ τοὺς μὲν Ἄραβας εὑρὼν οὐ συμμάχων ἦθος ἔχοντας, ἀλλ᾽ ἰδίῳ πάθει στρατευομένους, καὶ πέρα τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως τὴν χώραν κακοῦντας ἔχθει τῷ πρὸς Ἡρώδην, ἀποπέμπεται, μετὰ δὲ τῶν ἰδίων ταγμάτων ἐπὶ τοὺς ἀφεστῶτας ἠπείγετο. Κἀκεῖνοι, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, Ἀχιάβου συμβουλεύσαντος, σφᾶς αὐτοὺς παρέδοσαν. Οὔαρος δὲ τῷ πλήθει μὲν ἠφίει τὰς αἰτίας, τοὺς δὲ ἡγεμόνας ἐξετασθησομένους ἔπεμψεν ἐπὶ Καίσαρα. Καῖσαρ δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις συνέγνω, τινὰς δὲ τῶν τοῦ βασιλέως συγγενῶν (ἦσαν γὰρ σὺν αὐτοῖς ἔνιοι προσήκοντες Ἡρώδῃ κατὰ γένος) κολάσαι προσέταξεν, ὅτι κατ᾽ οἰκείου βασιλέως ἐστρατεύσαντο. Οὔαρος μὲν οὖν, τοῦτον τὸν τρόπον καταστησάμενος τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ φρουρὰν καταλιπὼν τὸ καὶ πρότερον τάγμα, εἰς Ἀντιόχειαν ἐπάνεισιν.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἀρχελάῳ δ᾽ ἐπὶ Ῥώμης πάλιν ἄλλη συνίστατο δίκη πρὸς Ἰουδαίους, οἳ πρὸ τῆς ἀποστάσεως, ἐπιτρέψαντος Οὐάρου, πρέσβεις ἐξεληλύθεισαν περὶ τῆς τοῦ ἔθνους αὐτονομίας. Ἦσαν δὲ πεντήκοντα μὲν οἱ παρόντες, συμπαρίσταντο δὲ αὐτοῖς τῶν ἐπὶ Ῥώμης Ἰουδαίων ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους. Ἀθροίσαντος δὲ Καίσαρος συνέδριον τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων καὶ τῶν φίλων ἐν τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ (κτίσμα δ᾽ ἦν ἴδιον αὐτοῦ θαυμασίῳ πολυτελείᾳ κεκοσμημένον), μετὰ μὲν τῶν πρεσβευτῶν τὸ Ἰουδαϊκὸν πλῆθος ἔστη, σὺν δὲ τοῖς φίλοις ἄντικρυς Ἀρχέλαος, τῶν δὲ τούτου συγγενῶν οἱ φίλοι παρ᾽ οὐδετέροις, συμπαρίστασθαι μὲν Ἀρχελάῳ διὰ μῖσος καὶ φθόνον οὐχ ὑπομένοντες, ὀφθῆναι δὲ μετὰ τῶν κατηγόρων ὑπὸ Καίσαρος αἰδούμενοι. Ἐπὶ τούτοις παρῆν καὶ Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς Ἀρχελάου, προπεμφθεὶς κατ᾽ εὔνοιαν ὑπὸ Οὐάρου, δυοῖν ἕνεκα, Ἀρχελάῳ τε συναγωνίσασθαι, κἂν διανέμῃ τὸν Ἡρώδου Καῖσαρ οἶκον πᾶσι τοῖς ἐκγόνοις, κλήρου τινὸς ἀξιωθῆναι.

β'. Ἐπιτραπὲν δὲ λέγειν τοῖς κατηγόροις τὰς Ἡρώδου παρανομίας πρῶτον διεξῄεσαν, οὐ βασιλέα λέγοντες, ἀλλὰ τῶν πώποτε τυραννησάντων ὠμότατον ἐνηνοχέναι τύραννον. Πλείστων γοῦν ἀνῃρημένων ὑπ᾽ αὐτοῦ,

defectionis purgarunt, nihil se quidem ejusmodi movisse dicentes, sed propter festum multitudine ex necessitate in urbem admissa, in ea potius cum Romanis obsessos fuisse quam ad bellum movendum cum illis conspirasse qui ab eis desciverant. Ante vero obviam ei venerant Josephus Archelai sobrinus et Rufus Gratusque cum regio exercitu et Sebastenis, atque Romani e legione more suo ornati armatique. Nam Sabinus, non ausus sese Varo vel in conspectum dare, jam ante ex urbe exierat et ad mare profectus. Varus autem per regionem copiarum suarum partem ad seditionis auctores conquirendos mittebat, multisque adductis, minus quidem turbulentos visos custodiæ mandabat, eorum vero qui maxime in culpa erant ad duo millia cruci suffixit.

3. Ei autem nunciatum erat adhuc circa Idumæam superesse decem graviter armatorum millia. Ille vero, ut vidit Arabas non ita se gerentes ut auxiliares deceret, sed pro sua libidine militia utentes, et contra quam ipse vellet regionem vastantes ex suo in Herodem odio, domum dimittit et cum suis legionibus adversus eos qui defecerant ire contendebat. Atque illi, antequam manus consererent, suasu Achiabi sese dediderunt. Varus autem plebeiis quidem culpæ veniam dabat, eorum vero duces ad Cæsarem misit, ut ad interrogata responderent. At aliis quidem Cæsar ignovit, de nonnullis vero regis cognatis (erant enim quidam ex Herodis consanguineis qui se eis adjunxerant) supplicium sumi jubet, quod contra regem suum arma tulerant. Et Varus quidem, rebus Hierosolymitanis hoc modo compositis, relictaque ad præsidium priore legione, Antiochiam revertitur.

CAP. VI. (VIII.)

Archelao autem Romæ alia exstitit causa contra Judæos agenda, qui ante defectionem legati exierant, ejusmodi potestatem faciente Varo, ad postulandum suis legibus vivendi libertatem. Erant autem quinquaginta qui aderant, eisque se adjunxerunt supra octo millia Judæorum Romæ degentium. Itaque quum Cæsar concilium tam amicorum quam primorum Romanorum convocasset in templum Apollinis in Palatio (quod ab ipso erat exstructum et laute admodum mirumque in modum exornatum), cum legatis quidem multi e Judæis stabant, contra vero Archelaus cum amicis, at qui hujus consanguineorum amici erant, a neutra parte stabant, Archelao quidem adesse non sustinentes ex odio atque invidia, cum accusatoribus vero conspici propter Cæsarem veriti. Præterea aderat etiam Philippus frater Archelai, animo benevolo a Varo præmissus duabus de causis, ut et Archelai partes adjuvaret, et, si forte Cæsar Herodis facultates universæ ejus progeniei distribueret, partem aliquam obtineret.

2. Data autem accusantibus dicendi venia, primum ea prosequuti sunt quæ contra leges fecisset Herodes, non se regem dicentes, sed tyrannum pertulisse omnium qui unquam tyrannidem exercuerint crudelissimum. Multis quippe

τοιαῦτα πεπονθέναι τοὺς καταλειφθέντας ὥστε μακαρίζεσθαι τοὺς ἀπολωλότας· βεβασανικέναι γὰρ οὐ μόνον τὰ σώματα τῶν ὑποτεταγμένων, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις. Τὰς μὲν γὰρ ἰδίας λελωβῆσθαι, τὰς δὲ τῶν ἀλλοφύλων κεκοσμηκέναι, καὶ τὸ τῆς Ἰουδαίας αἷμα κεχαρίσθαι τοῖς ἔξωθεν δήμοις· ἀντὶ δὲ τῆς παλαιᾶς εὐδαιμονίας καὶ τῶν πατρίων νόμων πενίας τὸ ἔθνος καὶ παρανομίας ἐσχάτης πεπληρωκέναι. Καθόλου τε πλείους ὑπομεμενηκέναι τὰς ἐξ Ἡρώδου συμφορὰς ἐν ὀλίγοις ἔτεσιν Ἰουδαίους ὧν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἀναχώρησιν ἔπαθον οἱ πρόγονοι, Ξέρξου βασιλεύοντος ἐπαναστραφέντες. Εἰς τοσοῦτον μέντοι ταπεινότητος ἐκ τοῦ δυστυχεῖν ἔθους προελθεῖν ὥστε ὑπομεῖναι τῆς πικρᾶς δουλείας καὶ διαδοχὴν αὐθαίρετον. Ἀρχέλαον γοῦν τὸν τηλικούτου τυράννου παῖδα, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, βασιλέα τε προσειπεῖν ἑτοίμως καὶ συμπενθῆσαι τὸν Ἡρώδου θάνατον αὐτῷ, καὶ συνεύξασθαι περὶ τῆς διαδοχῆς. Τὸν δὲ, ὥσπερ ἀγωνιάσαντα μὴ νόθος υἱὸς δόξειεν Ἡρώδου, προοιμιάσασθαι τὴν βασιλείαν τρισχιλίων πολιτῶν φόνῳ, καὶ τοσαῦτα μὲν παρεστακέναι θύματα περὶ τῆς ἀρχῆς τῷ Θεῷ, τοσούτοις δὲ ἐμπεπληκέναι νεκροῖς τὸ ἱερὸν ἐν ἑορτῇ. Τοὺς μέντοι περιλειφθέντας ἐκ τοσούτων κακῶν εἰκότως ἐπεστράφθαι ἤδη ποτὲ πρὸς τὰς συμφορὰς, καὶ πολέμου νόμῳ ἐθέλειν τὰς πληγὰς κατὰ προσώπου δέχεσθαι, δεῖσθαι δὲ Ῥωμαίων ἐλεῆσαί τε τὰ τῆς Ἰουδαίας λείψανα καὶ μὴ τὸ περισσὸν αὐτῆς ἀπορρῖψαι τοῖς ὠμῶς σπαράσσουσι, συνάψαντας δὲ τῇ Συρίᾳ τὴν χώραν αὐτῶν διοικεῖν ὑπὸ ἰδίοις ἡγεμόσιν. Ἐπιδείξεσθαι γὰρ ὡς οἱ νῦν στασιώδεις διαβαλλόμενοι καὶ πολεμικοὶ φέρειν οἴδασι μετρίους ἡγεμόνας. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν ἐκ τῆς κατηγορίας κατέληξαν εἰς τοιαύτην ἀξίωσιν. Ἀναστὰς δὲ Νικόλαος ἀπελύσατο μὲν τὰς εἰς τοὺς βασιλεῖς αἰτίας, κατηγόρει δὲ τοῦ ἔθνους τό τε δύσαρκτον καὶ τὸ δυσπειθὲς φύσει πρὸς τοὺς βασιλέας, συνδιέβαλλε δὲ καὶ τοὺς Ἀρχελάου συγγενεῖς, ὅσοι πρὸς τοὺς κατηγόρους ἀφειστήκεσαν.

(Θ'.) ε'. Τότε μὲν οὖν Καῖσαρ ἀκούσας ἑκατέρων διέλυσε τὸ συνέδριον. Μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας τὸ μὲν ἥμισυ τῆς βασιλείας Ἀρχελάῳ δίδωσιν, ἐθνάρχην προσειπὼν, ὑποσχόμενος δὲ καὶ βασιλέα ποιήσειν, ἐὰν ἄξιον ἑαυτὸν παράσχῃ, τὸ δὲ λοιπὸν ἥμισυ διελὼν εἰς δύο τετραρχίας δυσὶν ἑτέροις παισὶν Ἡρώδου δίδωσι, τὴν μὲν Φιλίππῳ, τὴν δὲ Ἀντίπᾳ τῷ πρὸς Ἀρχέλαον ἀμφισβητοῦντι περὶ τῆς βασιλείας. Ἐγένετο δὲ ὑπὸ τούτῳ μὲν ἥ τε Περαία καὶ Γαλιλαία, πρόσοδος διακοσίων ταλάντων, Βαταναία τε καὶ Τράχων, Αὐρανῖτίς τε καὶ μέρη τινὰ τοῦ Ζήνωνος οἴκου τὰ περὶ Ἰάμνειαν, πρόσοδον ἔχοντα ταλάντων ἑκατὸν, ὑπὸ Φιλίππῳ τέτακτο. Τῆς Ἀρχελάου δ' ἐθναρχίας Ἰδουμαία τε καὶ Ἰουδαία πᾶσα καὶ Σαμαρεῖτις ἦν, κεκουφισμένη τετάρτῳ μέρει τῶν φόρων εἰς τιμὴν τοῦ μὴ μετὰ τῶν ἄλλων ἀποστῆναι. Πόλεις δὲ ὑπηκόους παρέλαβε Στράτωνός τε πύργον καὶ Σεβαστὴν καὶ Ἰόπην καὶ Ἱεροσόλυμα· τὰς γὰρ Ἑλληνίδας,

ab eo occisis, talia passos esse superstites, ut etiam mortuos beatos prædicarent. Nec solum subditorum corporibus quæstionem eum adhibuisse, sed et civitatibus. Nam suæ quidem gentis urbes dilaniasse, alienigenarum vero ornasse, et externis populis Judææ sanguinem condonasse. Pro antiqua autem felicitate ac patriis legibus gentem egestate implevisse simul et iniquitate. In summa, Judæos paucis quidem annis plures ab Herode calamitates tolerasse, quam in omni ævo perpessi sint majores sui, postquam ex Babylone discesserint et Xerxe regnante fuerint reversi. Attamen assuescendo dura pati et adversa animos adeo demissos humilesque gerere, ut ultro eum pro successore acciperent sub quo acerbam servituri essent servitutem. Archelaum quippe, tanti tyranni filium, patre mortuo regem sine mora appellasse, et una cum eo mortem Herodis luxisse, simulque ut is succederet vota nuncupasse. Illum vero, quasi veritus esset ne germanus Herodis filius non haberetur, civium trium millium cæde regno prælusisse; et tot quidem victimas pro regno immolasse, tot vero cadaveribus in festo solenni templum implevisse. Recte igitur eos, qui e tantis malis evasissent, aliquando ad calamitates suas respexisse, et belli lege cupere vulneribus excipiendis ora præbere, atque ab Romanis precari ut Judææ reliquias misericordia dignarentur, et quod ex illis supersit, crudeliter ipsos lacerantibus non objicerent, sed regionem suam Syriæ contributam, a præsidibus Romanis regi sinerent. Ita enim perspicuum fore, quos nunc seditiosos esse ac belli cupidos calumnientur, nosse moderatum ferre imperium. Et hujusmodi quidem petitione accusationem clauserunt Judæi. Quum autem surrexisset Nicolaus, quæ regibus objecerant diluit, gentem vero accusabat, quod difficulter imperio regeretur, atque ita a natura facta esset, ut ægre regibus obsequium præstaret: porroque Archelai propinquos, quicunque ad accusatores defecerant, criminis insimulabat.

(IX.) 3. Et tunc quidem Cæsar, auditis quæ utrinque dicerentur, dimisit concilium. Paucis autem post diebus Archelao quidem dat regni dimidium cum ethnarchæ nomine, ipsum etiam regem, si se dignum eo honore præstitisset, facturum esse pollicitus, reliquum vero dimidium, in duas tetrarchias divisum, duobus aliis Herodis filiis tribuit, unam Philippo, alteram Antipæ, qui cum Archelao de regno contendebat. Et huic quidem in ditionem cedebat Peræa et Galilæa, quarum reditus ducenta talenta: at Philippo subjiciebantur Batanæa et Trachon, et Auranitis, et partes quædam domus Zenonis circa Jamniam, quæ talenta centum reddebant. Archelai vero ad ethnarchiam pertinebant et Idumæa et Judæa omnis et Samaria, quarta tributorum parte levata, honoris ergo quod cum aliis non defecerat. Civitates etiam, quibus imperaret, accipiebat, et Stratonis turrim et Sebasten et Iopen et Hierosolyma. Nam Græcas, Gazam et

Γάζαν καὶ Γάδαρα καὶ Ἵππον, ἀποτεμνόμενος τῆς βασιλείας, προσέθηκε Συρίᾳ. Πρόσοδος δὲ ἦν τῆς Ἀρχελάῳ δοθείσης χώρας τετρακοσίων ταλάντων. Σαλώμη δὲ, πρὸς οἷς ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς διαθήκαις κατέλιπεν, Ἰαμνείας τε καὶ Ἀζώτου καὶ Φασαηλίδος ἀποδείκνυται δεσπότις· χαρίζεται δὲ αὐτῇ Καῖσαρ καὶ τὰ ἐν Ἀσκάλωνι βασίλεια. Συνήγετο δὲ ἐκ πάντων ἑξήκοντα προσόδου τάλαντα. Τὸν δὲ οἶκον αὐτῆς ὑπὸ τὴν Ἀρχελάου ἐθναρχίαν ἔταξε. Τῆς δὲ ἄλλης Ἡρώδου γενεᾶς ἕκαστος τὸ καταλειφθὲν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐκομίζετο. Δυσὶ δὲ αὐτοῦ θυγατράσι παρθένοις Καῖσαρ ἔξωθεν χαρίζεται πεντήκοντα μυριάδας ἀργυρίου, καὶ συνῴκισεν αὐτὰς τοῖς Φερώρα παισί. Μετὰ δὲ τὸν οἶκον ἐπιδιένειμεν αὐτοῖς τὴν αὐτῷ καταλειφθεῖσαν ὑφ' Ἡρώδου δωρεὰν, οὖσαν χιλίων ταλάντων, εὐτελῆ τινα τῶν κειμηλίων εἰς τὴν τοῦ κατοιχομένου τιμὴν ἐξελόμενος.

ΚΕΦ. Ζ'.

Κἂν τούτῳ νεανίας τις Ἰουδαῖος μὲν τὸ γένος, τραφεὶς δ' ἐν Σιδῶνι παρά τινι τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀπελευθέρων, δι' ὁμοιότητα μορφῆς ψευδόμενος ἑαυτὸν Ἀλέξανδρον τὸν ἀναιρεθέντα ὑφ' Ἡρώδου, κατ' ἐλπίδα τοῦ λήσειν ἧκεν εἰς Ῥώμην. Συνεργὸς δ' ἦν τις ὁμόφυλος αὐτῷ πάντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν ἐπιστάμενος, ὑφ' οὗ διδαχθεὶς ἔλεγεν ὡς οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ τε καὶ Ἀριστοβούλου δι' οἶκτον ἐκκλέψειαν αὐτοὺς ὁμοίων ὑποβολῇ σωμάτων. Τούτοις γοῦν τοὺς ἐν Κρήτῃ Ἰουδαίους ἐξαπατήσας καὶ λαμπρῶς ἐφοδιασθεὶς διέπλευσεν εἰς Μῆλον· ἔνθα συναγείρας πολλῷ πλέον δι' ὑπερβολὴν ἀξιοπιστίας ἀνέπεισε καὶ τοὺς ἰδιοξένους εἰς Ῥώμην αὐτῷ συνεκπλεῦσαι. Καταχθεὶς δὲ εἰς Δικαιάρχειαν, δῶρά τε παμπληθῆ παρὰ τῶν ἐκεῖ Ἰουδαίων λαμβάνει καὶ καθάπερ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν πατρῴων προεπέμφθη φίλων. Προεληλύθει δ' εἰς τοσοῦτον πίστεως τὸ τῆς μορφῆς ὅμοιον, ὥστε τοὺς ἑορακότας Ἀλέξανδρον καὶ σαφῶς ἐπισταμένους διόμνυσθαι τοῦτον εἶναι. Τό γε μὴν Ἰουδαϊκὸν ἐν Ῥώμῃ πᾶν ἐξεχύθη πρὸς τὴν θέαν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος ἄπειρον ἦν περὶ τοὺς στενωποὺς, δι' ὧν κομίζοιτο. Καὶ γὰρ δὴ προῆλθον εἰς τοσοῦτον φρενοβλαβείας οἱ Μήλιοι, ὥστε φορείῳ τε αὐτὸν κομίζειν καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ἰδίοις παρασχεῖν ἀναλώμασι.

β'. Καῖσαρ δὲ γινώσκων ἀκριβῶς τοὺς Ἀλεξάνδρου χαρακτῆρας (κατηγόρητο γὰρ ὑφ' Ἡρώδου παρ' αὐτῷ), συνεώρα μὲν καὶ πρὶν ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον τὴν τῆς ὁμοιότητος ἀπάτην, διδοὺς δέ τι καὶ πίστεως ταῖς ἱλαρωτέραις ἐλπίσι, Κέλαδόν τινα πέμπει τῶν σαφῶς ἐπισταμένων Ἀλέξανδρον, κελεύσας ἀγαγεῖν αὐτῷ τὸν νεανίσκον. Ὁ δὲ, ὡς εἶδεν, ἐτεκμήρατο μὲν τάχιστα καὶ τὰς διαφορὰς τοῦ προσώπου· τὸ δὲ ὅλον σῶμα σκληρότερόν τε καὶ δουλοφανὲς καταμαθὼν ἐνόησε πᾶν τὸ σύνταγμα. Πάνυ δὲ αὐτὸν παρώξυνεν ἡ τόλμα τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων. Τοῖς γὰρ πυνθανομένοις περὶ Ἀριστοβούλου σώζεσθαι μὲν κἀκεῖνον ἔλεγεν, ἀπολελεῖ-

Gadara et Hippon, regno avulsas, Syriæ adjunxit. Archelao autem ex regione sibi data redibant quadringenta talenta. At Salome, præter illa quæ rex testamento suo ei legaverat, et Jamniæ et Azoti et Phasaelidis domina facta est; eidemque regiam quoque quæ Ascalone est largitur Cæsar. Ex quibus omnibus sexaginta talentorum reditus colligebantur. Domum vero ejus Archelai ethnarchiæ subdidit. Jam ceteris ex Herodis progenie reddebantur legata, prout testamento relicta erant. Duabus autem filiabus ejus virginibus dat Cæsar, extra ea quæ pater legaverat, quingenta millia argenti; easque nuptum collocavit Pheroræ filiis. Denique, diviso patrimonio, eis distribuit mille talenta ipsi ab Herode dono relicta parvi pretii nonnullis ex regia supellectile sibimet reservatis, in honorem defuncti.

CAP. VII. (X.)

Interea juvenis quidam, genere Judæus, Sidone educatus apud quendam Romani civis libertum, formæ similitudine semet Alexandrum esse mentitus ab Herode occisum Romam veniebat, fore sperans ut non detegeretur. Ipsi autem adjutor erat homo ejusdem tribus, sciens omnium quæ ad regnum pertinerent, a quo instructus asseverabat quod ii qui missi erant ad se et Aristobulum occidendum misericordia commoti ipsos surripuerint, similibus subditis corporibus. Itaque quum istis decepisset Judæos in Creta degentes, et splendidum nactus esset commeatum, in Melum navigavit: ubi quum multo plus in viaticum collegisset, quod res admodum credibilis videretur, hospitibus etiam suis persuasit ut Romam secum navigarent. Quum autem appulsus esset Dicæarchiam, et dona quamplurima ab istius loci Judæis accipit, et tanquam rex a paternis amicis deducebatur. Tantum enim fidei conciliaverat formæ similitudo, ut qui Alexandrum viderant planeque noverant, hunc eum esse jurarent. Porro Judæi Romæ degentes omnes ad eum visendum se effuderunt, et ingens hominum multitudo vias, per quas ferebatur, obsidebat. Nam eo quidem dementiæ processerant Melii, ut illum et sella portarent, suisque sumptibus cultum et apparatum regium suppeditarent.

2. Cæsar autem, ut qui perfecte norit Alexandri oris lineamenta (accusatus enim apud eum fuerat ab Herode), perspiciebat quidem, etiam prius quam hominem videret, similitudinis fallaciam, aliquid vero fidei tribuere volens lætiori de eo conceptæ spei, Celadum quendam, unum ex iis qui Alexandrum probe nosset, mitti jubet, ut Alexandrum sibi adduceret. Atque ille, eo viso, statim quidem conjectura deprehendit personæ diversitatem: at quum totum corpus animadvertisset, rigidius illud et servili quodam habitu, commentum omne intellexit. Valde autem eum commoverunt quæ tanta cum fiducia dicere ausus est. Nam quum de Aristobulo interrogaretur, salvum quidem

ρθαι δ' ἐπίτηδες ἐν Κύπρῳ τὰς ἐπιβουλὰς φυλασσόμενον· ἧττον γὰρ ἐπιχειρεῖσθαι διεζευγμένους. Ἀπολαβόμενος δὲ αὐτὸν κατ' ἰδίαν, « μισθὸν, ἔφη, παρὰ Καίσαρος ἔχεις τὸ ζῆν τοῦ μηνῦσαι τὸν ἀναπείσαντά σε πλάσασθαι τηλικαῦτα. » Κἀκεῖνος αὐτῷ δηλώσειν εἰπὼν ἕπεται πρὸς Καίσαρα, καὶ τὸν Ἰουδαῖον ἐνδείκνυται καταχρησάμενον αὐτοῦ τῇ ὁμοιότητι πρὸς ἐργασίαν· τοσαῦτα γὰρ εἰληφέναι δῶρα καθ' ἑκάστην πόλιν, ὅσα ζῶν Ἀλέξανδρος οὐκ ἔλαβε. Γελάσας δὲ Καῖσαρ ἐπὶ τούτοις τὸν μὲν ψευδαλέξανδρον δι' εὐεξίαν σώματος ἐγκατέταξε τοῖς ἐρέταις, τὸν ἀναπείσαντα δὲ ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι. Μηλίοις δὲ ἤρκεσεν ἐπιτίμιον τῆς ἀνοίας τὰ ἀναλώματα.

(ΙΑ'.) γ'. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἐθναρχίαν Ἀρχέλαος, καὶ κατὰ μνήμην τῶν πάλαι διαφορῶν οὐ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ Σαμαρεῦσι χρησάμενος ὠμῶς, πρεσβευσαμένων ἑκατέρων κατ' αὐτοῦ πρὸς Καίσαρα, ἔτει τῆς ἀρχῆς ἐνάτῳ φυγαδεύεται μὲν εἰς Βίενναν πόλιν τῆς Γαλατίας αὐτὸς, ἡ οὐσία δ' αὐτοῦ τοῖς Καίσαρος θησαυροῖς ἐγκατατάσσεται. Πρὶν κληθῆναι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὄναρ ἰδεῖν φασι τοιόνδε. Ἔδοξεν ὁρᾶν στάχυς ἐννέα, πλήρεις καὶ μεγάλους, ὑπὸ βοῶν καταβιβρωσκομένους. Μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς μάντεις καὶ τῶν Χαλδαίων τινὰς, ἐπυνθάνετο τί σημαίνειν δοκοῖεν. Ἄλλων δὲ ἄλλως ἐξηγουμένων, Σίμων τις Ἐσσαῖος τὸ γένος ἔφη τοὺς μὲν στάχυς ἐνιαυτοὺς νομίζειν, τοὺς δὲ βοῦς μεταβολὰς πραγμάτων, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀροτριῶντας ἀλλάσσειν· ὥστε βασιλεύσειν μὲν αὐτὸν τὸν τῶν σταχύων ἀριθμὸν, ἐν ποικίλαις δὲ πραγμάτων μεταβολαῖς γενόμενον τελευτήσειν. Ταῦτα ἀκούσας Ἀρχέλαος μετὰ πέντε ἡμέρας ἐπὶ τὴν δίκην μετεκλήθη.

δ'. Ἄξιον δὲ μνήμης ἡγησάμην καὶ τὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Γλαφύρας ὄναρ, ἥπερ ἦν θυγάτηρ μὲν Ἀρχελάου τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως, γυνὴ δ' Ἀλεξάνδρου γεγονυῖα τὸ πρῶτον, ὃς ἦν ἀδελφὸς μὲν Ἀρχελάου, περὶ οὗ διεξήειμεν, υἱὸς δ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ὑφ' οὗ καὶ ἀνῃρέθη, καθάπερ προδεδηλώκαμεν, μετὰ δὲ τὸν ἐκείνου θάνατον συνῴκησεν Ἰόβᾳ τῷ βασιλεύοντι Λιβύης, οὗ τελευτήσαντος ἐπανελθοῦσαν αὐτὴν καὶ χηρεύουσαν παρὰ τῷ πατρὶ θεασάμενος ὁ ἐθνάρχης Ἀρχέλαος ἐπὶ τοσοῦτον ἔρωτος ἦλθεν, ὥστε παραχρῆμα τὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ Μαριάμμην ἀποπεμψάμενος ἐκείνην ἀγαγέσθαι. Παραγενομένη τοίνυν εἰς Ἰουδαίαν, μετ' ὀλίγον τοῦ ἀφίξεως χρόνον, ἔδοξεν ἐπιστάντα τὸν Ἀλέξανδρον αὐτῇ λέγειν, « ἀπέχρη μὲν ὁ κατὰ Λιβύην « σοι γάμος, σὺ δὲ οὐκ ἀρκεσθεῖσα τούτῳ, πάλιν ἐπὶ τὴν « ἐμὴν ἑστίαν ἀνακάμπτεις, τρίτον ἄνδρα, καὶ ταῦτα « τὸν ἀδελφὸν, ὦ τολμηρὰ, τὸν ἐμὸν ᾑρημένη. Πλὴν « οὐ περιόψομαι τὴν ὕβριν, ἀπολήψομαι δέ σε καὶ μὴ « θέλουσαν. » Τοῦτο διηγησαμένη τὸ ὄναρ δύο μόλις ἡμέρας ἐβίω.

ΚΕΦ. Η'.

Τῆς δὲ Ἀρχελάου χώρας εἰς ἐπαρχίαν περιγραφείσης

illum esse respondebat, Cypri vero de industria relictum esse, ut sibi ab insidiis caveret : difficilius enim disjunctos posse apprehendi. Quum autem eum paululum seduxisset, ei dixit vitam præmium fore ipsi a Cæsare si illius indicium fecerit, qui ei persuaserit ejusmodi res comminisci. Atque ille se indicaturum pollicitus Celadum ad Cæsarem sequitur, atque Judæum ostendit, qui formæ ipsius similitudine ad quæstum abusus erat : tanta enim eum dona per singulas urbes accepisse, quanta vivus Alexander non esset consequutus. Quum autem risisset ad hæc Cæsar, Pseudalexandrum quidem propter habitudinem corporis inter remiges ablegavit, sed commenti auctorem occidi jussit. Cæterum Melii, sumptibus quos fecerant, stultitiæ pœnarum satis dedisse visi sunt.

(XI.) 3. Quum autem Archelaus, ethnarchia suscepta, superioris discordiæ memor non solum Judæos, sed etiam Samarienses crudeliter tractaret, ab utriusque populi legatis accusatus apud Cæsarem, anno regni nono in exsilium pellitur Viennam, quæ Galliæ urbs est, et ejus patrimonium fisco Cæsaris adjudicatur. Verum priusquam a Cæsare accerseretur, hujuscemodi somnium dicitur vidisse. Sibi visus est ob oculos habere novem spicas, plenas et magnas, quas boves depascebant. Quumque conjectores accivisset et Chaldæorum nonnullos, eos interrogabat, quidnam significari putarent. Aliis autem aliter interpretantibus, Simon quidam, genere Essenus, dicebat, spicas quidem sibi videri esse annos, boves vero rerum mutationes indicare, eo quod dum ararent, terram mutarent, adeoque totidem annos regnaturum, quot numero essent spicæ, tandem vero in variis rerum vicissitudinibus vitam esse finiturum. Istis auditis, post quinque dies Archelaus ad causam dicendam accitus est.

4. Dignum etiam est quod memoretur Glaphyræ somnium, quæ filia erat Archelai Cappadocum regis, primumque uxor Alexandri (qui frater quidem erat Archelai, de quo loquimur, filius vero regis Herodis, a quo interfectus est, ut jam ante memoravimus) et ejus post decessum nupta Jubæ regi Libyæ; quo defuncto, quum ipsam reversam et apud patrem in viduitate degentem conspexisset Archelaus ethnarcha, adeo amore accensus est, ut statim, repudiata conjuge sua Mariamne, eam duceret. Hæc igitur, quum in Judæam rediisset, brevi post tempore quam eo veniret, cernere visa est Alexandrum adstantem sibi dicere : « satis « fuisset tibi Libycum matrimonium; sed tu illo non contenta « rursum ad meos penates reverteris, tertio marito, ipsoque « fratre meo, o audacissima, tibi adscito. Verum non insuper habebo contumeliam, sed te, licet invitam, ad me « recipiam. » Postquam hoc somnium narraverat, vix ultra biduum vixit.

CAP. VIII. (XII.)

Archelai autem regione in provinciam redacta, procurator

ἐπίτροπός τις ἱππικῆς παρὰ Ῥωμαίοις τάξεως Κωπώνιος πέμπεται, μέχρι τοῦ κτείνειν λαβὼν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐξουσίαν. Ἐπὶ τούτου τις ἀνὴρ Γαλιλαῖος Ἰούδας ὄνομα εἰς ἀπόστασιν ἐνῆγε τοὺς ἐπιχωρίους, κακίζων, εἰ φόρον τε Ῥωμαίοις τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ τὸν Θεὸν οἴσουσι θνητοὺς δεσπότας. Ἦν δὲ οὗτος σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως, οὐδὲν τοῖς ἄλλοις προσεοικώς.

β'. Τρία γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, καὶ τοῦ μὲν αἱρετισταὶ Φαρισαῖοι, τοῦ δὲ Σαδδουκαῖοι, τρίτον δὲ ὃ δὴ καὶ δοκεῖ σεμνότητα ἀσκεῖν, Ἐσσηνοὶ καλοῦνται, Ἰουδαῖοι μὲν γένος ὄντες, φιλάλληλοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων πλέον. Οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. Καὶ γάμου μὲν ὑπεροψία παρ' αὐτοῖς, τοὺς δ' ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες, ἁπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν ἐντυποῦσι, τὸν μὲν γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλασσόμενοι, καὶ μηδεμίαν τηρεῖν πεπεισμένοι τὴν πρὸς ἕνα πίστιν.

γ'. Καταφρονηταὶ δὲ πλούτου, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνικὸν, οὐδὲ ἔστιν εὑρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα. Νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν· ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πενίας ταπεινότητα φαίνεσθαι, μηδ' ὑπεροχὴν πλούτου, τῶν δὲ ἑκάστου κτημάτων ἀναμεμιγμένων μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι. Κηλῖδα δὲ ὑπολαμβάνουσι τὸ ἔλαιον, κἂν ἀλειφθῇ τις ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα· τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν καλῷ τίθενται, λευχειμονεῖν τε διὰ παντός. Χειροτονητοὶ δὲ οἱ τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ, καὶ ἀδιαίρετοι πρὸς ἁπάντων εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι.

δ'. Μία δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ κατοικοῦσι πολλοί· καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἥκουσιν αἱρετισταῖς ἀναπέπταται τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἴδια, καὶ πρὸς οὓς οὐ πρότερον εἶδον εἰσίασιν ὡς συνηθεστάτους· διὸ καὶ ποιοῦνται τὰς ἀποδημίας, οὐδὲν μὲν ὅλως ἐπικομιζόμενοι, διὰ δὲ τοὺς λῃστὰς ἔνοπλοι. Κηδεμὼν δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει τοῦ τάγματος ἐξαιρέτως τῶν ξένων ἀποδείκνυται, ταμιεύων ἐσθῆτα καὶ τὰ ἐπιτήδεια. Καταστολὴ δὲ καὶ σχῆμα σώματος ὅμοιον τοῖς μετὰ φόβου παιδαγωγουμένοις παισίν. Οὔτε δὲ ἐσθῆτας οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσι πρὶν ἢ διαρραγῆναι τὸ πρότερον παντάπασιν, ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. Οὐδὲν δὲ ἐν ἀλλήλοις οὔτε ἀγοράζουσιν οὔτε πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρῄζοντι διδοὺς ἕκαστος τὰ παρ' αὐτοῦ τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται· καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἀντιδόσεως ἀκώλυτος ἡ μετάληψις αὐτοῖς περὶ ὧν ἂν ἐθελήσωσι.

ε'. Πρός γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς· πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. Μετὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν διαφίενται, καὶ μέχρι πέμπτης

quidam, ordinis apud Romanos equestris, Coponius, mittitur, summa a Cæsare potestate accepta. Eo provinciam administrante, vir quidam Galilæus, cui nomen erat Judas, ad defectionem indigenas excitabat, ignavos dicens, si Romanis tributum pendere sustinerent, et post Deum mortales dominos agnoscerent. Erat autem hic propriæ sectæ sophista, nulla in re aliis similis.

2. Nam tria hominum genera apud Judæos philosophantur, et unius quidem asseclæ sunt Pharisæi, alterius vero Sadducæi, tertium vero, quod sane vitam severiorem exercere videtur, Esseni appellantur, gente quidem Judæi, at mutuo sese amore magis quam alii complectentes. Isti a voluptatibus tanquam a scelere abhorrent, continentiam vero et cupiditatibus non succumbere pro virtute ducunt. Et ipsis quidem despectui habentur nuptiæ, alienos vero liberos, dum ad disciplinas molles adhuc sunt, suscipientes, pro cognatis suis reputant, suisque moribus informant, non tamen matrimonium et ex eo successionem tollentes, sed sibimet a procaci mulierum petulantia caventes, nullamque uni viro fidem servare persuasum habentes.

3. Etiam divitias contemnunt, et admiranda plane inter eos obtinet bonorum communio, neque quisquam apud eos inveniri potest qui plura aliis possideat. Lege sancitur enim ut qui isti sectæ nomen suum dare velint, facultates suas sodalitio communes faciant : adeo ut inter omnes neque egestatis humilitas, nec opum vis immodica appareat, sed permixtis singulorum facultatibus, unum omnium sit tanquam fratrum patrimonium. Labis autem instar oleum habent, et si quis vel invitus unctus fuerit, corpus abstergit. Nam squalere honori ducunt, et veste candida semper indui. Designatos autem communium rerum procuratores habent, et ad usus omnium singulos indiscretos.

4. Illis non est una civitas certa, sed domicilia habent multi in singulis : ac suæ sectæ hominibus aliunde advenientibus quicquid habent æque patet ac si proprium esset, et ad eos quos nunquam viderant, quasi maxime familiares ingrediuntur. Quare cum peregre proficiscuntur, nihil omnino in victum tollunt, contra latrones tamen arma gestant. In singulis vero civitatibus unus hospitum curator constituitur, qui vestes aliaque necessaria suppeditet. Amictus autem cultusque corporis qualis puerorum in metu et sub cura magistri agentium esse solet. Imo nec vestem nec calceos mutant, donec priora vel discissa omnino fuerint vel vetustate detrita. Nihil inter se emunt, nec vendunt quicquam; sed egenti unusquisque e suis largiens, vicissim ab eo, quod sibi usui sit, accipit : et si nihil mutuo rependant, eos tamen a quibuscunque velint, accipere nihil vetat.

5. Ceterum erga Deum pietate sunt singulari : nihil enim profani ante solis ortum loquuntur, sed patria quædam vota ei nuncupant, quasi ut illucescat obsecrantes. Tum ad eam quam quisque novit artem a curatoribus dimittuntur, in qua perpetuo et continenti ad quintam horam labore ver-

ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον, ζωσάμενοί τε σκεπάσμασι λινοῖς οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι· καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἔνθα μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτέτραπται παρελθεῖν· αὐτοί τε καθαροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος παραγίνονται τὸ δειπνητήριον. Καὶ καθισάντων μεθ' ἡσυχίας, ὁ μὲν σιτοποιὸς ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ παρατίθησι. Προκατεύχεται δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς, καὶ γεύσασθαί τινα πρὶν τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. Ἀριστοποιησάμενος δὲ ἐπεύχεται πάλιν· ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν Θεόν, ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς. Ἔπειτα ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπονται. Δειπνοῦσι δὲ ὑποστρέψαντες ὁμοίως συγκαθεζομένων τῶν ξένων, οἳ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. Οὐδὲ κραυγή ποτε τὸν οἶκον οὐδὲ θόρυβος μολύνει, τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις, καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. Τούτου δὲ αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου.

ϛ'. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅ τι μὴ τῶν ἐπιμελητῶν προσταξάντων ἐνεργοῦσι· δύο δὲ ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ἐπικουρία καὶ ἔλεος. Βοηθεῖν τε γὰρ τοῖς ἀξίοις, ὁπόταν δέωνται, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐφίεται καὶ τροφὰς ἀπορουμένοις ὀρέγειν, τὰς δὲ εἰς τοὺς συγγενεῖς μεταδόσεις οὐκ ἔξεστι ποιεῖσθαι δίχα τῶν ἐπιτρόπων. Ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμοῦ καθεκτικοί, πίστεως προστάται, εἰρήνης ὑπουργοί. Καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου, τὸ δὲ ὀμνύειν περιίστανται, χεῖρόν τι τῆς ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες· ἤδη γὰρ κατεγνῶσθαί φασι τὸ ἀπιστούμενον, δίχα Θεοῦ. Σπουδάζουσι δὲ ἐκτόπως περὶ τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλέγοντες. Ἔνθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν ῥίζαι τε ἀλεξητήριοι καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερευνῶνται.

ζ'. Τῷ δὲ ζηλοῦντι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν οὐκ εὐθὺς ἡ πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν, ἀξινάριόν τε καὶ τὸ προειρημένον περίζωμα καὶ λευκὴν ἐσθῆτα δόντες. Ἐπειδὰν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῷ, πρόσεισι μὲν ἔγγιον τῇ διαίτῃ καὶ καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει, παραλαμβάνεται δὲ εἰς τὰς συμβιώσεις οὐδέπω. Μετὰ γὰρ τὴν τῆς καρτερίας ἐπίδειξιν δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι τὸ ἦθος δοκιμάζεται, καὶ φανεὶς ἄξιος οὕτως εἰς τὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται. Πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὄμνυσι φρικώδεις, πρῶτον μὲν εὐσεβήσειν τὸ θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάξειν, καὶ μήτε κατὰ γνώμην βλάψειν τινὰ μήτε ἐξ ἐπιτάγματος, μισήσειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀδίκους καὶ συναγωνιεῖσθαι τοῖς δικαίοις, τὸ πιστὸν ἀεὶ παρέξειν πᾶσι, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν· οὐ γὰρ δίχα Θεοῦ περιγίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν· κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδέ ποτ'

sati, eundem simul in locum denuo conveniunt, ac lineis præcincti velaminibus, ita corpus frigida abluunt: moxque ab ea lustratione proprium in domicilium, quo alterius sectæ nemini pedem inferre licet, una omnes confluunt; ipsique ab omni labe puri, non aliter ad cœnaculum, quam ad delubrum quoddam sanctius, accedunt. Atque ubi placide ac quiete consederint, pistor quidem panes suo cuique ordine apponit, coquus vero singulis unum pulmenti ejusdem vasculum apponit. Sacerdos autem antequam cibum capiunt preces adhibet, nec ulli ante precationem quicquam gustare fas est. Finito prandio iterum precatur; et quum incipiunt et desinunt, Deum venerantur, ut qui omnia ad victum largiatur. Tunc vestibus quasi sacris depositis, rursum ad opera sua redeunt usque ad vespertinum crepusculum: atque inde reversi cœnam eodem ritu sumunt, considentibus simul hospitibus, si qui forte advenerint. Neque vero clamor unquam aut tumultus domum contaminat, sed loquendi vices ordine alii aliis concedunt: illisque qui foris sunt horrendi instar mysterii videtur silentium eorum qui intus sunt. Hujus autem rei causa est perpetua sobrietas, et cibi et potionis ad satietatem dimensio.

6. Et ceterorum quidem nihil est quod sine curatorum mandato faciunt: duo vero ista in ipsorum potestate sunt, alios juvare, eorumque misereri. Nam dignis, quandocunque aliquid ab iis peterent, suo arbitrio cuique licet, ut et egentibus alimenta porrigere: sed cognatis aliquid donare nisi jussu curatorum non permissum est. Iræ dispensatores justi sunt, iracundiæ coercitores, fidei antistites, pacis administri. Et quicquid ab ipsis quidem dictum est, firmius est jurejurando: jurare autem vitant ita ut perjurio pejus æstiment. Jamjam enim eum damnatum dicunt, cui absque deo nequaquam creditur. Mirabile autem studium collocant in veterum scriptis, ex quibus ea maxime deligunt, quæ animæ corporique conducant. Hinc diligenter investigant et radices remediis afferendis idoneas et lapidum proprietates quibus medicinam morbis faciant.

7. Porro ei qui hujus sectæ studio tenetur, non continuo patet ingressus, sed foris annum integrum manenti genus idem vitæ præscribunt, et dolabellam et cingulum prædictum et vestem candidam tradunt. Postquam vero hoc temporis intervallo continentiæ suæ documenta dederit, propius quidem ad instituti communionem accedit, ac purioribus aquis una cum ceteris lustrari incipit: necdum tamen ad convictum admittitur. Nam per duos ulterius annos, postquam tolerantiam suam palam fecerit, mores ejus explorant; et si dignus apparuerit, tum demum in consortium admittitur. Priusquam vero communem cibum attingat, horrendis semet illis juramentis adstringit, primum quidem, pie se culturum Deum; deinde et jus servaturum cum hominibus; et neque se læsurum quenquam sive sponte sive ex imperato; injuriosos vero omnes odio perpetuo habiturum et justis adjutorem fore. Fidem se semper omnibus servaturum, maximeque iis qui imperant, quod nemini sine Deo obveniat imperandi potestas. Quodsi ipse imperium

ἐξυβρίσειν εἰς τὴν ἐξουσίαν· μηδὲ ἐσθῆτι ἤ τινι πλείονι κόσμῳ τοὺς ὑποτεταγμένους ὑπερλαμπρύνεσθαι. Τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾷν ἀεὶ καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγχειν προβάλλεσθαι· χεῖρας κλοπῆς καὶ ψυχὴν ἀνοσίου κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. Καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱρετιστὰς μήτε ἑτέροις αὐτῶν τι μηνύσειν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. Πρὸς τούτοις ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδοῦναι τῶν δογμάτων ἑτέρως ἢ ὡς αὐτὸς μετέλαβεν· ἀφέξεσθαι δὲ λῃστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τά τε τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. Τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἐξασφαλίζονται.

η΄. Τοὺς δὲ ἐπ' ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας ἐκβάλλουσι τοῦ τάγματος· ὁ δὲ ἐκκριθεὶς οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ διαφθείρεται. Τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδεμένος, οὐδὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύναται μεταλαμβάνειν, ποηφαγῶν δὲ καὶ λιμῷ τὸ σῶμα τηκόμενος διαφθείρεται. Διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον, ἱκανὴν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τὴν μέχρι θανάτου βάσανον ἡγούμενοι.

θ΄. Περὶ δὲ τὰς κρίσεις ἀκριβέστατοι καὶ δίκαιοι· καὶ δικάζουσι μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν ἑκατὸν συνελθόντες. Τὸ δὲ ὁρισθὲν ὑπ' αὐτῶν ἀκίνητον. Σέβας δὲ μέγιστον παρ' αὐτοῖς μετὰ τὸν Θεὸν τὸ ὄνομα τοῦ νομοθέτου· κἂν βλασφημήσῃ τις εἰς τοῦτον, κολάζεται θανάτῳ. Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πλείοσιν ἐν καλῷ τίθενται· δέκα γοῦν συγκαθεζομένων, οὐκ ἂν λαλήσειέ τις ἀκόντων τῶν ἐννέα. Καὶ τὸ πτύσαι δὲ εἰς μέσους ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσονται, καὶ ταῖς ἑβδομάσιν ἔργων ἐφάπτεσθαι, διαφορώτατα Ἰουδαίων ἁπάντων. Οὐ μόνον γὰρ τροφὰς ἑαυτοῖς πρὸ ἡμέρας μιᾶς παρασκευάζουσιν, ὡς μηδὲ πῦρ ἐναύοιεν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλ' οὐδὲ σκεῦός τι μετακινῆσαι θαρροῦσιν οὐδὲ ἀποπατεῖν. Ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις βόθρον ὀρύσσοντες βάθος ποδιαῖον τῇ σκαλίδι (τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ διδόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀξινίδιον τοῖς νεοσυστάτοις) καὶ περικαλύψαντες ἱμάτιον, ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν τοῦ Θεοῦ, θακεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἔπειτα τὴν ἀνορυχθεῖσαν γῆν ἐφέλκουσιν εἰς τὸν βόθρον, καὶ τοῦτο ποιοῦσι τοὺς ἐρημοτέρους τόπους ἐκλεγόμενοι. Καίπερ δὲ φυσικῆς οὔσης τῆς τῶν σωματικῶν λυμάτων ἐκκρίσεως, ἀπολούεσθαι μετ' αὐτὴν, καθάπερ μεμιασμένοις, ἔθιμον.

ι΄. Διῄρηνται δὲ κατὰ χρόνον τῆς ἀσκήσεως εἰς μοίρας τέσσαρας, καὶ τοσοῦτον οἱ μεταγενέστεροι τῶν προγενεστέρων ἐλαττοῦνται, ὥστε, εἰ ψαύσειαν αὐτῶν, ἐκείνους ἀπολούεσθαι, καθάπερ ἀλλοφύλῳ συμφυρέντας. Καὶ μακρόβιοι μὲν, ὡς τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν παρατείνειν ἔτη, διὰ τὴν ἁπλότητα τῆς διαίτης, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ τὴν εὐταξίαν. Καταφρονηταὶ δὲ τῶν δεινῶν, καὶ τὰς μὲν ἀλγηδόνας νικῶντες τοῖς φρονήμασι, τὸν δὲ θάνατον, εἰ μετ' εὐκλείας προσίοι, νομίζοντες ἀθανασίας ἀμείνω. Διήλεγξε δ' αὐτῶν ἐν

fuerit adeptus, non superbe et petulanter uti potestate, neque vestitu aut ornatu ceteros subditos exsuperare. Veritatem semper amare, propositumque habere mentientes redarguere. Manus a furto et animum ab iniquo quæstu purum custoditurum. Nihil se celaturum sodales, neque aliis aliquid indicaturum, nec si ad mortem cogatur. Præterea jurant quisque nemini quidem se aliter dogmata proditurum quam ipse acceperit: se vero abstenturum latrociniis, parique reverentia servaturum sectæ suæ libros et angelorum nomina. Hujuscemodi quidem juramentis ad cœtum suum venientes sibimet devinciunt.

8. Deprehensos vero in peccatis gravioribus ex ordine suo ejiciunt, isque cui contigit e cœtu ejici, non raro mortem obit miserrimam. Nam juramentis et ritibus obligatus ne aliorum quidem escis uti potest, sed dum herbas comedit, corpus fame tabescit, atque ita interit. Quam ob rem etiam ipsi plurimos miserati, extremum jam agentes spiritum receperunt, pro peccatis satis pœnarum, quod ad mortem usque fuerint cruciati, dedisse existimantes.

9. Judicia autem accuratissime exercent et juste: et judicant quidem centeni ad minimum congregati. Quod vero ab iis decretum fuerit, fixum manet et immobile. Venerationem post Deum maximam apud eos habet legislatoris nomen: et morte mulctatur quicunque ei maledixerit. Ætate grandioribus numeroque pluribus obtemperare pulchrum esse ducunt, adeo ut quum decem consederint, non loquatur aliquis, si id novem invitis fuerit. Cavent etiam in medium eorum vel in dextram sui partem exspuere, et sabbatis manum operi admovere fugiunt maxime omnium Judæorum. Nam non solum pridie ejus diei cibum sibi præparant, ut illo die ignem non accendant, sed neque vas ullum loco movere audent, nec alvum exonerare. Aliis autem diebus scrobem ad unius pedis altitudinem sarculo excavantes (datur enim ejusmodi securicula iis qui recens admissi sunt) et circumtegentes amiculo, ne Dei radiis injuriam facerent, in eam excernunt, deinde effossam terram in scrobem retrahunt, idque faciunt loca secretiora deligentes. Et quamvis a natura sit ista sordium corporis excretio, illis tamen solenne est ut post eam abluantur, haud secus ac si polluti fuissent.

10. Distincti autem sunt juxta tempus, quo sese exercuerunt, in quattuor classes: atque juniores adeo senioribus inferiores habentur, ut, si aliquos eorum forte contigerint, illi, ac si alienigenæ sese commiscuissent, semel abluant. Et longævi quidem, ita ut multi ultra centesimum annum extendant ætatem, propter victus simplicitatem, ut mihi videtur, et adhibitam in omnibus moderationem. Rerum vero adversarum contemptores et dolores vincunt animi magnitudine, mortemque, si cum gloria accedat, etiam immortalitati præferendam ducunt. Imo, quali in omnibus animo

ἅπασι τὰς ψυχὰς ὁ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος· ἐν ᾧ στρεβλούμενοι καὶ λυγιζόμενοι, καιόμενοί τε καὶ κλώμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων, οὐδέτερόν τι ὑπέμειναν παθεῖν, ἀλλ' οὐδὲ κολακεῦσαί ποτε τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρῦσαι· μειδιῶντες δὲ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι καὶ κατειρωνευόμενοι τῶν τὰς βασάνους προσφερόντων εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι.

ια'. Καὶ γὰρ ἔρρωται παρ' αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτοῖς, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ συμπλέκεσθαι μὲν, ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας αἰθέρος, ὥσπερ εἱρκταῖς τοῖς σώμασιν ἴυγγί τινι φυσικῇ κατασπωμένας. Ἐπειδὰν δὲ ἀνεθῶσι τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, οἷον δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. Καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς, ὁμοδοξοῦντες παισὶν Ἑλλήνων, ἀποφαίνονται τὴν ὑπὲρ ὠκεανὸν δίαιταν ἀποκεῖσθαι, καὶ χῶρον οὔτε ὄμβροις οὔτε νιφετοῖς οὔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ ὠκεανοῦ πραῢς ἀεὶ ζέφυρος ἐπιπνέων ἀναψύχει· ταῖς δὲ φαύλαις ζοφώδη καὶ χειμέριον ἀφορίζονται μυχὸν, γέμοντα τιμωριῶν ἀδιαλείπτων. Δοκοῦσι δέ μοι κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν Ἕλληνες τοῖς τε ἀνδρείοις αὐτῶν, οὓς ἥρωας καὶ ἡμιθέους καλοῦσι, τὰς μακάρων νήσους ἀνατεθεικέναι, ταῖς δὲ τῶν πονηρῶν ψυχαῖς καθ' ᾅδου τὸν ἀσεβῶν χῶρον, ἔνθα καὶ κολαζομένους τινὰς μυθολογοῦσι, Σισύφους καὶ Ταντάλους καὶ Ἰξίονας καὶ Τιτυούς, πρῶτον μὲν ἀϊδίους ὑφιστάμενοι τὰς ψυχὰς, ἔπειτα εἰς προτροπὴν ἀρετῆς καὶ κακίας ἀποτροπήν· τούς τε γὰρ ἀγαθοὺς γίνεσθαι κατὰ τὸν βίον ἀμείνους, ἐλπίδι τιμῆς καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν, τῶν τε κακῶν ἐμποδίζεσθαι τὰς ὁρμὰς δέει, προσδοκώντων, εἰ καὶ λάθοιεν ἐν τῷ ζῆν μετὰ τὴν διάλυσιν ἀθάνατον τιμωρίαν ὑφέξειν. Τάδε μὲν οὖν Ἐσσηνοὶ περὶ ψυχῆς θεολογοῦσιν, ἄφυκτον δέλεαρ τοῖς ἅπαξ γευσαμένοις τῆς σοφίας αὐτῶν ἐγκαθιέντες.

ιβ'. Εἰσὶ δὲ ἐν αὐτοῖς οἳ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκειν ὑπισχνοῦνται, βίβλοις ἱεραῖς καὶ διαφόροις ἁγνείαις καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδοτριβούμενοι· σπάνιον δὲ εἴ ποτε ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀστοχήσουσιν.

ιγ'. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Ἐσσηνῶν τάγμα, ὃ δίαιταν μὲν καὶ ἔθη καὶ νόμιμα τοῖς ἄλλοις ὁμοφρονοῦν, διεστὸς δὲ τῇ κατὰ γάμον δόξῃ. Μέγιστον γὰρ ἀποκόπτειν οἴονται τοῦ βίου μέρος, τὴν διαδοχὴν, τοὺς μὴ γαμοῦντας, μᾶλλον δὲ, εἰ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, ἐκλιπεῖν ἅπαν τὸ γένος τάχιστα. Δοκιμάζοντες μέντοι τριετίᾳ τὰς γαμετὰς, ἐπειδὰν τρὶς καθαρθῶσιν εἰς πεῖραν τοῦ δύνασθαι τίκτειν, οὕτως ἄγονται. Ταῖς δὲ ἐγκύμοσιν οὐχ ὁμιλοῦσιν, ἐνδεικνύμενοι τὸ μὴ δι' ἡδονὴν, ἀλλὰ τέκνων χρείαν γαμεῖν. Λουτρὰ δὲ ταῖς γυναιξὶν ἀμπεχομέναις ἐνδύματα, καθάπερ τοῖς ἀνδράσιν ἐν περιζώματι. Τοιαῦτα μὲν ἔθη τοῦδε τοῦ τάγματος.

fuerint, egregio documento erat bellum cum Romanis gestum : in quo torti et distracti, flammisque usti et fracti, et ceteris omnibus cruciatuum machinis tentati, ut vel legum suarum auctori maledicerent, vel cibi aliquid inconsueti comederent, alterutrum ut facerent induci non potuerunt, nedum ut tortores suos blandius alloquerentur, aut unam effunderent lacrimulam, sed in mediis tormentorum doloribus subridentes ipsosque carnifices irrisione excipientes animas alacriter dimiserunt, tanquam denuo eas recepturi.

11. Nam et ista apud eos obtinuit opinio, corpora quidem esse interitui obnoxia, nec materiam eorum permanere, animas vero immortales in omne ævum durare, et ex æthere subtilissimo prodeuntes in corporum complexum tanquam in custodiam includi, illecebra naturali istuc attractas. Postquam vero carnis vinculis solutæ fuerint, quasi de longa servitute liberatas, tum vero lætari et in sublime evolare : et pias quidem, convenienter iis quæ Græci sentiunt, vitam ultra oceanum manere dicunt, locumque nec nive nec imbribus nec æstu gravem, sed quem placidus jugiter ab oceano spirans temperet zephyrus; impias vero sub terram in obscurum gelidumque antrum relegant, æternorum cruciatuum plenum. Videntur autem mihi juxta eandem sententiam Græci suis etiam viris fortibus et magnis, quos heroas appellant et semideos, beatorum insulas attribuisse, improborum vero animabus locum apud inferos impiorum proprium, ubi et quosdam tormentis vexari fabulantur, Sisyphos et Tantalos et Ixiones et Tityos, primo quidem immortales esse animas ponentes, deinde ad exhortandum homines ad virtutis studium et dehortandum a vitio : nam et bonos inde in hac vita meliores fieri, spe præmii etiam post mortem ; et malorum impetus cohiberi metu, ut qui exspectent, etiamsi lateant dum vivunt, fore ut post obitum æternos subeant cruciatus. Atque ista quidem sunt quæ Esseni de anima divinitus philosophantur, ejusmodi demittentes escam, quæ captos usque teneat qui semel eorum degustarunt sapientiam.

12. Sunt autem inter eos, qui etiam futura prænoscendi spem faciunt, ut qui a pueritia quum sacris libris, tum variis lustrationibus, prophetarumque dictis assidue versati fuerint, raroque admodum suis in prædictionibus a vero aberrant.

13. Est et alius porro Essenorum ordo, qui cum prioribus quidem, quoad rationem vivendi moresque et instituta, consentit, sed in una de nuptiis opinione ab ipsis discrepat. Maximam enim vitæ partem, quæ a successione pendet, eos amputare arbitrantur qui a nuptiis abstineant, multo vero magis desiturum humanum genus quam citissime, si omnes in eandem de istis ire velint sententiam. Verumtamen sponsas per triennium probant. Quum autem ter purificatæ fuerint, ad explorandum possintne parere, tum eas uxores ducunt. At cum gravidis non coeunt, ostendentes quod nuptias non voluptatis ergo, sed liberorum causa fecerint. Feminæ autem lavantur, indusiis circumamictæ, quemadmodum viri quum subligacula induerint. Hujus quidem mores sunt hujusmodi.

ιδ'. Δύο δὲ τῶν προτέρων Φαρισαῖοι μὲν, οἱ δοκοῦντες μετὰ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα καὶ τὴν πρώτην ἐπάγοντες αἵρεσιν, εἱμαρμένῃ τε καὶ Θεῷ προσάπτουσι πάντα, καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια καὶ μὴ, κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι, βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκαστον καὶ τὴν εἱμαρμένην· ψυχήν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὴν τῶν ἀγαθῶν μόνην, τὴν δὲ τῶν φαύλων ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι. Σαδδουκαῖοι δὲ, τὸ δεύτερον τάγμα, τὴν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν Θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν ἢ μὴ δρᾶν τίθενται· φασὶ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι καὶ τὸ κατὰ γνώμην ἑκάστῳ τούτων ἑκατέρῳ προσιέναι. Ψυχῆς τε τὴν διαμονὴν καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. Καὶ Φαρισαῖοι μὲν φιλάλληλοί τε καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες, Σαδδουκαίων δὲ καὶ πρὸς ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον, αἵ τε ἐπιμιξίαι πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπηνεῖς ὡς πρὸς ἀλλοτρίους. Τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις φιλοσοφούντων εἶχον εἰπεῖν.

ΚΕΦ. Θ'.

Τῆς Ἀρχελάου δὲ ἐθναρχίας μεταπεσούσης εἰς ἐπαρχίαν οἱ λοιποὶ, Φίλιππός τε καὶ Ἡρώδης ὁ κληθεὶς Ἀντίπας, διῴκουν τὰς ἑαυτῶν τετραρχίας. Σαλώμη γὰρ τελευτῶσα Ἰουλίᾳ τῇ τοῦ Σεβαστοῦ γυναικὶ τήν τε αὑτῆς τοπαρχίαν καὶ Ἰάμνειαν καὶ τοὺς ἐν Φασαηλίδι φοινικῶνας κατέλιπεν. Μεταβάσης δὲ εἰς Τιβέριον τὸν Ἰουλίας υἱὸν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας μετὰ τὴν Αὐγούστου τελευτὴν, ἀφηγησαμένου τῶν πραγμάτων ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα, πρὸς δὲ μησὶν ἓξ καὶ ἡμέραις δυοῖν, διαμείναντες ἐν ταῖς τετραρχίαις ὅ τε Ἡρώδης καὶ Φίλιππος, ὁ μὲν πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανεάδι πόλιν κτίζει Καισάρειαν, κἂν τῇ κάτω Γαυλανιτικῇ Ἰουλιάδα, Ἡρώδης δὲ ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ Τιβεριάδα, ἐν δὲ τῇ Περαίᾳ φερώνυμον Ἰουλίας.

(ΙΔ'.) β'. Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς Καίσαρος εἰκόνας, αἳ σημαῖαι καλοῦνται. Τοῦτο μεθ' ἡμέραν μεγίστην ταραχὴν ἤγειρεν Ἰουδαίων. Οἵ τε γὰρ ἐγγὺς πρὸς τὴν ὄψιν ἐξεπλάγησαν, ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων (οὐδὲν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δείκηλον τίθεσθαι), καὶ πρὸς τὴν ἀγανάκτησιν τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἄθρους ἐκ τῆς χώρας λαὸς συνέρρευσεν. Ὁρμήσαντες δὲ πρὸς τὸν Πιλάτον εἰς Καισάρειαν ἱκέτευον ἐξενεγκεῖν Ἱεροσολύμων τὰς σημαίας καὶ τηρεῖν αὐτοῖς τὰ πάτρια. Πιλάτου δ' ἀρνουμένου περὶ τὴν ἱκεσίαν, πρηνεῖς καταπεσόντες, ἐπὶ πέντε ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας ἀκίνητοι διεκαρτέρουν.

γ'. Τῇ δὲ ἑξῆς ὁ Πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος, ὡς ἀποκρίνεσθαι δῆθεν αὐτοῖς θέλων, δίδωσι τοῖς στρατιώταις σημεῖον, ἐκ συντάγματος κυκλώσασθαι τοὺς

14. Ex duobus vero ordinibus prioribus, Pharisæi quidem, qui in accuratioribus legum interpretibus habentur, et primæ sectæ auctores erant, fato et Deo omnia attribuunt, et honeste agere aut non agere magna ex parte in hominibus situm esse aiunt, cooperari autem in singulis fatum : animam autem omnem quidem esse immortalem, solas vero bonorum animas in alia transire corpora, at malorum æterno supplicio puniri. Sadducæi autem, qui alter est ordo, fatum omnino tollunt, Deumque negant auctorem esse ut quis vel male agat vel a malo abstineat, et in electione hominis positum aiunt tum bonum, tum etiam malum, et unumquemque pro arbitrio suo ad utrumlibet accedere. Quin et animas permanere, suppliciaque et præmia apud inferos negant. Et Pharisæi quidem sui invicem amantes sunt, et in communem utilitatem concordiam colunt : Sadducæorum vero mores et erga se mutuo magis feri, et cum sui similibus versantur quemadmodum cum alienis. Ejuscemodi sunt quæ de iis qui apud Judæos philosophantur dicenda habui.

CAP. IX. (XIII.)

Archelai autem ethnarchia in provinciam redacta, reliqui, Philippus et Herodes cognomine Antipas, tetrarchias suas administrabant. Salome enim moriens Juliæ Augusti conjugi toparchiam suam et Iamniam et palmeta in Phasaelide reliquit. Delato autem ad Tiberium Juliæ filium Romano imperio, post mortem Augusti, qui rerum summæ præfuit annis septem et quinquaginta, prætereaque mensibus sex, et duobus diebus, Herodes ac Philippus, qui in suis adhuc erant tetrarchiis, hic quidem juxta Jordanis fontes in Paneade urbem Cæsaream condit et in inferiore Gaulanitide Juliadem, Herodes vero in Galilæa Tiberiadem et in Peræa cognominem Juliæ.

XIV.) 2. Pilatus autem a Tiberio procurator in Judæam missus velatas Cæsaris imagines (signa appellantur) noctu infert Hierosolymis. Hæc res, simulatque dies illuxit, maximum tumultum excitavit Judæorum. Nam qui in proximo erant novo spectaculo attoniti obstupuere, quasi patriæ leges violatæ et conculcatæ essent : nefas quippe illis est simulacrum ullum in urbe statuere. Dumque illi indignarentur qui in urbe erant, ingens hominum multitudo e regione confluxit; subitoque Cæsaream ad Pilatum profecti, supplicabant ut imagines ex urbe Hierosolymorum auferendas curaret, ipsisque jura patria conservaret. Quumque Pilatus petitioni illorum non concederet, humi prostrati quinque diebus totidemque noctibus immobiles permanserunt.

3. Postridie autem Pilatus, quum in suggesto in magno stadio consedisset, populumque ad se advocasset, ut qui eis respondere vellet, signum dat militibus ut ex constituto Judæos armati circumvenirent. Quumque eos circumdaret

Ἰουδαίους τοῖς ὅπλοις. Περιστάσης δὲ τριστοιχεὶ τῆς φάλαγγος, οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἀχανεῖς ἦσαν πρὸς τὸ ἀδόκητον τῆς ὄψεως, Πιλάτος δὲ κατακόψειν εἰπὼν αὐτούς, εἰ μὴ προσδέξαιντο τὰς Καίσαρος εἰκόνας, γυμνοῦν τὰ ξίφη τοῖς στρατιώταις ἔνευεν. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καθάπερ ἐκ συνθήματος ἀθρόοι καταπεσόντες καὶ τοὺς αὐχένας παρακλίναντες ἑτοίμους εἰς ἀναίρεσιν σφᾶς ἐβόων μᾶλλον ἢ τὸν νόμον παραβῆναι. Ὑπερθαυμάσας δ' ὁ Πιλάτος τὸ τῆς δεισιδαιμονίας ἄκρατον, ἐκκομίσαι μὲν αὐτίκα τὰς σημαίας Ἱεροσολύμων κελεύει.

δ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει τὸν ἱερὸν θησαυρόν (καλεῖται δὲ Κορβανᾶς) εἰς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων. Κατῆγε δὲ ἀπὸ τετρακοσίων σταδίων. Πρὸς τοῦτο τοῦ πλήθους ἀγανάκτησις ἦν, καὶ τοῦ Πιλάτου παρόντος εἰς Ἱεροσόλυμα περιστάντες τὸ βῆμα κατεβόων. Ὁ δέ (προῄδει γὰρ αὐτῶν τὴν ταραχήν) τῷ πλήθει τοὺς στρατιώτας ἐνόπλους ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς κεκαλυμμένους ἐγκαταμίξας, καὶ ξίφει μὲν χρήσασθαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγότας ἐγκελευσάμενος, σύνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βήματος, τυπτόμενοι δ' οἱ Ἰουδαῖοι πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῶν πληγῶν, πολλοὶ δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες ἀπώλοντο. Πρὸς δὲ τὴν συμφορὰν τῶν ἀνῃρημένων καταπλαγὲν τὸ πλῆθος ἐσιώπησε.

(ΙΕ'.) ε'. Κἀν τούτῳ κατήγορος Ἡρώδου τοῦ τετραρχοῦντος Ἀγρίππας υἱὸς Ἀριστοβούλου, ὃν ὁ πατὴρ Ἡρώδης ἀπέκτεινε, παραγίνεται πρὸς Τιβέριον. Τοῦ δὲ μὴ προσδεξαμένου τὴν κατηγορίαν, μένων ἐπὶ Ῥώμης τούς τε ἄλλους τῶν γνωρίμων ἐθεράπευε, καὶ μάλιστα τὸν Γερμανικοῦ παῖδα Γάϊον, ἰδιώτην ἔτι ὄντα. Καὶ δή ποτε ἑστιῶν αὐτὸν τά τε ἄλλα ποικίλως ἐφιλοφρονεῖτο καὶ τελευταῖον τὰς χεῖρας ἀνατείνας φανερῶς ηὔξατο θᾶττον αὐτὸν θεάσασθαι τῶν ὅλων δεσπότην, ἀποθανόντος Τιβερίου. Τοῦτό τις τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ διαγγέλλει Τιβερίῳ, καὶ ὃς ἀγανακτήσας εἵργνυσι τὸν Ἀγρίππαν καὶ μετ' αἰκίας εἶχεν ἐπὶ μῆνας ἓξ ἐν δεσμωτηρίῳ, μέχρις αὐτὸς ἐτελεύτησεν ἡγεμονεύσας ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι καὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπὶ μησὶν ἕξ.

(ΙϚ'.) ϛ'. Ἀποδειχθεὶς δὲ Γάϊος Καῖσαρ ἀνίησί τε τῶν δεσμῶν τὸν Ἀγρίππαν καὶ τῆς Φιλίππου τετραρχίας (ἐτεθνήκει γὰρ οὗτος) καθίστησι βασιλέα. Παραγενόμενος δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν Ἀγρίππας φθόνῳ τὰς Ἡρώδου τοῦ τετράρχου διήγειρεν ἐπιθυμίας. Ἐνῆγε δὲ μάλιστα τοῦτον εἰς ἐλπίδα βασιλείας Ἡρωδιὰς ἡ γυνή, κατονειδίζουσα τὴν ἀργίαν, καὶ φαμένη παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι πλεῖν ἐπὶ Καίσαρα στερίσκεσθαι μείζονος ἀρχῆς· ὅπου γὰρ Ἀγρίππαν ἐξ ἰδιώτου βασιλέα πεποίηκεν, ἦ πού γε ἂν ἐκεῖνον διαναστήσειεν ἐκ τετράρχου. Τούτοις ἀναπεισθεὶς Ἡρώδης ἧκε πρὸς Γάϊον, ὑφ' οὗ τῆς πλεονεξίας ἐπιτιμᾶται φυγῇ εἰς Ἱσπανίαν. Ἠκολούθησε γὰρ αὐτῷ κατήγορος Ἀγρίππας, ᾧ καὶ τὴν τετραρχίαν τὴν ἐκείνου προσέθηκε Γάϊος. Καὶ Ἡρώδης μὲν ἐν Ἱσπανίᾳ, συμφυγούσης αὐτῷ καὶ τῆς γυναικός, τελευτᾷ.

phalanx triplice ordine, Judæi quidem animis consternati erant ad spectaculum quod præter opinionem acciderat; Pilatus vero, illos se trucidatum ire minatus, nisi Cæsaris imaginibus locum darent, significabat militibus ut gladios educerent. Judæi autem quasi uno consilio omnes conciderunt, et reclinatis cervicibus vociferabantur, se longe mori malle quam contra legem aliquid facere. Tunc Pilatus, quum valde admiratus esset vehemens populi erga religionem studium, e vestigio quidem signa Hierosolymis exportari jubet.

4. At post hæc alium tumultum excitavit sacrum thesaurum (isque Corbanas appellabatur) in constructionem aquæductus impendens. Per quadringenta autem stadia cum deducebat. Hoc ipsum ægre admodum ferebat plebs, quumque Pilatus præsens adesset Hierosolymis, circumfusi suggesto adversus eum inclamabant. Ille vero (præviderat enim tumultum illorum futurum) quum armatos milites plebeio habitu multitudini immiscuisset, eisque præcepisset ut vociferantes non gladiis, sed fustibus ferirent, signum illis e suggesto dedit. Qua re fiebat ut Judæorum multi verberati, partim ab ictibus, partim a se ipsis dum fugerent obtriti, perierint. Ita plebs peremptorum calamitate deterrita a clamoribus abstinuit.

(XV.) 5. Interea Agrippa filius Aristobuli, quem pater Herodes interfecerat, ad Tiberium se confert, ut Herodem tetrarcham accusaret. Quum autem Tiberius accusationem rejecisset, Agrippa, Romæ manens, et alios e viris nobilioribus officiis demereri studebat, maximeque Caium Germanici filium, adhuc privatum. Quumque aliquando eum convivio exciperet, et alias variam comitatem adhibebat, tandemque expansis manibus palam precabatur, ut ocius mortuo Tiberio ipsum conspiceret rerum omnium dominum. Hoc quidam e domesticis ejus Tiberio nunciat, atque ille indignabundus Agrippam in vincula conjicit, et male tractatum sex mensibus in carcere tenebat, donec ipse moreretur, postquam regnarat annos duos et viginti, menses sex et tres dies.

(XVI.) 6. Quum autem Caius declaratus esset Cæsar, et Agrippam vinculis liberavit, et tetrarchiæ Philippi (nam is decesserat) regem constituit. At quum in regnum venisset Agrippa, Herodis tetrarchæ ex invidia cupiditates inflammavit. Maxime autem eum in spem regni adducebat Herodias uxor, exprobrans ei socordiam, dicensque ipsum majori non auctum esse imperio, quod ad Cæsarem navigare noluerit. Nam quum Agrippam ex privato regem fecerit, annon et ipsum ex tetrarcha ad eandem dignitatem promotum iret? Istis persuasus Herodes ad Caium veniebat, a quo ob avaritiam mulctatur exsilio et in Hispaniam relegatur. Eum quippe sequutus est accusator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius adjecit Caius. Et Herodes quidem in Hispania, uxore etiam in fuga eum comitata, diem supremum obit.

ΚΕΦ. Ι'.

Γάϊος δὲ Καῖσαρ ἐπὶ τοσοῦτον ἐξύβρισεν εἰς τὴν τύχην, ὥστε θεὸν μὲν αὑτὸν καὶ δοκεῖν καὶ βούλεσθαι καὶ καλεῖσθαι, τῶν τε εὐγενεστάτων ἀνδρῶν ἀκροτομῆσαι τὴν πατρίδα, ἐκτεῖναι δὲ τὴν ἀσέβειαν καὶ ἐπὶ Ἰουδαίους. Πετρώνιον γοῦν μετὰ στρατιᾶς ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔπεμψεν ἐγκαθιδρύσοντα τῷ ναῷ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ, προστάξας εἰ μὴ δέξαιντο Ἰουδαῖοι, τούς τε κωλύοντας ἀνελεῖν καὶ πᾶν τὸ λοιπὸν ἔθνος ἐξανδραποδίσασθαι. Θεῷ δὲ ἄρα τῶν προσταγμάτων ἔμελε. Καὶ Πετρώνιος μὲν σὺν τρισὶ τάγμασι καὶ πολλοῖς ἐκ τῆς Συρίας συμμάχοις εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἤλαυνεν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας, Ἰουδαίων δὲ οἱ μὲν ἠπίστουν ἔτι ταῖς τοῦ πολέμου φήμαις, οἱ δὲ πιστεύοντες ἦσαν ἐν ἀμηχάνῳ πρὸς τὴν ἄμυναν. Ταχὺ δὲ ἐχώρει διὰ πάντων τὸ δέος, ἤδη παρούσης εἰς τὴν Πτολεμαΐδα τῆς στρατιᾶς.

β'. Πρόσεστι δ' ἡ πόλις αὕτη τῆς Γαλιλαίας παράλιος κατὰ τὸ μέγα πεδίον ἐκτισμένη· περιέχεται δὲ ὄρεσιν, ἐκ μὲν τοῦ πρὸς ἀνατολὴν κλίματος ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα τῷ τῆς Γαλιλαίας, ἀπὸ δὲ τοῦ μεσημβρινοῦ τῷ Καρμήλῳ διέχοντι σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. Τῷ δὲ ὑψηλοτάτῳ, κατ' ἄρκτον, ὃ καλοῦσι Κλίμακα Τυρίων οἱ ἐπιχώριοι, καὶ τοῦτο δὲ σταδίους ἀφέστηκεν ἑκατόν. Τοῦ δὲ ἄστεως ἀπὸ δύο σταδίων ὁ καλούμενος Βήλαιος ποταμὸς παραρρεῖ παντάπασιν ὀλίγος, παρ' ᾧ τὸ Μέμνονος μνημεῖόν ἐστιν, ἔχον ἐγγὺς αὐτοῦ τόπον ἑκατονταπήχη θαύματος ἄξιον. Κυκλοτερὴς μὲν γάρ ἐστι καὶ κοῖλος, ἀναδίδωσι δὲ τὴν ὑαλίνην ψάμμον, ἣν ὅταν ἐκκενώσῃ πολλὰ πλοῖα προσσχόντα, πάλιν ἀναπληροῦται τὸ χωρίον, κατασυρόντων μὲν ὥσπερ ἐπίτηδες τότε τῶν ἀνέμων εἰς αὐτὸ τὴν ἔξωθεν ἀργὴν ψάμμον, τοῦ δὲ μετάλλου πᾶσαν εὐθέως μεταβάλλοντος εἰς ὕαλον, θαυμασιώτερον τοῦτό μοι δοκεῖν, τὸ τὴν ὑπερχυθεῖσαν ὕαλον ἐκ τοῦ τόπου πάλιν γίνεσθαι ψάμμον εἰκαίαν. Τὸ μὲν οὖν χωρίον τοῦτο τοιαύτην εἴληφε φύσιν.

γ'. Ἰουδαῖοι δὲ μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἀθροισθέντες εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς Πτολεμαΐδα καθικέτευον τὸν Πετρώνιον ὑπὲρ τῶν πατρίων νόμων πρῶτον, ἔπειτα ὑπὲρ ἑαυτῶν. Ὁ δὲ πρός τε τὸ πλῆθος καὶ τὰς δεήσεις ἐνδοὺς τὴν μὲν στρατιὰν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἐν Πτολεμαΐδι καταλείπει, προελθὼν δὲ εἰς τὴν Γαλιλαίαν καὶ συγκαλέσας τὸ πλῆθος καὶ τοὺς γνωρίμους πάντας εἰς τὴν Τιβεριάδα, τήν τε Ῥωμαίων διεξῄει δύναμιν καὶ τὰς Καίσαρος ἀπειλάς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀξίωσιν ἀπέφηνεν ἀγνώμονα. Πάντων γὰρ τῶν ὑποτεταγμένων ἐθνῶν κατὰ πόλιν συγκαθιδρυκότων τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τὰς Καίσαρος εἰκόνας, τὸ μόνους ἐκείνους ἀντιτάσσεσθαι πρὸς τοῦτο σχεδὸν ἀφισταμένων εἶναι καὶ μεθ' ὕβρεως.

δ'. Τῶν δὲ τὸν νόμον καὶ τὸ πάτριον ἔθος προτειναμένων, καὶ ὡς οὐδὲ Θεοῦ τι δείκηλον, οὐχ ὅπως ἀνδρός, οὐ κατὰ τὸν ναὸν μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἐν εἰκαίῳ τινὶ τόπῳ

CAP. X. (XVII.)

Caius autem Cæsar adeo insolenter abusus est fortuna, ut se quidem deum esse putaret, atque ita appellari vellet, patriamque suam nobilissimorum virorum cæde truncaret, in Judæam vero impietate sua grassaretur. Itaque cum exercitu Petronium misit Hierosolyma, statuas ejus in templo collocaturum, dato ei in mandatis, si eas locari non sinerent, ut qui huic rei adversarentur omnes interficeret, et quotquot reliqui essent ex gente, universos in captivitatem abduceret. Deo autem curæ erant istiusmodi mandata. Et Petronius quidem cum tribus legionibus et multis e Syria auxiliaribus ex Antiochia Judæam ire contendebat; Judæorum vero quidam fidem non habebant famæ bellum nuncianti, qui vero credebant in summa erant consilii inopia de sui defensione. Celeriter autem omnes occupabat metus: nam jam Ptolemaidem pervenerat exercitus.

2. Adjacet hæc urbs Galilææ, ad mare sita, et in magno campo exstructa. Circumdatur autem montibus, ad plagam quidem orientalem monte Galilææ, inde remoto stadia sexaginta; a meridionali vero Carmelo, qui distat stadiis centum et viginti: a septemtrionali autem monte altissimo, quem Scalam Tyriorum vocant indigenæ, atque hic centum stadiis distat. Duorum stadiorum intervallo ab urbe præterlabitur fluvius exiguus omnino, qui Belæus appellatur, ad quem monumentum est Memnonis, sibi vicinum habens locum centum cubitorum admiratione dignum. Est enim rotundus et cavus, et egerit arenam vitriariam, quam postquam exhauserunt multæ naves appellentes, iterum impletur locus, ventis quasi de industria eo aliunde devehentibus infectam arenam, fodinaque statim universam in vitrum mutante: in quo id, ut mihi videtur, est mirabilius, quod quicquid vitri inde effluit, denuo convertatur in vulgarem arenam. Et locus quidem iste ita a natura factus est.

3. Judæi autem, cum uxoribus et liberis in campum juxta Ptolemaidem congregati Petronio supplicabant, inprimis pro patriis legibus, ac deinde pro se ipsis. Ille vero multitudine eorumque precibus nonnihil flexus exercitum quidem et statuas in Ptolemaide relinquit, in Galilæam autem profectus, quum populum convocasset et nobiliores quosque in Tiberiadem, verbis aliquammultis et Romanorum potentiam exponebat et Cæsaris minas, prætereaque ostendebat quam improba esset eorum petitio et absurda. Nam quum gentes omnes ipsorum imperio subjectæ suis in urbibus inter reliquos deos imagines etiam Cæsaris locavissent, ut soli Judæi istud facere recusarent, haud longe a defectione abesse, eaque cum contumelia juncta.

4. Quum autem illi leges moresque patrios pro se allegassent, quodque nec Dei simulacrum ullum, nedum hominis, aut in templo aut adeo in ullo loco regionis profano

τῆς χώρας θέσθαι θεμιτὸν εἴη, ὑπολαβὼν ὁ Πετρώνιος, « ἀλλὰ μὴν κἀμοὶ φυλακτέος ὁ τοὐμοῦ δεσπότου νόμος, « ἔφη· παραβὰς γὰρ αὐτὸν καὶ φεισάμενος ὑμῶν ἀπο« λοῦμαι δικαίως. Πολεμήσει δὲ ὑμᾶς ὁ πέμψας ἐμέ, « οὐκ ἐγώ· καὶ γὰρ αὐτὸς ὥσπερ ὑμεῖς ἐπιτάσσομαι. » Πρὸς ταῦτα τὸ πλῆθος πᾶν ἐβόα πρὸ τοῦ νόμου πάσχειν ἑτοίμως ἔχειν. Καταστείλας δὲ ὁ Πετρώνιος αὐτῶν τὴν βοήν, « πολεμήσετε, εἶπεν, ἄρα Καίσαρι; » Καὶ Ἰουδαῖοι περὶ μὲν Καίσαρος καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων δὶς τῆς ἡμέρας θύειν ἔφασαν· εἰ δὲ βούλεται τὰς εἰκόνας ἐγκαθιδρύειν, πρότερον αὐτὸν δεῖν ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος προθύσασθαι· παρέχειν δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἑτοίμους εἰς σφαγὴν ἅμα τέκνοις καὶ γυναιξίν. Ἐπὶ τούτοις θαῦμα καὶ οἶκτος εἰσῄει τὸν Πετρώνιον τῆς τε ἀνυπερβλήτου θρησκείας τῶν ἀνδρῶν καὶ τοῦ πρὸς θάνατον ἑτοίμου παραστήματος. Καὶ τότε μὲν ἄπρακτοι διελύθησαν.

ε'. Ταῖς δ' ἑξῆς ἀθροίσας τε τοὺς δυνατοὺς κατ' ἰδίαν καὶ τὸ πλῆθος ἐν κοινῷ συλλέγων ποτὲ μὲν παρεκάλει, ποτὲ δὲ συνεβούλευε, τὸ μέντοι πλέον διηπείλει, τήν τε Ῥωμαίων ἐπανατεινόμενος ἰσχὺν καὶ τοὺς Γαΐου θυμοὺς τήν τε ἰδίαν πρὸς τούτοις ἀνάγκην. Πρὸς δὲ μηδεμίαν πεῖραν ἐνδιδόντων, ὡς ἑώρα καὶ τὴν χώραν κινδυνεύουσαν ἄσπορον μεῖναι (κατὰ γὰρ ὥραν σπόρου πεντήκοντα ἡμέρας ἀργὰ προσδιέτριβεν αὐτῷ τὰ πλήθη), τελευταῖον ἀθροίσας αὐτούς, « καὶ παρακινδυ« νευτέον ἐμοὶ μᾶλλον, εἰπών, ἢ γάρ, τοῦ Θεοῦ συν« εργοῦντος, πείσας Καίσαρα σωθήσομαι μεθ' ὑμῶν ἡδέως, ἢ παροξυνθέντος ὑπὲρ τοσούτων ἑτοίμως ἐπι« δώσω τὴν ἐμαυτοῦ ψυχήν, » διαφῆκε τὸ πλῆθος, πολλὰ κατευχόμενον αὐτῷ, καὶ παραλαβὼν τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς Πτολεμαΐδος ὑπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν. Ἔνθεν εὐθέως ἐπέστελλε Καίσαρι τήν τε ἐμβολὴν τὴν εἰς Ἰουδαίαν ἑαυτοῦ καὶ τὰς τοῦ ἔθνους ἱκετείας, ὅτι τε, εἰ μὴ βούλοιτο πρὸς τοῖς ἀνδράσι καὶ τὴν χώραν ἀπολέσαι, δέοι φυλάττειν τε αὐτοὺς τὸν νόμον καὶ παριέναι τὸ πρόσταγμα. Ταύταις ταῖς ἐπιστολαῖς οὐ σφόδρα μετρίως Γάϊος ἀντέγραψεν, ἀπειλῶν Πετρωνίῳ θάνατον, ὅτι τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ βραδὺς ὑπηρέτης ἐγένετο. Ἀλλὰ τοὺς μὲν τούτων γραμματοφόρους συνέβη χειμασθῆναι τρεῖς μῆνας ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὸν δὲ Γαΐου θάνατον ἄλλοι καταγγέλλοντες εὐπλόουν. Ἔφθη γοῦν τὰς περὶ τούτου λαβεῖν Πετρώνιος ἐπιστολὰς ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις ἢ τὰς καθ' ἑαυτοῦ.

fas sibi esset locare : hæc illorum verba excipiens Petronius respondit, « sed etiam mihi sane servanda est mei « domini lex : nam si contra eam fecero, et vobis peper« cero, jure merito peribo. Vos autem oppugnatum ibit « ille qui me misit, non ego : nam et ipse pariter ac vos « ejus potestati subditus sum. » Ad hæc universa multitudo clamabat, « se ad quodcunque patiendum pro lege paratos esse. Quum autem clamorem illorum sedasset Petronius aiebat, « num adversus Cæsarem pugnare parati estis? » Cui Judæi dicebant se pro Cæsare quidem et populo Romano bis quotidie victimas immolare : at si pro arbitrio velit statuas collocare, debere eum totam Judæorum gentem prius immolare : se quippe cum liberis et uxoribus libenter præbere jugulantibus cervices. Ad hæc Petronium subiit admiratio simulque miseratio eorum, qui tam insuperabili essent religione, et ad mortem oppetendam fidenter adeo parati. Et tunc quidem rebus infectis dimissi sunt.

5. Sequentibus autem diebus quum primores privatim congregasset, populumque publice colligeret, nunc quidem obsecrabat, interdum vero monebat, et præter cetera minis utebatur, et Romanorum vires amplificans, et Caii indignationem, insuper et suam qua premeretur necessitatem. Quum autem illi, istis omnibus ab eo tentatis, nihil de sua sententia decederent, ubi videbat regionem eo redactum iri ut non sereretur (nam seminandi tempore per dies quinquaginta otiose morabatur Judæorum plebs), ipsis ad extremum convocatis, quum dixisset, sibi magis subeundum esse periculum : « aut enim, si Dei auxilio Cæsarem « placavero, libenter vobiscum conservabor; aut illo irri« tato, pro tanta multitudine animam meam alacriter im« pendam, » postea populum dimisit, fausta omnia ipsi precantem, assumptoque exercitu ex Ptolemaide reversus est Antiochiam. Illinc mox literas ad Cæsarem mittebat, quibus eum certiorem faceret et de sua in Judæam irruptione et de populi supplicatione, quodque, nisi vellet regionem una cum hominibus perdere, illis permittendum legem suam servare, et ab ipso remittendum aliquid de eo quod imperaverat. Hisce literis non admodum moderate respondit Caius, mortem Petronio minitans, quod in mandatis suis exsequendis tardus exstitisset. Verum contigit ut ii quidem qui Caii responsum perferebant tres menses in alto tempestate jactarentur, alii vero Caii mortem nunciantes prospere navigarent. Qua re fiebat ut Petronius ante septem et viginti dies literas de eo quam contra seipsum acceperit. c

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Γαΐου δὲ ἡγεμονεύσαντος ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτώ, καὶ δολοφονηθέντος, ἁρπάζεται μὲν ὑπὸ τῶν ἐν Ῥώμῃ στρατευμάτων εἰς τὴν ἀρχὴν Κλαύδιος. Ἡ δὲ σύγκλητος, ἐξηγουμένων τῶν ὑπάτων, Σεντίου Σατορνίνου καὶ Πομπωνίου Σεκούνδου, τρισὶ ταῖς συμμενούσαις σπείραις ἐπιτρέψασα φυλάττειν τὴν πόλιν, εἰς τὸ Καπετώλιον ἠθροίσθη, καὶ διὰ τὴν ὠμότητα τὴν Γαΐου Κλαυδίῳ πολεμεῖν ἐψηφίζετο· καταστήσεσθαι γὰρ

CAP. XI. (XVIII.)

Caio autem ex insidiis occiso, quum regnasset annos tres et octo menses, Claudius ad imperium rapitur ab exercitu qui Romæ erat. At senatus, quum referentibus consulibus, Sentio Saturnino et Pomponio Secundo, custodiam urbis mandasset tribus legionibus quæ cum ipso manserant, frequens in Capitolium coactus est, et propter Caii immanitatem bellum adversus Claudium gerere decernebat, quippe

δι' ἀριστοκρατίας, ὥσπερ οὖν πάλαι διῳκεῖτο, τὴν ἀρχὴν, ἢ κρινεῖν ψήφῳ τὸν ἄξιον τῆς ἡγεμονίας.

β'. Συνέβη δὲ τηνικαῦτα προσεπιδημοῦντα τὸν Ἀγρίππαν τήν τε σύγκλητον καλοῦσαν εἰς συμβουλίαν πέμψαι καὶ Κλαύδιον ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ὅπως πρὸς ἃ δέοι χρήσιμος αὐτῷ γένοιτο. Κἀκεῖνος συνιδὼν τὸν ἤδη τῇ δυνάμει Καίσαρα πρὸς Κλαύδιον ἄπεισιν. Ὁ δὲ αὐτὸν πρεσβευτὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀναπέμπει, δηλοῦντα τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ὅτι πρῶτον μὲν ἄκων ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἁρπαγείη, καὶ οὔτε τὴν ἐκείνων σπουδὴν ἐγκαταλιπεῖν δίκαιον, οὔτε ἀσφαλὲς τὴν αὐτοῦ τύχην κρίνοι· καὶ γὰρ καὶ τὸ τυχεῖν τῆς ἡγεμονικῆς κλήσεως ἐπικίνδυνον εἶναι· ἔπειτα ὅτι διοικήσοι τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἀγαθὸς προστάτης, οὐχ ὡς τύραννος· ἀρκεῖσθαι γὰρ τῇ τιμῇ τῆς προσηγορίας, τὴν δὲ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων βουλὴν πᾶσιν ἀποδώσειν· καὶ γὰρ εἰ μὴ φύσει μέτριος ἦν, ἱκανὸν ὑπόδειγμα σωφροσύνης αὐτῷ προκεῖσθαι τὸν Γαΐου θάνατον.

γ'. Ταῦτα ἀπήγγελλεν Ἀγρίππας. Ἡ δὲ βουλὴ ἀπεκρίνατο καὶ στρατῷ καὶ γνώμαις ἀγαθαῖς πεποιθυῖα δουλείαν ἑκούσιον οὐχ ὑπομενεῖν. Καὶ Κλαύδιος, ὡς ἤκουσε τὰ παρὰ τῆς βουλῆς, πάλιν ἔπεμψε τὸν Ἀγρίππαν ἀπαγγελοῦντα αὐτοῖς ὅτι προδοῦναι μὲν τοὺς εἰς αὐτὸν ὀμόσαντας οὐχ ὑπομένοι, πολεμήσει δὲ ἄκων πρὸς οὓς ἥκιστα βούλοιτο· δεῖν μέντοι προαποδειχθῆναι τῷ πολέμῳ χωρίον ἔξω τῆς πόλεως· οὐ γὰρ ὅσιον διὰ τὴν αὐτῶν κακοβουλίαν ὁμοφύλῳ φόνῳ μιαίνεσθαι τὰ τεμένη πατρίδος. Ὁ μὲν οὖν ἀκούσας ταῦτα τοῖς βουλευταῖς ἀπήγγειλεν.

δ'. Μεταξὺ δὲ τῶν μετὰ τῆς συγκλήτου στρατιωτῶν τις σπασάμενος τὸ ξίφος, « ἄνδρες, ἐβόησε, συστρα« τιῶται, τί παθόντες ἀδελφοκτονεῖν αἱρούμεθα καὶ « κατὰ τῶν μετὰ Κλαυδίου συγγενῶν ὁρμᾶν, ἔχοντες « μὲν αὐτοκράτορα μηδὲν μεμφθῆναι δυνάμενον, το« σαῦτα δὲ δίκαια πρὸς οὓς μετὰ τῶν ὅπλων χωρεῖν « μέλλομεν; » Ταῦτα εἰπὼν διὰ μέσης ὥρμησε τῆς βουλῆς πάντας τοὺς συστρατιώτας ἐφελκόμενος. Οἱ δὲ εὐπατρίδαι παραχρῆμα μὲν πρὸς τὴν ἀπόλειψιν περιδεῶς ἔσχον, αὖθις δὲ ὡς ἀποστροφὴ σωτήριος οὐ κατεφαίνετο, τὴν τῶν στρατιωτῶν ὁδὸν ἠπείγοντο πρὸς Κλαύδιον. Ὑπήντων δ' αὐτοῖς πρὸ τοῦ τείχους γυμνοῖς τοῖς ξίφεσιν οἱ σφοδρότερον κολακεύοντες τὴν τύχην· κἂν συνέβη κινδυνεῦσαι τοὺς προάγοντας, πρὶν γνῶναι τὴν ὁρμὴν τῶν στρατιωτῶν Κλαύδιον, εἰ μὴ προσδραμὼν Ἀγρίππας αὐτῷ τὸ κινδύνευμα τῆς πράξεως ἐδήλωσεν, ὅτι τε εἰ μὴ κατάσχοι τὴν ὁρμὴν τῶν ἐπὶ τοὺς εὐπατρίδας λελυσσηκότων, ἀπολέσας δι' οὓς τὸ κρατεῖν ἐστι περίοπτον, ἐρημίας ἔσοιτο βασιλεύς.

ε'. Ταῦτα ἀκούσας Κλαύδιος ἐπέσχε τὰς ὁρμὰς τοῦ στρατιωτικοῦ, προσδέχεταί τε τὴν σύγκλητον εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ φιλοφρονησάμενος ἔξεισι σὺν αὐτοῖς αὐτίκα, θύσων τῷ θεῷ τὰ περὶ τῆς ἡγεμονίας χαριστήρια. Καὶ τὸν Ἀγρίππαν εὐθέως ἐδωρεῖτο τῇ πατρῴᾳ βασιλείᾳ πάσῃ, προστιθεὶς ἔξωθεν καὶ τὰς ὑπ' Αὐγού-

quod aut ab optimatibus, uti olim factum est, regi voluerint, aut suffragio eligere qui imperio dignus esset.

2. Tunc autem accidit ut et Agrippam tum Romæ agentem ad consulendum accersiverit senatus, et e castris ad eum miserit Claudius, ut ipsum in iis quæ sibi essent opus adjuvaret. Atque ille, quum videret eum Cæsaris potestatem jam adeptum, ad Claudium se confert. Is vero ipsum illico legatum remittit, ut suam voluntatem exponeret: se primo quidem invitum a militibus raptum fuisse, neque fas esse ut eorum erga se studium desereret, neque suam fortunam in tuto esse judicare: etenim ad imperium vocari periculosum esse. Deinde se res Romanas administraturum esse non tyranni more, sed principis benigni: se enim fore contentum appellationis honore, de singulis autem negotiis omnium rogaturum esse sententiam. Nam etsi non natura factus esset ad modestiam, sibi tamen abunde ad potestatem moderandam documento esse Caii mortem ob oculos positam.

3. Ista nunciabat Agrippa. Respondit autem senatus quod milite suo bonisque consiliis freti nolint voluntariam subire servitutem. Et Claudius, ubi ista a senatu accepit, rursus misit Agrippam eis nunciaturum, se quidem adduci non posse ut eos proderet qui secum conjurarint: invitum autem adversus eos pugnaturum esse, cum quibus pugnam inire minime vellet: proinde extra civitatem eligendum esse locum ubi armis confligendum sit: haud enim fas esse ut ob prava illorum consilia civili cæde patriæ fana fœdarentur. Et ille quidem, istis auditis, senatui ea nunciavit.

4. Postea vero unus e militibus, qui cum senatu erant, quum gladium eduxisset, clamavit, « o viri commilitones, « quid passi sumus, ut nobis in animo sit fratres interi« mere, et propinquos Claudium sequutos bello tentare, « præsertim quum habeamus Imperatorem nulli culpæ affi« nem, tantasque cum eis necessitudines contra quos armis « decertaturi sumus? » Hæc ubi dixit, propere per mediam ivit curiam, omnes secum abducens milites. At patricii statim ac deserti erant, valde de se metuebant: ac deinceps videntes sibi haud tutam fore defectionem, pariter ac milites ad Claudium festinarunt. Eis autem strictis gladiis pro muris occurrebant quotquot fortunæ ambitiosius adulabantur: atque contigisset ut discrimen adirent qui agmen ducebant, antequam de militum impetu quidquam rescivisset Cæsar, nisi Agrippa, quum ad ipsum accurrisset, facinoris periculum ei indicasset; quodque ni cohiberet impetum in patricios furentium, perderet eos per quos gloriæ est imperare, fieretque solitudinis rex.

5. Quum ista audisset Claudius, militum furorem reprimebat, et senatum in castra accipit, atque benigne eos allocutus statim cum illis egreditur, deo immolaturus pro imperio gratiarum hostias. Et Agrippam protinus donabat regno paterno universo, præterea adjiciens etiam quas Au-

στου δοθείσας Ἡρώδῃ, Τραχωνῖτιν καὶ Αὐρανῖτιν, χωρὶς δὲ τούτων ἑτέραν βασιλείαν τὴν Λυσανίου καλουμένην. Καὶ τῷ μὲν δήμῳ διατάγματι τὴν δωρεὰν ἐδήλου, τοῖς ἄρχουσι δὲ προσέταξεν, ἐγχαράξαντας δέλτοις χαλκαῖς τὴν δόσιν εἰς τὸ Καπετώλιον ἀναθεῖναι. Δωρεῖται δὲ αὐτοῦ καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἡρώδην (ὁ δὲ αὐτὸς καὶ γαμβρὸς ἦν Βερενίκῃ συνοικῶν) βασιλείᾳ τῇ Χαλκίδι.

(ΙΘ΄.) ς΄. Ταχέως δὲ, ὡς ἂν ἐκ τοσαύτης ἀρχῆς, πλοῦτος Ἀγρίππᾳ προσέρρει, καὶ τοῖς χρήμασιν αὐτὸς οὐκ εἰς μικρὰ κατεχρῆτο· τηλικοῦτον δὲ περιβάλλειν ἤρξατο τοῖς Ἱεροσολύμοις τεῖχος, ἡλίκον ἂν τελεσθὲν ἀνήνυτον τὴν ἐν Ῥωμαίοις ἐποίησε πολιορκίαν. Ἀλλ' ἔφθη πρὶν ὑψῶσαι τὸ ἔργον τελευτήσας ἐν Καισαρείᾳ, βεβασιλευκὼς μὲν ἔτη τρία, πρότερον δὲ τῶν τετραρχιῶν τρισὶν ἑτέροις ἔτεσιν ἀφηγησάμενος. Καταλείπει δὲ τρεῖς μὲν θυγατέρας, ἐκ Κύπρου γεγεννημένας, Βερενίκην, Μαριάμμην, Δρούσιλλαν, υἱὸν δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς Ἀγρίππαν. Οὗ παντάπασιν ὄντος νηπίου, πάλιν τὰς βασιλείας Κλαύδιος ἐπαρχίαν ποιήσας ἐπίτροπον πέμπει Κούσπιον Φᾶδον, ἔπειτα Τιβήριον Ἀλέξανδρον, οἳ μηδὲν παρακινοῦντες τῶν πατρίων ἐθῶν ἐν εἰρήνῃ τὸ ἔθνος διεφύλαξαν. Μετὰ ταῦτα καὶ ὁ βασιλεύων τῆς Χαλκίδος Ἡρώδης τελευτᾷ, καταλιπὼν ἐκ μὲν τῆς ἀδελφιδῆς Βερενίκης δύο παῖδας, Βερενικιάνον τε καὶ Ὑρκανὸν, ἐκ δὲ τῆς προτέρας Μαριάμμης Ἀριστόβουλον. Ἐτεθνήκει δὲ αὐτῷ καὶ ἕτερος ἀδελφὸς Ἀριστόβουλος ἰδιώτης, καταλιπὼν Ἰωτάπην θυγατέρα. Οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν, ὡς προεῖπον, Ἀριστοβούλου τοῦ Ἡρώδου παῖδες. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Ἀλέξανδρος ἐκ Μαριάμμης Ἡρώδῃ ἐγεγόνεισαν, οὓς ὁ πατὴρ ἀνεῖλεν. Ἡ δὲ Ἀλεξάνδρου γενεὰ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ἐβασίλευσε.

ΚΕΦ. ΙΒ΄.

Μετὰ δὲ τὴν Ἡρώδου τελευτὴν, ὃς ἦρξε τῆς Χαλκίδος, καθίστησι Κλαύδιος εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θείου τὸν Ἀγρίππαν υἱὸν Ἀγρίππα· τῆς δὲ ἄλλης ἐπαρχίας διαδέχεται τὴν ἐπιτροπὴν ἀπὸ Ἀλεξάνδρου Κούμανος, ἐφ' οὗ θόρυβοί τε ἤρξαντο καὶ φθορὰ πάλιν Ἰουδαίων ἐγένετο. Συνεληλυθότος γὰρ τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς σπείρας ὑπὲρ τὴν τοῦ ἱεροῦ στοὰν ἐφεστώσης (ἔνοπλοι δὲ ἀεὶ τὰς ἑορτὰς παραφυλάττουσιν, ὡς μή τι νεωτερίζοι τὸ πλῆθος συνηθροισμένον), εἷς τις τῶν στρατιωτῶν ἀνασυράμενος τὴν ἐσθῆτα καὶ κατακύψας ἀσχημόνως προσαπέστρεψε τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἕδραν καὶ τῷ σχήματι φωνὴν ὁμοίαν ἐπεφθέγξατο. Πρὸς τοῦτο πᾶν μὲν τὸ πλῆθος ἠγανάκτησε καὶ κατεβόων τοῦ Κουμάνου κολάζειν τὸν στρατιώτην· οἱ δὲ ἧττον νήφοντες τῶν νέων καὶ τὸ φύσει στασιῶδες ἐκ τοῦ ἔθνους ἐχώρουν ἐπὶ μάχην, λίθους τε ἁρπάσαντες εἰς τοὺς στρατιώτας ἔβαλλον. Καὶ Κούμανος, δείσας μὴ τοῦ λαοῦ παντὸς ἐπ' αὐτὸν ὁρμὴ γένοιτο, πλείους ὁπλίτας μεταπέμπε-

gustus Herodi dederat, Trachonitidem et Auranitidem, et præter has aliud regnum quod Lysaniæ vocabatur. Et populo quidem donum edicto significabat, senatui vero præcepit ut donationem æreis tabulis incisam in Capitolio collocarent. Quin et fratri ejus Herodi, qui et gener erat Berenicæ matrimonio junctus, dono dat Chalcidis regnum.

6. Brevi autem, utpote ex tanto regno, divitiis affluebat Agrippa, atque pecunia ille non ad res exiguas abutebatur, sed ejusmodi mœnia cœpit Hierosolymis circumdare ut, si absoluta fuissent, expugnari a Romanis nunquam potuissent. Verum antequam opus ad altitudinem perductum esset, Cæsareæ decessit, quum annos quidem tres regnasset, prius vero tetrarchiis præfuisset tribus aliis annis. Filias quidem tres reliquit e Cypro natas, Berenicen, Mariamnen, Drusillam, ex eadem vero filium, Agrippam. Qui quum omnino teneræ esset ætatis, Claudius iterum regna in provinciam redegit, et procuratorem misit Cuspium Fadum, ac deinde Tiberium Alexandrum: qui nihil de patriis institutis immutantes gentem in pace conservarunt. Post hæc vero etiam Herodes, qui regnabat in Chalcide, decessit, relinquens ex fratris quidem filia Berenice filios duos, Berenicianum et Hyrcanum; ex priore autem uxore Mariamne Aristobulum. Alius quoque frater ejus Aristobulus diem obierat privatus, relicta filia Jotapa. Et hi quidem erant, ut jam ante dixi, Aristobuli, Herodis filii, liberi. Aristobulum autem et Alexandrum ex Mariamne susceperat Herodes, quos pater occidit. Verum posteri Alexandri in Armenia majori regnarunt.

CAP. XII. (XX.)

Post obitum autem Herodis, qui regnavit in Chalcide, Claudius Agrippam, filium Agrippæ, patrui regno præficit: Cumanus autem alterius provinciæ curam suscipit post Alexandrum, sub quo tumultuari cœptum est, novasque calamitates acceperunt Judæi. Nam quum multitudo in Hierosolyma convenisset ad festum Azymorum celebrandum, et super templi porticum stetisset Romanorum cohors (armatos quippe festis diebus in præsidio locare mos erat, ne quid novi vis hominum congregata moliretur), certus quidam e militibus, reductis vestimentis et corpore deorsum turpiter inclinato, podicem Judæis obvertit, et vocem isti figuræ situique convenientem edidit: id quod omnis multitudo ægre tulit, et Cumanum implorabant ut de milite supplicium sumeret. Juvenes autem temerarii et inconsulti, quique e popularibus ingenio erant turbulento, in pugnam cooriuntur, raptisque in manus lapidibus in milites eos jaciebant. Et Cumanus, veritus ne populus universus in eum impetum faceret, plures accersiri jubet armatos.

ται. Τῶν δὲ ταῖς στοαῖς ἐπιχεομένων φόβος ἐμπίπτει τοῖς Ἰουδαίοις ἀκατάσχετος, καὶ τραπέντες ἐκ τοῦ ἱεροῦ διέφυγον εἰς τὴν πόλιν. Τοσαύτη δὲ περὶ τὰς ἐξόδους βία συνωθουμένων ἐγένετο, ὥστε πατηθέντας ἀπ' ἀλλήλων καὶ συντριβέντας ὑπὲρ τοὺς μυρίους ἀποθανεῖν, γενέσθαι δὲ τὴν ἑορτὴν πένθος μὲν ὅλῳ τῷ ἔθνει, θρῆνον δὲ καθ' ἑκάστην οἰκίαν.

β'. Μεταλαμβάνει δὲ ταύτην τὴν συμφορὰν ληστρικὸς ἄλλος θόρυβος. Κατὰ γὰρ τὴν Βαιθωρὼ δημοσίαν ὁδὸν Στεφάνου τινὸς δούλου Καίσαρος ἀποσκευὴν κομιζομένην διήρπασαν λησταὶ προσπεσόντες. Κούμανος δὲ περιπέμψας τοὺς ἐκ τῶν πλησίον κωμῶν δεσμώτας ἐκέλευσεν ἀνάγεσθαι πρὸς αὐτὸν, ἐπικαλῶν ὅτι μὴ διώξαντες τοὺς λῃστὰς συλλάβοιεν. Ἔνθα στρατιωτῶν τις εὑρὼν ἔν τινι κώμῃ τὸν ἱερὸν νόμον διέρρηξέ τε τὸ βιβλίον καὶ εἰς πῦρ κατέβαλεν. Ἰουδαῖοι δὲ ὡς ὅλης αὐτοῖς τῆς χώρας καταφλεγείσης συνεχύθησαν καὶ καθάπερ ὀργάνῳ τινὶ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνελκόμενοι εἰς ἓν κήρυγμα πάντες εἰς Καισάρειαν ἐπὶ Κούμανον συνέδραμον, ἱκετεύοντες τὸν οὕτως εἰς τὸν Θεὸν καὶ τὸν νόμον αὐτῶν ἐξυβρίσαντα μὴ περιιδεῖν ἀτιμώρητον. Ὁ δὲ, οὐ γὰρ ἠρεμήσειν τὸ πλῆθος, εἰ μὴ τύχοι παραμυθίας, συνιδὼν ἠξίου προσάγειν τε τὸν στρατιώτην καὶ διὰ μέσων τῶν αἰτιωμένων ἀπαχθῆναι τὴν ἐπὶ θανάτῳ κελεύει· καὶ Ἰουδαῖοι μὲν ἀνεχώρουν.

(ΚΑ'.) γ'. Αὖθις δὲ Γαλιλαίων καὶ Σαμαρέων γίνεται συμβολή. Κατὰ γὰρ τὴν Γημὰν καλουμένην κώμην, ἥτις ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κεῖται τῆς Σαμαρείτιδος, πολλῶν ἀναβαινόντων Ἰουδαίων ἐπὶ τὴν ἑορτὴν, ἀναιρεῖταί τις Γαλιλαῖος. Πρὸς τοῦτο πλεῖστοι μὲν ἐκ τῆς Γαλιλαίας συνέδραμον ὡς πολεμήσοννες τοῖς Σαμαρεῦσιν· οἱ γνώριμοι δὲ αὐτῶν ἐλθόντες πρὸς Κούμανον ἠντιβόλουν πρὶν ἀνηκέστου πάθους εἰς τὴν Γαλιλαίαν διαβάντα τιμωρήσασθαι τοὺς αἰτίους τοῦ φόνου· μόνως γὰρ ἂν οὕτως διαλυθῆναι πρὸ πολέμου τὸ πλῆθος. Κούμανος μὲν οὖν ἐν δευτέρῳ τὰς ἐκείνων ἱκεσίας τῶν ἐν χερσὶ πραγμάτων θέμενος ἀπράκτους ἀπέπεμψε τοὺς ἱκέτας.

δ'. Ἀγγελθὲν δὲ τὸ πάθος εἰς Ἱεροσόλυμα τοῦ πεφονευμένου τὰ πλήθη συνετάραξε, καὶ τῆς ἑορτῆς ἀφέμενοι πρὸς τὴν Σαμάρειαν ἐξώρμησαν ἀστρατήγητοι καὶ μηδενὶ τῶν ἀρχόντων κατέχοντι πειθόμενοι. Τοῦ λῃστρικοῦ δὲ αὐτῶν καὶ στασιώδους Δειναίου τις υἱὸς Ἐλεάζαρος καὶ Ἀλέξανδρος ἐξῆρχον, οἳ τοῖς ὁμόροις τῆς Ἀκραβατηνῆς τοπαρχίας προσπεσόντες αὐτούς τε ἀνῄρουν μηδεμιᾶς ἡλικίας φειδὼ ποιούμενοι, καὶ τὰς κώμας ἀνεπίμπρασαν.

ε'. Κούμανος δὲ ἀναλαβὼν ἀπὸ τῆς Καισαρείας μίαν ἴλην ἱππέων καλουμένην Σεβαστηνῶν ἐξεβοήθει τοῖς πορθουμένοις. Καὶ τῶν περὶ τὸν Ἐλεάζαρον πολλοὺς μὲν συνέλαβε, πλείστους δὲ ἀπέκτεινε. Πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν πολεμεῖν τοῖς Σαμαρεῦσιν ὡρμημένων οἱ ἄρχοντες τῶν Ἱεροσολύμων ἐκδραμόντες σάκκους ἀμπεχόμενοι καὶ τέφραν τῶν κεφαλῶν κατα-

Quumque ii in porticus sese effudissent, vehemens metus Judæos occupat, atque in fugam versi e templo in urbem se receperunt. Tanta autem et tam violenta ad portas facta est contrusio, ut supra decem hominum millia mutua conculcatione et contritione perierint, adeo ut festus ille dies universæ genti lugubris et singulis familiis lamentabilis fuerit.

2. Hanc autem calamitatem excipit alius latronum tumultus. In via quippe publica, juxta Bæthoro, Stephani cujusdam, Cæsaris servi, supellectilem, quam secum ferebat, latrones, qui in eam inciderant, diripuerunt. Cumanus autem, quum milites circumquaque misisset, vicorum propinquorum incolas vinctos ad se adduci jussit, illis crimini dans quod latrones non persequuti essent et comprehendissent. Qua occasione quidam e militibus, nactus in quodam viculo sacras leges, librum et discerpsit et in ignem conjecit. Judæi vero, quasi regio omnis combusta esset, animis conturbati erant, et religione quasi organo quodam attracti, una præconis voce omnes Cæsaream ad Cumanum se conferebant, supplicantes ut militem, qui tantam Deo ejusque legi contumeliam intulisset, non impunitum sineret. Ad hæc ille (ut qui videret multitudinem, nisi aliqua adhiberetur consolatio, non quieturam esse) militem adduci deposcebat, et inde per medios accusatores ad extremum supplicium trahi jussit. Atque ita quidem Judæi recesserunt.

(XXI.) 3. Denuo autem Galilæi cum Samaritanis congrediuntur. In vico enim quem Geman vocant, qui in magno Samariæ campo situs est, quum multi Judæi ad festivitatem ascenderent, Galilæus quidam interficitur. Ad hoc plurimi quidem e Galilæa concurrerunt, quasi cum Samaritanis pugnam inituri: ex istis vero nobiliores ad Cumanum se contulerunt, rogantes ut, antequam malum ingravesceret, in Galilæam transiret et in cædis auctores animadverteret: haud alia quippe via dissipari posse multitudinem, antequam ad arma ventum sit. Et Cumanus quidem, rebus quæ in manibus erant posthabita illorum petitione, supplices negotio infecto dimisit.

4. At quum ejus quod occiso acciderat fama Hierosolyma perveniret, multitudinem conturbavit, et festiva solennitate relicta Samariam festinanter profecti sunt, idque sine duce et contra consilium magistratuum, qui eos cohibere voluerant. Latrocinia autem eorum et tumultus initium ducebant ab Eleazaro quodam Dinæi filio et Alexandro, qui, in toparchiæ Acrabatenæ finitimos impetu facto, et ipsos interficiebant nemini cujuscunque ætatis parcentes, et vicos incenderunt.

5. Cumanus autem, assumpta ex Cæsarea una equitum ala, quæ vocabatur Sebastenorum, ad opitulandum direptione vastatis procurrebat: et ex iis qui Eleazarum sequuti erant multos quidem comprehendit, plurimos vero interfecit. Ad reliquam autem multitudinem, qui ad bellum Samaritanis inferendum properabant, Hierosolymitarum principes quum raptim se proripuissent centonibus amicti

χέοντες ἱκέτευον ἀναχωρεῖν, καὶ μὴ διὰ τὴν εἰς Σαμαρεῖς ἄμυναν ἐπὶ Ἱεροσόλυμα Ῥωμαίους παροξύνειν, ἐλεῆσαι δὲ τὴν πατρίδα καὶ τὸν ναὸν, τέκνα τε καὶ γυναῖκας ἰδίας, καὶ μὴ πάντα κινδυνεύειν δι' ἑνὸς ἐκδικίαν Γαλιλαίου παραπολέσθαι. Τούτοις πεισθέντες οἱ Ἰουδαῖοι διελύθησαν. Ἐτράποντο δὲ πολλοὶ πρὸς λῃστείαν διὰ τὴν ἄδειαν· καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν ἁρπαγαί τε ἦσαν καὶ τῶν θρασυτέρων ἐπαναστάσεις. Καὶ τῶν Σαμαρέων οἱ δυνατοὶ πρὸς Οὐμμίδιον Κουαδράτον, ὃς ἦν ἡγεμὼν τῆς Συρίας, εἰς Τύρον παραγενόμενοι δίκην τινὰ παρὰ τῶν πορθησάντων τὴν χώραν λαβεῖν ἠξίουν. Παρόντες δὲ καὶ οἱ γνώριμοι τῶν Ἰουδαίων, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἰωνάθης υἱὸς Ἀνάνου, κατάρξαι μὲν ἔλεγον τῆς ταραχῆς Σαμαρέας διὰ τὸν φόνον, αἴτιον δὲ τῶν ἀποβεβηκότων Κούμανον γεγονέναι, μὴ θελήσαντα τοὺς αὐθέντας τοῦ σφαγέντος ἐπεξελθεῖν.

ς'. Κουαδράτος δὲ τότε μὲν ἑκατέρους ὑπερτίθεται, φήσας, ἐπειδὰν εἰς τοὺς τόπους παραγένηται, διερευνήσειν ἕκαστα. Αὖθις δὲ προελθὼν εἰς Καισάρειαν, τοὺς ὑπὸ Κουμάνου ζωγρηθέντας ἀνεσταύρωσε πάντας. Ἐκεῖθέν τε εἰς Λύδδα παραγενόμενος πόλιν διήκουσε τῶν Σαμαρέων, καὶ μεταπεμψάμενος ὀκτωκαίδεκα τῶν Ἰουδαίων, οὓς ἐπέπυστο μετεσχηκέναι τῆς μάχης, πελέκει διεχρήσατο· δύο δὲ ἑτέρους τῶν δυνατωτάτων καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς Ἰωνάθην καὶ Ἀνανίαν, τόν τε τούτου παῖδα Ἄνανον, καί τινας ἄλλους Ἰουδαίων γνωρίμους, ἀνέπεμψεν ἐπὶ Καίσαρα, ὁμοίως δὲ καὶ Σαμαρέων τοὺς ἐπιφανεστάτους. Παρήγγειλε δὲ καὶ Κουμάνῳ καὶ Κέλερι τῷ χιλιάρχῳ πλεῖν ἐπὶ Ῥώμης, δώσοντας Κλαυδίῳ λόγον ὑπὲρ τῶν γεγενημένων. Ταῦτα διαπραξάμενος ἀπὸ τῶν Λύδδων ἀνέβαινεν εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ καταλαβὼν τὸ πλῆθος ἄγον τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν ἀθορύβως, εἰς Ἀντιόχειαν ἐπανῄει.

ζ'. Κατὰ δὲ τὴν Ῥώμην Καῖσαρ ἀκούσας Κουμάνου καὶ Σαμαρέων (παρῆν δὲ καὶ Ἀγρίππας ἐκθύμως ὑπεραγωνιζόμενος Ἰουδαίων, ἐπειδὴ καὶ Κουμάνῳ πολλοὶ τῶν δυνατῶν παρίσταντο), Σαμαρέων μὲν καταγνοὺς, τρεῖς ἀνελεῖν προσέταξε τοὺς δυνατωτάτους, Κούμανον δὲ ἐφυγάδευσε· Κέλερα δὲ δεσμώτην ἀναπέμψας εἰς Ἱεροσόλυμα παραδοθῆναι Ἰουδαίοις πρὸς αἰκίαν ἐκέλευσε καὶ περισυρέντα τὴν πόλιν οὕτω τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι.

η'. Μετὰ ταῦτα Ἰουδαίας μὲν ἐπίτροπον Φήλικα τὸν Πάλλαντος ἀδελφὸν ἐκπέμπει τῆς τε Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας καὶ Περαίας· ἐκ δὲ τῆς Χαλκίδος Ἀγρίππαν εἰς μείζονα βασιλείαν μετατίθησι, δοὺς αὐτῷ τήν τε Φιλίππου γενομένην τετραρχίαν (αὕτη δὲ ἦν Βαταναία καὶ Τραχωνῖτις καὶ Γαυλανῖτις), προσέθηκε δὲ τήν τε Λυσανίου βασιλείαν καὶ τὴν Οὐάρου γενομένην ἐπαρχίαν. Αὐτὸς δὲ διοικήσας τὴν ἡγεμονίαν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα, πρὸς δὲ μησὶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, τελευτᾷ, καταλιπὼν Νέρωνα τῆς ἀρχῆς διάδοχον, ὃν ταῖς Ἀγριππίνης τῆς γυναικὸς ἀπάταις ἐπὶ κληρονομίᾳ

et aspersis cinere capitibus obsecrabant ut recederent, et non, ut ultum irent Samaritanos, in Hierosolyma Romanos concitarent, sed patriæ suæ atque templi misererentur, liberorumque suorum et conjugum; neque omnes, ut unius Galilæi cædem vindicarent, in mortis immeritæ discrimen adducerent. Istis persuasi Judæi sese disperserunt. Multi autem ad latrocinia se convertebant impunitatis spe, omnisque regio plena erat rapinarum, et paullo audacior quisque seditionem agitabat. Tunc Samaritanorum primores, ad Ummidium Quadratum, qui Syriæ præses erat, Tyrum profecti, pœnas ab iis exigi postulabant qui regionem vastaverant. Quum autem præsentes adessent et Judæorum nobilissimi, summusque pontifex Jonathas Anani filius, asseverabant turbis quidem initium dedisse Samaritanos qui cædem perpetraverint, causam vero eorum quæ acciderint exstitisse Cumanum, qui de cædis auctoribus supplicium sumere neglexerit.

6. Et tunc quidem Quadratus utramque partem in aliud tempus rejecit, dicens se, quum ad loca ipsa pervenerit, in singula inquisiturum. Deinceps vero progressus ad Cæsaream, eos omnes quos Cumanus vivos ceperat in crucem sustulit. Quumque inde Lydda venisset, Samaritanorum querelas audivit, et accitis octodecim Judæorum viris, quos pugnæ participes fuisse acceperat, securi eos percussit; alios vero duos e viris potentissimis, ut et pontifices Jonatham et Ananiam, hujusque filium Ananum, et nonnullos alios Judæos nobiles Romam misit, itidemque illustrissimos quosque Samaritanorum. Præcepit etiam Cumano et Celeri tribuno ut Romam navigarent, factorum rationem Claudio reddituri. Istis confectis, Lyddis ascendebat in urbem Hierosolymorum, quumque populum deprehendisset Azymorum festum absque omni tumultu agentem, Antiochiam reversus est.

7. Romæ autem Cæsar, ubi Cumanum et Samaritanos audiverat (præsente etiam Agrippa, qui magno studio pro Judæis contendebat, utpote quod et Cumano multi potentium aderant), Samaritanos condemnavit, tresque eorum potentissimos interfici jussit, atque Cumanum in exsilium egit. Quumque Celerem vinctum Hierosolyma mittendum curasset, Judæis ad supplicium tradi præcepit, eique circa urbem tracto caput amputari.

8. Post hæc Felicem quidem Pallantis fratrem misit Cæsar, ut Judæam procuraret, simulque Galilæam et Samariam et Peræam: Agrippam vero ex Chalcide in regnum amplius transtulit, eumque tetrarchia donavit quæ Philippi fuerat: erat autem ista Trachonitis et Batanæa et Gaulanitis. Insuper et Lysaniæ regnum addidit et provinciam quam Varus rexerat. Ipse autem Claudius, quum annos tredecim imperium administrasset, ac præterea menses octo diesque viginti, vita decessit, relicto Nerone imperii successore, quem Agrippinæ uxoris suæ illecebris et præstigiis in imperii hæreditatem adoptaverat, quamvis filium

τῆς ἀρχῆς εἰσεποιήσατο, καίπερ υἱὸν ἔχων γνήσιον Βρεττανικὸν ἐκ Μεσσαλίνης τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ Ὀκταουίαν θυγατέρα τὴν ὑπ' αὐτοῦ ζευχθεῖσαν Νέρωνι. Ἐγεγόνει δὲ αὐτῷ καὶ ἐκ Πετίνης Ἀντωνία.

ΚΕΦ. ΙΓ.

Ὅσα μὲν οὖν Νέρων δι' ὑπερβολὴν εὐδαιμονίας τε καὶ πλούτου παραφρονήσας ἐξύβρισεν εἰς τὴν τύχην, ἢ τίνα τρόπον τόν τε ἀδελφὸν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν μητέρα διεξῆλθεν, ἀφ' ὧν εἰς τοὺς εὐγενεστάτους μετήνεγκε τὴν ὠμότητα, καὶ ὡς τελευταῖον ὑπὸ φρενοβλαβείας ἐξώκειλεν εἰς σκηνὴν καὶ θέατρον, ἐπειδὴ δι' ὄχλου πᾶσίν ἐστι παραλείψω. Τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὰ Ἰουδαίοις κατ' αὐτὸν γενόμενα.

β'. Τὴν μὲν οὖν μικρὰν Ἀρμενίαν δίδωσι μὲν βασιλεύειν Ἀριστοβούλῳ τῷ Ἡρώδου· τῇ δὲ Ἀγρίππα βασιλείᾳ τέσσαρας πόλεις προστίθησι σὺν ταῖς τοπαρχίαις, Ἄβιλα μὲν καὶ Ἰουλιάδα κατὰ τὴν Περαίαν, Ταριχέας δὲ καὶ Τιβεριάδα τῆς Γαλιλαίας, εἰς δὲ τὴν λοιπὴν Ἰουδαίαν Φήλικα κατέστησεν ἐπίτροπον. Οὗτος τόν τε ἀρχιλῃστὴν Ἐλεάζαρον ἔτεσιν εἴκοσι τὴν χώραν δῃωσάμενον καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ ζωγρήσας ἀνέπεμψεν εἰς Ῥώμην, τῶν δὲ ἀνασταυρωθέντων ὑπ' αὐτοῦ λῃστῶν καὶ τῶν ἐπὶ κοινωνίᾳ φωραθέντων δημοτῶν, οὓς ἐκόλασεν, ἄπειρόν τι πλῆθος ἦν.

(ΚΓ.) γ'. Καθαρθείσης δὲ τῆς χώρας ἕτερον εἶδος λῃστῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπεφύετο, οἱ καλούμενοι σικάριοι, μεθ' ἡμέραν καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει φονεύοντες ἀνθρώπους, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς μισγόμενοι τῷ πλήθει καὶ ταῖς ἐσθῆσιν ὑποκρύπτοντες μικρὰ ξιφίδια, τούτοις ἔνυττον τοὺς διαφόρους· ἔπειτα πεσόντων μέρος ἐγίνοντο τῶν ἐπαγανακτούντων οἱ πεφονευκότες· διὸ καὶ παντάπασιν ὑπ' ἀξιοπιστίας ἦσαν ἀνεύρετοι. Πρῶτος μὲν οὖν ὑπ' αὐτῶν Ἰωνάθης ὁ ἀρχιερεὺς ἀποσφάττεται· μετὰ δὲ αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἀνῃροῦντο πολλοὶ, καὶ τῶν συμφορῶν ὁ φόβος ἦν χαλεπώτερος, ἑκάστου καθάπερ ἐν πολέμῳ καθ' ὥραν τὸν θάνατον προσδεχομένου. Προεσκοποῦντο δὲ πόρρωθεν τοὺς διαφόρους, καὶ οὐδὲ τοῖς φίλοις προσιοῦσιν ἔτι πίστις ἦν, ἐν μέσαις δὲ ταῖς ὑπονοίαις καὶ ταῖς φυλακαῖς ἀνῃροῦντο· τοσοῦτον τῶν ἐπιβουλευόντων τὸ τάχος ἦν καὶ τοῦ λαθεῖν ἡ τέχνη.

δ'. Συνέστη δὲ τούτοις στῖφος ἕτερον πονηρῶν, χειρὶ μὲν καθαρώτερον, ταῖς γνώμαις δὲ ἀσεβέστερον, ὅπερ οὐδὲν ἧττον τῶν σφαγέων τὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ἐλυμήνατο. Πλάνοι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ἀπατεῶνες, προσχήματι θειασμοῦ, νεωτερισμοὺς καὶ μεταβολὰς πραγματευόμενοι, δαιμονᾶν τὸ πλῆθος ἀνέπειθον, καὶ προῆγον εἰς τὴν ἐρημίαν, ὡς ἐκεῖ τοῦ Θεοῦ δείξοντος αὐτοῖς σημεῖα ἐλευθερίας. Ἐπὶ τούτοις ὁ Φῆλιξ (ἐδόκει γὰρ ἀποστάσεως εἶναι καταβολή) πέμψας ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ὁπλίτας πολὺ πλῆθος διέφθειρε.

ε'. Μείζονι δὲ ταύτης πληγῇ Ἰουδαίους ἐκάκωσεν ὁ

proprium haberet Britannicum ex Messalina conjuge priore natum, et Octaviam filiam, quam ipse Neroni collocaverat. Præterea ex Petina susceperat Antoniam.

CAP. XIII. (XXII.)

Et quemadmodum quidem Nero, felicitatis et opum magnitudine dementatus, superbe et petulanter usus sit fortuna, et qualiter fratrem et uxorem et matrem interfecerit, ac deinde in nobilissimos crudelitatem suam adhibuerit, utque tandem eo dementiæ pervenerit, ut in scena et theatro sese exerceret, quoniam res vulgo notæ sunt, prætaeribo. Convertam autem narrationem ad ea quæ ejus tempore Judæis acciderunt.

2. Et ille quidem Armeniam minorem donavit Aristobulo Herodis filio, ut eam imperio regeret : regno autem Agrippæ quattuor urbes addidit cum illarum toparchiis, Abila et Juliadem in Peræa, Taricheas et Tiberiadem in Galilæa; reliquæ autem Judææ Felicem procuratorem constituit. Hic principem latronum Eleazarum, qui per viginti annos regionem fuerat depopulatus, multosque eorum qui cum eo erant vivos cepit et Romam misit; latronum vero ab illo in crucem sublatorum, incolarumque in sceleris societate deprehensorum, quos supplicio affecit, ingens erat multitudo.

(XXIII.) 3. Regione autem purgata aliud subortum est grassatorum genus, qui Sicarii vocabantur, interdiu homines media in urbe trucidantes, præcipue vero diebus festis plebi immixti et sicas sub vestibus occultantes, istis inimicos suos percutiebant : quumque concidissent, illi qui cædem fecerant cum adstantibus indignari se simulabant. Qua re fiebat ut credulitate hominum nihil de iis sinistri suspicantium diu tecti latuerint. Ac primum quidem Jonathas pontifex ab illis interficitur : deinde vero complures alii quotidie perempti erant, adeo ut timor ipsa calamitate acerbior esset, dum singuli tanquam in acie positi quovis momento mortem sibi imminere crederent. Inimicos autem eminus prospiciebant, et ne amicis quidem propius accedentibus amplius fidebant, sed in mediis suspicionibus atque custodiis occidebantur : tanta erat insidiantium velocitas et latendi ars.

4. Ceterum cum his alia nefariorum turma conflata est, quibus manus quidem erant puriores, sed sceleratiora consilia, quique non minus quam sicarii civitatis felicitatem perditum ibant. Nam homines, seductores et fallaciis pleni, specie divini afflatus novis rebus et mutationibus studentes, vulgo ut insanirent persuadebant, et proliciebant in solitudinem, ac si illic Deus ostensurus esset eis signa libertatis. Contra istos (inde enim videbatur oritura esse insurrectio) milites tam pedites quam equites misit Felix, magnumque eorum numerum interfecit.

5. Graviore autem adhuc clade Judæos afflixit Ægyptius

Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης. Παραγενόμενος γὰρ εἰς τὴν χώραν ἄνθρωπος γόης καὶ προφήτου πίστιν ἐπιθεὶς ἑαυτῷ, περὶ τρισμυρίους μὲν ἀθροίζει τῶν ἠπατημένων, προαγαγὼν δὲ αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρημίας εἰς τὸ Ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ἐκεῖθεν οἷόστε ἦν εἰς Ἱεροσόλυμα παρελθεῖν βιάζεσθαι, καὶ κρατήσας τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ δήμου τυραννεῖν, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσι δορυφόροις. Φθάνει δὲ αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν Φῆλιξ ὑπαντιάσας μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁπλιτῶν, καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνεφήψατο τῆς ἀμύνης, ὥστε συμβολῆς γενομένης τὸν μὲν Αἰγύπτιον φυγεῖν μετ' ὀλίγων, διαφθαρῆναι δὲ καὶ ζωγρηθῆναι πλείστους τῶν σὺν αὐτῷ, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος σκεδασθὲν ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ἕκαστον διαλαθεῖν.

ς′. Κατεσταλμένων δὲ καὶ τούτων, ὥσπερ ἐν νοσοῦντι σώματι, πάλιν ἕτερον μέρος ἐφλέγμαινεν. Οἱ γὰρ γόητες καὶ λῃστρικοὶ συναχθέντες πολλοὺς εἰς ἀπόστασιν ἐνῆγον, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν παρεκρότουν, θάνατον ἐπιτιμῶντες τοῖς πειθαρχοῦσι τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, καὶ πρὸς βίαν ἀφαιρεθήσεσθαι λέγοντες τοὺς ἑκουσίως δουλεύειν προαιρουμένους. Μεριζόμενοι δὲ εἰς τὴν χώραν κατὰ λόχους διήρπαζόν τε τὰς τῶν δυνατῶν οἰκίας καὶ αὐτοὺς ἀνῄρουν, καὶ τὰς κώμας ἐνεπίμπρασαν, ὥστε τῆς ἀπονοίας αὐτῶν πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν ἀναπίμπλασθαι. Καὶ οὗτος μὲν ὁ πόλεμος καθ' ἡμέραν ἀνερριπίζετο.

ζ′. Ἑτέρα δὲ ταραχὴ συνίσταται περὶ Καισάρειαν, τῶν ἀναμεμιγμένων Ἰουδαίων πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ Σύρους στασιασάντων. Οἱ μὲν γὰρ ἠξίουν σφετέραν εἶναι τὴν πόλιν, Ἰουδαῖον γεγονέναι τὸν κτίστην αὐτῆς λέγοντες (ἦν δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεύς), οἱ δὲ ἕτεροι τὸν οἰκιστὴν μὲν προσωμολόγουν Ἰουδαῖον, αὐτὴν μέντοι γε τὴν πόλιν Ἑλλήνων ἔφασαν· οὐ γὰρ ἂν ἀνδριάντας καὶ ναοὺς ἐγκαθιδρῦσαι Ἰουδαίοις αὐτὴν ἀνατιθέντα. Διὰ ταῦτα μὲν ἠμφισβήτουν ἑκάτεροι, προήει δὲ αὐτοῖς τὸ φιλόνεικον εἰς ὅπλα, καὶ καθ' ἡμέραν οἱ θρασύτεροι παρ' ἀμφοῖν προεπήδων ἐπὶ μάχην. Οὔτε γὰρ Ἰουδαίων οἱ γεραιοὶ τοὺς ἰδίους στασιαστὰς κατέχειν οἷοίτε ἦσαν, καὶ τοῖς Ἕλλησιν αἶσχος ἐδόκει Ἰουδαίων ἐλαττοῦσθαι. Προεῖχον δὲ οἱ μὲν πλούτῳ καὶ σωμάτων ἀλκῇ, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν τῇ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἀμύνῃ. Τὸ γὰρ πλέον Ῥωμαίοις τῆς ἐκεῖ δυνάμεως ἐκ Συρίας ἦν κατειλεγμένον, καὶ καθάπερ συγγενεῖς ἦσαν εἰς τὰς βοηθείας ἕτοιμοι. Τοῖς γε μὴν ἐπάρχοις φροντὶς ἦν ἀναστέλλειν τὴν ταραχήν, καὶ τοὺς μαχιμωτέρους ἑκατέρωθεν ἀεὶ συλλαμβάνοντες ἐκόλαζον μάστιξι καὶ δεσμοῖς. Οὐ μὴν τὰ πάθη τῶν συλλαμβανομένων ἐνεποίει τοῖς καταλειπομένοις ἀνακοπὴν ἢ δέος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον παρωξύνοντο πρὸς τὴν στάσιν. Νικῶντας δέ ποτε τοὺς Ἰουδαίους παρελθὼν εἰς τὴν ἀγορὰν ὁ Φῆλιξ μετὰ ἀπειλῆς ἐκέλευσεν ἀναχωρεῖν· τῶν δὲ μὴ πειθομένων ἐπιπέμψας τοὺς στρατιώτας ἀναιρεῖ συχνούς, ὧν διαρπαγῆναι συνέβη καὶ τὰς οὐσίας. Μενούσης δὲ τῆς στάσεως, ἐπιλέξας ἑκατέρωθεν τοὺς

falsus propheta. Namque is in regionem ingressus, homo magus, quum opinionem atque auctoritatem prophetæ sibi conciliasset, usque ad triginta hominum millia, quos præstigiis suis deceperat, congregavit. Quum autem istos ex solitudine ad montem usque Olivarum perduxisset, inde in urbem Hierosolymorum irrumpere statuerat, superatoque Romanorum præsidio et populo, dominationem occupare, satellitibus fretus qui secum irruerent. Verum Felix conatum hominis prævenit, obviam adversus eum progressus cum Romanis militibus : et universus populus certaturus Romanos adjuvabat. Facto igitur congressu, Ægyptius quidem ipse cum paucis evasit, plurimique eorum qui cum eo erant partim trucidati, partim vivi capti sunt : reliqua autem multitudine in regiones suas dispersa, singuli latendo sibimet consulebant.

6. Verum quum et isti compressi essent motus, rursus et altera pars, sicut in ægro corpore fieri solet, furore inflammatur. Nam plani et latrones in unum collecti multos ad defectionem impellebant et ad libertatem hortabantur, mortem iis minitantes qui Romanorum imperio obedientiam præstarent et vel invitos in libertatem asserendos esse dictitantes, quibus in animo esset voluntariam servitutem servire. Turmatim enim per regionem dispersi et potentium domos diripiebant, et ipsos insuper trucidabant, et vicos incendebant : adeo ut flagitiosa illorum amentia Judæa omnis repleretur. Et hoc quidem bellum quotidie ingravescebat.

7. Alter autem tumultus fit circa Cæsaream, inter Syros et Judæos qui simul cum illis promiscue eam habitabant orta seditione. Nam hi quidem suam esse civitatem volebant, Judæum ejus fuisse conditorem dicentes (erat autem rex Herodes), illi vero ædificatorem quidem Judæum exstitisse confitebantur, ipsam vero civitatem Græcorum esse asseverabant : non enim in ea statuas et fana collocare voluisse qui eam Judæis tribuerit. De istis quidem inter eos mota erat controversia, dumque contenderent, ad arma ventum est, et quotidie audaciores quique partis alterutræ ad pugnam prosiliebant. Neque enim Judæorum seniores gentis suæ seditiosos continere poterant, et Græcis inhonestum videbatur et turpe Judæis cedere. Atque illi quidem plus valebant opibus et corporis viribus, Græci vero militum auxilio et præsidio. Major enim Romani exercitus pars conflata erat ex Syris, et quasi cognatione juncti ad auxiliandum prompti erant paratique. Cæterum militum præfectis curæ erat tumultum comprimere, et pugnaciores quosque factionis utriusque, ut comprehensi fuerant, verberibus et vinculis castigabant. Non tamen comprehensorum supplicia aut impetum ceterorum reprimebant aut terrorem illis injiciebant, sed eo magis exasperati ad seditionem ferebantur. Quumque Felix Judæos in quodam conflictu superiores videns in forum prodiisset, verbisque minacibus jussisset domum quemque suam abire, illi auscultare noluerunt : quo factum est ut, militibus in eos immissis, non paucos eorum interfecerit, quorum etiam bona forte direpta erant. Vigente autem seditione, nobiliores ex

γνωρίμους, ἔπεμψε πρέσβεις ἐπὶ Νέρωνα διαλεξομένους περὶ τῶν δικαίων.

ΚΕΦ. ΙΔ

Διαδεξάμενος δὲ παρὰ τούτου τὴν ἐπιτροπὴν Φῆστος τὸ μάλιστα λυμαινόμενον τὴν χώραν ἐπεξῄει. Τῶν γοῦν λῃστῶν συνέλαβε τοὺς πλείστους καὶ διέφθειρεν οὐκ ὀλίγους. Ἀλλ' οὐχ ὁ μετὰ Φῆστον Ἀλβῖνος τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξηγήσατο τῶν πραγμάτων· οὐκ ἔστι δὲ ἥντινα κακουργίας ἰδέαν παρέλιπεν. Οὐ μόνον γοῦν ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ἔκλεπτε καὶ διήρπαζε τὴν ἑκάστων οὐσίαν, οὐδὲ τὸ πᾶν ἔθνος ἐβάρει ταῖς εἰσφοραῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ λῃστείᾳ δεδεμένους ὑπὸ τῆς παρ' ἑκάστοις βουλῆς ἢ τῶν προτέρων ἐπιτρόπων ἀπελύτρου τοῖς συγγενέσι, καὶ μόνος ὁ μὴ δοὺς τοῖς δεσμωτηρίοις ὡς πονηρὸς ἐγκατελείπετο. Τηνικαῦτα καὶ τῶν νεωτερίζειν βουλομένων ἐν Ἱεροσολύμοις ἐθάρσησαν αἱ τόλμαι, καὶ χρήμασι μὲν οἱ δυνατοὶ τὸν Ἀλβῖνον προσελάμβανον, ὥστε τοῦ στασιάζειν αὐτοῖς παρέχειν ἄδειαν, τοῦ δημοτικοῦ δὲ τὸ μὴ χαῖρον ἡσυχίᾳ πρὸς τοὺς Ἀλβίνου κοινωνοὺς ἀπέκλινεν. Ἕκαστος δὲ τῶν πονηρῶν ἴδιον στῖφος ὑποζωσάμενος αὐτὸς μὲν ὥσπερ ἀρχιλῃστὴς ἢ τύραννος προανεῖχεν ἐκ τοῦ λόχου, τοῖς δορυφοροῦσι δὲ πρὸς ἁρπαγὰς τῶν μετρίων κατεχρῆτο. Συνέβαινε δὲ τοὺς μὲν ἀφῃρημένους ὑπὲρ ὧν ἀγανακτεῖν ἐχρῆν σιωπᾶν, τοὺς ἀπλῆγας δὲ, δέει τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν, καὶ κολακεύειν τὸν ἄξιον κολάσεως. Καθόλου δὲ ἡ μὲν παρρησία πάντων περιέκοπτο, τυραννὶς δὲ ἦν διὰ πλειόνων· καὶ τὰ σπέρματα τῆς μελλούσης ἁλώσεως ἐκτότε τῇ πόλει κατεβάλλετο.

β'. Τοιοῦτον δὲ ὄντα τὸν Ἀλβῖνον ἀπέδειξεν ὁ μετὰ τοῦτον ἐλθὼν Γέσσιος Φλῶρος δικαιότατον κατὰ σύγκρισιν. Ὁ μέν γε λάθρα τὰ πολλὰ καὶ μεθ' ὑποστολῆς ἐκακούργησε, Γέσσιος δὲ τὰς εἰς τὸ ἔθνος παρανομίας ἐπόμπευσε· καὶ ὥσπερ ἐπὶ τιμωρίᾳ κατακρίτων πεμφθεὶς δήμιος οὔτε ἁρπαγῆς τινα τρόπον οὔτε αἰκίας παρέλιπεν. Ἦν δὲ ἐν μὲν τοῖς ἐλεεινοῖς ὠμότατος, ἐν δὲ τοῖς αἰσχροῖς ἀναιδέστατος· οὔτε δὲ πλείω ἀπιστίαν τῆς ἀληθείας κατέχεεν οὔτε ἐν τῷ πανουργεῖν δολιωτέρας ὁδοὺς ἐπενόησεν. Ὧ τὸ μὲν κατ' ἄνδρα κερδαίνειν μικρὸν ἐδόκει, πόλεις δὲ ὅλας ἐξεδίδυσκε καὶ δήμους ἀθρόους ἐλυμαίνετο, καὶ μονονοὺκ ἐκήρυξεν ἀνὰ τὴν χώραν πᾶσιν ἐξεῖναι λῃστεύειν, ἐφ' ᾧ μέρος αὐτὸς λήψεται τῶν λαφύρων. Διὰ γοῦν τὴν ἐκείνου πλεονεξίαν πάσας ἐρημωθῆναι συνέβη τὰς τοπαρχίας καὶ πολλοὺς τῶν πατρίων ἐθῶν ἐξαναστάντας φυγεῖν εἰς τὰς ἀλλοφύλους ἐπαρχίας.

γ'. Μέχρι μὲν οὖν ἐν Συρίᾳ Κέστιος Γάλλος ἦν προδιέπων τὴν ἐπαρχίαν, οὐδὲ πρεσβεύσασθαί τις πρὸς αὐτὸν ἐτόλμησε κατὰ τοῦ Φλώρου. Παραγενόμενον δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα τῆς τῶν ἀζύμων ἑορτῆς ἐνστάσης περιστὰς ὁ δῆμος, οὐκ ἐλάττους τριακοσίων μυριάδων, ἱκέτευον ἐλεῆσαι τὰς τοῦ ἔθνους συμφορὰς καὶ τὸν λυμεῶνα τῆς χώρας Φλῶρον ἐκεκράγεσαν. Ὁ δὲ παρὼν

utraque parte delectos ad Neronem legatos misit de jure suo disceptaturos.

CAP. XIV. (XXIV.)

At Festus, accepto ab eo munere procuratorio, persequutus est eos qui maxime regionem infestabant. Itaque latronum quamplurimos comprehendit, et non paucos necari jussit. Verum successor ejus Albinus non eodem consilio ac ratione rerum summæ præfuit; neque ulla erat maleficentiæ species quam ille prætererit. Quippe non solum dum res administraret furto subducebat et singulorum bona fortunasque diripiebat, neque solum tributis gentem universam onerabat, sed etiam quos ob latrocinia decuriones civitatum vel superiores procuratores in vincula conjecerant, accepta a cognatis pecunia, liberabat, et is solum qui nihil dedisset, in carceribus ut maleficus relinquebatur. Per id tempus iis qui rerum novarum causas quærebant audacia crevit Hierosolymis: ex quibus qui erant opulenti pecunia sibi conciliabant Albini gratiam, ut ipsis seditionem agitantibus impunitatem daret; atque isti de populo, quos non delectaret quies, iis se adjungebant, quibus cum Albino communitas erat. Quum autem unusquisque improborum suo agmine circumdatus esset, ipse quidem inter ceteros cohortis quasi princeps latronum aut tyrannus eminebat, suisque satellitibus ad moderatorum direptionem insolenter utebatur. Qua re fiebat ut hi quidem qui spoliati erant, quum indignari oporteret, plane tacerent, illi vero, qui nihil damni ceperant, metu ne similia paterentur, etiam obsequiis eos demereri studerent, qui supplicio digna fecerant. In summa, omnibus præcisa erat loquendi libertas, et plurium dominatu tenebantur: et tum jacta sunt malorum semina, quæ in urbis excidium pullularunt.

2. Quum autem ejusmodi homo esset Albinus, fecit tamen qui ei successit Gessius Florus, ut facta inter eos comparatione pro justissimo haberetur. Nam ille quidem clam pleraque facinora et dissimulanter patravit; Gessius vero de suis in gentem injuriis gloriabatur et triumphum agebat; ac quasi ad pœnas de condemnatis sumendas missus fuisset carnifex, nihil sibi ad rapinarum et vexationis omne genus reliquum faciebat. Quippe quum misericors esse deberet, erat crudelissimus, atque in re turpi impudentissimus: neque quisquam plures fallacias veritati offudit, aut commentus est callidiores decipiendi vias. Illi enim ex singulis lucrum facere parum videbatur: totas autem urbes despoliabat, et gentes universas pessumdabat; et tantum non per regionem præconis voce edicebat liberum esse omnibus latrocinari, modo ipse in prædarum partem veniret. Itaque ex illius aviditate factum est ut omnes fere toparchiæ ad vastitatem fuerint redactæ, multique patriis sedibus relictis in alias se receperint provincias.

3. Et quam diu quidem Cestius Gallus Syriæ provinciam regebat, nemo ausus est adversus Florum ad eum legationem mittere. Quum autem instante Azymorum festo ipse Hierosolyma venisset, eum circumstetit multitudo ad tricies centena hominum millia, et orabant ut gentis calamitatum misereretur, Florum regionis pestem et perniciem esse clamitantes. Ille vero, quum præsens esset et Cestio

καὶ τῷ Κεστίῳ παρεστὼς διεχλεύαζε τὰς φωνάς. Ὅ γε μὴν Κέστιος τὴν ὁρμὴν τοῦ πλήθους καταστείλας καὶ δοὺς ἔμφασιν ὡς πρὸς τὸ μέλλον αὐτοῖς τὸν Φλῶρον κατασκευάσειε μετριώτερον, ὑπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν. Προέπεμψε δὲ αὐτὸν μέχρι Καισαρείας Φλῶρος ἐξαπατῶν, καὶ πόλεμον ἤδη τῷ ἔθνει θυμούμενος ἐπορίζετο, ᾧ μόνῳ συγκρύψειν τὰς αὐτοῦ παρανομίας ὑπελάμβανεν. Εἰρήνης μὲν γὰρ οὔσης κατηγόρους ἕξειν ἐπὶ Καίσαρος Ἰουδαίους προσεδόκα, πραγματευσάμενος δὲ ἀπόστασιν αὐτῶν τῷ μείζονι κακῷ περισπάσειν τὸν ἔλεγχον αὐτῶν ἀπὸ τῶν μετριωτέρων. Ὁ μὲν οὖν ὡς ἂν ἀπορραγείη τὸ ἔθνος, καθ' ἡμέραν ἐπέτεινεν αὐτοῖς τὰς συμφοράς.

(ΚΕ'.) δ'. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ οἱ Καισαρέων Ἕλληνες, νικήσαντες παρὰ Νέρωνι τῆς πόλεως ἄρχειν, τὰ τῆς κρίσεως ἐκόμισαν γράμματα, καὶ προσελάμβανε τὴν ἀρχὴν ὁ πόλεμος, δωδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας, ἑπτακαιδεκάτῳ δὲ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας, Ἀρτεμισίου μηνός· πρὸς δὲ τὸ μέγεθος τῶν ἐξ αὐτοῦ συμφορῶν οὐκ ἀξίαν ἔσχε πρόφασιν. Οἱ γὰρ ἐν Καισαρείᾳ Ἰουδαῖοι συναγωγὴν ἔχοντες παρὰ χωρίον, οὗ δεσπότης ἦν τις Ἕλλην Καισαρεύς, πολλάκις μὲν κτήσασθαι τὸν τόπον ἐσπούδασαν, τιμὴν πολλαπλασίονα τῆς ἀξίας διδόντες· ὡς δὲ ὑπερορῶν τὰς δεήσεις πρὸς ἐπήρειαν ἔτι καὶ προσῳκοδόμει τὸ χωρίον ἐκεῖνος, ἐργαστήρια κατασκευαζόμενος, στενὴν δὲ καὶ παντάπασι βιαίαν πάροδον ἀπέλιπεν αὐτοῖς, τὸ μὲν πρῶτον οἱ θερμότεροι τῶν νέων προπηδῶντες οἰκοδομεῖν ἐκώλυον, ὡς δὲ τούτους εἶργε τῆς βίας Φλῶρος, ἀμηχανοῦντες οἱ δυνατοὶ τῶν Ἰουδαίων, σὺν οἷς ὁ τελώνης Ἰωάννης, πείθουσι τὸν Φλῶρον ἀργυρίου ταλάντοις ὀκτὼ διακωλῦσαι τὸ ἔργον. Ὁ δὲ πρὸς μόνον τὸ λαβεῖν ὑποσχόμενος πάντα συμπράξειν, λαβὼν ἔξεισι τῆς Καισαρείας εἰς Σεβαστὴν, καὶ καταλείπει τὴν στάσιν αὐτεξούσιον, ὥσπερ ἄδειαν πεπρακὼς Ἰουδαίοις τοῦ μάχεσθαι.

ε'. Τῆς δὲ ἐπιούσης ἡμέρας ἑβδομάδος οὔσης, τῶν Ἰουδαίων εἰς τὴν συναγωγὴν ἀθροισθέντων, στασιαστής τις Καισαρεὺς γάστραν καταστρέψας καὶ παρὰ τὴν εἴσοδον αὐτῶν θέμενος ἐπέθυεν ὄρνεις. Τοῦτο τοὺς Ἰουδαίους ἀνηκέστως παρώξυνεν, ὡς ὑβρισμένων μὲν αὐτοῖς τῶν νόμων, μεμιασμένου δὲ τοῦ χωρίου. Τὸ μὲν οὖν εὐσταθὲς καὶ πρᾷον ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας καταφεύγειν πάλιν ᾤετο χρῆναι, τὸ στασιῶδες δὲ καὶ ἐν νεότητι φλεγμαῖνον ἐξεκαίετο πρὸς μάχην. Παρεσκευασμένοι δὲ εἱστήκησαν οἱ τῶν Καισαρέων στασιασταί· τὸν γὰρ ἐπιθύσαντα προπεπόμφεσαν ἐκ συντάγματος· καὶ ταχέως ἐγένετο ἡ συμβολή. Προσελθὼν δὲ Ἰουκοῦνδος ὁ διακωλύειν τεταγμένος ἱππάρχης τήν τε γάστραν αἴρει καὶ καταπαύειν ἐπειρᾶτο τὴν στάσιν. Ἡττωμένου δὲ αὐτοῦ τῆς τῶν Καισαρέων βίας, Ἰουδαῖοι τοὺς νόμους ἁρπάσαντες ἀνεχώρησαν εἰς Νάρβατα (χώρα τις αὐτῶν οὕτω καλεῖται, σταδίους ἑξήκοντα διέχουσα τῆς Καισαρείας)· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην δυνατοὶ δώδεκα πρὸς Φλῶρον ἐλθόντες εἰς Σεβαστὴν ἀπωδύροντο περὶ

adstaret, voces istas risu excipiebat. Ceterum Cestius, quum populi impetum sedasset, illisque significasset quod Florum eis in posterum placatiorem redderet, Antiochiam reversus est. Florus autem eum usque ad Cæsaream deducebat, verba ei dans, tumque bellum genti inferendum animo agitabat: quo solo iniquitates suas occultari posse credebat. Nam dum pax esset, se apud Cæsarem accusatores Judæos habiturum esse exspectabat: verum si id effectum daret, ut ad defectionem adducerentur, fore ut majori malo eos a minoribus coarguendis abstraheret. Et ille quidem, ut gentem a Romano abrumperet imperio, in dies illorum augebat calamitates.

(XXV.) 4. Per idem autem tempus Cæsarienses Græci, principatum urbis a Nerone in judicio consequuti, literas ejusce rei indices attulerunt; atque ab ea re exordium ducebat bellum Judaicum, duodecimo quidem anno imperii Neronis, decimo autem septimo regni Agrippæ, mense Artemisio: pro magnitudine autem malorum inde ortorum causas nequaquam idoneas habebat. Judæis enim Cæsariensibus synagoga erat prope locum, quem dominii jure tenebat Græcus quidam Cæsariensis, et sæpiuscule id egerant ut locum possiderent, pretium multis partibus majus quam mereretur offerentes: ille vero, spretis eorum precibus, quum contumeliam quoque eis facere decrevisset, locum ædificiis occupabat quæ in officinas convertit, et angustum eis aditum prorsusque difficilem relinquebat. Primum quidem juvenes ferventiores prosiliebant et ædificantes interpellabant: quum autem illorum vim inhiberet Florus, Judæi potentiores, inque his Joannes publicanus, nescii quid agerent, argenti talentis octo Floro persuadere conantur, ut faceret eos ab opere cessare. Verum ille, tantummodo ut aliquid caperet, promisit se cuncta facturum, acceptoque statim de Cæsarea egressus Sebasten proficiscitur, relicta seditiosis quidlibet agendi potestate, quasi Judæis pugnandi licentiam vendidisset.

5. Die autem sequenti, qui septimus erat, quum Judæi in synagogam convenissent, seditiosus quidam Cæsariensis, vase fictili inverso et ad introitum illorum posito alites immolabat. Id quod Judæos immaniter irritabat, quasi lex ipsorum ludibrio habita esset et locus impie contaminatus. Ac pars quidem Judæorum constantior et moderatior factu optimum esse censebat ut ad magistratus denuo confugerent; seditiosi vero quique in ætatis fervore erant in pugnam accendebantur. Stabant autem ad confligendum parati etiam Cæsariensium aliquot turbulenti: ex composito quippe præmissus fuerat qui aviculas immolaverat, atque statim ad manus ventum est. Quum autem accessisset Jucundus ad tumultum prohibendum constitutus equitum magister, vasculum auferri jubet, et ad seditionem comprimendam aggrediebatur. At quum ipse superatus esset Cæsariensium violentia, Judæi, correptis legum suarum libris, in Narbata secesserunt (sic regio quædam illorum appellatur, stadiis sexaginta distans a Cæsarea); verum Joannes cum duodecim primoribus, Sebasten ad Florum profecti, de iis quæ acciderant graviter conquerebantur,

τῶν πεπραγμένων, καὶ βοηθεῖν ἱκέτευον, αἰδημόνως ὑπομιμνήσκοντες τῶν ὀκτὼ ταλάντων. Ὁ δὲ καὶ συλλαβὼν ἔδησε τοὺς ἄνδρας, αἰτιώμενος ὑπὲρ τοῦ τοὺς νόμους ἐξενεγκεῖν τῆς Καισαρείας.

ϛʹ. Πρὸς τοῦτο τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις ἀγανάκτησις ἦν, ἔτι μέντοι τοὺς θυμοὺς κατεῖχον. Ὁ δὲ Φλῶρος ὥσπερ ἠργολαβηκὼς ἐκριπίζει τὸν πόλεμον, καὶ πέμψας ἐπὶ τὸν ἱερὸν θησαυρὸν ἐξαίρει ἑπτακαίδεκα τάλαντα, σκηψάμενος εἰς τὰς Καίσαρος χρείας. Σύγχυσις δ' εὐθέως εἶχε τὸν δῆμον, καὶ συνδραμόντες εἰς τὸ ἱερὸν βοαῖς διαπρυσίοις τὸ Καίσαρος ἀνεκάλουν ὄνομα, καὶ τῆς Φλώρου τυραννίδος ἐλευθεροῦν σφᾶς ἱκέτευον. Ἔνιοι δὲ τῶν στασιαστῶν λοιδορίας αἰσχίστους εἰς τὸν Φλῶρον ἐκεκράγεσαν, καὶ κανοῦν περιφέροντες ἐπῄτουν αὐτῷ κέρματα καθάπερ ἀκλήρῳ καὶ ταλαιπώρῳ. Τούτοις οὐκ ἐνετράπη τὴν φιλαργυρίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον χρηματίσασθαι προσωργίσθη. Δέον γοῦν εἰς Καισάρειαν ἐλθόντα σβέσαι τὸ τοῦ πολέμου πῦρ ἐκεῖθεν ἀρχόμενον καὶ τῆς ταραχῆς ἀνελεῖν τὰς αἰτίας, ἐφ' ᾧ καὶ μισθὸν ἔλαβεν, ὁ δὲ μετὰ στρατιᾶς ἱππικῆς τε καὶ πεζικῆς ἐπὶ Ἱεροσολύμων ὥρμησεν, ἵνα τοῖς Ῥωμαίων ὅπλοις ἐργάσηται τὸ βουλόμενον, καὶ τῷ δέει καὶ ταῖς ἀπειλαῖς περιδύσῃ τὴν πόλιν.

ζʹ. Ὁ δὲ δῆμος, προδυσωπῆσαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ βουλόμενος, ὑπαντᾷ τοῖς στρατιώταις μετ' εὐφημίας, καὶ τὸν Φλῶρον θεραπευτικῶς ἐκδέχεσθαι παρεσκεύαστο. Κἀκεῖνος προπέμψας σὺν ἱππεῦσι πεντήκοντα Καπίτωνα ἑκατοντάρχην ἀναχωρεῖν αὐτοὺς ἐκέλευσε, καὶ μὴ πρὸς ὃν οὕτως ἐλοιδόρησαν αἰσχρῶς εἰρωνεύεσθαι τὰς νῦν φιλοφρονήσεις· δεῖν γὰρ αὐτοὺς, εἴπερ γενναῖοί εἰσι καὶ παρρησιασταὶ, σκώπτειν μὲν αὐτὸν καὶ παρόντα, φαίνεσθαι δὲ μὴ μόνον ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις φιλελευθέρους. Τούτοις καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τῶν περὶ Καπίτωνα ἱππέων εἰς μέσους φερομένων, διεσκεδάσθη πρὶν ἀσπάσασθαι τὸν Φλῶρον, ἢ τοῖς στρατιώταις φανερὸν ποιῆσαι τὸ πειθήνιον. Ἀναχωρήσαντες δὲ εἰς τὰς οἰκίας μετὰ δέους καὶ ταπεινότητος διενυκτέρευσαν.

ηʹ. Φλῶρος δὲ τότε μὲν ἐν τοῖς βασιλείοις αὐλίζεται, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ βῆμα πρὸ αὐτῶν θέμενος καθέζεται, καὶ προσελθόντες οἵ τε ἀρχιερεῖς καὶ δυνατοὶ τό τε γνωριμώτατον τῆς πόλεως πᾶν παρέστησαν τῷ βήματι. Τούτοις ὁ Φλῶρος ἐκέλευσε τοὺς λοιδορήσαντας αὐτὸν ἐκδοῦναι, φάμενος αὐτοὺς ἀπολαύσειν τῆς ἀμύνης, εἰ μὴ προσάγοιεν τοὺς αἰτίους. Οἱ δὲ τὸν μὲν δῆμον ἀπέφαινον εἰρηνικὰ φρονοῦντα, τοῖς δὲ παραφθεγξαμένοις ᾐτοῦντο συγγνώμην· ἐν γὰρ τοσούτῳ πλήθει θαυμαστὸν μὲν οὐδὲν εἶναί τινας θρασυτέρους καὶ δι' ἡλικίαν ἄφρονας, ἀμήχανον δὲ τῶν ἡμαρτηκότων τὴν διάκρισιν γενέσθαι, ἑκάστου μετανοοῦντός τε καὶ δι' ἃ δέδοικεν ἀρνουμένου. Δεῖν μέντοι γε ἐκεῖνον προνοεῖν τῆς κατὰ τὸ ἔθνος εἰρήνης καὶ βουλεύεσθαι Ῥωμαίοις περισώζειν τὴν πόλιν, καὶ μᾶλλον διὰ τοὺς πολλοὺς ἀκαταιτιάτους συγγνῶναι καὶ τοῖς ὀλίγοις πλημμελή-

et ab eo auxilium implorabant, octo talentorum verecunde eum admonentes. Ille vero viros comprehendi et in vincula conjici jubet, eis objiciens quod legum libros Cæsarea exportassent.

6. Hoc indigne ferebant Hierosolymitani : verumtamen et adhuc irarum abstinebant. Florus autem, quasi operam suam locasset, bellum accendit, missis ad sacrum thesaurum qui talenta septemdecim inde auferrent, hoc prætextu quod Cæsari illis opus esset. Ad hoc statim confusione repleta est plebs, factoque ad templum concursu maximis clamoribus et Cæsaris nomen invocarunt, utque a Flori tyrannide liberarentur, supplices petebant. Nonnullique e seditiosis convicia fœdissima in eum jaciebant, et canistrum circumferentes stipem ei mendicabant, quasi egeno miseroque. His autem omnibus a pecuniæ cupiditate nihil dimovebatur, sed eo magis ad quæstum faciendum irritatus est. Denique quum deberet Cæsaream se conferre et belli incendium illic ortum restinguere, causasque tumultuum sublatum ire, quem in finem etiam mercedem acceperat, ille contra cum equitum peditumque exercitu Hierosolyma contendit, ut cum Romanorum armis id quod volebat perpetraret, atque timore et minis urbem cingeret.

7. At populus, volens ejus impetum in antecessum flectere, obviam it militibus cum lætis acclamationibus, paratusque erat Florum plenioribus obsequiis excipere. Ille vero, præmisso cum equitibus quinquaginta Capitone centurione, jussit eos discedere; neque cum officiis nunc demereri simularent, cui turpiter adeo conviciati fuerint : oportere quippe eos, si viri sint fortes fidentesque, in ipsum etiam præsentem cavillari, et sese non solum in verbis, sed in armis libertatis studiosos ostendere. Istis exterrita multitudo, militibus etiam qui cum Capitone erant in medium illorum irruentibus, in fugam disjecta est, priusquam salutarent Florum, aut suum militibus manifestum facerent obsequium. In domos itaque suas se recipientes in metu et humilitate noctem egerunt.

8. Florus autem tunc quidem in regia deversabatur; die vero sequenti pro tribunali ante eam posito sedet, profectique ad eum pontifices cum viris omnibus summæ auctoritatis et dignitatis tribunali adstiterunt. Quibus præcepit Florus ut illos sibi traderent qui contumeliis ipsum affecerint, dicens fore ut ipsos ultum iret, nisi conviciatores vellent adducere. Illi vero affirmabant populum quietum esse pacique studere, et pro eis qui perperam loquuti erant veniam rogabant : in tanta quippe multitudine minime mirandum esse nonnullos inveniri paullo audaciores et in prima adolescentia inconsultos; fierique non posse ut ii qui deliquerint a reliquis secernantur, quum et singulos nimirum pœniteat et præ timore ad negandum sint parati. Debere tamen illum prospicere gentis quieti, et constituere Romanis urbem servare, magisque multorum innoxiorum gratia paucis qui

σασιν, ἢ δι' ὀλίγους πονηροὺς ταράξαι δῆμον ἀγαθὸν τοσοῦτον.

θ'. Πρὸς ταῦτα μᾶλλον παροξυνθεὶς ἐμβοᾷ τοῖς στρατιώταις διαρπάζειν τε τὴν ἄνω καλουμένην ἀγορὰν καὶ κτείνειν τοὺς ἐντυγχάνοντας. Οἱ δὲ ἐπιθυμίᾳ κέρδους προσλαμβάνοντες ἡγεμονικὴν παρακέλευσιν οὐ μόνον ἐφ' ὃν ἐπέμφθησαν τόπον ἥρπαζον, ἀλλ' εἰς πάσας ἐμπηδῶντες τὰς οἰκίας ἔσφαζον τοὺς οἰκήτορας. Φυγὴ δ' ἦν ἐκ τῶν στενωπῶν καὶ φόνος τῶν καταλαμβανομένων, τρόπος τε ἁρπαγῆς οὐδεὶς παρελιμπάνετο. Καὶ πολλοὺς τῶν μετρίων συλλαμβάνοντες ἐπὶ τὸν Φλῶρον ἦγον, οὓς μάστιξι προαικισάμενος ἀνεσταύρωσεν. Ὁ γοῦν σύμπας τῶν ἐκείνης ἀπολομένων τῆς ἡμέρας ἀριθμὸς σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις (οὐδὲ γὰρ νηπίων ἀπέσχοντο) περὶ τρισχιλίους καὶ ἑξακοσίους συνήχθη. Βαρυτέραν δὲ ἐποίει τὴν συμφορὰν τὸ καινὸν τῆς Ῥωμαίων ὠμότητος. Ὃ γὰρ μηδεὶς πρότερον τότε Φλῶρος ἐτόλμησεν, ἄνδρας ἱππικοῦ τάγματος μαστιγῶσαι τοῦ βήματος καὶ σταυρῷ προσηλῶσαι· ὧν εἰ καὶ τὸ γένος Ἰουδαῖον, ἀλλὰ τὸ γοῦν ἀξίωμα Ῥωμαϊκὸν ἦν.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὁ μὲν βασιλεὺς Ἀγρίππας ἔτυχεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πεπορευμένος, ὅπως Ἀλεξάνδρῳ συνησθείη πεπιστευμένῳ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ Νέρωνος, καὶ πεμφθέντι διέπειν. Τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτοῦ Βερενίκην παροῦσαν ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ τὴν παρανομίαν τῶν στρατιωτῶν ἀποθεωμένην δεινὸν εἰσῄει πάθος· καὶ πολλάκις τούς τε ἱππάρχους αὐτῆς καὶ σωματοφύλακας πέμπουσα πρὸς Φλῶρον ἐδεῖτο παύσασθαι τοῦ φόνου. Καὶ ὁ μὲν οὔτε εἰς τὸ πλῆθος τῶν ἀναιρουμένων οὔτε εἰς τὴν εὐγένειαν τῆς παρακαλούσης, ἀλλ' εἰς μόνον τὸ λυσιτελὲς τὸ ἐκ τῶν ἁρπαγῶν ἀποβλέπων, παρήκουσεν· ἡ δὲ ὁρμὴ τῶν στρατιωτῶν ἐλύσσησε καὶ κατὰ τῆς βασιλίδος. Οὐ μόνον γοῦν ἐν ὄμμασιν αὐτῆς ᾐκίζοντο τοὺς ἁλισκομένους καὶ διέφθειρον, ἀλλὰ κἂν αὐτὴν ἀνεῖλον, εἰ μὴ καταφυγεῖν εἰς τὴν βασιλικὴν αὐλὴν ἔφθη· κἀκεῖ διενυκτέρευσε μετὰ φυλακῆς, δεδοικυῖα τὴν τῶν στρατιωτῶν ἔφοδον, ἐπεδήμει δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, εὐχὴν ἐκτελοῦσα τῷ Θεῷ. Τοὺς γὰρ ἢ νόσῳ καταπονουμένους ἤ τισιν ἄλλαις ἀνάγκαις ἔθος εὔχεσθαι πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν ἧς ἀποδώσειν μέλλοιεν θυσίας οἴνου τε ἀφέξεσθαι καὶ ξυρήσεσθαι τὰς κόμας. Ἃ δὴ τότε τελοῦσα Βερενίκη γυμνόπους τε πρὸ τοῦ βήματος ἱκέτευε τὸν Φλῶρον καὶ πρὸς τῷ μὴ τυχεῖν αἰδοῦς αὐτὴν τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐπείρασεν.

β'. Ταῦτα μὲν οὖν ἑκκαιδεκάτῃ μηνὸς Ἀρτεμισίου συνέβη. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ τὸ μὲν πλῆθος ὑπερπαθῆσαν εἰς τὴν ἄνω συνέρρευσεν ἀγορὰν καὶ βοαῖς ἐξαισίοις περὶ τῶν ἀπολωλότων ἀπωδύροντο· τὸ πλέον δὲ ἦσαν εἰς τὸν Φλῶρον ἐπίφθονοι φωναί. Πρὸς ὃ δείσαντες οἱ δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὰς ἐσθῆτας περιερ

scelus admiserint ignoscere, quam propter aliquot improbos tantam bonorum multitudinem perturbare.

9. Ad hæc magis irritatus milites inclamavit ut forum quod superius vocabatur direptum irent, ac passim obvios interficerent. Illi vero, quum lucri aviditatem præsidis adhortatione cohonestatam haberent, non solum illum diripiebant locum in quem immissi fuerant, sed in domos universas irruentes trucidabant incolas. Fuga autem erat per omnes angiportus et cædes eorum quos comprehendebant, nullumque direptionis genus prætermittebatur. Multos etiam e moderatis comprehensos ad Florum ducebant, quos ille quum verberibus ante dehonestasset, in crucem sustulit. Sane universi qui eo die perempti sunt una cum mulieribus et liberis (nam ne infantibus quidem parcebant), connumerati sunt ad tria hominum millia et sexcentos. Graviorem autem calamitatem faciebat nova Romanorum immanitas. Quod enim nemo unquam prius, tunc ausus est Florus, ut viros equestris ordinis pro tribunali flagellis cæderet et cruci affigeret : quorum etsi origo Judaica, dignitas tamen erat Romana.

CAP. XV. (XXVI.)

Per idem tempus rex quidem Agrippa Alexandriam erat profectus, congratulatum Alexandro misso ad Ægyptum, quæ ei concredita erat a Nerone, imperio regendam. Sororem autem ejus Berenicen, quæ Hierosolymis aderat et militum iniquitatem spectabat, gravis inde angor invasit : et frequenter illa equitum suorum præfectos et corporis custodes ad Florum mittens orabat ut a cæde desineret. Et ille quidem neque ad multitudinem interfectorum, neque ad nobilitatem ejus quæ eum obsecrabat, sed tantum ad suum ex rapinis quæstum respiciens, audire recusavit : militum vero impetus etiam adversus reginam efferatus est. Quippe ob oculos ejus non solum obvios quosque prehensos verberibus cruciabant et perimebant, sed ipsam etiam occidissent, nisi prius in regiam confugisset. Illic etiam cum custodia pernoctavit, verita militum irruptionem. Hierosolymis vero agebat ut vota Deo solveret. Nam iis qui morbo laboraverant, aut in angustias quascunque conjecti fuerant, moris erat precibus vacare triginta diebus antequam victimas oblaturi essent, et vino abstinere et radere comam. Quæ dum perficeret Berenice, et nudipes pro tribunali Floro supplicabat, et præterquam quod nulla ei habebatur reverentia, etiam de vita sua periclitata est.

2. Et ista quidem decimo sexto die mensis Artemisii acciderunt. Postridie vero multitudo quidem vehementer commota in forum superius confluxit, et magnis clamoribus eos qui fuerant occisi lamentabantur : potissimum autem vociferabant ut Floro odium concitarent. Id quod veriti primates cum pontificibus vestimenta lacerarunt, et singulis ad genua

ρήξαντο, καὶ προσπίπτοντες ἑκάστοις ἐδέοντο παύσασθαι καὶ μὴ πρὸς οἷς πεπόνθασιν εἰς ἀνήκεστόν τι τὸν Φλῶρον ἐρεθίζειν. Ἐπείσθη δὲ τὸ πλῆθος ταχέως, αἰδοῖ τε τῶν παρακαλούντων καὶ κατ' ἐλπίδα τοῦ μηδὲν ἔτι τὸν Φλῶρον εἰς αὐτοὺς παρανομήσειν.

(ΚΖ'.) γ'. Ὁ δὲ σβεσθείσης τῆς ταραχῆς ἤχθετο, καὶ πάλιν αὐτὴν ἀνάψαι πραγματευόμενος τούς τε ἀρχιερεῖς σὺν τοῖς γνωρίμοις μεταπέμπεται, καὶ μόνον ἔφη τεκμήριον ἔσεσθαι τοῦ μηδὲν ἔτι τὸν δῆμον νεωτερίσειν, εἰ προελθόντες ὑπαντήσουσι τοῖς ἀπὸ Καισαρείας ἀνιοῦσι στρατιώταις. Παρεγένοντο δὲ δύο σπεῖραι. Τῶν δὲ ἔτι συγκαλούντων τὸ πλῆθος προπέμψας διεδήλου τοῖς τῶν σπειρῶν ἑκατοντάρχαις ὅπως παραγγείλωσι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς μήτε ἀντασπάσασθαι τοὺς Ἰουδαίους, κἄν τι κατ' αὐτοῦ φθέγξωνται χρήσασθαι τοῖς ὅπλοις. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς εἰς τὸ ἱερὸν τὴν πληθὺν συναγαγόντες ὑπαντᾶν τοῖς Ῥωμαίοις παρεκάλουν, καὶ πρὸ ἀνηκέστου πάθους τὰς σπείρας δεξιοῦσθαι. Τούτοις τὸ στασιῶδες ἠπείθει, καὶ διὰ τοὺς ἀπολωλότας τὸ πλῆθος ἔρρεπε πρὸς τοὺς θρασυτέρους.

δ'. Ἔνθα δὴ πᾶς μὲν ἱερεύς, πᾶς δ' ὑπηρέτης τοῦ Θεοῦ, τὰ ἅγια σκεύη προκομίσαντες, καὶ τὸν κόσμον, ἐν ᾧ λειτουργεῖν ἔθος ἦν αὐτοῖς, ἀναλαβόντες, κιθαρισταί τε καὶ ὑμνῳδοί, μετὰ τῶν ὀργάνων προσπίπτοντες, κατηντιβόλουν φυλάξαι τὸν ἱερὸν κόσμον αὐτοῖς, καὶ μὴ πρὸς ἁρπαγὴν τῶν θείων κειμηλίων Ῥωμαίους ἐρεθίσαι. Τοὺς δὲ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ἦν ἰδεῖν καταμωμένους μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν, γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα τῶν ἐσθήτων περιερρηγμένων. Ὀνομαστὶ δὲ ἕκαστον τῶν γνωρίμων καὶ κοινῇ τὸ πλῆθος ἱκέτευον μὴ δι' ἐλαχίστης πλημμελείας προδοῦναι τὴν πατρίδα τοῖς ἐπιθυμοῦσι πορθῆσαι. « Τίνα γὰρ ἢ τοῖς στρατιώταις φέρειν ὠφέλειαν τὸν ἀπὸ Ἰουδαίων ἀσπασμόν, ἢ διόρθωσιν αὐτοῖς τῶν συμβεβηκότων, τὸ μὴ νῦν προελθεῖν; Εἰ δὲ δὴ δεξιώσαιντο τοὺς προσιόντας, ὡς ἔθος, Φλώρου μὲν ἀποκοπήσεσθαι τὴν ἀφορμὴν τοῦ πολέμου, κερδήσειν δὲ αὐτοὺς τὴν πατρίδα καὶ τὸ μηδὲν παθεῖν πλέον. Ἄλλως τε καὶ τὸ πείθεσθαι στασιάζουσιν ὀλίγοις, δέον αὐτοὺς δῆμον ὄντας τοσοῦτον συναναγκάζειν κἀκείνους συγγνωμονεῖν, δεινῆς ἀκρασίας εἶναι. »

ε'. Τούτοις μειλισσόμενοι τὸ πλῆθος ἅμα καὶ τῶν στασιαστῶν οὓς μὲν ἀπειλαῖς, οὓς δὲ αἰδοῖ κατέστειλαν. Ἔπειτα ἐξηγούμενοι μεθ' ἡσυχίας τε καὶ κόσμου τοῖς στρατιώταις ὑπήντων καὶ πλησίον γενομένους ἠσπάσαντο. Τῶν δὲ μηδὲν ἀποκριναμένων οἱ στασιασταὶ Φλώρου κατεβόων· τοῦτο δὲ ἦν σύνθημα κατ' αὐτῶν δεδομένον. Αὐτίκα γοῦν οἱ στρατιῶται περισχόντες αὐτοὺς ἔπαιον ξύλοις, καὶ φεύγοντας οἱ ἱππεῖς καταδιώκοντες συνεπάτουν. Ἔπιπτον δὲ πολλοὶ μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων τυπτόμενοι, πλείους δὲ ὑπ' ἀλλήλων βιαζόμενοι. Δεινὸς δὲ περὶ τὰς πύλας ὠθισμὸς ἦν καὶ φθάνειν ἑκάστου σπεύδοντος, βραδυτέρα μὲν ἡ φυγὴ πᾶσιν ἐγίνετο, τῶν δὲ σφαλέντων ἀπώλεια δεινή. Πνι-

accidentes, ut quiescerent orabant, neque, præter ea quæ jam perpessi sunt, ad malum aliquod gravissimum eis inferendum Florum irritarent. Illico autem paruit multitudo tam reverentia precantium quam quod sperarent Florum non amplius injuriis ipsos affecturum.

(XXVII.) 3. Ille autem, motu isto exstincto, angebatur, et denuo eum inflammare satagens, et pontifices cum nobilioribus quibusque accersit, et unicum fore argumentum aiebat quod populus non ulterius res novas moliturus sit, si progressi obviam irent militibus e Cæsarea ascendentibus. Duæ autem adveniebant cohortes. Dumque illi multitudinem convocarent, certis quibusdam præmissis, significabat cohortum centurionibus, suis denunciatum ire militibus, ut Judæos minime salutarent, et si quid contra ipsum loquuti fuerint, armis eos aggrederentur. Pontifices, quum multitudinem in templum congregassent, ut Romanis in occursum irent hortabantur, et antequam mali aliquid gravissimi paterentur, benigne cohortes exciperent. Istis seditiosi parere recusabant, et propter suorum cædem multitudo ad audaciores propendebat.

4. Tum demum sacerdos omnis omnisque Dei minister, cum vasa sacra protulissent, et ornatum induissent, quo munus suum obire solebant, citharistæ etiam et cantores quum multitudini ad genua cum instrumentis suis accidérent, supplicabant ut sacrum istum ornatum eis custoditum esse vellent, et Romanos eousque irritare nollent, ut vasa Deo sacrata direptum irent. Videre autem erat ipsos pontifices cum cineribus quidem capiti inspersis, pectore vero nudos vestibus dilaceratis. Atque nominatim singulos quosque nobilium et multitudinem communiter obsecrabant ne ob minimum delictum patriam iis proderent, qui eam vastare desiderarent. « Quid enim militibus profuturum esse si a Judæis salutati fuerint, aut quomodo Judæis satisfactum iri pro iis quæ acciderint, si nunc obviam nolint procedere? Sin vero eos adventantes pro more officiose exceperint, fore ut Floro quidem omnis belli occasio præcidatur, ipsis vero detur ut patriam servent et nihil amplius mali patiantur. Præterea summæ dementiæ esse paucis seditiosis sese adjungere, quum oporteret ipsos, tantam quippe multitudinem, cogere etiam illos ad secum consentiendum. »

5. Istis multitudinem demulcentes, simul et seditiosorum quosdam partim minis partim reverentia compresserunt. Deinde quiete compositeque progredientes militibus obviam ibant, quumque propius accessissent, eos salutarunt. Atque ubi illi nihil responderunt, seditiosi conviciis in Florum invehebantur. Hoc autem in tesseram contra eos datum erat. Statim itaque milites, quum illos circumdedissent, fustibus eos cædebant, et in fugam versos conculcabant equites, dum eos persequebantur. Et multi cadebant a Romanis cæsi, plures vero vi a se invicem protrusi. Jam in ipsis portis vehemens facta est propulsio: et unoquoque alterum prævenire properante, tardior quidem omnibus erat fuga, lapsis vero horrendus interitus. Nam suffocati fractique

γόμενοι γὰρ καὶ κλώμενοι πλήθει τῶν ἐπιβαινόντων ἠφανίζοντο, καὶ οὐδὲ πρὸς ταφήν τις γνώριμος τοῖς ἰδίοις κατελείπετο. Συνέπιπτον δὲ καὶ στρατιῶται παίοντες ἀνέδην τοὺς καταλαμβανομένους, καὶ διὰ τῆς Βεζεθὰ καλουμένης ἀνώθουν τὸ πλῆθος, βιαζόμενοι παρελθεῖν καὶ κρατῆσαι τοῦ τε ἱεροῦ καὶ τῆς Ἀντωνίας. Ὧν καὶ Φλῶρος ἐφιέμενος ἐξήγαγεν ἐκ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ φρούριον ἐλθεῖν ἠγωνίζετο. Διήμαρτέ γε μὴν τῆς ἐπιβολῆς. Ὁ γὰρ δῆμος ἄντικρυς ἐπιστραφεὶς εἶργε τὴν ὁρμὴν, καὶ διαστάντες ἐπὶ τῶν τεγῶν τοὺς Ῥωμαίους ἔβαλλον. Καταπονούμενοι δὲ τοῖς ὕπερθε βέλεσι καὶ διακόψαι τὸ τοὺς στενωποὺς ἐμφράξαν πλῆθος ἀσθενήσαντες ἀνεχώρουν εἰς τὸ πρὸς τοῖς βασιλείοις στρατόπεδον.

ϛ'. Οἱ δὲ στασιασταὶ δείσαντες μὴ πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φλῶρος κρατήσῃ τοῦ ἱεροῦ διὰ τῆς Ἀντωνίας, ἀναβάντες εὐθέως τὰς συνεχεῖς στοὰς τοῦ ἱεροῦ πρὸς τὴν Ἀντωνίαν διέκοψαν. Τοῦτο ἔψυξε τὴν Φλώρου πλεονεξίαν. Τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ θησαυρῶν ἐφιέμενος, καὶ διὰ τοῦτο παρελθεῖν ἐπιθυμῶν εἰς τὴν Ἀντωνίαν, ὡς ἀπερράγησαν αἱ στοαὶ, τὴν ὁρμὴν ἀνετράπη. Καὶ μεταπεμψάμενος τούς τε ἀρχιερεῖς καὶ τὴν βουλὴν, αὐτὸν μὲν ἐξιέναι τῆς πόλεως ἔφη, φρουρὰν δὲ καταλείψειν αὐτοῖς ὅσην ἂν ἀξιώσωσι. Τῶν δὲ πάντα περὶ ἀσφαλείας καὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίσειν ὑποσχομένων, εἰ μίαν αὐτοῖς καταλείψει σπεῖραν, μὴ μέντοι τὴν μαχεσαμένην (πρὸς γὰρ ταύτην ἀπεχθῶς δι' ἃ πέπονθεν ἔχειν τὸ πλῆθος), ἀλλάξας τὴν σπεῖραν, ὡς ἠξίουν, μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως ὑπέστρεψεν εἰς Καισάρειαν.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Ἑτέραν δὲ ἐπιβολὴν τῷ πολέμῳ ποριζόμενος ἐπέστελλε Κεστίῳ, Ἰουδαίων ἀπόστασιν καταψευδόμενος, τήν τε ἀρχὴν τῆς μάχης περιθεὶς αὐτοῖς, καὶ δρᾶσαι λέγων ἐκείνους ἃ πεπόνθασιν. Οὐ μὴν οὐδ' οἱ τῶν Ἱεροσολύμων ἄρχοντες ἐσίγησαν, ἀλλ' αὐτοί τε καὶ Βερενίκη τῷ Κεστίῳ περὶ ὧν Φλῶρος εἰς τὴν πόλιν παρενόμησεν ἔγραφον. Ὁ δὲ τὰ παρ' ἀμφοῖν ἀναγνοὺς μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἐβουλεύετο. Καὶ τοῖς μὲν αὐτῶν ἐδόκει Κέστιον μετὰ στρατιᾶς ἀναβαίνειν, ἢ τιμωρησόμενον τὴν ἀπόστασιν εἰ γέγονεν, ἢ βεβαιοτέρους καταστήσοντα Ἰουδαίους καὶ συμμένοντας, αὐτῷ δὲ προπέμψαι τινὰ τῶν ἑταίρων τὸν κατασκεψόμενον τὰ πράγματα καὶ τὰ φρονήματα τῶν Ἰουδαίων πιστῶς ἀγγελοῦντα. Πέμπει δή τινα τῶν χιλιάρχων Νεαπολιτανὸν, ὃς ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὑποστρέψαντι περιτυχὼν Ἀγρίππᾳ τῷ βασιλεῖ κατὰ Ἰάμνειαν τὸν πέμψαντα καὶ τὰς αἰτίας ἐδήλωσεν.

β'. Ἔνθα καὶ Ἰουδαίων οἵ τε ἀρχιερεῖς ἅμα τοῖς δυνατοῖς καὶ ἡ βουλὴ παρῆν δεξιουμένη τὸν βασιλέα. Μετὰ δὲ τὴν εἰς ἐκεῖνον θεραπείαν ἀπωδύροντο τὰς ἑαυτῶν συμφορὰς καὶ τὴν Φλώρου διεξῄεσαν ὠμότητα. Πρὸς ἣν ἠγανάκτει μὲν Ἀγρίππας, στρατηγικῶς δὲ τὴν ὀργὴν εἰς οὓς ἠλέει Ἰουδαίους μετέφερε, ταπεινοῦν

super gradientium multitudine perempti sunt, et ne ad sepulturam quidem quisquam relictus erat, qui a suis dignosci posset. Simul autem irruebant etiam milites, immoderate eos quos comprehendissent cædentes, et per Bezetha quæ vocatur sursum impellebant multitudinem, vi nitentes eam præterire, et templum atque Antoniam occupare. Quorum desiderio etiam Florus ex aula regia eduxit eos qui secum erant, et in castellum pervenire summopere contendebat. Ceterum excidebat incepto. Populus quippe e vestigio conversus impetum cohibuit, quique seorsum stabant super tectis, saxis feriebant Romanos. Quum itaque vexarentur telis superne venientibus, nec valuerint multitudinem perrumpere quæ vias angustiores obstruebat, ad castra quæ ad regiam erant se recipiebant.

6. Seditiosi autem veriti ne superveniens denuo Florus templum occuparet per Antoniam eundo, facto statim ascensu porticus templo contiguas versus Antoniam succiderunt. Id quod Flori avaritiam refrigeravit. Nam quum Dei sacris thesauris inhiaret, proptereaque in Antoniam transgredi cuperet, ubi disruptas vidit porticus, ab impetu conquievit. Atque ubi pontifices et senatum accersiverat, se quidem aiebat urbe digredi, præsidium tamen iis relicturum esse, quantum ipsi voluerint. Quum autem illi omnia de securitate et ne quid novi agitaretur polliciti essent, si unam tantum apud ipsos relinqueret cohortem, non tamen illam quæ cum civibus conflixerat (ob ea siquidem quæ pertulerint populum ei infensum esse), cohorte, uti rogabant, mutata, cum reliqua manu Cæsaream reversus est.

CAP. XVI. (XXVIII.)

Aliam autem belli movendi viam comminiscens, literas ad Cestium mittebat, quibus falsa de Judæorum defectione ad eum retulit, pugnæ initium illis imputans, dicensque eos eadem ipsa perpetrasse quæ passi erant. Verum enimvero primores Hierosolymitarum nequaquam tacuerunt : sed et ipsi et Berenice ad Cestium de illis quæ Florus inique egerat literas scripserunt. Ille vero, quum ea legisset quæ ab utrisque acceperat, cum ducibus deliberabat. Et quibusdam quidem factu optimum videbatur ut Cestius cum exercitu ascenderet, a defectoribus, si qui fuissent, pœnas exacturus, aut ut Judæos, a Romanis stantes, confirmatum iret : illi vero placuit ut de amicis suis aliquis præmitteretur qui res exploraret, et quo animo essent Judæi fideliter nunciaret. Quendam igitur e centurionibus mittit Neapolitanum, qui, Agrippæ regi ab Alexandria reverso obviam factus circa Jamniam, indicavit a quo missus fuerit et quas ob causas.

2. Ibidem Judæorum etiam pontifices cum optimatibus et senatu aderant, ut regi gratularentur. Postquam vero sua ei officia præstiterant, suas deplorabant calamitates, et Flori immanitatem enarrarunt. Quam rem indigne quidem ferebat Agrippa, vafre tamen in Judæos, quorum miserebatur, iram suam transferebat, elatos eorum animos volens

αὐτῶν βουλόμενος τὰ φρονήματα, καὶ τῷ μὴ δοκεῖν ἀδίκως τι παθεῖν τῆς ἀμύνης ἀποτρέπων. Οἱ μὲν οὖν, ὡς ἂν ὄντες ἔκκριτοι καὶ διὰ τὰς αὐτῶν κτήσεις ἐπιθυμοῦντες εἰρήνης, συνίεσαν εὐνοϊκὴν τὴν ἐπίπληξιν τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ δῆμος ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπὶ ἑξήκοντα προελθὼν σταδίους ἐδεξιοῦτο τὸν Ἀγρίππαν καὶ τὸν Νεαπολιτανόν. Ἐκώκυον δὲ αἱ τῶν ἀπεσφαγμένων γυναῖκες προεκθέουσαι, καὶ πρὸς τὴν τούτων οἰμωγὴν ὁ δῆμος εἰς ὀλοφυρμοὺς τραπόμενος ἐπικουρεῖν τὸν Ἀγρίππαν ἱκέτευε· τῷ τε Νεαπολιτανῷ κατεβόων ὅσα πάθοιεν ὑπὸ Φλώρου, καὶ παρελθοῦσιν εἰς τὴν πολιν τήν τε ἀγορὰν ἠρημωμένην ὑπεδείκνυσαν καὶ πεπορθημένας τὰς οἰκίας. Ἔπειτα δι' Ἀγρίππα πείθουσι τὸν Νεαπολιτανὸν σὺν ἑνὶ θεράποντι περιελθεῖν μέχρι τοῦ Σιλωὰμ τὴν πόλιν, ἵνα γνῷ Ἰουδαίους τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι Ῥωμαίοις εἴκοντας, μόνῳ δὲ ἀπεχθανομένους Φλώρῳ δι' ὑπερβολὴν τῆς εἰς αὐτοὺς ὠμότητος. Ὁ δὲ, ὡς διοδεύσας πεῖραν ἔλαβεν ἱκανὴν τῆς πρᾳότητος αὐτῶν, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνέβαινεν. Ἔνθα συγκαλέσας τὸ πλῆθος, καὶ πολλὰ μὲν εἰς πίστιν αὐτοὺς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐπαίνεσας, πολλὰ δὲ εἰς τὸ τηρεῖν τὴν εἰρήνην προτρεψάμενος, καὶ τοῦ Θεοῦ προσκυνήσας ὅσον ἐξῆν τὰ ἅγια, πρὸς Κέστιον ἐπανῄει.

γ'. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐπί τε τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς τραπόμενον πρέσβεις κατὰ Φλώρου πέμπειν ἠξίου πρὸς Νέρωνα, καὶ μὴ σιωπήσαντας ἐπὶ τοσούτῳ φόνῳ καταλιπεῖν ἑαυτοῖς ὑπόνοιαν ἀποστάσεως· δόξειν γὰρ αὐτοὺς κατάρξαι τῶν ὅπλων, εἰ μὴ φθάσαντες ἐνδείξαιντο τὸν κατάρξαντα. Φανεροὶ δὲ ἦσαν οὐχ ἠρεμήσοντες, εἰ τὴν πρεσβείαν τις ἀποκωλύοι. Ἀγρίππᾳ δὲ τὸ μὲν χειροτονεῖν Φλώρου κατηγόρους ἐπίφθονον ἐδόκει, τὸ περιιδεῖν δὲ Ἰουδαίους εἰς πόλεμον ἐκριπισθέντας οὐδὲ αὐτῷ λυσιτελὲς κατεφαίνετο. Προσκαλεσάμενος δὴ εἰς τὸν ξυστὸν τὸ πλῆθος καὶ παραστησάμενος ἐν περιόπτῳ τὴν ἀδελφὴν Βερενίκην ἐπὶ τῆς Ἀσαμωναίων οἰκίας (αὕτη γὰρ ἦν ἐπάνω τοῦ ξυστοῦ πρὸς τὸ πέραν τῆς ἄνω πόλεως καὶ γέφυρα τῷ ξυστῷ τὸ ἱερὸν συνῆπτεν), ἔλεξε τοιάδε·

δ'. « Εἰ μὲν ἑώρων πάντας ὑμᾶς πολεμεῖν Ῥωμαίοις « ὡρμημένους, καὶ μὴ τοῦ δήμου τὸ καθαρώτατον καὶ « εἰλικρινέστατον εἰρήνην ἄγειν προῃρημένους, οὔτ' ἂν « παρῆλθον εἰς ὑμᾶς οὔτε συμβουλεύειν ἐθάρσησα. Πε« ρισσὸς γὰρ ὑπὲρ τοῦ τὰ δέοντα ποιεῖν πᾶς λόγος, ὅταν « ᾖ τῶν ἀκουόντων πάντων πρὸς τὸ χεῖρον ὁμόνοια. « Ἐπεὶ δὲ τινὰς μὲν ἡλικία τῶν ἐν πολέμῳ κακῶν ἀπεί« ρατος, τινὰς δὲ ἐλπὶς ἀλόγιστος ἐλευθερίας, ἐνίους δὲ « πλεονεξία παροξύνει, καὶ τὸ παρὰ τῶν ἀσθενεστέ« ρων, ἐὰν τὰ πράγματα συγχυθῇ, κέρδος, ὅπως αὐτοί « τε σωφρονισθέντες μεταβάλωνται καὶ μὴ τῆς ἐνίων « κακοβουλίας οἱ ἀγαθοὶ παραπολαύσωσιν, ᾠήθην δεῖν « ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάντας ὑμᾶς συναγαγὼν εἰπεῖν ἃ νομίζω « συμφέρειν. Θορυβήσῃ δέ μοι μηδεὶς, ἐὰν μὴ τὰ « πρὸς ἡδονὴν ἀκούῃ. Τοῖς μὲν γὰρ ἀνηκέστως ἐπὶ « τὴν ἀπόστασιν ὡρμημένοις ἔνεστι καὶ μετὰ τὴν ἐμὴν

deprimere, atque eos a vindictæ studio avertens, quasi nulla iis injuria facta videretur. Et illi quidem, ut qui sortis melioris, quique propter sua prædia pacem desiderarent, sibi conscii erant benevolentiæ plenam esse regis redargutionem. Populus autem ex Hierosolymis sexaginta stadiis progressi officiose excipiebant Agrippam et Neapolitanum. Ploratus tamen edebant interfectorum conjuges, reliquos præcurrentes, et ad earum ejulatum populus ad lamenta conversi orabant Agrippam ut ipsis auxilio esset; atque ad Neopolitanum vociferabant quæ passi essent a Floro, et in urbem ingressis ostendebant forum desertum et desolatum domosque vastatas. Deinde per Agrippam suadent Neapolitano ut cum uno tantum famulo ad Siloam usque totam circuiret civitatem, ut exploratum habeat Judæos aliis quidem omnibus Romanis parere, in solum autem Florum animo esse infesto, ob summam quam in eos adhibuerit crudelitatem. Ille igitur quum urbe peragrata satis perspectam habueret indolem populi mitem quietamque, in templum ascendebat. Ibi multitudine convocata, quum verbis plurimis fidem eorum erga Romanos laudasset, et multis eos ad pacem conservandam hortatus esset, Deique templum, quantum licebat, veneratus, ad Cestium reversus est.

3. Judæi autem universi ad regem pontificesque se convertebant, et obsecrabant ut ad Neronem mitterentur legati adversus Florum, minimeque suo de tanta cæde silentio paterentur semet defectionis suspectos esse: quippe visum iri ipsos primum arma sumpsisse, nisi antea ostenderent quisnam primus omnium ea sumpsisset. Idque præ se ferebant, fore ut non quiescerent, si quis legationem impediret. Agrippa autem invidiosum fore existimabat deligere qui Florum accusarent, Judæos vero in bellum accensos insuper habere haud e re sua esse perspiciebat. Populo igitur in xystum convocato constitutaque in loco conspicuo sorore Berenice, super domum Asamonæorum (illa autem erat supra xystum ad extremam urbis superioris partem, xystoque templum pons jungebat), hujusmodi orationem habuit:

4. « Si quidem viderem vos omnes ad pugnandum cum « Romanis incitatos, neque id velle populi partem puriorem « sincerioremque ut in pace ageret, ad vos nequaquam pro« diissem, ausus ve essem vobis consilium dare. Supervacua « quippe de iis quæ fieri oportet omnis est oratio, quando « omnes qui audierint ad deteriora uno ferantur consensu. « At quoniam aliquibus ætas quidem belli malorum ignara, « aliis autem spes libertatis temere concepta, nonnullis « vero quædam plus habendi cupido stimulos admovet, lu« crumque si res turbatæ forent ex imbecillioribus facien« dum, quo pacto et ipsi meliora edocti resipiscant, et non « ex paucorum improbo consilio damnum capiant, fieri « oportere existimavi ut ad vos omnes eodem congregatos « ea dicerem, quæ in rem vestram esse persuasum habeo. « Mihi autem nemo obstrepat, si ea non audierit quæ sibi « placeant. Nam his quidem, qui impetu effreni ad defe« ctionem rapiuntur, licebit etiam post meam adhortationem

« παραίνεσιν τὰ αὐτὰ φρονεῖν, ἐμοὶ δὲ διαπίπτει καὶ πρὸς τοὺς ἀκούειν ἐθέλοντας ὁ λόγος, ἐὰν μὴ παρὰ πάντων ἡσυχία γένηται. Οἶδα μὲν οὖν ὅτι πολλοὶ τὰς ἐκ τῶν ἐπιτρόπων ὕβρεις καὶ τὰ τῆς ἐλευθερίας ἐγκώμια τραγῳδοῦσιν. Ἐγὼ δὲ, πρὶν ἐξετάζειν τίνες ὄντες καὶ τίσιν ἐπιχειρεῖτε πολεμεῖν, πρῶτον διαζεύξω τὴν συμπλοκὴν τῶν προφάσεων. Εἰ μὲν γὰρ ἀμύνεσθε τοὺς ἀδικοῦντας, τί σεμνύνετε τὴν ἐλευθερίαν; εἰ δὲ τὸ δουλεύειν ἀφόρητον ἡγεῖσθε, περισσὴ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἡ μέμψις· καὶ γὰρ ἐκείνων μετριαζόντων αἰσχρὸν ὁμοίως τὸ δουλεύειν. Σκοπεῖτε δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τούτων, ὡς ἔστι μικρὰ τοῦ πολεμεῖν ἡ ὑπόθεσις· καὶ πρῶτά γε τὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐγκλήματα. Θεραπεύειν δὲ, οὐκ ἐρεθίζειν, δεῖ τὰς ἐξουσίας. Ὅταν δὲ τῶν μικρῶν ἁμαρτημάτων τοὺς ἐξονειδισμοὺς ποιῆσθε μεγάλους, καθ' ἑαυτῶν τοὺς ὀνειδιζομένους ἀπελέγχετε, καὶ παρέντες τὸ λάθρα καὶ μετ' αἰδοῦς ὑμᾶς βλάπτειν, πορθοῦσι φανερῶς. Οὐδὲν δὲ οὕτω τὰς πληγὰς ὡς τὸ φέρειν ἀναστέλλει, καὶ τὸ τῶν ἀδικουμένων ἡσύχιον τοῖς ἀδικοῦσι γίνεται διατροπή. Φέρε δὲ, εἶναι τοὺς Ῥωμαίων ὑπηρέτας ἀνηκέστως χαλεπούς· οὔπω Ῥωμαῖοι πάντες ἀδικοῦσιν ὑμᾶς, οὐδὲ Καῖσαρ, πρὸς οὓς αἱρεῖσθε τὸν πόλεμον. Οὐ γὰρ ἐξ ἐντολῆς ἥκει τις πονηρὸς ἀπ' ἐκείνων, οὐδέ γε τοὺς ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν οἱ ἀφ' ἑσπέρας ἐπιβλέπουσιν· ἀλλ' οὐδ' ἀκούειν ταχέως τἀντεῦθεν ἐκεῖ ῥᾴδιον. Ἄτοπον δὲ καὶ δι' ἕνα πολλοῖς, καὶ διὰ μικρὰς αἰτίας τηλικούτοις καὶ μηδὲ γινώσκουσιν ἃ μεμφόμεθα, πολεμεῖν. Καὶ τῶν μὲν ἡμετέρων ἐγκλημάτων ταχεῖα γένοιτ' ἂν ἡ διόρθωσις. Οὔτε γὰρ ὁ αὐτὸς ἐπίτροπος μενεῖ διὰ παντὸς, καὶ τοὺς διαδεξομένους εἰκὸς ἐλεύσεσθαι μετριωτέρους· κινηθέντα δ' ἅπαξ τὸν πόλεμον οὔτ' ἀποθέσθαι ῥᾴδιον δίχα συμφορῶν οὔτε βαστάσαι. Ἀλλὰ μὴν τό γε νῦν ἐλευθερίας ἐπιθυμεῖν ἄωρον, δέον ὑπὲρ τοῦ μηδὲ ἀποβαλεῖν αὐτὴν ἀγωνίζεσθαι πρότερον. Ἡ γὰρ πεῖρα τῆς δουλείας χαλεπὴ, καὶ περὶ τοῦ μηδὲ ἄρξασθαι ταύτης ὁ ἀγὼν δίκαιος. Ὁ δ' ἅπαξ χειρωθεὶς, ἔπειτα ἀφιστάμενος, αὐθάδης δοῦλός ἐστιν, οὐ φιλελεύθερος. Τότε γὰρ οὖν ἐχρῆν πάντα ὑπὲρ τοῦ μὴ δέξασθαι Ῥωμαίους ποιεῖν, ὅτε τὴν ἀρχὴν ἐπέβαινε τῆς χώρας ὁ Πομπήιος. Ἀλλ' οἱ μὲν ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῶν, καὶ χρήμασι καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἄμεινον ὑμῶν πολλῷ διακείμενοι, πρὸς μοῖραν ὀλίγην τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως οὐκ ἀντέσχον· ὑμεῖς δὲ, οἱ τὸ μὲν ὑπακούειν ἐκ διαδοχῆς παρειληφότες, τοῖς πράγμασι δὲ τῶν πρώτων ἀκουσάντων τοσοῦτον ἐλαττούμενοι, πρὸς ὅλην ἀνθίστασθε τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. Καὶ Ἀθηναῖοι μὲν, οἱ περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας παραδόντες ποτὲ καὶ πυρὶ τὴν πόλιν, οἱ τὸν ὑπερήφανον Ξέρξην διὰ γῆς πλεύσαντα καὶ διὰ θαλάσσης ὁδεύσαντα, καὶ μὴ χωρούμενον μὲν τοῖς πελάγεσι, πλατυτέραν δὲ τῆς Εὐρώπης τὴν στρατιὰν ἄγοντα, δραπέτην ἐπὶ μιᾶς

« eadem sentire : mea autem etiam ad illos qui audire cupiunt oratio non pertingat, nisi ab omnibus silentium fiat. Equidem novi quod multi et injurias procuratorum exaggerent, et libertatis laudes amplificent et augeant. Ego autem, priusquam discutiam qui sitis, et quos bello aggredimini, prætextus complicatos disjungam. Nam si eos quidem qui vos injuria afficiunt ultum itis, quorsum adeo libertatem extollitis? si vero servitutem intolerandam ducitis, superflua est adversus præsides querela : nam etsi illi moderationem adhibeant, nihilominus turpis habetur servitus. Sigillatim autem et ista vobiscum reputate, quam exigua sit bellum movendi causa : et primum quod ad ea attinet quæ procuratoribus vitio vertitis. Oportet autem vos officiis potestates demereri, non verbis irritare. At quum leviora delicta illis ut gravissima crimina objicitis, contra vos ipsos eos arguitis quibus crimina exprobratis, adeo ut non amplius vos clam et verecundia adhibita lædant, sed palam vastent. Nihil autem plagas ita mitigat ac ferre eas, et injurias patienter accipere eas inferentibus pudorem et moram injicit. Sit ita sane, Romanorum ministros adeo molestos esse ut ferri nequeant : non tamen Romani omnes vos injuria afficiunt, neque ipse Cæsar, adversus quos bellum suscipitis. Haud enim præcipiunt ut improbus ad vos quisquam ab illis mittatur, neque ab occidente ad orientem possunt oculos conjicere : sed neque facile est ut quæ hic fiunt illic statim audiantur. Est autem absurdum et propter unum cum multis et propter causas exiguas cum tantis, atque ea de quibus querimur nescientibus, velle confligere. Et erit quidem ut criminibus, quæ illis exprobramus, cita adhibeatur correctio. Neque enim idem perpetuo manebit procurator, et verisimile est fore ut moderatiores veniant qui ipsi succedant. Bellum vero semel motum neque deponere neque sustinere facile est absque calamitatibus. Verum enimvero nunc libertatis desiderio teneri intempestivum est, quum potius oporteat vos strenue dimicare ne eam amittatis. Servitutem enim experiri durum est, et justum est certamen ad illius jugum repellendum initum. Qui vero semel subactus postea defecerit, contumax magis servus est quam amator libertatis. Tunc enim omnia agenda erant, ne Romani admitterentur, quum primum in regionem ingressus est Pompejus. Majores vero nostri, eorumque reges, qui pecunia et corporibus et animis multo vobis præstiterunt, exiguæ partis potentiæ Romanæ impetum non sustinebant : at vos, quibus hæreditarium est obedire, rebus autem omnibus illis qui primum paruere tanto inferiores estis, toti Romanorum imperio resistitis. Et Athenienses quidem, qui ob Græcorum libertatem etiam incendio urbem suam olim tradidere, qui Xerxem arrogantissimum per terram navigantem, per mare incedentem, et qui ne pelago quidem caperetur, latiorem vero Europa exercitum duceret, una in nave fugientem persequuti

« νεὼς διώξαντες, περὶ δὲ τῇ σμικρᾷ Σαλαμῖνι τὴν τοσαύτην Ἀσίαν κλάσαντες, νῦν δουλεύουσι Ῥωμαίοις, καὶ τὴν ἡγεμονίδα τῆς Ἑλλάδος πόλιν διοικεῖ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας προστάγματα. Λακεδαιμόνιοί τε μετὰ Θερμοπύλας καὶ Πλαταιὰς καὶ τὸν ἐρευνήσαντα τὴν Ἀσίαν Ἀγησίλαον ἀγαπῶσι τοὺς αὐτοὺς δεσπότας. Καὶ Μακεδόνες, ἔτι φανταζόμενοι Φίλιππον σὺν Ἀλεξάνδρῳ καὶ παρασπαίρουσαν αὐτοῖς τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν ὁρῶντες, φέρουσι τὴν τοσαύτην μεταβολὴν, καὶ πρὸς οὓς μεταβέβηκεν ἡ τύχη προσκυνοῦσιν. Ἄλλα τε ἔθνη μυρία πλείονος γέμοντα πρὸς ἐλευθερίαν παρρησίας εἴκει. Μόνοι δὲ ὑμεῖς ἀδοξεῖτε δουλεύειν, οἷς ὑποτέτακται τὰ πάντα, ποίᾳ στρατιᾷ, ποίοις πεποιθότες ὅπλοις; ποῦ μὲν ὁ στόλος ὑμῶν διαληψόμενος τὰς Ῥωμαίων θαλάσσας; ποῦ δὲ οἱ ταῖς ἐπιβολαῖς ἐξαρκέσοντες θησαυροί; πρὸς Αἰγυπτίους ἆρα καὶ πρὸς Ἄραβας οἴεσθε κινεῖν τὸν πόλεμον; οὐ περισκέψεσθε τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν; οὐ μετρήσετε τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν; οὐ τὰ μὲν ὑμέτερα καὶ τῶν προσοίκων ἐθνῶν ἡττήθη πολλάκις; ἡ δὲ ἐκείνων ἰσχὺς διὰ τῆς οἰκουμένης ἀνίκητος. Μᾶλλον δὲ καὶ ταύτης ἐζήτησάν τι πλέον. Οὐ γὰρ ἐξήρκεσεν αὐτοῖς ὅλος Εὐφράτης ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν, οὐδὲ τῶν προσαρκτίων Ἴστρος, ἥ τε μεσημβρινὴ μέχρι τῶν ἀοικήτων ἐρευνηθεῖσα Λιβύη, καὶ Γάδειρα πρὸς ἑσπέραν· ἀλλ' ὑπὲρ ὠκεανὸν ἑτέραν ἐζήτησαν οἰκουμένην, καὶ μέχρι τῶν ἀνιστορήτων πρότερον Βρεττανῶν διήνεγκαν τὰ ὅπλα. Τί οὖν ὑμεῖς, πλουσιώτεροι Γαλατῶν, ἰσχυρότεροι Γερμανῶν, Ἑλλήνων συνετώτεροι, πλείους τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐστὲ πάντων; τί τὸ πεποιθὸς ὑμᾶς κατὰ Ῥωμαίων ἐπαίρει; Χαλεπὸν τὸ δουλεύειν, ἐρεῖ τίς. Πόσῳ μᾶλλον Ἕλλησιν, οἳ τῶν ὑφ' ἡλίῳ πάντων εὐγενείᾳ προὔχειν δοκοῦντες, καὶ τοσαύτην νεμόμενοι χώραν, ἓξ Ῥωμαίων ὑπείκουσι ῥάβδοις· τοσαύταις δὲ Μακεδόνες, οἱ δικαιότερον ὑμῶν ὀφείλοντες ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι. Τί δὲ αἱ πεντακόσιαι τῆς Ἀσίας πόλεις; οὐ δίχα φρουρᾶς ἕνα προσκυνοῦσιν ἡγεμόνα καὶ τὰς ὑπατικὰς ῥάβδους; Τί δεῖ λέγειν Ἡνιόχους τε καὶ Κόλχους καὶ τὸ τῶν Ταύρων φῦλον, Βοσπορανούς τε καὶ τὰ περίοικα τοῦ Πόντου καὶ τῆς Μαιώτιδος ἔθνη, παρ' οἷς πρὶν μὲν οὐδὲ οἰκεῖος ἐγινώσκετο δεσπότης, νῦν δὲ τρισχιλίοις ὁπλίταις ὑποτάσσεται, καὶ τεσσαράκοντα νῆες μακραὶ τὴν πρὶν ἄπλωτον καὶ ἀγρίαν εἰρηνεύουσι θάλασσαν. Πόσα Βιθυνία καὶ Καππαδοκία καὶ τὸ Παμφύλιον ἔθνος, Λύκιοί τε καὶ Κίλικες ὑπὲρ ἐλευθερίας ἔχοντες εἰπεῖν, χωρὶς ὅπλων φορολογοῦνται; τί δέ; Θρᾷκες, οἳ πέντε μὲν εὖρος, ἑπτὰ δὲ μῆκος ἡμερῶν χώραν διειληφότες, τραχυτέραν τε καὶ πολλῷ τῆς ὑμετέρας ὀχυρωτέραν καὶ βαθεῖ κρυμῷ τοὺς ἐπιστρατεύοντας ἀνακόπτουσαν, οὐχὶ δισχιλίοις Ῥωμαίων ὑπακούουσι φρουροῖς; οἱ δὲ ἀπὸ τούτων Ἰλλυριοὶ τὴν μέχρι Δαλματίας ἀποτεμνομένην Ἴστρῳ κατοικοῦντες οὐ δυσὶ μόνοις τάγμασιν ὑπείκουσι, μεθ' ὧν αὐτοὶ τὰς Δακῶν

« sunt, et circa parvam Salaminem tantam Asiæ potentiam fregerunt, nunc Romanis serviunt, et urbi Græciæ dominæ imperat legesque imponit Italia. Lacedæmonii quoque, post Thermopylas et Platæas et Agesilaum qui Asiam pervestigavit, illis dominis acquiescunt. Macedones etiam, Philippi imaginem adhuc intuentes cum Alexandro et palpitans ipsis terrarum orbis imperium aspicientes, ferunt tantam mutationem, eosque venerantur ad quos fortuna migravit. Præterea aliæ gentes innumeræ, majori libertatis fiducia turgentes, manus dant. Vos autem soli servire dedignamini quorum in potestatem redacta sunt omnia, quibus exercitibus, quibus freti armis? ubi vobis classis Romanorum maria occupatura? ubi thesauri ad ista aggredienda suppeditaturi? num contra Ægyptios aut Arabas vos bellum movere existimatis? nonne Romanorum imperium vobiscum reputabitis? nonne vestram metiemini imbecillitatem? nonne vos sæpe vel a gentibus finitimis victi fuistis et subacti? illorum autem vis per totum terrarum orbem stetit invicta. Imo et quiddam eo amplius sibimet quæsiverunt. Non enim illis satis fuit totus Euphrates ad orientem, neque ad septemtrionem Ister, neque in meridie solitudine tenus pervestigata Libya, et ad occidentem Gades: sed ultra oceanum alium orbem quæsiverunt, et ad Britannos antea incognitos arma pertulerunt? Quid ergo vos? ditioresne Gallis estis, Germanis fortiores, Græcis sapientiores, plures toto orbe degentibus? quid vestra confidentia vos contra Romanos attollit? Erit qui dicet, durum est servire. At quanto magis Græcis, qui, quum omnibus quos sol aspicit præstare videantur nobilitate, et amplam adeo regionem occupent, nunc bis ternis Romanorum fascibus obediunt. Totidem fascibus obsequuntur Macedones, qui certe multo vobis justius deberent libertatem sibi vindicare. Quid autem quingentæ Asiæ civitates? nonne absque ullo præsidio unum rectorem fascesque consulares venerantur? Quid memorem Heniochos et Colchos et Taurorum gentem, Bosporanos quoque, et Ponti accolas, Mæotidisque gentes, quæ antea ne nativum quidem dominum agnoverunt, nunc vero a ter mille militibus in obsequio continentur; et quadraginta naves longæ innavigabile prius mare et immane faciunt securum et pacificum. Quam multa pro libertate dicere habentes Bithyni et Cappadoces et Pamphyliorum gens, Lycii quoque et Cilices, armis non compulsi tributa pendunt? quid autem? Thraces, qui regionem quinque dierum in latitudinem, septem vero in longitudinem, et asperiorem multo quam vestra est et longe munitiorem, frigoreque opaco impressionem facientes inhibentem, nonne duobus millibus Romanorum præsidiariis obsequuntur? illis vero proximi Illyrii, regionem ad Dalmatiam usque porrectam Istro tenus incolentes, nonne duabus solis legionibus parent, quibus et ipsi Dacarum impetus compescunt? et qui toties pro

« ἀνακόπτουσιν ὁρμάς; οἱ δὲ τοσαυτάκις πρὸς ἐλευθε-
« ρίαν ἀναχαιτίσαντες Δαλμάται, καὶ πρὸς τὸ μόνον
« ἀεὶ χειρωθέντες συλλεξάμενοι τὴν ἰσχὺν πάλιν ἀπο-
« στῆναι, νῦν οὐχ ὑφ' ἑνὶ τάγματι Ῥωμαίων ἡσυχίαν
« ἄγουσιν; Ἀλλὰ μὴν εἴ γέ τινας εἰς ἀπόστασιν ὤφειλον
« ἀφορμαὶ μεγάλαι παροξύνειν, μάλιστα Γαλάτας
« ἐχρῆν, τοὺς οὕτως ὑπὸ τῆς φύσεως τετειχισμένους, ἐξ
« ἀνατολῆς μὲν ταῖς Ἄλπεσι, πρὸς ἄρκτῳ δὲ Ῥή-
« νῳ ποταμῷ, μεσημβρινοῖς δὲ τοῖς Πυρηναίοις ὄρε-
« σιν, ὠκεανῷ δὲ πρὸς δυσμαῖς. Ἀλλὰ καίτοι τηλι-
« καῦτα μὲν ἕρκη προβεβλημένοι, πέντε δὲ καὶ τρια-
« κοσίοις πληθύοντες ἔθνεσι, τὰς δὲ πηγὰς ὡς ἄν τις
« εἴποι τῆς εὐδαιμονίας ἐπιχωρίους ἔχοντες καὶ τοῖς
« ἀγαθοῖς σχεδὸν ὅλην ἐπικλύζοντες τὴν οἰκουμένην,
« ἀνέχονται Ῥωμαίων πρόσοδος ὄντες, καὶ ταμιευόμε-
« νοι παρ' αὐτῶν τὴν οἰκείαν εὐδαιμονίαν· καὶ τοῦτο
« ὑπομένουσιν οὐ διὰ φρονήματος μαλακίαν, οὐδὲ δι'
« ἀγένειαν, οἵ γε διήνεγκαν ὀγδοήκοντα ἔτη πόλεμον
« ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, ἀλλὰ μετὰ τῆς δυνάμεως Ῥω-
« μαίων καὶ τὴν τύχην καταπλαγέντες, ἥτις αὐτοῖς
« κατορθοῖ πλείονα τῶν ὅπλων. Τοιγαροῦν ὑπὸ χιλίοις
« καὶ διακοσίοις στρατιώταις δουλεύουσιν, ὧν ὀλίγου
« δεῖν πλείους ἔχουσι πόλεις. Οὐδὲ Ἴβηρσιν ὁ γεωρ-
« γούμενος χρυσὸς εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας πόλεμον
« ἐξήρκεσεν, οὐδὲ τὸ τοσοῦτον ἀπὸ Ῥωμαίων γῆς καὶ
« θαλάσσης διάστημα, φῦλά τε Λυσιτανῶν καὶ Καντά-
« βρων ἀρειμάνια, οὐδὲ γείτων ὠκεανὸς φοβερὰν καὶ
« τοῖς ἐπιχωρίοις ἄμπωτιν ἐπάγων, ἀλλ' ὑπὲρ τὰς
« Ἡρακλείους στήλας ἐκτείναντες τὰ ὅπλα, καὶ διὰ
« νεφῶν ὁδεύσαντες τὰ Πυρηναῖα ὄρη, καὶ τούτους
« ἐδουλώσαντο Ῥωμαῖοι· φρουρὰ δὲ ἤρκεσε τῶν οὕ-
« τω δυσμάχων καὶ τοσοῦτον ἀπῳκισμένων ἓν τάγμα.
« Τίς ὑμῶν οὐκ ἀκοῇ παρείληφε τὸ Γερμανῶν πλῆθος;
« ἀλκὴν μὲν γὰρ καὶ μεγέθη σωμάτων εἴδετε δήπου
« πολλάκις, ἐπεὶ πανταχοῦ Ῥωμαῖοι τοὺς τούτων αἰ-
« χμαλώτους ἔχουσιν. Ἀλλ' οὗτοι γῆν μὲν ἄπειρον
« νεμόμενοι, μείζω δὲ τῶν σωμάτων ἔχοντες τὰ φρο-
« νήματα, καὶ τὴν μὲν ψυχὴν θανάτου καταφρονοῦσαν,
« τοὺς δὲ θυμοὺς τῶν ἀγριωτάτων θηρίων σφοδροτέρους,
« Ῥῆνον τῆς ὁρμῆς ὅρον ἔχουσι, καὶ Ῥωμαίων ὀκτὼ
« τάγμασι δαμαζόμενοι, δουλεύουσι μὲν ἁλόντες, τὸ δὲ
« ὅλον αὐτῶν ἔθνος φυγῇ διασώζεται. Σκέψασθε δὲ
« καὶ τὸ Βρεττανῶν τεῖχος, οἱ τοῖς Ἱεροσολύμων τεί-
« χεσι πεποιθότες. Καὶ γὰρ ἐκείνους περιβεβλημέ-
« νους ὠκεανὸν, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης οὐκ
« ἐλάσσονα νῆσον οἰκοῦντας, πλεύσαντες ἐδουλώσαντο
« Ῥωμαῖοι, τέσσαρα δὲ τάγματα τὴν τοσαύτην νῆσον
« διαφυλάττει. Καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν, ὅπου καὶ
« Πάρθοι, τὸ πολεμικώτατον φῦλον, τοσούτων ἄρχοντες
« ἐθνῶν καὶ τηλικαύτην περιβεβλημένοι δύναμιν, ὁμή-
« ρους πέμπουσι Ῥωμαίοις· καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας
« ἰδεῖν ἐν εἰρήνης προφάσει δουλεύουσαν τὴν ἀπὸ τῆς ἀνα-
« τολῆς εὐγένειαν. Πάντων δὴ σχεδὸν τῶν ὑφ' ἡλίῳ τὰ
« Ῥωμαίων ὅπλα προσκυνούντων, ὑμεῖς μόνοι πολεμή-

« libertate acriter insurrexerunt Dalmatæ, eo tantum fere
« semper victi ut coactis novis copiis iterum rebellarent,
« nonne sub una Romanorum legione vitam quiete agunt?
« At certe si quos magnæ opportunitates ad defectionem
« incitare deberent, maxime omnium Gallos deficere opor-
« teret, adeo locorum natura munitos, ab oriente quidem
« Alpium summitatibus, a septemtrione vero Rheno flumine,
« a meridie Pyrenæis montibus, et ab occidente oceano.
« Sed quamvis tanta opposita et objecta habeant propugna-
« cula, ac quinque et trecentis abundent gentibus, fontesque
« (ut dicere liceat) domestici felicitatis illis suppetant, et
« bonis suis orbem fere universum irrigent, ferunt nihilomi-
« nus vectigales esse Romanorum, propriamque felicitatem
« illis acceptam debere: atque hoc patiuntur, non ex animi
« mollitie, neque quod degeneres sint (quippe qui per
« octoginta annos pro libertate pugnaverint) sed Romano-
« rum virtute obstupefacti pariter ac fortuna, quæ illis
« plura magna efficit quam arma. Quocirca sub mille et du-
« centis militibus serviunt, quum propemodum his plures
« habeant civitates. Neque Hispanis in bello pro libertate
« suscepto suffecit aurum e terra effossum, neque tam
« longo a Romanis terræ marisque intervallo disjunctio,
« neque Martiæ Lusitanorum et Cantabrorum gentes, neque
« vicinus oceanus etiam indigenis æstu suo terribilis: sed
« ultra columnas Herculis prolatis armis, et transitis per
« nubes Pyrenæis montibus, Romani hos quoque subjuga-
« garunt; qui, licet bello sint difficiles et tam longe distan-
« tes, una tamen legione coercentur. Quis vestrûm non
« auditione accepit magnum Germanorum numerum? Nam
« et quantum robore valent et corporum magnitudine,
« frequenter, ut arbitror, vidistis, quandoquidem ubique
« gentium Romani ex istis habeant mancipia. Sed isti re-
« gionem quidem immensam habitantes, spiritus autem
« majores corporibus gerentes, et animam mortis contem-
« ptricem, irasque feris immanissimis vehementiores, Rhe-
« num impetus sui terminum habent, et ab octo Romanorum
« legionibus subacti, serviunt quidem quotquot capti sunt,
« gens vero omnis fuga sibi salutem quærit. Porro et Bri-
« tannorum murum considerate, qui Hierosolymorum muris
« adeo confiditis. Illos etenim oceano circumdatos, et in-
« sulam nostro terrarum orbe fere non minorem habitantes,
« Romani mari navigato in servitutem redegerunt, quat-
« tuorque legiones tantæ magnitudinis insulam præsidio
« tenent. Denique quid pluribus, quandoquidem et Parthi,
« genus hominum bellicosissimum, tot populis imperantes,
« et tam magna copiarum freti multitudine, obsides Romam
« mittunt: atque videre est orientis nobilitatem sub pacis
« specie in Italia servientem. Num igitur, quum omnes fere
« quos sol aspicit Romanorum arma venerentur, vos soli
« cum illis bellum geretis? nec ad fatum Carthaginiensium

σετε; μηδὲ τὸ Καρχηδονίων τέλος σκοποῦντες, οἳ τὸν μέγαν αὐχοῦντες Ἀννίβαν καὶ τὴν ἀπὸ Φοινίκων εὐγένειαν, ὑπὸ τὴν Σκιπίωνος δεξιὰν ἔπεσον. Οὔτε δὲ Κυρηναῖοι τὸ Λακώνων γένος, οὔτε Μαρμαρίδαι, τὸ μέχρι τῆς διψάδος ἐκτεταμένον φῦλον, οὔθ' αἱ φοβεραὶ καὶ τοῖς ἀκούουσι Σύρτεις, Νασαμῶνές τε καὶ Μαῦροι, καὶ τὸ Νομάδων ἄπειρον πλῆθος, τὰς Ῥωμαίων ἀνέκοψαν ἀρετάς. Τὴν δὲ τρίτην τῆς οἰκουμένης μοῖραν, ἧς οὐδὲ ἐξαριθμήσασθαι τὰ ἔθνη ῥᾴδιον, ὁριζομένην Ἀτλαντικῷ τε πελάγει καὶ στήλαις Ἡρακλείοις, καὶ μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς ἀπείρους νέμουσαν Αἰθίοπας, ἐχειρώσαντο μὲν ὅλην· χωρὶς δὲ τῶν ἐτησίων καρπῶν, οἳ μησὶν ὀκτὼ τὸ κατὰ τὴν Ῥώμην πλῆθος τρέφουσι, καὶ ἔξωθεν παντοίως φορολογοῦνται, καὶ ταῖς χρείαις τῆς ἡγεμονίας παρέχουσιν ἑτοίμως τὰς εἰσφοράς, οὐδὲν τῶν ἐπιταγμάτων ὥσπερ ὑμεῖς ὕβριν ἡγούμενοι, καίπερ ἑνὸς τάγματος αὐτοῖς παραμένοντος. Καὶ τί δεῖ πόρρωθεν ὑμῖν ὑποδεικνύειν τὴν Ῥωμαίων δύναμιν, παρὸν ἐξ Αἰγύπτου τῆς γειτνιώσης, ἥτις ἐκτεινομένη μέχρις Αἰθιόπων καὶ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὅμορός τε οὖσα τῆς Ἰνδικῆς, πεντήκοντα πρὸς ταῖς ἑπτακοσίαις ἔχουσα μυριάδας ἀνθρώπων, δίχα τῶν Ἀλεξάνδρειαν κατοικούντων, ὡς ἔνεστιν ἐκ τῆς καθ' ἑκάστην κεφαλὴν εἰσφορᾶς τεκμήρασθαι, τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν οὐκ ἀδοξεῖ, καίτοι πηλίκον ἀποστάσεως κέντρον ἔχουσα τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πλήθους τε ἀνδρῶν ἕνεκα καὶ πλούτου, πρὸς δὲ καὶ μεγέθους, μῆκος μέν γε αὐτῆς τριάκοντα σταδίων, εὖρος δὲ οὐκ ἔλαττον δέκα· τοῦ δὲ ἐνιαυσίου παρ' ὑμῶν φόρου καθ' ἕνα μῆνα πλέον Ῥωμαίοις παρέχει, καὶ τῶν χρημάτων ἔξωθεν τῇ Ῥώμῃ σῖτον μηνῶν τεσσάρων· τετείχισται δὲ πάντοθεν ἢ δυσβάτοις ἐρημίαις, ἢ θαλάσσαις ἀλιμένοις, ἢ ποταμοῖς, ἢ ἕλεσιν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἰσχυρότερον ηὑρέθη τῆς Ῥωμαίων τύχης· δύο δὲ ἐγκαθήμενα τῇ πόλει τάγματα τὴν βαθεῖαν Αἴγυπτον ἅμα τῇ Μακεδόνων εὐγενείᾳ χαλινοῖ. Τίνας οὖν ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐκ τῆς ἀοικήτου παραλήψεσθε συμμάχους; οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκουμένης πάντες εἰσὶ Ῥωμαῖοι· εἰ μή τις ὑπὲρ Εὐφράτην ἐκτείνει τὰς ἐλπίδας καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἀδιαβηνῆς ὁμοφύλους οἴεται προσαμύνειν. Οἱ δὲ οὔτε δι' αἰτίαν ἄλογον τηλικούτῳ πολέμῳ συμπλέξουσιν ἑαυτοὺς οὔτε βουλευσαμένοις κακῶς ὁ Πάρθος ἐπιτρέψει. Πρόνοια γὰρ αὐτῷ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἐκεχειρίας καὶ παραβαίνειν οἰήσεται τὰς σπονδάς, ἄν τις τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπὶ Ῥωμαίους ἴῃ. Λοιπὸν οὖν ἐπὶ τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ συμμαχίαν καταφευκτέον. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο παρὰ Ῥωμαίοις τέτακται· δίχα γὰρ Θεοῦ συστῆναι τηλικαύτην ἡγεμονίαν ἀδύνατον. Σκέψασθε δὲ ὡς ὑμῖν τὸ τῆς θρησκείας ἄκρατον, εἰ καὶ πρὸς εὐχειρώτους πολεμοίητε, δυσδιοίκητον· καὶ δι' ἃ μάλιστα τὸν Θεὸν ἐλπίζετε σύμμαχον, ταῦτα ἀναγκαζόμενοι παραβαίνειν ἀποστρέψετε. Τηροῦντες μέν γε τὰ τῶν ἑβδομάδων ἔθη, καὶ πρὸς μηδεμίαν πρᾶ-

spectantes, qui de magno illo Hannibale gloriantes et de genere suo nobili ex Phœnicibus, Scipionis manui succubuerunt. Sed neque Cyrenæi Lacedæmone oriundi, neque Marmaridæ, gens ad inaquosas usque solitudines protensa, neque terribiles etiam audientibus Syrtes, Nasamonesque et Mauri, et Numidarum multitudo innumerabilis virtuti Romanorum obstiterunt. Tertiam autem orbis terrarum partem, cujus ne numerare quidem nationes facile est, mari Atlantico et columnis Herculis terminatam, quæ ad mare Rubrum usque infinitos alit sustinetque Æthiopas, totam quidem armis ceperunt: et præter fruges annuas, quibus populus Romanus octo mensibus vescitur, alia quoque omnia pendunt vectigalia, et tributis prompte subveniunt imperii necessitatibus, nihil eorum quæ imperantur sibi, uti vos existimatis, in contumeliam cedere putantes; quanquam una tantum cum illis legio commoratur. Sed quid opus est exemplis longius petitis Romanam explicare potentiam, quum eam possitis ex vicina Ægypto perspectam habere: quæ ad Æthiopas usque porrecta et Arabiam Felicem, atque Indiæ finitima, quinquaginta et septingentas hominum myriadas alens, præter Alexandriæ incolas, ut colligi potest ex tributo quod in capita singuli pendunt, Romano imperio subjici non dedignatur, licet immane quantum ad defectionem incitamentum habeat, Alexandriam, propter civium multitudinem et opulentiam, ne quid de magnitudine ejus dicam, quæ triginta stadiis in longitudinem patet, in latitudinem vero non minus quam decem: uno autem mense plus tributorum Romanis pendit quam vos anno vertente; præterque pecuniam, Romæ quattuor mensium annonam suppeditat: ac velut muro munitur undique aut invia solitudine, aut mari importuoso, aut fluviis, aut paludibus. Horum vero nihil compertum est plus valere quam Romanorum fortuna: duæ autem legiones urbem præsidio tenentes Ægyptum adeo vastam simulque Macedonum nobilitatem coercent. Quos igitur in belli societatem ex terra inhabitabili assumetis? siquidem universi qua terra habitatur a Romanis stant: nisi forte quis vestrûm spes suas ultra Euphratem porrigat, suosque gentiles ex Adiabene sibi auxilium laturos credat. Illi vero nec levi de causa semet tanto bello implicari patientur, neque si quid pravo consilio facturi essent, id sineret Parthus. Illi quippe curæ est inducias tueri cum Romanis factas; et si quis de suis contra Romanos arma sumat, fœdus violatum ire censebit. Superest igitur ut ad Dei confugiatur auxilium. Verum et hic Romanis præsens adest: haud enim fieri poterat ut absque Deo tantum constitueretur imperium. Considerate autem difficile esse, etiamsi cum minus potentibus dimicandum esset, vehementi vestro religionis studio obsequi, foreque ut Deum a vobis avertatis, si necessitate adacti contra ea feceritis ex quibus ejus auxilium speratis. Si quidem dierum septimarum ritum servetis, nullique operi manum admoveatis, facile capiemini, quemadmodum majores

« ξιν κινούμενοι, ῥᾳδίως ἁλώσεσθε καθάπερ οἱ πρόγονοι « Πομπηΐῳ, ταύτας μάλιστα τὰς ἡμέρας ἐνεργοὺς « ποιησαμένῳ τῆς πολιορκίας ἐν αἷς ἤργουν οἱ πολιορκούμενοι. Παραβαίνοντες δὲ ἐν τῷ πολέμῳ τὸν πάτριον νόμον, οὐκ οἶδα ὑπὲρ ὅτου τὸ λοιπὸν ποιήσεσθε « τὸν ἀγῶνα. Σπουδὴ γὰρ ὑμῖν μία, τὸ μὴ τῶν πατρίων « τι καταλῦσαι. Πῶς δὲ ἐπικαλέσεσθε τὸ θεῖον εἰς « ἄμυναν, οἱ παραβαίνοντες ἑκουσίως τὴν εἰς αὐτὸν « θεραπείαν; Ἐπαναιροῦνται δὲ ἕκαστοι πόλεμον ἢ θείᾳ « πεποιθότες ἢ ἀνθρωπίνῃ βοηθείᾳ. Ὅταν δὲ τὴν παρ' « ἀμφοῖν τὸ νεῖκος ἀποκόπτῃ, φανερὰν ἅλωσιν οἱ πολεμοῦντες αἱροῦνται. Τί δὲ κωλύει ταῖς ἑαυτῶν χερσὶ « διαχρήσασθαι τέκνα καὶ γυναῖκας, καὶ τὴν περικαλλεστάτην πατρίδα ταύτην καταφλέξαι; μανέντες γὰρ « οὕτω τό γε τῆς ἥττης ὄνειδος κερδήσετε. Καλὸν, ὦ « φίλοι, καλὸν, ἕως ἔτι ἐν ὅρμῳ τὸ σκάφος, προσκέπτεσθαι τὸν μέλλοντα χειμῶνα, μηδὲ εἰς μέσας τὰς « θυέλλας ἀπολουμένους ἀναχθῆναι· (τοῖς μὲν γὰρ ἐξ « ἀδήλων ἐπιπεσοῦσι δεινοῖς τὸ γοῦν ἐλεεῖσθαι περίεστιν, « ὁ δὲ εἰς πρόδηλον ἀπώλειαν ὁρμήσας καὶ προσονειδίζεται·) πλὴν εἰ μή τις ὑπολαμβάνει κατὰ συνθήκας « πολεμήσειν, καὶ Ῥωμαίους κρατήσαντας ὑμῶν μετριάσειν, ἀλλ' οὐκ εἰς ὑπόδειγμα τῶν ἄλλων ἐθνῶν « καταφλέξειν μὲν τὴν ἱερὰν πόλιν, ἀναιρήσειν δὲ πᾶν « ὑμῶν τὸ φῦλον. Οὐδὲ γὰρ περιλειφθέντες φυγῆς « εὑρήσετε τόπον, ἁπάντων ἐχόντων Ῥωμαίους δεσπότας ἢ δεδοικότων σχεῖν. Ὁ δὲ κίνδυνος οὐ τῶν ἐνθάδε « μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις κατοικούντων· οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης δῆμος ὁ « μὴ μοῖραν ὑμετέραν ἔχων. Οὓς ἅπαντας πολεμησάντων ὑμῶν κατασφάξουσιν οἱ διάφοροι, καὶ δι' « ὀλίγων ἀνδρῶν κακοβουλίαν πᾶσα πληρωθήσεται « πόλις Ἰουδαϊκοῦ φόνου. Καὶ συγγνώμη μὲν τοῖς « τοῦτο πράξασιν· ἂν δὲ μὴ πραχθῇ, λογίσασθε πῶς « πρὸς οὕτω φιλανθρώπους ὅπλα κινεῖν ἀνόσιον. Εἰσελθέτω δὲ οἶκτος ὑμᾶς, εἰ μὴ καὶ τέκνων καὶ γυναικῶν, « ἀλλὰ τῆς γε μητροπόλεως ταύτης καὶ τῶν ἱερῶν « περιβόλων. Φείσασθε τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὸν ναὸν ἑαυτοῖς μετὰ τῶν ἁγίων τηρήσατε. Ἀφέξονται γὰρ « οὐκέτι Ῥωμαῖοι τούτων κρατήσαντες, ὧν φεισάμενοι πρότερον ἠχαρίστηνται. Μαρτύρομαι δὲ ἐγὼ « μὲν ὑμῶν τὰ ἅγια, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ, « καὶ πατρίδα τὴν κοινὴν, ὡς οὐδὲν τῶν σωτηρίων ὑμῖν « καθυφηκάμην. Ὑμεῖς δὲ, βουλευσάμενοι μὲν τὰ « δέοντα, κοινὴν σὺν ἐμοὶ τὴν εἰρήνην ἕξετε, προαχθέντες δὲ τοῖς θυμοῖς χωρὶς ἐμοῦ κινδυνεύσετε. »

ε'. Τοσαῦτα εἰπὼν, ἐπεδάκρυσέ τε μετὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ τὸ πολὺ τῆς ὁρμῆς αὐτῶν ἔπαυσε τοῖς δάκρυσιν. Ἀνεβόων δὲ οὐ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ Φλώρῳ, δι' ἃ πεπόνθασι, πολεμεῖν. Πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας, « ἀλλὰ τὰ ἔργα, ἔφη, Ῥωμαίοις ἤδη πολεμούντων ἐστίν· οὔτε γὰρ τῷ Καίσαρι δεδώκατε τὸν « φόρον καὶ τὰς στοὰς ἀπεκόψατε τῆς Ἀντωνίας. Ἀποσκευάσαισθε δ' ἂν τὴν αἰτίαν τῆς ἀποστάσεως, εἰ

« vestri Pompeio cesserunt, iis præcipue diebus strenuam « obsidioni operam navanti, quibus otium agebant obsessi. « Transgredientes autem in bello legem patriam, quid reliqui sit pro quo in certamen venietis plane nescio. Huic « uni enim magnopere studendum est vobis, ne quid patrium « dissolutum iri sinatis. Sin vero sponte a dei observantia « abstineatis, qua fiducia illius opem implorabitis? Singuli « autem bellum suscipiunt, aut divino freti auxilio, aut « humano. Quum autem utrumque vobis præciderit contentio, non dubium est quin vos in potestatem suam redacturi sint hostes. Quid autem prohibet propriis manibus « liberos jugulare et conjuges, et patriam hanc pulcherrimam igni vastare? ita enim furentes lucrifacietis victorum « opprobrium. Bonum est, o amici, bonum est, dum adhuc « in portu navis est, futuram prævidere tempestatem, ne« que in medias procellas perituros devehi: (nam illi quidem qui in improvisa mala incidunt digni sunt quibus « misericordia adhibeatur; qui vero in apertum discrimen « se conjicit, opprobrio etiam afficitur): nisi quis existimari « velit ex pacto bellum gerendum esse, victoresque Romanos moderate vobiscum acturos, et non in documentum « aliarum gentium sacram urbem inflammaturos esse, genusque vestrum universum interfecturos. Neque enim, « si superfueritis, locum fugæ usquam invenietis, cunctis « aut Romanos dominos jam habentibus, aut ne habituri « sint metuentibus. Periculum autem non solum vos manebit, sed et quotquot in aliis domicilia habeant civitatibus: non enim in toto terrarum orbe populus est, ubi non « vestri portio sit. Quos certe omnes vestram ob defectionem jugulabunt inimici, et ob prava paucorum hominum « consilia urbs quæque sanguine Judaico redundabit. Manet autem venia eos qui talia patraverint: sin vero ea exse«qui supersederint, vobiscum reputate quam impium sit « adversus tam benignos arma movere. Subeat autem vos « miseratio, si non liberorum et conjugum, hujus saltem « matris urbium, et sacri ambitus. Parcite fano, ædemque « vobismet cum sanctis servate. Neque enim ulterius « victores Romani illis manus abstinebunt, quibus quum « antea pepercissent, nullam acceperunt gratiam. Ego « vero testor sancta vestra, et sacros Dei angelos, patriam« que communem, quod nihil eorum, quæ vestram ad salutem spectant, prætermiserim. Atque vos, si quidem « statueritis quæ fieri oportet, mecum in pace degetis; sin « vero in iras procedatis, etiam sine me periculum adibitis. »

5. Quum ista dixisset, lacrimas effudit, itidemque soror ejus, atque et impetus illorum magna ex parte repressit. Clamabant autem non se adversus Romanos, sed contra Florum, ob ea quæ pertulissent, bellum gerere. Respondit rex Agrippa, « verum facta vestra jam sunt eorum « qui contra Romanos pugnant: neque enim Cæsari « vectigal solvistis, et ab Antonia porticus abscidistis. Sopietis autem causam defectionis, si et porticus denuo

« ταύτας τε συνάψετε πάλιν, καὶ τελέσετε τὴν εἰσφο-« ράν. Οὐ γὰρ ἤδη γε Φλώρου τὸ φρούριόν ἐστιν, ἢ « Φλώρῳ τὰ χρήματα δώσετε. »

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Τούτοις ὁ δῆμος ἐπείθετο, καὶ μετὰ τοῦ βασιλέως τῆς τε Βερενίκης ἀναβάντες εἰς τὸ ἱερὸν κατήρξαντο τῆς τῶν στοῶν δομήσεως· εἰς δὲ τὰς κώμας οἵ τε ἄρχοντες καὶ οἱ βουλευταὶ μερισθέντες τοὺς φόρους συνέλεγον. Ταχέως δὲ τὰ τεσσαράκοντα τάλαντα (τοσοῦτον γὰρ ἔλιπεν) ἠθροίσθη. Καὶ τοῦ μὲν πολέμου τότε τὴν ἀπειλὴν οὕτω κατέστειλεν Ἀγρίππας· αὖθις δὲ ἐπειρᾶτο πείθειν τὸ πλῆθος ὑπακούειν Φλώρῳ, ἄχρις ἂν ἀντ' αὐτοῦ πέμψῃ Καῖσαρ διάδοχον. Προσπαροξυνθέντες δὲ ἐβλασφήμουν εἰς τὸν βασιλέα καὶ τῆς πόλεως αὐτὸν ἐξεκήρυσσον, ἐτόλμων δέ τινες τῶν στασιαστῶν καὶ λίθους ἐπ' αὐτὸν βάλλειν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ὁρμὴν τῶν νεωτεριζόντων ἀκατάσχετον ὁρῶν, καὶ χαλεπήνας ἐφ' οἷς προπεπηλάκιστο, τοὺς μὲν ἄρχοντας ἅμα τοῖς δυνατοῖς αὐτῶν ἔπεμπε πρὸς Φλῶρον εἰς Καισάρειαν, ἵνα ἐκεῖνος ἐξ αὐτῶν ἀποδείξῃ τοὺς τὴν χώραν φορολογήσοντας, αὐτὸς δὲ ἀνεχώρησεν εἰς τὴν βασιλείαν.

β'. Κἀν τούτῳ τινὲς τῶν μάλιστα κινούντων τὸν πόλεμον συνελθόντες ὥρμησαν ἐπὶ φρούριόν τι καλούμενον Μασάδαν. Καὶ καταλαβόντες αὐτὸ λάθρα, τοὺς μὲν Ῥωμαίων φρουροὺς ἀπέσφαξαν, ἑτέρους δὲ κατέστησαν ἰδίους. (Λ.) Ἅμα δὲ καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν Ἐλεάζαρος υἱὸς Ἀνανίου τοῦ ἀρχιερέως, νεανίας θρασύτατος, στρατηγῶν τότε, τοὺς κατὰ τὴν λατρείαν λειτουργοῦντας ἀναπείθει μηδενὸς ἀλλοφύλου δῶρον ἢ θυσίαν προσδέχεσθαι. Τοῦτο δὲ ἦν τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου καταβολή· τὴν γὰρ ὑπὲρ τούτων θυσίαν καὶ Καίσαρος ἀπέρριψαν. Καὶ πολλὰ τῶν τε ἀρχιερέων καὶ τῶν γνωρίμων παρακαλούντων, μὴ παραλιπεῖν τὸ ὑπὲρ τῶν ἡγεμόνων ἔθος, οὐκ ἐνέδοσαν, πολὺ μὲν καὶ τῷ σφετέρῳ πλήθει πεποιθότες (καὶ γὰρ τὸ ἀκμαιότατον τῶν νεωτεριζόντων συνήργει), μάλιστα δὲ ἀφορῶντες εἰς τὸν Ἐλεάζαρον στρατηγοῦντα.

(ΛΑ.) γ'. Συνελθόντες οὖν οἱ δυνατοὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν εἰς ταὐτὸ καὶ τοῖς τῶν Φαρισαίων γνωρίμοις ὡς ἐπ' ἀνηκέστοις ἤδη συμφοραῖς ἐβουλεύοντο περὶ τῶν ὅλων· καὶ δόξαν ἀποπειραθῆναι τῶν στασιαστῶν λόγοις, πρὸ τῆς χαλκῆς πύλης ἀθροίζουσι τὸν δῆμον, ἥτις ἦν τοῦ ἔνδον ἱεροῦ τετραμμένη πρὸς ἀνατολὴν ἡλίου. Καὶ πρῶτον αὐτῶν πολλὰ πρὸς τὴν τόλμαν τῆς ἀποστάσεως χαλεπήναντες καὶ τὸ τηλικοῦτον ἐπισείειν τῇ πατρίδι πόλεμον, ἔπειτα τῆς προφάσεως τὸ ἄλογον διήλεγχον, φάμενοι τοὺς μὲν προγόνους αὐτῶν κεκοσμηκέναι τὸν ναὸν ἐκ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἀλλοφύλων τὸ πλέον, ἀεὶ προσδεχομένους τὰς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἐθνῶν δωρεάς· καὶ οὐ μόνον οὐ διακεκωλυκέναι θυσίας τινῶν (τοῦτο γὰρ ἀσεβέστατον), ἀλλὰ καὶ τὰ βλεπόμενα καὶ τὰ παραμένοντα τὸν τοσοῦτον χρόνον ἀναθήματα περὶ τῷ ἱερῷ καθιδρυκέναι. Αὐτοὺς δὲ νῦν ἐρεθίζοντας τὰ Ῥωμαίων ὅπλα

« conjunxeritis, et tributa pependeritis. Non enim jam Flori « præsidium est, nec Floro danda est pecunia. »

CAP. XVII. (XXIX.)

Istis populus acquievit, quumque in templum cum rege et Berenice ascendissent, porticus ædificare cœperunt; insuper optimates et decuriones, distributi in vicos, tributo colligendo operam dabant. Brevi autem quadraginta talenta (totidem enim deerant) congesta erant. Atque ita quidem belli minas, quas intentarunt, compressit Agrippa. Deinde persuadere populo tentabat ut Floro obedientiam præstarent, donec a Cæsare mitteretur qui ei succederet. Illi vero istis exasperati convicia regi faciebant, et ipsum ex urbe egredi jubebant: ausique sunt nonnulli seditiosorum etiam saxa in eum jacere. Rex autem, quum videret tumultuantium impetum cohiberi non posse, ægreque ferret quod contumeliis affectus esset, principes quidem eorum una cum aliis potentibus Cæsaream misit ad Florum, ut ipse ex iis certos constitueret qui regionis tributa exigerent. Ille vero in regnum discessit.

2. Per idem tempus quidam eorum, qui bellum maxime concitabant, congregati impetum fecerunt in quoddam castellum, quod Masada vocabatur. Quumque illud fraude occupassent, Romanos quidem excubitores necarunt, alios vero de suis constituerunt. (XXX.) Simul in templo Eleazarus, filius Ananiæ pontificis, juvenis audacissimus, tunc prætor templi, persuasit eis, quorum erat in cultu sacris operari, ne cujus alienigenæ munus aut hostiam acciperent. Hoc autem belli adversus Romanos initium erat: nam pro illis et Cæsare sacrificium repudiarunt. Quumque multis eos obsecrarent pontifices et optimates, ne morem pro Imperatoribus supplicandi prætermitterent, haud eis hoc concesserunt, non parum quidem suæ etiam multitudini confisi (nam robustissimi quique res novas molientium ab illis stabant), præcipue vero quod ad Eleazarum templi prætorem spectarent.

(XXXI.) 3. Itaque congregati primates cum pontificibus et nobilioribus Pharisæorum ut in gravissima calamitate de rerum summa consultabant: decretoque ut seditiosorum animos verbis explorarent, ante portam æream (quæ in templi parte interiore erat soli orienti obversa) populum in concionem advocant. Atque primo vehementer indignati ob temerariam eorum defectionem, quodque tam grave bellum patriæ commoverent, mox quam absurdo id facerent prætextu ostendebant, dicentes majores quidem ipsorum utplurimum muneribus alienigenarum templum ornasse, semper accipientes quæ donata erant ab exteris gentibus; et non solum non prohibuisse aliquorum hostias (hoc enim maxime impium); sed et donaria, quæ cernuntur et per tantum temporis permanent, circa templum collocasse. Ipsos vero nunc, Romanorum arma irritantes bellumque

καὶ μνηστευομένους τὸν ἀπ' ἐκείνων πόλεμον καινοτομεῖν θρησκείαν ξένην, καὶ μετὰ τοῦ κινδύνου καταψηφίσασθαι τῆς πόλεως ἀσέβειαν, εἰ παρὰ μόνοις Ἰουδαίοις οὔτε θύσει τις ἀλλότριος οὔτε προσκυνήσει. Κἂν μὲν ἐπὶ ἰδιώτου τις ἑνὸς τοῦτον εἰσφέρῃ τὸν νόμον, ἀγανακτεῖν, ὡς ὁριζομένης ἀπανθρωπίας, περιορᾷν δὲ ὅτε Ῥωμαῖοι καὶ ὁ Καῖσαρ ἔκσπονδοι γίνονται. Δεδοικέναι μέντοι μὴ τὰς ὑπὲρ ἐκείνων ἀπορρίψαντες θυσίας κωλυθῶσι θύειν καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτῶν, γένηταί τε ἔκσπονδος τῆς ἡγεμονίας ἡ πόλις, εἰ μὴ ταχέως σωφρονήσαντες ἀποδώσουσι τὰς θυσίας, καὶ πρὶν ἐξελθεῖν ἐφ' οὓς ὑβρίκασι τὴν φήμην, διορθώσονται τὴν ὕβριν.

δ'. Ἅμα ταῦτα λέγοντες παρῆγον τοὺς ἐμπείρους τῶν πατρίων ἱερεῖς, ἀφηγουμένους ὅπως πάντες οἱ πρόγονοι τὰς ἀπὸ τῶν ἀλλογενῶν θυσίας ἀπεδέχοντο. Προσεῖχε δὲ οὐδεὶς τῶν νεωτεριζόντων, ἀλλ' οὐδὲ προσῄεσαν οἱ λειτουργοί, τὴν τοῦ πολέμου καταβολὴν ἐνσκευαζόμενοι. Συνειδότες οὖν οἱ δυνατοὶ τήν τε στάσιν ἤδη δυσκαθαίρετον ὑπ' αὐτῶν οὖσαν καὶ τὸν ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων κίνδυνον ἐπὶ πρώτους αὐτοὺς ἀφιξόμενον, ἀπεσκευάζοντο τὰς αἰτίας, καὶ πρέσβεις οὓς μὲν πρὸς Φλῶρον ἔπεμψαν, ὧν ἦρχεν υἱὸς Ἀνανίου Σίμων, οὓς δὲ πρὸς Ἀγρίππαν, ἐν οἷς καὶ ἦσαν ἐπίσημοι, Σαῦλός τε καὶ Ἀντίπας καὶ Κοστόβαρος, προσήκοντες τῷ βασιλεῖ κατὰ γένος. Ἐδέοντο δὲ ἀμφοτέρων ἀναβῆναι μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν πόλιν, καί, πρὶν γενέσθαι δυσκαθαίρετον, ἐπικόψαι τὴν στάσιν. Φλώρῳ μὲν οὖν τοῦτο δεινὸν εὐαγγέλιον ἦν, καὶ προῃρημένος ἐξάπτειν τὸν πόλεμον, οὐδὲν ἀπεκρίνατο τοῖς πρεσβευταῖς. Ἀγρίππας δέ, κηδόμενος ἐπ' ἴσης τῶν τε ἀφισταμένων καὶ πρὸς οὓς ὁ πόλεμος ἠγείρετο, βουλόμενός τε Ῥωμαίοις μὲν Ἰουδαίους σώζεσθαι, Ἰουδαίοις δὲ τὸ ἱερὸν καὶ τὴν μητρόπολιν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῷ λυσιτελήσειν τὴν ταραχὴν ἐπιστάμενος, ἔπεμψε τοὺς ἐπαμυνοῦντας τῷ δήμῳ τρισχιλίους ἱππεῖς, Αὐρανίτας τε καὶ Βαταναίους καὶ Τραχωνίτας, ὑπὸ Δαρείῳ μὲν ἱππάρχῳ, στρατηγῷ δὲ τῷ Ἰακίμου Φιλίππῳ.

ε'. Τούτοις θαρσήσαντες οἱ δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ πᾶν ὅσον τοῦ πλήθους εἰρήνην ἠγάπα, τὴν ἄνω καταλαμβάνονται πόλιν· τῆς κάτω γὰρ τὸ στασιάζον ἐκράτει καὶ τοῦ ἱεροῦ. Χερμάσι μὲν οὖν καὶ τοῖς ἑκηβόλοις ἀδιαλείπτως ἐκέχρηντο, καὶ συνεχεῖς ἦσαν βελῶν ἀφέσεις ἐξ ἑκατέρων τῶν κλιμάτων. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ κατὰ λόχους ἐκτρέχοντες συστάδην ἐμάχοντο, τόλμαις μὲν οἱ στασιασταὶ προέχοντες, ἐμπειρίᾳ δὲ οἱ βασιλικοί. Καὶ τούτοις μὲν ἦν ἀγὼν τοῦ ἱεροῦ κρατῆσαι μάλιστα καὶ τοὺς μιαίνοντας τὸν ναὸν ἐξελάσαι· τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον στασιασταῖς, πρὸς οἷς εἶχον καὶ τὴν ἄνω πόλιν προσλαβεῖν. Ἑπτὰ μὲν οὖν ἡμέραις συχνὸς ἀμφοτέρων φόνος ἐγίνετο· οὐδέτεροι δὲ τοῦ καταληφθέντος μέρους εἶχον.

ϛ'. Τῇ δὲ ἑξῆς τῆς τῶν ξυλοφορίων ἑορτῆς οὔσης, ἐν ᾗ πᾶσιν ἔθος ὕλην τῷ βωμῷ προσφέρειν, ὅπως μήποτε τροφὴ τῷ πυρὶ λίποιτο (διαμένει γὰρ ἄσβεστον

ab ipsis in se attrahentes, circa exterorum religionem nova statuere, suoque cum periculo civitatem impietatis ream facturos esse, si apud Judæos solos externo alicui nefas sit hostias immolare aut adorare. Et si quis ejusmodi legem de privato aliquo ferret, indignari quasi sciisceretur inhumanitas, nihil vero curare, quod Romanis et Cæsari ipsi hoc beneficio interdicatur. Attamen verendum esse ne qui immolandas pro illis hostias repellant, etiam ipsi pro se rem divinam facere prohibeantur, atque de imperii jure excidat civitas, nisi continuo ad sanam mentem reducti victimas offerri permiserint, atque injuriæ satisfactum sit antequam ad injuria affectos fama pervenerit.

4. Simul ac ista dicerent, in medium producebant sacerdotes consuetudinum patriarum peritissimos, qui narrarent quod majores sui omnes victimas ab alienigenis acceperint. Nemo autem res novas molientium animum advertebat, imo ne ad munia quidem sua obeunda accesserunt altaris ministri, id agentes ut bellum excitarent. Quum igitur optimates secum reputassent seditionem jam ab ipsis tolli non posse primumque, se in periculum ac discrimen vocatum iri a Romanis, sese culpa liberare studebant; et legatos quidem alios ad Florum miserunt, quorum princeps erat Simon Ananiæ filius, alios vero ad Agrippam, inter quos eminebant Saulus et Antipas et Costobarus, regi affinitate juncti. Obsecrabant autem utrumque ut cum exercitu in civitatem ascenderent, et seditionem opprimerent, priusquam fiat expugnatu difficilis. Et Floro quidem malum istud lætissimum afferebat nuncium, volensque bellum accendere nihil respondit legatis. Verum Agrippa ex æquo utrisque prospiciens, tam iis qui defecerant, quam bello lacessitis, cupiensque et Romanis Judæos conservare, et Judæis templum atque metropolin, ad hæc nec sibi e re fore tumultus sciens, misit in auxilium populo tria equitum millia, Auranitas ac Batanæos et Trachonitas, sub Dario equitum præfecto, duce vero Philippo Jacimi filio.

5. Optimates et pontifices et quotquot e plebe pacem amabant, quum istis freti essent, urbem superiorem occupant; nam inferiorem et templum in potestate sua habebant seditiosi. Et missilibus quidem et fundis indesinenter utebantur, et ex utraque regione crebro telorum jactu rem gerebant. Quandoque etiam turmatim excurrentes cominus pugnabant, seditiosi quidem audacia superiores, belli vero scientia regii. Et hi quidem certabant ut ante omnia templum occuparent, et ædem profanantes inde abigerent: seditiosi vero qui ab Eleazaro stabant, ut iis quæ in ipsorum potestate erant superiorem etiam urbem adjicerent. Et per septem quidem dies magna utrinque facta erat cædes: neutri vero de loco quem tenuerant cedebant.

6. Die autem sequenti, quum ageretur Ligniferii festum, in quo mos est omnibus magnam lignorum vim ad aram comportare, ne quo tempore ad alendos ignes materia

ἀεί), τοὺς μὲν διαφόρους τῆς θρησκείας ἐξέκλεισαν, τῷ δὲ ἀσθενεῖ λαῷ συνεισρυέντας πολλοὺς τῶν Σικαρίων (οὕτω γὰρ ἐκάλουν τοὺς λῃστὰς ἔχοντας ὑπὸ τοῖς κόλποις τὰ ξίφη) προσλαβόντες θαρραλεώτερον ἥπτοντο τῆς ἐπιθέσεως. Ἡττῶντο δὲ οἱ βασιλικοὶ πλήθει τε καὶ τόλμῃ, καὶ βιασαμένοις εἶχον ἐκ τῆς ἄνω πόλεως. Οἱ δὲ ἐπιπεσόντες τήν τε Ἀνανίου τοῦ ἀρχιερέως οἰκίαν καὶ τὰ Ἀγρίππα καὶ τὰ Βερενίκης κατέκαυσαν βασίλεια· μεθ' ἃ τὸ πῦρ ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα ἔφερον, ἀφανίσαι σπεύδοντες τὰ συμβόλαια τῶν δεδανεικότων καὶ τὰς εἰσπράξεις ἀποκόψαι τῶν χρεῶν, ὅπως αὐτοί τε πλῆθος προσλάβωσι τῶν ὠφεληθέντων καὶ μετ' ἀδείας τοῖς εὐπόροις ἐπαναστήσωσι τοὺς ἀπόρους. Φυγόντων δὲ τῶν πρὸς τῷ γραμματοφυλακείῳ τὸ πῦρ ἐνίεσαν. Ἐπεὶ δὲ τὰ νεῦρα τῆς πόλεως κατέφλεξαν, ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐχώρουν. Ἔνθα δὴ τῶν δυνατῶν καὶ τῶν ἀρχιερέων οἱ μὲν εἰς τοὺς ὑπονόμους καταδύντες διελάνθανον, οἱ δὲ σὺν τοῖς βασιλικοῖς εἰς τὴν ἀνωτέρω καταφεύγοντες αὐλὴν ταχέως ἀπέκλεισαν τὰς πύλας, σὺν οἷς Ἀνανίας ὁ ἀρχιερεύς, Ἐζεκίας τε ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ οἱ πρεσβεύσαντες πρὸς Ἀγρίππαν ἦσαν. Τότε μὲν οὖν τῇ νίκῃ καὶ τοῖς ἐμπρησθεῖσιν ἀρκεσθέντες ἀνεπαύσαντο.

ζ'. Τῇ δὲ ἑξῆς (πεντεκαιδεκάτη δὲ ἦν Λώου μηνὸς) ὥρμησαν ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ φρουροὺς δυσὶν ἡμέραις πολιορκήσαντες αὐτούς τε εἷλον καὶ κατέσφαξαν καὶ τὸ φρούριον ἐνέπρησαν. Ἔπειτα μετέβαινον εἰς τὴν αὐλήν, εἰς ἣν οἱ βασιλικοὶ κατέφυγον, καὶ διανείμαντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς τέσσαρα μέρη τῶν τειχῶν ἐπειρῶντο. Τῶν δὲ ἔνδον πρὸς ἐκδρομὴν μὲν οὐδεὶς ἐθάρρει, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐφεστώτων, διιστάμενοι δὲ ἐπὶ τὰ θωρακεῖα καὶ τοὺς πύργους, ἔβαλλον τοὺς προσιόντας, καὶ συχνοὶ τῶν λῃστῶν ὑπὸ τοῖς τείχεσιν ἔπιπτον. Οὔτε δὲ νυκτὸς οὔτε ἡμέρας διέλιπεν ἡ συμβολή, τῶν μὲν στασιαστῶν ἀπαγορεύσειν τοὺς ἔνδον οἰομένων ἐνδείᾳ τροφῆς, τῶν δὲ ἔνδον καματώσειν τοὺς πολιορκοῦντας.

(ΛΒ'.) η'. Κἀν τούτῳ Μανάημός τις, υἱὸς Ἰούδα τοῦ καλουμένου Γαλιλαίου, ὃς ἦν σοφιστὴς δεινότατος, καὶ ἐπὶ Κυρηνίου ποτὲ Ἰουδαίους ὀνειδίσας ὅτι Ῥωμαίοις ὑπετάσσοντο μετὰ τὸν Θεόν, ἀναλαβὼν τοὺς γνωρίμους ἀνεχώρησεν εἰς Μασάδαν· ἔνθα τὴν Ἡρώδου τοῦ βασιλέως ὁπλοθήκην ἀναρρήξας καὶ πρὸς τοῖς δημόταις ἑτέρους λῃστὰς καθοπλίσας, τούτοις τε χρώμενος δορυφόροις οἷα δὴ βασιλεὺς ἐπάνεισιν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ γενόμενος ἡγεμὼν τῆς στάσεως διέτασσε τὴν πολιορκίαν. Ἀπορία δὲ ἦν ὀργάνων, καὶ φανερῶς ὑπορύσσειν τὸ τεῖχος οὐχ οἷόντε ἦν ἄνωθεν βαλλομένους. Ὑπόνομον δὴ πόρρωθεν ἐφ' ἕνα τῶν πύργων διορύξαντες ἀνακρημνᾶσιν αὐτόν, ἔπειτα τὴν κατέχουσαν ὕλην ἐμπρήσαντες ἐξῆλθον. Ὑποκαέντων δὲ τῶν στηριγμάτων ὁ μὲν πύργος ἐξαίφνης κατασείεται, τεῖχος δὲ ἕτερον ἔνδοθεν ἀντῳκοδομημένον διεφάνη· τὴν γὰρ ἐπιβουλὴν αὐτῶν προαισθόμενοι, τάχα καὶ τοῦ πύργου κινηθέντος ὡς ὑπωρύττετο, δεύτερον ἑαυτοῖς ἔρυμα κατεσκεύασαν. Πρὸς

deesset (nunquam enim exstinguuntur), adversarios quidem ab istius observantia excluserunt : quum autem multos e sicariis sibi adjunxissent (ita enim latrones vocabant sicas sub sinubus gestantes), una cum infirmiori plebe irruentes, aliquanto audacius ad rem adoriendam se accinxerunt. Regii vero numero et audacia superabantur, et superiori urbe cedebant violenter irruentibus. Illi vero, quum impressionem fecissent, et Ananiæ pontificis domum et Agrippæ Berenicesque regias incenderunt : ac deinde ignem tabulariis intulerunt, creditorum instrumenta abolere festinantes, et æs alienum dissolvere, ut et ipsi debitorum magnam multitudinem sibi adjungerent, et egenos insolentius in locupletes insurgere facerent. Hinc quum fugissent tabularum custodes, ignem injecerunt. Postquam vero nervos civitatis combusserant, in adversarios irruebant. Tunc itaque ex optimatibus quidem et pontificibus nonnulli in cloacas sese abdiderunt, alii vero cum regiis in superiorem regiam sese recipientes continuo portas occluserunt, in quibus erant Ananias pontifex et frater ejus Ezechias, et qui legationem obierant ad Agrippam. Et tunc quidem victoria et igne absumptis contenti quieverunt.

7. Postridie vero, mensis scilicet Loi die decima quinta, impetum in Antoniam fecerunt, et omnes in ea præsidiarios, per biduum obsessos, ceperunt atque interfecerunt, et arcem incenderunt. Postea vero transierunt in palatium, quo regii confugerant : quumque semel in quattuor agmina divisissent, muros evertere moliebantur. At eorum qui intus erant nemo quidem ausus est excursionem facere, propter oppugnantium multitudinem, sed distributi per propugnacula et turres feriebant subeuntes, crebrique latrones sub muris cadebant. Interdiu autem noctuque confligere non cessabant, seditiosis quidem fore existimantibus ut præ victus inopia fatiscerent qui in præsidio erant, regiis vero credentibus oppugnatores labori cessuros.

(XXXII.) 8. Interea Manahemus quidam, Judæ Galilæi qui vocabatur filius (qui sophista erat acerrimus, et quondam tempore Quirinii Judæis exprobraverat, quod post Deum subjicerentur Romanis), assumptis quibusdam e nobilioribus perrexit in Masadam : ubi quum Herodis regis armamentarium perrupisset, et populares aliosque latrones armis instruxisset, adeoque illis satellitibus uteretur, veluti rex Hierosolyma revertitur, factusque seditiosorum dux statuit de omnibus ad obsidionem spectantibus. Machinarum autem inopia laborabant, nec poterant palam suffodere muros, telis ab hostibus desuper petiti. Cuniculum igitur e longinquo ad unam e turribus agentes, eum fornicatum et suspensum relinquunt, deinde in sustinentia ligna igne immisso egrediuntur. Quum autem exusti essent subices, turris quidem illico concutitur, alter autem murus intus et ex adverso ædificatus conspiciebatur. Nam regii molitiones eorum præsentientes, turri forsan quum suffossa esset motu agitata, aliud sibi munimentum exstruxerunt. Quod

ὃ τῶν μὲν ἀδοκήτως ἰδόντων καὶ κρατεῖν ἤδη πεπεισμένων κατάπληξις ἦν, οἱ δὲ ἔνδοθεν πρός τε τὸν Μανάϊμον καὶ τοὺς ἐξάρχοντας τῆς στάσεως ἔπεμπον, ἀξιοῦντες ἐξελθεῖν ὑπόσπονδοι. Καὶ δοθὲν μόνοις τοῖς βασιλικοῖς καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις, οἱ μὲν ἐξῄεσαν, ἀπορία δὲ τοὺς Ῥωμαίους καταλειφθέντας μόνους ὑπέλαβεν. Οὔτε γὰρ βιάσασθαι τοσοῦτον πλῆθος ἐδύναντο καὶ τὸ δεξιὰν αἰτεῖν ὄνειδος ὑπελάμβανον, πρὸς τῷ μηδὲ πιστεύειν εἰ διδοῖτο. Καταλιπόντες δὴ τὸ στρατόπεδον, ὡς εὐάλωτον, ἐπὶ τοὺς βασιλικοὺς ἀνέφυγον πύργους, τόν τε Ἱππικὸν καλούμενον καὶ τὸν Φασάηλον καὶ Μαριάμμην. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μανάϊμον εἰσπεσόντες ὅθεν οἱ στρατιῶται διέφυγον, ὅσους τε αὐτῶν κατέλαβον μὴ φθάσαντας ἀνελθεῖν διέφθειραν, καὶ τὰς ἀποσκευὰς διαρπάσαντες ἐνέπρησαν τὸ στρατόπεδον. Ταῦτα μὲν οὖν ἕκτῃ Γορπιαίου μηνὸς ἐπράχθη.

θʹ. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ὅ τε ἀρχιερεὺς Ἀνανίας περὶ τὸν τῆς βασιλικῆς αὐλῆς εὔριπον διαλανθάνων ἁλίσκεται, καὶ πρὸς τῶν λῃστῶν ἀναιρεῖται σὺν Ἐζεκίᾳ τῷ ἀδελφῷ· καὶ τοὺς πύργους ἐπισχόντες οἱ στασιασταὶ παρεφύλαττον, μή τις τῶν στρατιωτῶν διαφύγῃ. Τὸν δὲ Μανάϊμον ἥ τε τῶν ὀχυρῶν καταστροφὴ χωρίων καὶ ὁ τοῦ ἀρχιερέως Ἀνανίου θάνατος ἐτύφωσεν εἰς ὠμότητα· καὶ μηδένα νομίζων ἔχειν ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ἀντίπαλον, ἀφόρητος ἦν τύραννος. Ἐπανίστανται δὲ οἱ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον αὐτῷ, καὶ λόγον ἀλλήλοις δόντες, ὡς οὐ χρὴ Ῥωμαίων ἀποστάντας δι' ἐλευθερίας πόθον καταπροέσθαι ταύτην οἰκείῳ δήμῳ, καὶ δεσπότην φέρειν, εἰ καὶ μηδὲν πράττοι βίαιον, ἀλλ' οὖν ἑαυτῶν ταπεινότερον. Εἰ γὰρ καὶ δέοι τινὰ τῶν ὅλων ἀφηγεῖσθαι, παντὶ μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ προσήκειν συντίθενται, καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ἐπιχειροῦν αὐτῷ· σοβαρὸς γὰρ ἀναβεβήκει προσκυνήσων, ἐσθῆτί τε βασιλικῇ κεκοσμημένος καὶ τοὺς ζηλωτὰς ἐνόπλους ἐφελκόμενος. Ὡς δὲ οἱ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον ἐπ' αὐτὸν ὥρμησαν, ὅ τε λοιπὸς δῆμος ἐπὶ τὰς ὁρμὰς λίθους ἁρπάσαντες τὸν σοφιστὴν ἔβαλλον, οἰόμενοι τούτου καταλυθέντος διαστρέψειν ὅλην τὴν στάσιν, πρὸς ὀλίγον οἱ περὶ τὸν Μανάϊμον ἀντισχόντες, ὡς εἶδον πᾶν ἐπ' αὐτοὺς τὸ πλῆθος ὁρμῆσαν, ἔφευγον ὅπῃ τις ἴσχυεν· καὶ φόνος μὲν ἦν τῶν καταληφθέντων, ἔρευνα δὲ τῶν ἀποκρυπτομένων. Καὶ διεσώθησαν ὀλίγοι, λάθρα διαδράντες εἰς Μασάδαν, σὺν οἷς Ἐλεάζαρος, υἱὸς Ἰαείρου, προσήκων τῷ Μαναΐμῳ κατὰ γένος, ὃς ὕστερον ἐτυράννησε τῆς Μασάδας· αὐτόν τε τὸν Μανάϊμον, εἰς τὸν καλούμενον Ὀφλᾶν συμφυγόντα, κἀκεῖ ταπεινῶς ὑπολανθάνοντα ζωγρήσαντες, εἰς τὸ φανερὸν ἐξεῖλκυσαν, καὶ πολλαῖς αἰκισάμενοι βασάνοις ἀνεῖλον· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἡγεμόνας, τόν τε ἐπισημότατον τῆς τυραννίδος ὑπηρέτην Ἀψάλωμον.

ιʹ. Ὁ μὲν οὖν δῆμος, ὡς ἔφην, εἰς ταῦτα συνήργησεν, ἐλπίζων τινὰ τῆς ὅλης στάσεως λαμβάνειν διόρθωσιν· οἱ δὲ οὐ καταλῦσαι τὸν πόλεμον σπεύδοντες, ἀλλὰ ἀδεέστερον πολεμεῖν, Μανάϊμον ἀνῃρήκεσαν. Ἀμέλει

ubi oppugnatores præter opinionem aspexerant, quum se victores esse crediderint, animis quidem consternati erant, obsessi vero ad Manahemum et seditionis auctores mittebant qui obsecrarent ut sibi liceret fide data exire. Quo regiis solis et indigenis concesso, illi quidem egressi sunt: Romani autem, qui soli relicti, animis anxii erant et dejecti. Tam ingentem quippe multitudinem perrumpere non poterant, petereque ut dextra fidei sibi porrigeretur ignominiosum esse existimabant, præsertim quum ne credendum quidem illis esset, etiamsi fides daretur. Castris itaque desertis, ut quæ facile capi possent, ad turres regias confugerunt, quarum una Hippicus appellabatur, altera Phasaelus, tertia Mariamne. Qui vero cum Manahemo erant, protinus irrruentes in locum e quo milites fugerant, quotquot eorum comprehenderant ante ascensum, trucidarunt, direptisque impedimentis castra incenderunt. Et ista quidem acta sunt die sexto mensis Gorpiæi.

9. Sequenti autem die Ananias pontifex in regiæ domus aquæ ductu latitans captus est, et a latronibus quum fratre Ezechia interfectus: atque seditiosi, cum turres obsedissent, sedulo cavebant né quis militum fuga dilaberetur. Manahemum autem et locorum munitorum eversio et Ananiæ pontificis mors crudelitate implevit; credensque se in rebus gerendis habere parem neminem, tyrannus non ferendus evasit. Qui vero cum Eleazaro erant, in eum insurrexerunt, postquam ultro citroque sermones habuerant quod non deceret a Romanis desiderio libertatis deficientes eandem cuidam e popularibus suis prodere, dominumque ferre, etsi vim nullum adhibentem, se ipsis tamen humiliorem. Nam si oporteat etiam rerum summæ præesse aliquem hoc ad quemvis magis alium quam ad illum pertinere uno ore fatentur, atque ita eum in templo adoriuntur: magno enim fastu ad Deum colendum ascenderat, veste regia indutus, suique studiosos armatos secum trahens. Quum autem socii amicique Eleazari in eum irruissent, reliqui etiam e populo, ubi illi impetum fecerant, lapides corripuerunt et in sophistam jaciebant, existimantes omnem illo interemtpo disjectum iri seditionem. Exiguum ad tempus Manahemo suisque resistentibus, ubi universos in ipsos irruentes viderunt, quo quisque valebat fuga se recipiunt, et cædes facta est eorum qui comprehensi sunt, et inquisitio de iis qui sése in latebras abdiderant. Pauci ex eis clam in Masadam perfugerunt, in quibus Eleazarus Jairi filius, Manahemo affinitate junctus, qui postea in Masada tyrannidem exercuit: ipsumque Manahemum, quum in locum Ophlan vocatum fugisset, atque illic abjecte admodum delitesceret, captum in medium produxerunt, multisque cruciatibus vexatum interfecerunt; similiter etiam quotquot sub ipso duces erant, maximeque insignem tyrannidis ministrum Absalomum.

10. Et populus quidem ad illa, uti dicebam, operam suam contulit, fore sperans ut medela quædam toti seditioni adhiberetur: isti vero, ut qui non studerent bellum comprimere, sed majori cum insolentia in eo versari, Manahe-

τοῦ δήμου πολλὰ τοῖς στρατιώταις ἀνεῖναι τὴν πολιορκίαν παρακαλοῦντος, οἱ δὲ προσέκειντο χαλεπώτερον, μέχρι μηκέτι ἀντέχοντες οἱ περὶ τὸν Μετίλιον (οὗτος γὰρ ἦν τῶν Ῥωμαίων ἔπαρχος) διαπέμπονται πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἐλεάζαρον, ἐξαιτούμενοι μόνας τὰς ψυχὰς ὑποσπόνδους, τὰ δὲ ὅπλα καὶ τὴν λοιπὴν κτῆσιν παραδώσειν λέγοντες. Οἱ δὲ, καὶ τὴν ἱκεσίαν ἁρπάσαντες, ἀπέπεμψαν πρὸς αὐτοὺς Γωρίωνά τε, Νικομήδους υἱὸν, καὶ Ἀνανίαν Σαδδουκὶ καὶ Ἰούδαν Ἰωνάθου, δεξιάς τε καὶ ὅρκους δώσοντας. Ὧν γενομένων κατῆγε τοὺς στρατιώτας ὁ Μετίλιος. Οἱ δὲ μέχρι μὲν ἦσαν ἐν τοῖς ὅπλοις, οὔτε ἐπεχείρει τις τῶν στασιαστῶν αὐτοῖς οὔτε ἐνέφαινεν ἐπιβουλήν· ὡς δὲ κατὰ τὰς συνθήκας ἅπαντες ἀπέθεντο τοὺς θυρεοὺς καὶ τὰ ξίφη, καὶ μηδὲν ἔτι ὑποπτεύοντες ἀνεχώρουν, ὥρμησαν ἐπ' αὐτοὺς οἱ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον, καὶ περισχόντες ἀνῄρουν, οὔτε ἀμυνομένους οὔτε ἱκετεύοντας, μόνας δὲ τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους ἀναβοῶντας. Καὶ οἱ μὲν οὕτως ὠμῶς ἀπεσφάγησαν ἅπαντες πλὴν Μετιλίου (τοῦτον γὰρ ἱκετεύσαντα καὶ μέχρι περιτομῆς ἰουδαΐσειν ὑποσχόμενον διέσωσαν μόνον), τὸ δὲ πάθος Ῥωμαίοις μὲν ἦν κοῦφον (ἐκ γὰρ ἀπλέτου δυνάμεως ἀπαναλώθησαν ὀλίγοι), Ἰουδαίοις δὲ προοίμιον ἁλώσεως ἔδοξε. Καὶ κατιδόντες ἀνηκέστους μὲν ἤδη τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου, τὴν δὲ πόλιν τηλικούτῳ μιάσματι πεφυρμένην, ἐξ οὗ δαιμόνιόν τι μήνιμα προσδοκᾶν εἰκὸς ἦν, εἰ καὶ μὴ τὴν ἐκ Ῥωμαίων ἄμυναν, ἐπένθουν δημοσίᾳ, καὶ πλήρης μὲν κατηφείας ἦν ἡ πόλις, ἕκαστος δὲ τῶν μετρίων, ὡς αὐτὸς ὑπὲρ τῶν στασιαστῶν δίκας δώσων, ἐτετάρακτο. Καὶ γὰρ δὴ σαββάτῳ συνέβη πραχθῆναι τὸν φόνον, ἐν ᾧ διὰ τὴν θρησκείαν τῶν ὁσίων ἔργων ἔχουσιν ἐκεχειρίαν.

ΚΕΦ. ΙΗ΄.

Τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρας καὶ ὥρας, ὥσπερ ἐκ δαιμονίου προνοίας, ἀνῄρουν οἱ Καισαρεῖς τοὺς παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίους, ὡς ὑπὸ μίαν ὥραν ἀποσφαγῆναι μὲν ὑπὲρ δισμυρίους, κενωθῆναι δὲ πᾶσαν Ἰουδαίων τὴν Καισάρειαν. Καὶ γὰρ τοὺς διαφεύγοντας ὁ Φλῶρος συλλαβὼν κατήγαγε δεσμώτας εἰς τὰ νεώρια. Πρὸς δὲ τὴν ἐκ τῆς Καισαρείας πληγὴν ὅλον τὸ ἔθνος ἐξαγριοῦται, καὶ διαμερισθέντες τάς τε κώμας τῶν Σύρων καὶ τὰς προσεχεῖς ἐπόρθουν πόλεις, Φιλαδέλφειάν τε καὶ Σεβωνῖτιν καὶ Γέρασαν καὶ Πέλλαν καὶ Σκυθόπολιν. Ἔπειτα Γαδάροις καὶ Ἵππῳ καὶ τῇ Γαυλανίτιδι προσπεσόντες, καὶ τὰς μὲν καταστρεψάμενοι, τὰς δὲ ὑποπρήσαντες, ἐχώρουν ἐπὶ Κέδασαν τὴν Τυρίων καὶ Πτολεμαΐδα Γάβαν τε καὶ Καισάρειαν. Ἀντέσχε δὲ οὐδὲ Σεβαστὴ ταῖς ὁρμαῖς αὐτῶν, οὐδὲ Ἀσκάλων· ἀλλ' ἐπὶ ταύταις πυρποληθείσαις Ἀνθηδόνα καὶ Γάζαν κατέσκαπτον. Πολλαὶ δὲ περὶ ἑκάστην τούτων τῶν πόλεων ἀνηρπάζοντο κῶμαι, καὶ τῶν ἁλισκομένων ἀνδρῶν φόνος ἦν ἄπειρος.

β΄. Οὐ μὴν οἱ Σύροι τῶν Ἰουδαίων ἔλαττον πλῆθος ἀνῄρουν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι λαμβανο-

mum de medio sustulerant. Denique quum populus multis verbis obsecraret ut milites oppugnare desinerent, illi acrius insistebant, donec Metilius (is enim Romanorum erat præfectus) cum suis, diutius non valentes resistere, mitterent ad Eleazarum sociosque, suppliciter orantes ut fide data egredi liceret salvis tantum capitibus, dicentesque se arma et impedimenta sua eis tradituros. Illi autem, quum petitioni statim concessissent, mittunt ad eos Gorionem Nicodemi et Ananiam Sadduci et Judam Jonathæ filios, qui jurejurando interposito fidem darent. Qua re peracta milites suos deducebat Metilius. Et quam diu illis quidem arma supererant, e seditiosis nemo aut illos aggrediebatur, aut insidiis attentabat: quum primum vero ex pacto omnes scuta et gladios deposuissent, et nihil suspicantes discedere pararent, impetum in eos fecerunt Eleazari comites, et comprehensos trucidabant, neque resistentes neque supplicantes, solas autem pactiones et fidem jurejurando datam inclamantes. Et hi quidem tanta cum crudelitate interfecti sunt omnes, præter Metilium: hunc enim, quum eis supplicasset pollicitusque esset usque ad circumcisionem quoque se Judæum futurum, solum servarunt: damnum tamen Romanis quidem erat leviusculum, ut qui ex ingenti exercitu non multos amiserint, Judæis vero ad excidium proludere visum est. Quum autem vidissent dimoveri non posse belli causas, tantoque flagitio pollutam esse civitatem, ex quo fas erat ominari Deum ira exarsurum, etiamsi in ipsos non vindicatum irent Romani, publice lugebant, et urbs tota in mœstitia erat, moderati vero quique earum, quas ipsi pro seditiosis pœnas daturi essent, metu percellebantur. Quippe sabbato cædem istam perpetrari contigerat, quo die propter sacri cultus solennitatem ab operibus cessant.

CAP. XVIII. (XXXIII.)

Eodem autem die horaque eadem, quasi divina providentia ita acciderit, Cæsarenses Judæos qui apud ipsos erant interimebant, ita ut una hora super viginti hominum millia cæderentur, et Cæsarea omnis vacua facta sit Judæis. Nam fuga dilapsos comprehendit Florus, et vinctos ad navalia deducebat. Nunciata autem hac e Cæsarea clade, tota Judæorum gens efferata est: divisique et Syrorum vicos et finitimas civitates vastabant, Philadelphiam et Sebonitin, et Gerasam et Pellam et Scythopolin. Deinde quum in Gadara et Hippon et Gaulanitidem impetum fecissent, et loca quædam evertissent, aliaque incendissent, recta ibant ad Codasam Tyriorum et Ptolemaidem, Gabamque et Cæsaream. Eorumque incursibus neque Sebaste resistebat, neque Ascalon, sed quum eas flammis vastassent, Anthedonem et Gazam funditus everterunt. Multi etiam istis civitatibus finitimi vici diripiebantur, virorumque quos ceperant ingens facta est cædes.

2. Verumtamen Syri non minorem Judæorum multitudinem occidebant: sed et ipsi in civitatibus comprehensos

μένους ἀπέσφαττον οὐ μόνον κατὰ μῖσος, ὡς πρότερον, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸν ἐφ' ἑαυτοῖς κίνδυνον φθάνοντες. Δεινὴ δὲ ὅλην τὴν Συρίαν ἐπέσχε ταραχὴ καὶ πᾶσα πόλις εἰς δύο διῄρητο στρατόπεδα· σωτηρία δὲ τοῖς ἑτέροις ἦν τὸ τοὺς ἑτέρους φθάσαι· καὶ τὰς μὲν ἡμέρας ἐν αἵματι διῆγον, τὰς δὲ νύκτας δέει χαλεπωτέρας. Ἀπεσκευάσθαι γὰρ τοὺς Ἰουδαίους δοκοῦντες ἕκαστοι, τοὺς Ἰουδαΐζοντας εἶχον ἐν ὑποψίᾳ, καὶ τὸ παρ' ἑκάστοις ἀμφίβολον οὔτε ἀνελεῖν τις προχείρως ὑπέμενε καὶ μεμιγμένον ὡς βεβαίως ἀλλόφυλον ἐφοβεῖτο. Προὐκαλεῖτο δὲ ἐπὶ τὰς σφαγὰς τῶν διαφόρων καὶ τοὺς πάλαι πραοτάτους εἶναι δοκοῦντας ἡ πλεονεξία· τὰς γὰρ οὐσίας τῶν ἀναιρεθέντων ἀδεῶς διήρπαζον, καὶ καθάπερ ἐκ παρατάξεως τὰ σκῦλα τῶν ἀνῃρημένων εἰς τοὺς σφετέρους οἴκους μετέφερον· ἔνδοξός τε ἦν ὁ πλεῖστα κερδάνας, ὡς κατισχύσας πλειόνων. Ἦν δὲ ἰδεῖν τὰς πόλεις μεστὰς ἀτάφων σωμάτων, καὶ νεκροὺς ἅμα νηπίοις γέροντας ἐρριμμένους, γύναιά τε μηδὲ τῆς ἐπ' αἰδοῖ σκέπης μετειληφότα, καὶ πᾶσαν μὲν τὴν ἐπαρχίαν μεστὴν ἀδιηγήτων συμφορῶν, μείζονα δὲ τῶν ἑκάστοτε τολμωμένων τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπειλουμένοις μετάστασιν.

(ΛΔ'.) γ'. Μέχρι μὲν δὴ τούτων Ἰουδαίοις πρὸς τὸ ἀλλόφυλον ἦσαν συμβολαί· κατατρέχοντες δὲ εἰς Σκυθόπολιν τοὺς παρ' ἐκείνῃ Ἰουδαίους ἐπειράσαντο πολεμίους. Ταξάμενοι γὰρ μετὰ τῶν Σκυθοπολιτῶν καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας ἐν δευτέρῳ θέμενοι τὴν συγγένειαν, ὁμόσε τοῖς ὁμοφύλοις ἐχώρουν. Ὑπωπτεύθη δὲ αὐτῶν καὶ τὸ λίαν πρόθυμον. Οἱ γοῦν Σκυθοπολῖται δείσαντες μὴ νύκτωρ ἐπιχειρήσωσι τῇ πόλει καὶ μετὰ μεγάλης αὐτῶν συμφορᾶς τοῖς οἰκείοις ἀπολογήσωνται περὶ τῆς ἀποστάσεως, ἐκέλευον αὐτούς, εἰ βούλονται τὴν ὁμόνοιαν βεβαιῶσαι καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἀλλοεθνεῖς πιστὸν ἐπιδείξασθαι, μεταβαίνειν ἅμα ταῖς γενεαῖς εἰς τὸ ἄλσος. Τῶν δὲ ποιησάντων τὸ προσταχθὲν χωρὶς ὑποψίας, δύο μὲν ἡμέρας ἠρέμησαν οἱ Σκυθοπολῖται, τὴν πίστιν αὐτῶν δελεάζοντες, τῇ δὲ τρίτῃ νυκτὶ παρατηρήσαντες οὓς μὲν ἀφυλάκτους, οὓς δὲ κοιμωμένους, πάντας ἀπέσφαξαν, ὄντας τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ μυρίους καὶ τρισχιλίους, τάς τε κτήσεις διήρπασαν ἁπάντων.

δ'. Ἄξιον δὲ ἀφηγήσασθαι καὶ τὸ τοῦ Σίμωνος πάθος, ὃς υἱὸς μὲν ἦν Σαούλου τινὸς τῶν οὐκ ἀσήμων, ῥώμῃ δὲ σώματος καὶ τόλμῃ διαφέρων, ἐπὶ κακῷ τῶν ὁμοφύλων ἀμφοτέροις κατεχρήσατο. Προϊὼν γοῦν ὁσημέραι πολλοὺς μὲν ἀνῄρει τῶν πρὸς τῇ Σκυθοπόλει Ἰουδαίων, τρεπόμενος δὲ πολλάκις αὐτοὺς πάντας μόνος ἦν ῥοπὴ τῆς παρατάξεως. Περιέρχεται δὲ αὐτὸν ἀξία ποινὴ τοῦ συγγενικοῦ φόνου. Ἐπεὶ γὰρ περισχόντες οἱ Σκυθοπολῖται κατηκόντιζον αὐτοὺς ἀνὰ τὸ ἄλσος, σπασάμενος τὸ ξίφος ἐπ' οὐδένα μὲν τρέπεται τῶν πολεμίων (καὶ γὰρ ἑώρα τὸ πλῆθος ἀνήνυτον), ἀναβοήσας δὲ μάλα ἐκπαθῶς, « ἄξιά γε ὧν ἔδρασα πάσχω, Σκυθοπολῖται, « καθ' ὑμῶν, ὅτι τοσούτῳ φόνῳ συγγενῶν τὴν πρὸς αὐ- « τοὺς εὔνοιαν ἐπιστωσάμην· τοιγαροῦν οἷς ἄπιστον « μὲν εὐλόγως εὕρηται τὸ ἀλλόφυλον, ἠσέβηται δὲ εἰς

trucidabant, non solum ex odio, uti prius, sed ut periculum quod ipsis imminebat mature prævenirent. Magna autem perturbatio Syriam omnem occupabat, et unaquæque civitas in duos divisa erat exercitus : quibus invicem saluti erat, si alteri alteros prævertissent, vitamque interdiu quidem in cæde agebant, noctu vero in formidine graviori. Nam quum singuli Judæos de medio sublatos esse existimarent, Judaizantes suspectos habebant; atque dubios utrinque et ambiguos haud temere quisquam interficere volebat, permistos tamen cum aliis ut plane alienigenas metuebat. Ad cædes autem adversæ partis eos etiam provocabat avaritia, qui prius summe mansueti esse viderentur : nam cæsorum facultates intrepide diripiebant, et quasi ex acie occisorum spolia in domos suas deportabant; quique plurima lucratus erat, habebatur illustris, ac si plures virtute superasset. Cernere autem erat civitates cadaveribus insepultis refertas, et mortuos projectos cum infantibus senes, et mulieres ipso pudoris velamento nudatas, et totam quidem provinciam calamitatibus infandis plenam, iis vero quæ perpetrabantur majorem intentatam minationem.

(XXXIV.) 3. Et hactenus quidem Judæi conflictati sunt cum alienigenis : excursionem autem facientes in Scythopoleos fines, etiam Judæos illic habitantes experti sunt hostes. Nam quum ad aciem præsto essent Scythopolitis, et affinitatem posthaberent propriæ incolumitati, cum suis popularibus manus conserebant. Suspecta tamen erat hæc illorum promptitudo et alacritas. Itaque Scythopolitæ veriti ne noctu civitatem adorirentur, et magna ipsorum calamitate fratribus excusarent defectionem, illis præcipiebant, si concordiam vellent confirmari suamque alienigenis fidem demonstrari, ut cum familiis suis in lucum transirent. Quum autem illi sine suspicione imperata fecissent, duos quidem dies quieverunt Scythopolitæ, inescantes eorum fiduciam, tertia vero nocte, captata opportunitate, alios quidem incautos, alios vero sopitos, omnes trucidarunt, numero ad tredecim millia, et facultates omnium diripuerunt.

4. Convenit autem enarrare quod Simoni accidit, qui filius quidem erat Sauli cujusdam viri non ignobilis, robore vero corporis et audacia præstans, quibus utrisque in popularium suorum damnum abusus est. Quapropter, quum quotidie immineret, multos quidem Judæorum Scythopoli propinquos occidebat, et frequenter integros eorum cuneos fundens fugansque solus erat instar aciei. Illi autem contigit pœna quam commeruit gentilium cædes. Nam postquam Scythopolitæ circumdantes Judæos in luco jaculis configebant, gladio educto, neminem quidem hostium adoritur (etenim videbat in tanta multitudine se nihil posse efficere), vehementi autem facta exclamatione, « digna, inquit, Scytho- « politæ, iis quæ gessi jam patior a vobis, quippe qui tam « multa civium cæde benevolentiæ erga vos ipsos nostræ « fidem fecerim. Quare justum est ut aliena quidem gens « nobis infida comperiatur, qui extrema in nostrum genus

« ἔσχατα τὸ οἰκεῖον. Θνήσκω μὲν ὡς ἐναγὴς χερσὶν « ἰδίαις· οὐ γὰρ πρέπον ἐν ταῖς τῶν πολεμίων· τὸ δὲ « αὐτὸ ἂν εἴη μοι καὶ ποινὴ τοῦ μιάσματος ἀξία καὶ « πρὸς ἀνδρείαν ἔπαινος, ἵνα μηδεὶς τῶν ἐχθρῶν τὴν « ἐμὴν αὐχήσῃ σφαγήν, μηδὲ ἐπαλαζονεύσηται πε« σόντι. » Ταῦτα εἰπὼν ἐλεοῦσιν ἅμα καὶ τεθυμωμένοις ὄμμασι περισκέπτεται τὴν ἑαυτοῦ γενεάν· ἦν δὲ αὐτῷ καὶ γυνὴ καὶ τέκνα καὶ γηραιοὶ γονεῖς. Ὁ δὲ πρῶτον τὸν πατέρα τῆς πολιᾶς ἐπισπασάμενος διελαύνει τῷ ξίφει, μεθ' ὃν οὐκ ἄκουσαν τὴν μητέρα, καὶ ἐπὶ τούτοις τήν τε γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, μονονουχὶ ὑπαντῶντος ἑκάστου τῷ ξίφει καὶ σπεύδοντος φθάσαι τοὺς πολεμίους. Ὁ δὲ διελθὼν πᾶσαν τὴν γενεὰν καὶ περίοπτος ἐπιστὰς τοῖς σώμασι, τήν τε δεξιὰν ἀνατείνας, ὡς μηδένα λαθεῖν, ὅλον εἰς τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν ἐβάπτισε τὸ ξίφος, ἄξιος μὲν ἐλέους ὁ νεανίας δι' ἀλκὴν σώματος καὶ ψυχῆς παράστημα, τῆς δὲ πρὸς ἀλλοφύλους πίστεως ἕνεκεν ἀκολούθοις πάθεσι χρησάμενος.

ε'. Πρὸς δὲ τὴν ἐν Σκυθοπόλει φθορὰν αἱ λοιπαὶ πόλεις ἐπανίσταντο τοῖς καθ' ἑαυτὴν Ἰουδαίοις ἑκάστη, καὶ πεντακοσίους μὲν ἐπὶ δισχιλίους Ἀσκαλωνῖται, Πτολεμαιεῖς δὲ δισχιλίους ἀνεῖλον, ἔδησάν τε οὐκ ὀλίγους. Καὶ Τύριοι μὲν συχνοὺς διεχρήσαντο, τὸ πλεῖον δὲ αὐτῶν δεσμώτας ἐφρούρουν· Ἱππηνοί τε καὶ Γαδαρεῖς ὁμοίως τοὺς μὲν θρασυτέρους ἀπεσκευάσαντο, τοὺς δὲ φοβεροὺς διὰ φυλακῶν εἶχον, αἵ τε λοιπαὶ πόλεις τῆς Συρίας, ὅπως ἑκάστη πρὸς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἢ μίσους ἢ δέους εἶχον. (ΛΕ'.) Μόνοι δὲ Ἀντιοχεῖς καὶ Σιδώνιοι καὶ Ἀπαμεῖς ἐφείσαντο τῶν μετοικούντων, καὶ οὔτε ἀνελεῖν τινα τῶν Ἰουδαίων ὑπέμειναν οὔτε δῆσαι, τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ σφέτερον πλῆθος ὑπερορῶντες αὐτῶν πρὸς τὰ κινήματα, τὸ πλέον δὲ ἔμοιγε δοκεῖ οἴκτῳ πρὸς οὓς οὐδὲν ἑώρων νεωτερίζοντας. Γερασηνοί τε οὔτε εἰς τοὺς ἐμμείναντας ἐπλημμέλησαν καὶ τοὺς ἐξελθεῖν ἐθελήσαντας προέπεμψαν μέχρι τῶν ὅρων.

ς'. Συνέστη δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀγρίππα βασιλείαν ἐπιβουλὴ κατὰ Ἰουδαίων. Αὐτὸς γὰρ ἐπεπόρευτο πρὸς Κέστιον Γάλλον εἰς Ἀντιόχειαν, καταλελοίπει δὲ διοικεῖν τὰ πράγματα τούτου τῶν ἑταίρων τινὰ τοὔνομα Νόαρον, Σοέμῳ τῷ βασιλεῖ προσήκοντα κατὰ γένος. Ἧκον δὲ ἐκ τῆς Βαταναίας ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες, οἱ κατὰ γένος καὶ σύνεσιν τῶν πολιτῶν δοκιμώτατοι, στρατιὰν αἰτοῦντες, ἵνα εἴ τι γένοιτο κίνημα καὶ περὶ σφᾶς ἔχοιεν ἀξιόχρεων φυλακήν, κωλύειν τοὺς ἐπανισταμένους. Τούτους ὁ Νόαρος, ἐκπέμψας νύκτωρ τῶν βασιλικῶν ὁπλιτῶν τινας, ἅπαντας ἀναιρεῖ, τολμήσας μὲν τοὔργον δίχα τῆς Ἀγρίππα γνώμης, διὰ δὲ φιλαργυρίαν ἄμετρον εἰς τοὺς ὁμοφύλους ἑλόμενος ἀσεβεῖν, τὴν βασιλείαν διέφθειρεν· διετέλει τε ὠμῶς εἰς τὸ ἔθνος παρανομῶν, μέχρι πυθόμενος Ἀγρίππας ἀνελεῖν μὲν αὐτὸν ᾐδέσθη διὰ Σόεμον, ἔπαυσε δὲ τῆς ἐπιτροπῆς. Οἱ δὲ στασιασταὶ καταλαβόμενοι φρούριον ὃ καλεῖται μὲν Κύπρος, καθύπερθε δὲ ἦν Ἱεριχοῦντος, τοὺς μὲν φρουροὺς ἀπέσφαξαν, τὰ δὲ ἐρύματα κατέρριψαν εἰς γῆν.

« impietate deliquerimus. Morior quidem ut exsecrabilis « propriis manibus : haud enim honestum cadere manu « hostili : hoc autem ipsum mihi erit et in pœnam scelere « dignam, et cedet in fortitudinis laudem, ut nemo scili« cet hostium de meo interitu glorietur, neque in caden« tem insultet. » Ista quum dixisset, miserantibus simul et furentibus oculis familiam suam circumspicit : erant autem ei et uxor et liberi et provecta ætate parentes. Ille vero primum patrem, canis capillis prehensum, ense transfigit, post quem et matrem, non invitam, ac deinde uxorem et liberos, singulis horum gladio tantum non occurrentibus. Ille vero, quum omnem suam necessitudinem trucidasset, et super cadaveribus conspicuus stetisset et dextram sustulisset, ut ab omnibus videretur, totum in sui cædem visceribus immersit ensem : dignus quidem miseratione juvenis propter corporis strenuitatem et animi præsentiam; ceterum quantum ad fidem quam alienigenis præstitit, meritas pœnas luit.

5. Post cædem autem in Scythopoli factam reliquæ etiam civitates in Judæos singulæ apud se habitantes insurgebant, atque bis mille homines et quingentos interfecerunt Ascalonitæ, duoque millia Ptolemaenses, et non paucos in vincula conjecerunt. Et Tyrii multos trucidarunt, majorem vero numerum Judæorum custodiis vinctos tradiderunt : similiterque Hippeni et Gadarenses audacissimos quidem de medio sustulerunt, quos vero formidarent sollicite adservabant; itidemque reliquæ Syriæ urbes, prout quæque Judæos metuerent odiove haberent. (XXXV.) Soli autem Antiocheni et Sidonii et Apamenses iis qui secum habitarent pepercerunt, et neque occidere Judæum quenquam aut vincire sustinuerunt, forsan quidem quod, suorum civium multitudine freti, Judæorum motus, si quos concitarent, despectui haberent; potius vero, ut mihi videtur, quod illorum misererentur quos nihil novi moliri videbant. Geraseni etiam eos qui apud ipsos manerent nulla injuria affecerunt, et egredi volentes usque ad fines suos deduxerunt.

6. Etiam in Agrippæ regno contra Judæos compositæ erant insidiæ. Nam ille Antiochiam profectus ad Cestium Gallum rerum administrationem cuidam ex hujus amicis reliquerat, nomine Noaro, Sohemo regi genere propinquo. Venerunt quippe de Batanæa viri numero septuaginta, nobilitate et prudentia civium suorum præstantissimi, poscendi præsidii gratia; ut si qui apud ipsos quoque motus fierent, custodiam idoneam haberent, per quam possent insurgentes quosque comprimere. Hos Noarus, noctu emissis quibusdam e regiis militibus, omnes interimit, ausus quidem hoc facinus præter consilium Agrippæ, propter nimiam vero pecuniæ cupiditatem in populares suos impius esse non recusans, regnum perditum ibat : neque cessabat crudelitatem suam in gentem exercere, donec Agrippa rem rescisceret, qui licet in eum animadvertere propter Soemum veritus esset, munus tamen procuratorium ei ademit. Seditiosi autem, capto castello, quod Cypros appellabatur et Hierichunti imminebat, omnes qui in præsidio erant interfecerunt,

(ΛϚ΄.) Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ τῶν ἐν Μαχαιροῦντι Ἰουδαίων τὸ πλῆθος ἔπειθον τοὺς φρουροῦντας Ῥωμαίους ἐκλείπειν τὸ χωρίον καὶ παραδιδόναι σφίσιν. Οἱ δὲ τὴν ἐκ βίας ἀφαίρεσιν εὐλαβηθέντες συντίθενται πρὸς αὐτοὺς ἐκχωρήσειν ὑπόσπονδοι· καὶ λαβόντες τὰ πιστὰ παραδιδόασι τὸ φρούριον, ὅπερ φυλακῇ κρατυνάμενοι κατεῖχον οἱ Μαχαιρῖται.

ζ΄. Κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀεὶ μὲν ἦν στάσις πρὸς τὸ Ἰουδαϊκὸν τοῖς ἐπιχωρίοις ἀφ᾽ οὗ χρησάμενος προθυμοτάτοις κατὰ τῶν Αἰγυπτίων Ἰουδαίοις Ἀλέξανδρος γέρας τῆς συμμαχίας ἔδωκε τὸ μετοικεῖν κατὰ τὴν πόλιν ἐξ ἰσοτιμίας πρὸς Ἕλληνας. Διέμεινε δὲ αὐτοῖς ἡ τιμὴ καὶ παρὰ τῶν διαδόχων, οἳ καὶ τόπον ἴδιον αὐτοῖς ἀφώρισαν, ὅπως καθαρωτέραν ἔχοιεν τὴν δίαιταν, ἧττον ἐπιμισγομένων τῶν ἀλλοφύλων, καὶ χρηματίζειν ἐπέτρεψαν Μακεδόνας. Ἐπεί τε Ῥωμαῖοι κατεκτήσαντο τὴν Αἴγυπτον, οὔτε Καῖσαρ ὁ πρῶτος οὔτε τῶν μετ᾽ αὐτόν τις ὑπέμεινε τὰς ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τιμὰς Ἰουδαίων ἐλαττῶσαι. Συμβολαὶ δὲ ἦσαν αὐτῶν ἀδιάλειπτοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, καὶ τῶν ἡγεμόνων πολλοὺς ὁσημέραι παρ᾽ ἀμφοῖν κολαζόντων ἡ στάσις μᾶλλον παρωξύνετο. Τότε δὲ ὡς καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐτετάρακτο, μᾶλλον ἐξήφθη τὰ παρ᾽ ἐκείνοις. Καὶ δὴ τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησιαζόντων περὶ ἧς ἔμελλον ἐκπέμπειν πρεσβείας ἐπὶ Νέρωνα, συνερρύησαν μὲν εἰς τὸ ἀμφιθέατρον ἅμα τοῖς Ἕλλησι συχνοὶ Ἰουδαίων, κατιδόντες δὲ αὐτοὺς οἱ διάφοροι παραχρῆμα ἀνεβόων πολεμίους καὶ κατασκόπους λέγοντες, ἔπειτα ἀναπηδήσαντες ἐπέβαλλον τὰς χεῖρας αὐτοῖς. Οἱ μὲν οὖν λοιποὶ φεύγοντες διεφθάρησαν, τρεῖς δὲ ἄνδρας συλλαβόντες ἔσυρον ὡς ζῶντας καταφλέξοντες. Ἤρθη δὲ πᾶν τὸ Ἰουδαϊκὸν ἐπὶ τὴν ἄμυναν. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον λίθοις τοὺς Ἕλληνας ἔβαλλον, αὖθις δὲ λαμπάδας ἁρπασάμενοι πρὸς τὸ ἀμφιθέατρον ὥρμησαν, ἀπειλοῦντες καταφλέξειν ἐν αὐτῷ τὸν δῆμον αὔτανδρον· κἂν ἔφθησαν τοῦτο δράσαντες, εἰ μὴ τοὺς θυμοὺς αὐτῶν ἀνέκοψε Τιβέριος Ἀλέξανδρος ὁ τῆς πόλεως ἡγεμών. Οὐ μὴν οὗτός γε ἀπὸ τῶν ὅπλων ἤρξατο σωφρονίζειν, ἀλλ᾽ ὑποπέμψας τοὺς γνωρίμους αὐτοῖς παύσασθαι παρεκάλει, καὶ μὴ καθ᾽ ἑαυτῶν ἐρεθίζειν τὸ τῶν Ῥωμαίων στράτευμα. Καταχλευάζοντες δὲ τῆς παρακλήσεως οἱ στασιώδεις ἐβλασφήμουν τὸν Τιβέριον.

η΄. Κἀκεῖνος συνιδὼν ὡς χωρὶς μεγάλης συμφορᾶς οὐκ ἂν παύσαιντο νεωτερίζοντες, ἐπαφίησιν αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν πόλιν Ῥωμαίων δύο τάγματα, καὶ σὺν αὐτοῖς πεντακισχιλίους στρατιώτας, κατὰ τύχην παρόντας εἰς τὸν Ἰουδαίων ὄλεθρον ἐκ Λιβύης. Ἐπέτρεψε δὲ οὐ μόνον ἀναιρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰς κτήσεις αὐτῶν διαρπάζειν, καὶ τὰς οἰκίας καταφλέγειν. Οἱ δὲ ὁρμήσαντες εἰς τὸ καλούμενον Δέλτα (συνῴκιστο γὰρ ἐκεῖ τὸ Ἰουδαϊκόν) ἐτέλουν τὰς ἐντολάς, οὐ μὴν ἀναιμωτί. Συστραφέντες γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ τοὺς ἄμεινον ὡπλισμένους ἑαυτῶν προταξάμενοι μέχρι πλείστου μὲν ἀντέσχον, ἅπαξ δὲ κλίναντες ἀνέδην διεφθείροντο· καὶ παντελὴς

et munimenta solo æquarunt. (XXXVI.) Ac per eosdem dies Judæi, qui magno numero in Machærunte erant, Romanorum præsidio persuadebant castellum relinquere ipsisque tradere. Illi vero, metu ne ab ipsis vi eriperetur, cum iis transigunt certis conditionibus inde discedere, fideque accepta eis in manus tradunt castellum, quod præsidiis munitum in potestate sua tenebant Machæruntii.

7. Alexandriæ vero perpetua quidem inter primos ejus incolas et Judæos contentio erat, ex quo Alexander, Judæorum opera promptissima adversus Ægyptios usus, in auxilii remunerationem concessit eis æquo jure cum Græcis urbem habitare. Idemque illis honor constabat etiam apud Alexandri successores, qui et locum illis proprium assignarunt, ut puriorem haberent vivendi rationem, magis ab alienigenarum admistione liberam, permiseruntque ut Macedones appellarentur. Postquam etiam Romani in potestatem suam redegerant Ægyptum, neque Cæsar primus, neque successorum ejus quisquam honores quibus Alexander Judæos impertiit minuere sustinuit. Conflictus autem eorum cum Græcis fere sine intermissione fiebant, et, præfectis in multos quotidie partis utriusque animadvertentibus, seditio plus plusque accendebatur. Tunc vero, quum apud alios res turbatæ essent, inter illos iræ magis exardescebant. Nam quum Alexandrini concionem haberent de legatione quam missuri erant ad Neronem, accidit ut multi quidem Judæorum permixti Græcis in amphitheatrum confluerent: quum autem eos vidissent inimici, illico clamare cœperunt, hostes eos et exploratores vocantes, ac deinde facto insultu manus illis inferebant. Et reliqui quidem dum fugerent perierunt, tres vero ex illis comprehensos trahebant quasi vivos ustulaturi. Qua re fiebat ut universi moverentur Judæi ad facinus vindicandum. Et primum quidem in Græcos lapides jaciebant: postea vero facibus raptis in amphitheatrum properarunt, minantes se populum, ad unum omnes, in eo concrematuros: id quod sane facere occupassent, nisi iras eorum compressisset Tiberius Alexander, urbis præfectus. Non tamen ille coercendi principium ab armis sumpsit, sed missis ad eos certis ex optimatibus, hortabatur ut quiescerent, neque adversum se milites Romanos irritarent. Seditiosi autem, risu excipientes hortationem, contumeliis appetebant Tiberium.

8. Atque ille, postquam vidit absque ingenti clade tumultuosos non posse compesci, immisit in eos duas Romanorum legiones, quæ in civitate erant, et cum his alios ad quinque millia milites, qui forte aderant ex Libya venientes ad Judæorum interitum. Permisit autem ut non solum interficerent Judæos, sed ut bona etiam eorum diriperent, et domos incendio delerent. Illi vero, facta irruptione in locum qui Delta vocatur, (illic quippe frequentes habitabant Judæi), imperata faciebant, non tamen sine suorum cæde. Nam Judæi, quum sese conglobassent et armis melius instructos in fronte posuissent, diu quidem resistebant: cum vero semel loco cederent, magno numero perimebantur; et

ἦν αὐτῶν ὄλεθρος, τῶν μὲν ἐν τῷ πεδίῳ καταλαμβανομένων, τῶν δὲ εἰς τὰς οἰκίας συνωθουμένων. Ὑπεπίμπρασαν δὲ καὶ ταύτας οἱ Ῥωμαῖοι, προδιαρπάζοντες τὰ ἔνδον. Καὶ οὔτε νηπίων ἔλεος αὐτοῖς οὔτε αἰδὼς εἰσῄει γερόντων, ἀλλὰ διὰ πάσης ἡλικίας ἐχώρουν κτείνοντες, ὡς ἐπικλυσθῆναι μὲν αἵματι πάντα τὸν χῶρον, πέντε δὲ μυριάδας σωρευθῆναι νεκρῶν. Περιελείφθη δ' ἂν οὐδὲ τὸ λοιπὸν, εἰ μὴ πρὸς ἱκετείαν ἐτράποντο. Κατοικτειρήσας δὲ αὐτοὺς Ἀλέξανδρος ἀναχωρεῖν τοὺς Ῥωμαίους ἐκέλευσεν. Καὶ οἱ μὲν ἐξ ἔθους ἔχοντες τὸ πειθήνιον ἅμα νεύματι τοῦ φονεύειν ἐπαύσαντο, τὸ δημοτικὸν δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων δι' ὑπερβολὴν μίσους δυσανάκλητον ἦν καὶ μόλις ἀπεσπᾶτο τῶν σωμάτων.

(ΛΖ'.) θ'. Τοιοῦτο μὲν τὸ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν πάθος συνηνέχθη· Κεστίῳ δὲ οὐκέτι ἠρεμεῖν ἐδόκει, πανταχοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐκπεπολεμωμένων. Ἀναλαβὼν δὲ ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας τὸ μὲν δωδέκατον τάγμα πλῆρες, ἀπὸ δὲ τῶν λοιπῶν ἀνὰ δισχιλίους ἐπιλέκτους, πεζῶν δὲ ἓξ σπείρας καὶ τέσσαρας ἴλας ἱππέων, πρὸς αἷς τὰς παρὰ τῶν βασιλέων συμμαχίας, Ἀντιόχου μὲν δισχιλίους ἱππεῖς καὶ πεζοὺς τρισχιλίους, τοξότας πάντας, Ἀγρίππα δὲ πεζοὺς μὲν τοὺς ἴσους, ἱππεῖς δὲ δισχιλίων ἐλάττους (εἵπετο δὲ καὶ Σόεμος μετὰ τετρακισχιλίων, ὧν ἦσαν ἱππεῖς ἡ τρίτη μοῖρα, καὶ τὸ πλέον τοξόται), προῆλθεν εἰς Πτολεμαΐδα. Πλεῖστοι δὲ καὶ ἐκ τῶν πόλεων ἐπίκουροι συνελέγησαν, ἐμπειρίᾳ μὲν ἡττώμενοι τῶν στρατιωτῶν, ταῖς δὲ προθυμίαις καὶ τῷ κατὰ Ἰουδαίων μίσει τὸ λεῖπον ἐν ταῖς ἐπιστήμαις ἀναπληροῦντες. Συμπαρῆν δὲ καὶ αὐτὸς Ἀγρίππας Κεστίῳ, τῆς τε ὁδοῦ καὶ τῶν συμφερόντων ἐξηγούμενος. Ἀναλαβὼν δὲ μέρος τῆς δυνάμεως Κέστιος ὥρμησεν ἐπὶ πόλιν καρτερὰν τῆς Γαλιλαίας Ζαβουλὼν, ἣ καλεῖται ἀνδρῶν, διορίζει δὲ ἀπὸ τοῦ ἔθνους τὴν Πτολεμαΐδα. Καταλαβὼν δὲ αὐτὴν ἔρημον μὲν ἀνδρῶν (ἀναπεφεύγει γὰρ τὸ πλῆθος εἰς τὰ ὄρη), πλήρη δὲ παντοίων κτημάτων, τὰ μὲν ἐφῆκε τοῖς στρατιώταις διαρπάζειν, τὸ δὲ ἄστυ, καίτοι θαυμαστοῦ κάλλους ἔχον τὰς οἰκίας, ὁμοίως ταῖς ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι καὶ Βηρυτῷ δεδομημένας, ἐνέπρησεν· ἔπειτα τὴν χώραν καταδραμὼν καὶ διαρπάσας μὲν πᾶν τὸ προσπῖπτον, καταφλέξας δὲ τὰς πέριξ κώμας, ὑπέστρεφεν εἰς τὴν Πτολεμαΐδα. Πρὸς δὲ ταῖς ἁρπαγαῖς ἔτι τῶν Σύρων ὄντων καὶ τὸ πλέον Βηρυτίων, ἀναθαρσήσαντες οἱ Ἰουδαῖοι (καὶ γὰρ ἀποκεχωρηκότα συνίεσαν Κέστιον) τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἀδοκήτως ἐπέπεσον, καὶ περὶ δισχιλίους αὐτῶν διέφθειραν.

ι'. Ὁ δὲ Κέστιος ἀναζεύξας ἀπὸ τῆς Πτολεμαΐδος αὐτὸς μὲν εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται, μοῖραν δὲ τῆς στρατιᾶς προέπεμψεν εἰς Ἰόππην, προστάξας, εἰ μὲν ἐγκαταλαβέσθαι δυνηθεῖεν τὴν πόλιν, φρουρεῖν· εἰ δὲ προαίσθοιντο τὴν ἔφοδον, περιμένειν αὐτόν τε καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν. Τῶν δὲ οἱ μὲν κατὰ θάλασσαν, οἱ δὲ κατὰ γῆν ἐπειχθέντες, ἀμφοτέρωθεν αἱροῦσι τὴν πό-

omne genus exitio dati sunt, aliis quidem sub dio comprehensis, aliis vero in ædes contrusis. Quin et istas succenderunt Romani, quæ intus erant prius diripientes. Et neque infantum illos miserebat, neque adversus senes reverentiam adhibebant, sed in omnes ætates pari cæde grassabantur: adeo ut totus quidem locus iste sanguine inundaretur, quinquaginta vero in cumulos congesta essent hominum millia. Neque autem reliquæ factæ fuissent reliquiæ, nisi ad preces se convertissent. Alexander autem, illorum misertus, jussit Romanos receptui canere. Et illi quidem, soliti dicto audientes esse, primum ad nutum cæde abstinebant; at vulgus Alexandrinorum ex nimio odio revocatu difficile erat, et vix a cadaveribus avelli poterat.

(XXXVII.) 9. Hujusmodi quidem clades apud Alexandriam contigit: Cestio vero jam quiescendum esse non videbatur, quum Judæi ubique armis peterentur. Itaque quum assumpsisset ex Antiochia duodecimam legionem, eamque justo numero, et ex reliquis bina millia hominum electorum, peditumque sex cohortes et quattuor equitum alas, ac præterea regum auxilia, ab Antiocho quidem duo equitum millia, peditumque tria millia, sagittarios omnes, ab Agrippa vero totidem equites et pedites duobus millibus pauciores (sequebatur autem Sohemus quoque cum quattuor millibus, quorum tertia pars equites, et reliqui sagittarii), Ptolemaidem progressus est. Plurimi autem etiam ex civitatibus auxiliarii collecti erant, peritia quidem militibus inferiores, alacritate vero et suo in Judæos odio supplentes quod deerat scientiæ. Quin etiam ipse Agrippa præsens aderat Cestio, itineris dux et qui commeatum administraret. Quum autem Cestius partem de exercitu assumpsisset, contendit ad validam Galilææ civitatem Zabulonem, quæ Virorum cognomen habet, et a gentis finibus Ptolemaidem discernit. Quumque offendisset eam a viris quidem desertam (nam in montes multitudo se receperat), omnigenum autem rerum plenam, illas quidem militibus diripiendas concessit, urbem vero ipsam, quamvis admirandæ pulchritudinis domos haberet, similiter ac apud Tyrum et Sidonem et Berytum ædificatas, igne vastavit: ac deinde factis in regionem excursionibus, quum omnia in quæ inciderit depopulatus esset, vicosque circumjectos incendisset, reversus est Ptolemaidem. Quum autem Syri diutius prædæ inhærerent, magisque Berytii, Judæi recepta fiducia (namque Cestium recessisse cognoverant) in relictos, qui nihil tale exspectarent, irruebant, et circiter duo ipsorum millia occiderunt.

10. Cestius autem, facto a Ptolemaide discessu, ipse quidem Cæsaream pervenit; in Iopen vero partem præmisit exercitus, cum mandatis ut urbem, si eam occupare potuissent, custodirent; sin vero incursum illorum præsentirent, tam suum quam ceterorum militum præstolarentur adventum. Ceterum illi, alii quidem mari, alii vero terra celeriter profecti, utrinque urbem facile capiunt. Et, cum

λιν ῥᾳδίως. Καὶ μηδὲ φυγεῖν φθασάντων τῶν οἰκητόρων, οὐχ ὅπως παρασκευάσασθαι πρὸς μάχην, ἐμπεσόντες ἅπαντας ἀνεῖλον σὺν ταῖς γενεαῖς, καὶ τὴν πόλιν διαρπάσαντες ἐνέπρησαν. Ὁ δὲ ἀριθμὸς τῶν φονευθέντων τετρακόσιοι πρὸς ὀκτακισχιλίοις. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν ὅμορον τῆς Καισαρείας Ναρβατηνὴν τοπαρχίαν ἔπεμψε συχνοὺς τῶν ἱππέων, οἳ τήν τε γῆν ἔτεμον καὶ πολὺ πλῆθος διέφθειραν τῶν ἐπιχωρίων, τάς τε κτήσεις διήρπασαν, καὶ τὰς κώμας κατέφλεξαν.

ια'. Εἰς δὲ τὴν Γαλιλαίαν ἔστειλε Κέστιος Γάλλον ἡγεμόνα τοῦ δωδεκάτου τάγματος, παραδοὺς δύναμιν ὅσην ἀρκέσειν πρὸς τὸ ἔθνος ὑπελάμβανεν. Τοῦτον ἡ καρτερωτάτη τῆς Γαλιλαίας πόλις Σέπφωρις μετ' εὐφημίας δέχεται, καὶ πρὸς τὴν ταύτης εὐβουλίαν αἱ λοιπαὶ πόλεις ἠρέμουν. Τὸ δὲ στασιῶδες καὶ λῃστρικὸν πᾶν ἔφυγεν εἰς τὸ μεσαίτατον τῆς Γαλιλαίας ὄρος, ὃ κεῖται μὲν ἄντικρυς τῆς Σεπφώρεως, καλεῖται δὲ Ἀσαμών. Τούτοις ὁ Γάλλος ἐπῆγε τὴν δύναμιν. Οἱ δὲ, ἕως μὲν ἦσαν ὑπερδέξιοι, ῥᾳδίως τοὺς Ῥωμαίους ἔβαλλον προσιόντας, καὶ πρὸς διακοσίους αὐτῶν ἀνεῖλον· περιελθόντων δὲ καὶ γενομένων ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ἡττῶντο ταχέως, καὶ οὔτε γυμνῆται τοὺς ὁπλίτας συστάδην ἔφερον, οὔτε ἐν τῇ τροπῇ τοὺς ἱππεῖς ἐξέφυγον· ὥστε ὀλίγους μὲν ἐν ταῖς δυσχωρίαις διαλαθεῖν, ἀναιρεθῆναι δὲ ὑπὲρ δισχιλίους.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Γάλλος μὲν οὖν, ὡς οὐδὲν ἔτι ἑώρα κατὰ τὴν Γαλιλαίαν νεωτεριζόμενον, ὑπέστρεφε μετὰ τῆς στρατιᾶς εἰς Καισάρειαν. Κέστιος δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐνέβαλεν εἰς Ἀντιπατρίδα· καὶ πυθόμενος ἔν τινι πύργῳ Ἀφεκοῦ καλουμένῳ συνηθροῖσθαι Ἰουδαίων δύναμιν οὐκ ὀλίγην, προύπεμψε τοὺς συμβαλοῦντας. Οἱ δὲ, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, δέει τοὺς Ἰουδαίους διεσκέδασαν· ἐπελθόντες δὲ ἔρημον τὸ στρατόπεδον καὶ τὰς πέριξ κώμας ἐνέπρησαν. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀντιπατρίδος Κέστιος εἰς Λύδδα προελθὼν κενὴν ἀνδρῶν τὴν πόλιν καταλαμβάνει· διὰ γὰρ τὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτὴν ἀναβεβήκει πᾶν τὸ πλῆθος εἰς Ἱεροσόλυμα. Πεντήκοντα δὲ τῶν παραφανέντων διαφθείρας καὶ τὸ ἄστυ κατακαύσας ἐχώρει πρόσω, καὶ διὰ Βαιθωρῶν ἀναβὰς στρατοπεδεύεται κατά τινα χῶρον Γαβαὼ καλούμενον, ἀπέχοντα τῶν Ἱεροσολύμων πεντήκοντα σταδίους.

β'. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, κατιδόντες ἤδη πλησιάζοντα τῇ μητροπόλει τὸν πόλεμον, ἀφέμενοι τῆς ἑορτῆς ἐχώρουν ἐπὶ τὰ ὅπλα, καὶ μέγα τῷ πλήθει θαρροῦντες, ἄτακτοι καὶ μετὰ κραυγῆς ἐξεπήδων ἐπὶ τὴν μάχην, μηδὲ τῆς ἀργῆς ἑβδομάδος ἔννοιαν λαβόντες· ἦν γὰρ δὴ τὸ μάλιστα παρ' αὐτοῖς θρησκευόμενον σάββατον. Ὁ δὲ ἐκσείσας αὐτοὺς τῆς εὐσεβείας θυμὸς ἐποίησε πλεονεκτῆσαι καὶ κατὰ τὴν μάχην. Μετὰ τοιαύτης γοῦν ὁρμῆς τοῖς Ῥωμαίοις προσέπεσον, ὡς διαρρῆξαι τὰς τάξεις

habitatores nec fugam maturare potuerint, nec ad pugnam sese parare, illos adorti omnes interfecerunt suis cum familiis, direptamque civitatem incenderunt. Cæsorum autem numerus erat ad octo millia et quadringentos. Similiter et in Narbatenen toparchiam Cæsareæ finitimam non paucos misit equites, qui et terram vastarunt, et magnam indigenarum multitudinem peremerunt, et facultates eorum diripuerunt, vicosque incendio consumpserunt.

11. In Galilæam autem misit Cestius Gallum, legionis duodecimæ ductorem, eique tantam militum manum attribuit quantam genti coercendæ satis fore existimabat. Hunc validissima Galilææ civitas Sepphoris cum lætis acclamationibus excipit, aliæque civitates, hujus prudens consilium sequutæ, quiescebant. Qui vero seditionibus et latrociniis operam dabant, omnes se receperunt in montem ipsissimo in Galilææ meditullio situm, qui est contra Sepphorin et vocatur Asamon. Adversus eos Gallus ductabat exercitum. Illi autem, quam diu erant in locis superioribus, facile Romanos ad se accedentes feriebant, et illorum fere ducentos occiderunt: verum quum Romani facto circuitu ad celsiora pervenissent, illi protinus victi cesserunt; et neque velites gravioris armaturæ militum congressum sustinebant, neque equites quum terga verterent effugiebant: adeo ut pauci quidem inter locorum asperitates delitescerent, duo vero millia et amplius occiderentur.

CAP. XIX. (XXXVIII.)

Et Gallus quidem, quum neminem quidquam novi apud Galilæam jam moliri videret, Cæsaream cum exercitu regressus est. Cestius vero, quum copias omnes inde movisset Antipatridem perrexit: auditoque Judæorum manum non exiguam in turrim quæ Apheci vocabatur confluxisse, præmisit qui cum eis congrederentur. Sed priusquam ad manus ventum esset, terrore Judæos dissiparunt, quumque eo venissent, castra deserta cum vicis finitimis incenderunt. Ex Antipatride autem Cestius in Lydda progressus, vacuam viris civitatem offendit: nam propter festum Tabernaculorum omnis fere multitudo Hierosolyma ascenderat. Quinquaginta vero, qui in conspectum venerunt, occisis, exustaque urbe, ulterius pergebat, et, facto per Bæthoron ascensu ad locum quemdam, cui nomen est Gabao, castra metatur, stadiis quinquaginta ab Hierosolymis distantem.

2. At Judæi, quum jam ad metropolin appropinquare viderent bellum, festo relicto ad arma properabant; numeroque valde fidentes, incompositi ad pugnam et cum clamore prosiliebant, ne septimæ quidem diei, qua feriari solebant, ratione habita: erat quippe sabbatum apud eos maxime honoratum. Furor autem, qui animis illorum religionem excussit, fecit ut in prælio etiam superiores essent. Tanto namque impetu Romanos adorti sunt, ut eorum et aciem perrumperent, et per media agmina incederent, magnam

αὐτῶν καὶ διὰ μέσων χωρεῖν ἀναιροῦντας. Εἰ δὲ μὴ τῷ μὴ χαλασθέντι τῆς φάλαγγος οἵ τε ἱππεῖς ἐκπεριελθόντες ἐπήμυναν καὶ τῶν πεζῶν τὸ μὴ σφόδρα καμὸν, κἂν ἐκινδύνευσεν ὅλῃ τῇ δυνάμει Κέστιος. Ἀπέθανον δὲ Ῥωμαίων πεντακόσιοι δεκαπέντε, (τούτων ἦσαν οἱ τετρακόσιοι πεζοὶ, τὸ δὲ λοιπὸν ἱππεῖς), τῶν δὲ Ἰουδαίων δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι. Γενναιότατοι δὲ αὐτῶν ἔδοξαν οἱ Μονοβάζου τοῦ τῆς Ἀδιαβηνῆς βασιλέως συγγενεῖς, Μονόβαζός τε καὶ Κενεδαῖος, μεθ' οὓς ὁ Περαΐτης Νίγερ καὶ Σίλας ὁ Βαβυλώνιος, αὐτομολήσας εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως· ἐστρατεύετο γὰρ παρ' αὐτῷ. Κατὰ πρόσωπον μὲν οὖν ἀνακοπέντες οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον, κατόπιν δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπὶ τὴν Βαιθωρῶν ἀνιοῦσι προσπεσὼν ὁ τοῦ Γιώρα Σίμων πολὺ τῆς οὐραγίας ἐσπάραξε, καὶ συχνὰ τῶν σκευοφόρων ἐξαρπάσας ἤγαγεν εἰς τὴν πόλιν. Μένοντος δὲ τοῦ Κεστίου κατὰ χώραν τρισὶν ἡμέραις, οἱ Ἰουδαῖοι τὰ μετέωρα κατειληφότες ἐπετήρουν τὰς παρόδους· δῆλοί τε ἦσαν οὐκ ἠρεμήσοντες, ἀρξαμένων τῶν Ῥωμαίων ὁδεύειν.

γ΄. Ἔνθα δὴ κατιδὼν Ἀγρίππας οὐδὲ τὰ Ῥωμαίων ἀκίνδυνα, πλήθους ἀπείρου πολεμίων τὰ ὄρη περιέχοντος, ἔκρινεν ἀποπειραθῆναι τῶν Ἰουδαίων λόγοις· ἢ γὰρ πάντας πείσειν καταθέσθαι τὸν πόλεμον, ἢ τῶν ἐναντίων ἀποστήσειν τὸ μὴ συμφρονοῦν. Ἔπεμψεν οὖν τῶν παρ' ἑαυτῷ τοὺς μάλιστα γνωρίμους ἐκείνοις, Βορκαῖόν τε καὶ Φοῖβον, δεξιάς τε παρὰ Κεστίου καὶ συγγνώμην παρὰ Ῥωμαίων ἀσφαλῆ περὶ τῶν ἡμαρτημένων ὑπισχνούμενος, εἰ τὰ ὅπλα ῥίψαντες πρὸς αὐτοὺς μεταβάλοιντο. Δείσαντες δὲ οἱ στασιασταὶ μὴ πᾶν τὸ πλῆθος ἀδείας ἐλπίδι πρὸς τὸν Ἀγρίππαν μεταβάληται, τοὺς ἀπ' αὐτοῦ πρεσβεύοντας ὥρμησαν ἀνελεῖν. Καὶ πρὶν ἢ φθέγξασθαι τὸν μὲν Φοῖβον διέφθειραν, ὁ δὲ Βορκαῖος τρωθεὶς ἔφθη διαφυγεῖν· τοῦ δήμου δὲ τοὺς ἐπαγανακτήσαντας λίθοις καὶ ξύλοις παίοντες εἰς τὸ ἄστυ συνήλασαν.

(ΛΘ΄.) δ΄. Κέστιος δὲ, τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ταραχὴν εὔκαιρον ἰδὼν εἰς ἐπίθεσιν, ἅπασαν ἐπῆγε τὴν δύναμιν, καὶ τραπέντας μέχρις Ἱεροσολύμων κατεδίωξεν. Στρατοπεδευσάμενος δὲ ἐπὶ τοῦ καλουμένου Σκοποῦ (διέχει δὲ οὗτος ἑπτὰ τῆς πόλεως σταδίους), τρισὶ μὲν ἡμέραις οὐκ ἐπεχείρει τῇ πόλει, τάχα τι παρὰ τῶν ἔνδον ἐνδοθήσεσθαι προσδοκῶν, εἰς δὲ τὰς πέριξ κώμας ἐφ' ἁρπαγὴν σίτου πολλοὺς διαφῆκε τῶν στρατιωτῶν· τῇ τετάρτῃ δὲ, ἥτις ἦν τριακὰς Ὑπερβερεταίου μηνὸς, διατάξας τὴν στρατιὰν, εἰσήγαγεν εἰς τὴν πόλιν. Ὁ μὲν οὖν δῆμος ὑπὸ τοῖς στασιασταῖς ἔμφρουρος ἦν· οἱ δὲ στασιασταὶ, τὴν εὐταξίαν τῶν Ῥωμαίων καταπλαγέντες, τῶν μὲν ἔξω τῆς πόλεως μερῶν εἶκον, εἰς δὲ τὴν ἐνδοτέρω καὶ τὸ ἱερὸν ἀνεχώρουν. Κέστιος δὲ παρελθὼν ὑπεμπίπρησι τήν τε Βεζεθὰν προσαγορευομένην καὶ τὴν Καινόπολιν καὶ τὸ καλούμενον Δοκῶν ἀγοράν· ἔπειτα πρὸς τὴν ἄνω πόλιν ἐλθὼν ἀντικρὺ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐστρατοπεδεύετο. Κἂν εἴπερ ἠθέλησε

edentes stragem. Adeo ut, nisi ei militum parti, quæ necdum locum amiserat, equites facto circuitu subvenissent, quique non admodum defatigati erant pedites, Cestius cum toto exercitu discrimen adiisset. Interfecti sunt autem quingenti et quindecim Romani milites, ex quibus quadringenti pedites, reliqui equites erant: ex Judæis vero duo et viginti. Illorum autem fortissimi visi sunt Monobazi regis Adiabenes propinqui, Monobazus et Cenedæus, et post hos Niger Peraita, et Silas Babylonius, qui ad Judæos ab Agrippa rege transfugerat: nam sub eo militabat. Et Judæi quidem, quum fronte cladem accepissent, in urbem se recipiebant; Romanos autem, quum Bethoron ascenderent, a tergo adortus Simon, Gioræ filius, plurimos extremi agminis coactores vellicavit multisque jumentis quæ sarcinas ferebant ereptis, ea in urbem ducebat. Cestio vero in regione per triduum morante, Judæi, locis editioribus occupatis, vias quibus iretur observabant; certumque erat fore ut non quiescerent, si Romani iter facere cœpissent.

3. Itaque ubi Agrippa Romanos a periculo haud tutos esse animadverterat, quum tanta hostium multitudo montibus passim insideret, verbis Judæos experiri decrevit: aut enim omnibus se persuasurum esse ut a bello desisterent, aut ab adversariis eos abducturum esse qui eadem cum illis non sentirent. Misit igitur e suis Borcæum et Phœbum, illis notissimos, qui et a Cestio fœdus amicitiæ, certamque pro delictis veniam a Romanis datum iri pollicerentur, si projectis armis ad ipsos transire vellent. Verum seditiosi, metu ne cuncta multitudo spe securitatis ad Agrippam sese conferret, legatos ab ipso missos interficiendi impetum ceperunt. Et, priusquam verbum facerent, Phœbum quidem peremerunt, Borcæus autem vulneratus fuga dilapsus est; quotquot vero e plebe de ea re indignabantur, fustibus atque lapidibus eos feriendo, in urbem compulerunt.

(XXXIX.) 4. Jam Cestius, animadverso hanc inter ipsos discordiam opportune cecidisse ut eos adoriretur, totum exercitum secum adducebat, inque fugam versos usque ad Hierosolyma persequutus est. Castra autem metatus in loco qui Scopus dicebatur (iste autem septem stadiis ab urbe distat), per triduum quidem nihil adversus urbem tentabat, forsan sperans fore ut qui in ea essent certis conditionibus sese dederent; in vicos vero finitimos non parvam militum manum ad rapienda frumenta dimisit. Quarto autem die, qui tricesimus erat mensis Hyperberetæi, quum exercitum ordinasset, in urbem introduxit. Et populus quidem a seditiosis custodiebatur; seditiosi vero, Romanorum acie instructa perterriti, exterioribus quidem cedebant civitatis partibus, in interiorem vero et templum se recipiebant. At Cestius ingressus et Bezetham quæ appellatur, et Cænopolin, et quod dicitur Materiæ forum, incendit: deinde quum ad superiorem urbem venisset, ex adverso aulæ regiæ castra ponebat.

κατ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν ὥραν ἐντὸς τῶν τειχῶν βιάσασθαι, παραυτίκα τὴν πόλιν ἔσχε, καὶ τὸν πόλεμον συνέβη καταλελύσθαι. Ἀλλὰ γὰρ ὅ τε στρατοπεδάρχης Τυράννιος Πρίσκος καὶ τῶν ἱππάρχων οἱ πλεῖστοι χρήμασιν ὑπὸ Φλώρου δελεασθέντες ἀπέστρεψαν αὐτὸν τῆς ἐπιχειρήσεως· καὶ παρὰ τὴν αἰτίαν ταύτην ὅ τε πόλεμος ἐπὶ τοσοῦτον μῆκος προῦβη καὶ Ἰουδαίους ἀνηκέστων συμφορῶν ἀναπλησθῆναι συνέπεσεν.

ε'. Ἐν δὲ τούτῳ πολλοὶ τῶν γνωρίμων δημοτῶν, Ἀνάνῳ τῷ Ἰωνάθου παιδὶ πεισθέντες, ἐκάλουν τὸν Κέστιον ὡς ἀνοίξοντες αὐτῷ τὰς πύλας. Ὁ δὲ καὶ πρὸς ὀργὴν ὑπεριδὼν καὶ μὴ πάνυ πιστεύσας διεμέλλησεν ἕως οἱ στασιασταί, τὴν προδοσίαν αἰσθόμενοι, τοὺς μὲν περὶ τὸν Ἄνανον ἀπὸ τοῦ τείχους κατέβαλον καὶ λίθοις παίοντες συνήλασαν εἰς τὰς οἰκίας, αὐτοὶ δὲ διαστάντες ἐπὶ τῶν πύργων τοὺς ἀποπειρωμένους τοῦ τείχους ἔβαλλον. Πέντε μὲν οὖν ἡμέραις πάντοθεν ἐπιχειροῦσι τοῖς Ῥωμαίοις ἀμήχανος ἦν ἡ προσβολή· τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἀναλαβὼν ὁ Κέστιος τῶν τε ἐπιλέκτων συχνοὺς καὶ τοὺς τοξότας κατὰ τὸ προσάρκτιον ἐπιχειρεῖ κλίμα τῷ ἱερῷ. Ἰουδαῖοι δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς εἶργον, καὶ πολλάκις μὲν ἀπεκρούσαντο τοὺς τῷ τείχει προσελθόντας, τέλος δὲ τῷ πλήθει τῶν βελῶν ἀνακοπέντες ὑπεχώρησαν. Τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ πρῶτοι τοὺς θυρεοὺς εἰς τὸ τεῖχος ἐξερείσαντες καὶ κατὰ τούτων οἱ κατόπιν ἄλλους, οἵ τε ἑξῆς ὁμοίως, τὴν καλουμένην παρ' αὐτοῖς χελώνην ἐφράξαντο· καθ' ἧς τὰ βέλη φερόμενα περιωλίσθανεν ἄπρακτα, μηδὲν δὲ οἱ στρατιῶται κακούμενοι τὸ τεῖχος ὑπώρυσσον, καὶ τοῦ ἱεροῦ τὴν πύλην ὑποπιμπράναι παρεσκευάζοντο.

ς'. Δεινὴ δὲ τοὺς στασιαστὰς ἔκπληξις κατέλαβεν· ἤδη δὲ πολλοὶ διεδίδρασκον ἀπὸ τῆς πόλεως, ὡς ἁλωσομένης αὐτίκα. Τὸν δὲ δῆμον συνέβαινεν ἐπὶ τούτοις θαρρεῖν, καὶ καθὸ παρείκοιεν οἱ πονηροί, προσῄεσαν αὐτοὶ τὰς πύλας ἀνοίξοντες καὶ δεξόμενοι τὸν Κέστιον ὡς εὐεργέτην· ὃς εἰ βραχὺ τῇ πολιορκίᾳ προσελιπάρησε, κἂν εὐθέως τὴν πόλιν παρέλαβεν. Ἀλλ' οἶμαι διὰ τοὺς πονηροὺς ἀπεστραμμένος ὁ Θεὸς ἤδη καὶ τὰ ἅγια τέλος λαβεῖν ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐκώλυσε τὸν πόλεμον.

(Μ'.) ζ'. Ὁ γοῦν Κέστιος οὔτε τὴν τῶν πολιορκουμένων ἀπόγνωσιν, οὔτε τὸ φρόνημα τοῦ δήμου συνιδών, ἐξαίφνης ἀνεκάλεσε τοὺς στρατιώτας, καὶ καταγνοὺς ἐπ' οὐδεμιᾷ πληγῇ τῶν ἐλπίδων παραλογώτατα ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνέζευξεν. Πρὸς δὲ τὴν ἀδόκητον αὐτοῦ τροπὴν ἀναθαρρήσαντες οἱ λῃσταὶ κατὰ τῶν ὑστάτων ἐξέδραμον, καὶ συχνοὺς τῶν ἱππέων καὶ πεζῶν διέφθειραν. Τότε μὲν οὖν ἐν τῷ κατὰ τὸν Σκοπὸν στρατοπέδῳ αὐλίζεται Κέστιος, τῇ δὲ ἐπιούσῃ προσωτέρω χωριζόμενος μᾶλλον ἐξεκαλέσατο τοὺς πολεμίους· καὶ τοὺς ὑστάτους αὐτῶν προσκείμενοι διέφθειρον, καθ' ἕτερον δὲ τῆς ὁδοῦ προσιόντες ἠκόντιζον εἰς πλαγίους. Οὔτε δὲ ἐπιστραφῆναι πρὸς τοὺς κατόπιν τιτρώσκοντας ἐθάρρουν οἱ τελευταῖοι, ἄπειρόν τι πλῆθος οἰόμενοι διώκειν, καὶ τοὺς

Et si eadem illa hora voluisset vi muros perrumpere, e vestigio urbem cepisset, bellumque ab ipso confectum fuisse contigisset. Verum et exercitus præfectus Tyrannius Priscus et plurimi equitum magistri, pecunia a Floro inescati, ipsum ab incepto averterunt: atque propter hanc causam et bellum adeo in longum productum est, acciditque Judæis ut gravissimis redundarent calamitatibus.

5. Interea autem multi e melioris notæ civibus, ab Anano Jonathæ filio adducti, Cestium, ut portas ei patefacturi, vocabant. Ille vero, præ ira fastidiosus eisque nonnihil diffisus, eo usque cunctatus est, donec seditiosi, intellecta proditione, Ananum cum suis de muro dejecerunt, eosque lapidibus feriendo in domos compulerunt: cæterum ipsi, per turres dispositi, mœnia demolientes telis impetebant. Et per dies quidem quinque irrito conatu in muros undique impressionem facere tentabant Romani; die autem sequenti Cestius, cum electissimis quibusque militum itemque sagittariis, a septemtrionali tractu templum aggreditur. Verum Judæi a porticibus eos repellebant, et crebro quidem quotquot ad muros accederent propulsarunt, tandem vero telorum multitudine ab impetu inhibiti recessere. Atque Romanorum qui in fronte prima erant quum clypeos muris firmiter applicuissent, illique qui a tergo erant alios adjunxissent, ac deinde alii similiter, testudinem ab illis appellatam fabricarunt: unde tela in eam acta circumquaque irrita delabebantur, et milites plane illæsi mœnia suffodiebant, adeo ut templi portæ ignem subjicere parati essent.

6. Tum vehemens seditiosos occupabat timor, jamque multi ex civitate diffugiebant, ac si continuo esset expugnanda. Qua re fiebat ut populus fiduciam sumeret, et prout scelerati homines cedebant, illi aderant portas aperturi et Cestium tanquam benefactorem in urbem recepturi. Qui si paullum in oppugnatione fortiter perseverasset, celeriter civitatem in potestatem suam redegisset. Sed Deus, ut arbitror, propter sceleratos etiam sacra aversatus, in causa erat quod iste dies finem bello non attulerit.

(XL.) 7. Cestius itaque, ut qui neque obsessorum desperationem neque populi in se animos rescivit, subito milites revocavit; et spe sine ulla plaga abjecta, præter omnium opinionem ex urbe discessit. Latrones autem, animis ex ejus fuga inexspectata resumptis, in postremos excursionem fecerunt, et multos tam equitum quam peditum peremerunt. Et tunc quidem Cestius in castris apud Scopum noctem agit; sequenti vero die longius progrediens magis hostes excivit et animavit: qui extremos agminum insectantes occidebant, atque ex altera viæ parte incursantes in transversos tela conjiciebant. Et neque novissimi in eos se convertere audebant, qui a tergo illos sauciarent, ingentem quippe multitudinem eos insequi existimantes, neque a lateribus urgentes propulsare sustinebant, quum ipsi

κατὰ πλευρὰν ἐγκειμένους ἀναστέλλειν οὐχ ὑπέμενον, αὐτοὶ μὲν ὄντες βαρεῖς καὶ δεδοικότες τὴν τάξιν διασπᾶν, τοὺς δὲ Ἰουδαίους ὁρῶντες κούφους καὶ πρὸς τὰς ἐπιδρομὰς εὐκόλους, ὥστε συνέβαινεν αὐτοῖς πολλὰ κακοῦσθαι μηδὲν ἀντιβλάπτουσι τοὺς ἐχθρούς. Παρ' ὅλην δὲ τὴν ὁδὸν παιόμενοι καὶ τῆς φάλαγγος ἐκσειόμενοι κατέπιπτον, μέχρι πολλῶν διαφθαρέντων, ἐν οἷς ἦν Πρίσκος μὲν στρατάρχης τάγματος ἕκτου, Λογγῖνος δὲ χιλίαρχος, ἔπαρχος δὲ ἴλης Αἰμίλιος Ἰουκοῦνδος ὄνομα, μόλις εἰς Γαβαὼ κατήντησαν ἐπὶ τὸ πρότερον στρατόπεδον, τὰ πολλὰ καὶ τῶν σκευῶν ἀποβαλόντες. Ἔνθα δύο μὲν ἡμέρας ἐπέμεινεν ὁ Κέστιος, ἀμηχανῶν ὅ τι χρὴ ποιεῖν, τῇ τρίτῃ δὲ πολλῷ πλείους τοὺς πολεμίους θεασάμενος καὶ πάντα τὰ κύκλῳ μεστὰ Ἰουδαίων, ἔγνω καθ' ἑαυτοῦ τε βραδύνας, καὶ ἐὰν ἔτι μείνῃ πλείοσι χρησόμενος ἐχθροῖς.

η'. Ἵνα δὲ συντονωτέρᾳ χρήσαιτο φυγῇ, τὰ τὴν στρατιὰν ἀνθέλκοντα περικόπτειν προσέταξε. Διαφθαρέντων δὲ τῶν τε ὀρέων καὶ τῶν ὑποζυγίων, πλὴν ὅσα βέλη παρεκόμιζε καὶ μηχανάς (τούτων γὰρ διὰ τὴν χρείαν περιείχοντο, καὶ μάλιστα δεδοικότες μὴ Ἰουδαίοις κατ' αὐτῶν ἁλῷ), προῆγε τὴν δύναμιν ἐπὶ Βαιθώρας. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι κατὰ μὲν τὰς εὐρυχωρίας ἧττον ἐπέκειντο, συνειληθέντων δὲ εἰς τὴν κατὰ στενὰ κατάβασιν, οἱ μὲν φθάσαντες εἶργον αὐτοὺς τῆς ἐξόδου, ἄλλοι δὲ τοὺς ὑστάτους κατεώθουν εἰς τὴν φάραγγα· τὸ δὲ πᾶν πλῆθος παρεκταθὲν ὑπὲρ τὸν αὐχένα τῆς ὁδοῦ κατεκάλυπτε τὴν φάλαγγα τοῖς βέλεσιν. Ἔνθα καὶ τῶν πεζῶν ἀμηχανούντων προσαμύνειν ἑαυτοῖς ἐπισφαλέστερος τοῖς ἱππεῦσιν ὁ κίνδυνος ἦν· οὔτε γὰρ ἐν τάξει κατὰ τῆς ὁδοῦ βαδίζειν ἐδύναντο βαλλόμενοι καὶ τὸ πρόσαντες ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἱππάσιμον οὐκ ἦν. Τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα κρημνοὶ καὶ φάραγγες, εἰς οὓς ἀποσφαλέντες κατεφέροντο, καὶ οὔτε φυγῆς τόπον οὔτε ἀμύνης εἶχον ἐπίνοιαν, ἀλλ' ὑπ' ἀμηχανίας ἐπ' οἰμωγὴν ἐτράποντο καὶ τοὺς ἐν ἀπογνώσεσιν ὀδυρμούς· ἀντήχει δὲ αὐτοῖς τὸ παρὰ Ἰουδαίων ἐγκέλευσμα καὶ κραυγὴ χαιρόντων ἅμα καὶ τεθυμωμένων. Ὀλίγου δὲ δεῖν πᾶσαν ἂν ἥρπασαν τὴν ἅμα Κεστίῳ δύναμιν, εἰ μὴ νὺξ ἐπέλαβεν, ἐν ᾗ Ῥωμαῖοι μὲν εἰς τὴν Βαιθώραν κατέφυγον, Ἰουδαῖοι δὲ πάντα τὰ κύκλῳ περισχόντες ἐφρούρουν αὐτῶν τὴν ἔξοδον.

θ'. Ἔνθα δὴ Κέστιος τὴν φανερὰν ὁδὸν ἀπογνοὺς δρασμὸν ἐβουλεύετο, καὶ διακρίνας τοὺς εὐψυχοτάτους στρατιώτας ὡσεὶ τετρακοσίους ἐπέστησε τοῖς ὀχυρώμασι, προστάξας ἀναβάντας σημαίας τῶν ἐν τοῖς στρατοπέδοις φυλάκων ἱστᾶν, ὅπως οἱ Ἰουδαῖοι πᾶσαν οἴωνται τὴν δύναμιν κατὰ χώραν μένειν· αὐτὸς δὲ τοὺς λοιποὺς ἀναλαβὼν ἡσυχῇ τριάκοντα πρόεισι σταδίους. Ἕωθεν δὲ Ἰουδαῖοι, κατιδόντες ἔρημον τὴν ἔπαυλιν αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς ἐξαπατήσαντας τετρακοσίους ἔδραμον· κἀκείνους μὲν ταχέως κατηκόντισαν, ἐδίωκον δὲ τὸν Κέστιον. Ὁ δὲ τῆς νυκτὸς οὐκ ὀλίγον προειλήφει καὶ συντονώτερον ἔφευγε μεθ' ἡμέραν, ὥστε τοὺς στρατιώτας ὑπ' ἐκπλήξεως καὶ

quidem et graves essent, et valde metuerent ne acies interrumperetur, Judæos autem leves viderent et ad incursiones expeditos; unde eveniebat ut ipsi multa mala perpeterentur, cum e contra nihil hostibus nocerent. Per totam igitur viam perculsi et ex acie excussi sternebantur; donec multis occisis, in quibus erat Priscus sextæ legionis dux, et Longinus tribunus, alæque præfectus Æmilius nomine Jucundus, vix in Gabao ad priora castra pervenerunt, etiam impedimentis multis amissis. Ubi Cestius quidem biduum moratus est, incertus quid ageret. Tertio autem die, quum hostes in numerum multo majorem crevisse vidisset, et loca omnia circumcirca Judæorum plena, tum demum intellexit et sibi obfuisse cunctationem, et, si adhuc ibi maneret, plures se hostes habiturum.

8. Itaque ut se in breviorem fugam daret, cuncta quæ militibus impedimento erant abjici præcepit. Occisisque mulis et aliis jumentis, præter illa quæ sagittas et machinas portarent (hæc enim ut usui futura servabant, præsertimque quod veriti essent ne a Judæis capta sibi in exitium verterentur), Bethoron usque deducebat exercitum. At Judæi, dum per loca quidem spatiosa iretur, minus urgebant; quum autem in angustias descensus conclusi essent, alii quidem eos prævenientes ab exitu prohibuerunt, alii vero postremos in vallem compulerunt, totaque multitudo juxta fauces viæ protensa exercitum telis operuerunt. Ubi dum et pedites incerti erant quo modo sese defenderent, in majore discrimine versabantur equites : nam neque servatis ordinibus viam insistere poterant jaculis petiti, et ne contra hostes irent, ascensus ardui prohibebant equitantibus invii. Ex altera vero parte præcipitia et hiatus erant in quos lapsi deferebantur, adeo ut neque fugæ locum haberent, neque de sui defensione cogitarent, sed præ consilii inopia ad luctus et lamentationes se convertebant, desperantium more; illisque resonabat hortatio apud Judæos cum clamore lætantium pariter atque sævientium. Parum autem aberat quin totum exercitum Cestii corripuissent, nisi nox appetisset, qua Romani quidem in Bethoron se recipiebant, Judæi vero, locis omnibus in circuitu obsessis, eorum exitus observabant.

9. Tum ubi Cestius de aperto itinere desperavit, de fuga cogitabat, militumque fortissimis ad quadringentos delectis, per munimenta eos disposuit, cum mandatis ut postquam ascendissent vigilias in castris agentium signa erigerent, ex quibus Judæi copias omnes in loco manere arbitrarentur : Ipse vero cum reliquis tacite per triginta stadia progreditur. Mane autem Judæi, quum locum ubi morati erant desertum vidissent, in quadringentos, qui ipsos deceperant, irruebant, et illos quidem ocius jaculis confecerunt, dein autem Cestium persequebantur. Ille vero et noctis partem non exiguam jam ante occupaverat, dieque properantius iter urgebat : adeo ut milites metu perculsi helepoles et catapul-

δέους τάς τε ἑλεπόλεις καὶ τοὺς ὀξυβελεῖς καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἄλλων ὀργάνων καταλιπεῖν, ἃ τότε Ἰουδαῖοι λαβόντες αὖθις ἐχρήσαντο κατὰ τῶν ἀφέντων. Προῆλθον δὲ τοὺς Ῥωμαίους διώκοντες μέχρις Ἀντιπατρίδος. Ἔπειτα ὡς οὐ κατελάμβανον, ὑποστρέφοντες τάς τε μηχανὰς ἦρον, καὶ τοὺς νεκροὺς ἐσύλων, τήν τε ἀπολειφθεῖσαν λείαν συνῆγον, καὶ μετὰ παιάνων εἰς τὴν μητρόπολιν ἐπαλινδρόμουν, αὐτοὶ μὲν ὀλίγους ἀποβεβλημένοι παντάπασι, τῶν δὲ Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους καὶ τριακοσίους ἀνῃρηκότες, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους καὶ ὀγδοήκοντα. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη Δίου μηνὸς ὀγδόῃ, δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας.

ΚΕΦ. Κ'.

Μετὰ δὲ τὴν Κεστίου συμφορὰν πολλοὶ τῶν ἐπιφανῶν Ἰουδαίων ὥσπερ βαπτιζομένης νεὼς ἀπενήχοντο τῆς πόλεως. Κοστόβαρος οὖν καὶ Σαοῦλος ἀδελφοὶ σὺν Φιλίππῳ τῷ Ἰακίμου (στρατοπεδάρχης δὲ ἦν οὗτος Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως) διαδράντες ἐκ τῆς πόλεως ᾤχοντο πρὸς Κέστιον. Ὁ δὲ σὺν τούτοις κατὰ τὴν βασιλικὴν αὐλὴν πολιορκηθεὶς Ἀντίπας ὑπεριδὼν τὴν φυγὴν αὖθις ὡς ὑπὸ τῶν στασιαστῶν διεφθάρη δηλώσομεν. Κέστιος δὲ τοὺς περὶ Σαοῦλον ἀξιώσαντας ἀνέπεμψεν εἰς Ἀχαΐαν πρὸς Νέρωνα, τήν τε αὐτῶν δηλώσοντας ἀνάγκην καὶ τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου τρέψοντας εἰς Φλῶρον· τῇ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον ὀργῇ κουφίσειν καὶ τοὺς ἑαυτοῦ κινδύνους ἤλπισεν.

β'. Κἀν τούτῳ Δαμασκηνοὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων φθορὰν πυθόμενοι τοὺς παρ' ἑαυτοῖς Ἰουδαίους ἀνελεῖν ἐσπούδασαν. Καὶ καθὸ μὲν εἶχον αὐτοὺς ἐν τῷ γυμνασίῳ πάλαι συνηθροισμένους διὰ τὰς ὑποψίας, τοῦτο πραγματευσάμενοι, ῥᾴστην τὴν ἐπιχείρησιν ἐδόκουν· ἐδεδοίκεσαν δὲ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἁπάσας πλὴν ὀλίγων ὑπηγμένας τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ· διὸ μέγιστος αὐτοῖς ἀγὼν ἐγένετο λαθεῖν ἐκείνας. Τοὺς δὲ Ἰουδαίους, ὡς ἂν ἐν στενῷ χωρίῳ, τὸν ἀριθμὸν ὄντας μυρίους, καὶ πάντας ἀνόπλους ἐπελθόντες, ὑπὸ μίαν ὥραν ἀδεῶς ἔσφαξαν.

(ΜΒ'.) γ'. Οἱ δὲ διώξαντες τὸν Κέστιον ὡς ὑπέστρεψαν εἰς Ἱεροσόλυμα τοὺς μὲν βίᾳ τῶν ἔτι ῥωμαϊζόντων, τοὺς δὲ πειθοῖ προσήγοντο, καὶ συναθροισθέντες εἰς τὸ ἱερὸν στρατηγοὺς ἀπεδείκνυσαν τοῦ πολέμου πλείονας. Ἡρέθη δὲ Ἰώσηπος υἱὸς Γωρίωνος καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἄνανος, τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν ἁπάντων αὐτοκράτορες καὶ μάλιστα τὰ τείχη τῆς πόλεως ἀνεγείρειν. Τὸν γὰρ τοῦ Σίμωνος υἱὸν Ἐλεάζαρον, καίπερ ὑφ' ἑαυτῷ πεποιημένον τὴν Ῥωμαίων λείαν καὶ τὰ ἁρπαγέντα Κεστίου χρήματα, πρὸς οἷς πολλὰ τῶν δημοσίων θησαυρῶν, ὅμως οὐκ ἐπέστησαν ταῖς χρείαις, αὐτόν τε τυραννικὸν ὁρῶντες καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ ζηλωτὰς δορυφόρων ἔθεσι χρωμένους. Κατ' ὀλίγον γε μὴν ἥ τε χρεία τῶν χρημάτων καὶ γοητεύων Ἐλεάζαρος ἐκπεριῆλθε τὸν δῆμον, ὥστε αὐτῷ πειθαρχεῖν περὶ τῶν ὅλων.

tas et alia multa instrumenta relinquerent, quibus tunc captis Judæi postea contra illos qui ea dimiserant usi sunt. Romanos autem persequendo Antipatridem usque processerunt. Deinde quum eos assequi non potuissent, inter revertendum et machinas capiebant, et mortuos spoliabant, prædamque relictam colligebant; et pæanas canentes ad metropolim regrediebantur, suorum quidem paucis admodum amissis, Romanorum autem et auxiliarium quinque millibus peditum ac trecentis, equitibusque trecentis et octoginta interemptis. Et ista quidem gesta sunt die octavo mensis Dii, anno decimo secundo Neronis imperii.

CAP. XX. (XLI.)

At post calamitatem a Cestio acceptam nobilium Judæorum multi, quasi in eo esset navis ut mergeretur, e civitate veluti natando egressi sunt. Costobarus itaque et Saulus fratres, una cum Philippo Jacimi filio (hic autem Agrippæ regis exercitus præfectus erat), ex urbe fuga dilapsi ad Cestium se contulerunt. Quemadmodum vero Antipas, qui cum eis in aula regia obsessus illinc profugere noluit, a seditiosis fuerit interemptus, posthac declarabimus. Cestius autem Saulum ceterosque ex ipsorum petitione in Achaiam ad Neronem misit, et propriam necessitatem indicaturos, belli inchoati culpam in Florum translaturos: faciendo enim ut illi succenseretur, fore speravit ut aliquid de suo tolleret periculo.

2. Eo etiam tempore Damasceni, clade Romanorum audita, studiose id egerunt ut Judæos apud se degentes occiderent. Et quemadmodum ipsos quidem in gymnasio olim congregatos habebant propter suspiciones, hoc effecto haud fore rem aggressu difficilem existimabant: veriti autem erant uxores suas, ad unam fere omnes religioni Judaicæ addictas. Quare maximæ illis curæ erat ut eas laterent. Judæos autem, numero ad decem millia, quippe ut in angusto loco, omnesque inermes aggressi, una hora nullo negotio jugularunt.

(XLII.) 3. Qui vero Cestium persequuti sunt, postquam Hierosolyma erant reversi, Romanorum adhuc studiosos partim vi, partim blanditiis sibi adjungebant: et in templum congregati plures belli duces crearunt. Electus est autem Josephus Gorionis filius, et pontifex Ananus, qui summæ rerum omnium in urbe præessent, maximeque civitatis muros denuo erigerent. Filium namque Simonis Eleazarum, quamvis prædam ex Romanis partam et pecunias Cestio ereptas, prætereaque multa ex publicis thesauris in potestate sua habuerit, tamen negotiis summis præficere noluerunt, utpote quod et ipsum tyrannidem affectantem viderent, ejusque sectatores ei obsequentes satellitum more se gerere. Ceterum brevi pecuniæ indigentia, et præstigiis suis Eleazarus ita populum circumvenit, ut ei in summa rerum parerent.

δ'. Εἰς δὲ τὴν Ἰδουμαίαν ἑτέρους ἐπελέξαντο στρατηγούς, Ἰησοῦν τε τὸν υἱὸν Σαπφία τῶν ἀρχιερέων ἕνα καὶ Ἐλεάζαρον ἀρχιερέως υἱὸν Ἀνανίου. Τῷ δὲ ἄρχοντι τότε τῆς Ἰδουμαίας Νίγερι (γένος δὲ ἦν ἐκ τῆς περὶ Ἰορδάνην Περαίας, διὸ καὶ Περαΐτης ἐπεκαλεῖτο) προσέταξαν ὑποτάσσεσθαι τότε τοῖς στρατηγοῖς. Ἠμέλουν δὲ οὐδὲ τῆς ἄλλης χώρας, ἀλλ' εἰς μὲν Ἱεριχοῦντα Ἰώσηπος ὁ Σίμωνος, εἰς δὲ τὴν Περαίαν Μανασσῆς, Θαμνᾶ δὲ τοπαρχίας Ἰωάννης ὁ Ἐσσαῖος στρατηγήσων ἐπέμφθη· προσκεκλήρωτο δὲ αὐτῷ Λύδδα καὶ Ἰόπη καὶ Ἀμμαοῦς. Τῆς δὲ Γοφνιτικῆς καὶ Ἀκραβατηνῆς ὁ Ἀνανίου Ἰωάννης ἡγεμὼν ἀποδείκνυται, καὶ τῆς Γαλιλαίας ἑκατέρας Ἰώσηπος Ματθίου· προσώριστο δὲ τῇ τούτου στρατηγίᾳ καὶ Γάμαλα, τῶν ταύτῃ πόλεων ὀχυρωτάτη.

ε'. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων στρατηγῶν ἕκαστος ὡς εἶχε προθυμίας καὶ συνέσεως διῴκει τὰ πεπιστευμένα· Ἰώσηπος δὲ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐλθὼν πρῶτον ἐφρόντισε τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας τῶν ἐπιχωρίων, εἰδὼς ὅτι ταύτῃ πλεῖστα κατορθώσει, κἂν τἄλλα διαμαρτάνῃ. Συνιδὼν δὲ ὅτι τοὺς μὲν δυνατοὺς οἰκειώσεται μεταδιδοὺς τῆς ἐξουσίας αὐτοῖς, τὸ δὲ πᾶν πλῆθος, εἰ δι' ἐγχωρίων καὶ συνήθων τὰ πολλὰ προστάσσοι, τῶν μὲν γηραιῶν ἑβδομήκοντα τοὺς σωφρονεστάτους ἐπιλέξας ἐκ τοῦ ἔθνους κατέστησεν ἄρχοντας ὅλης τῆς Γαλιλαίας, ἑπτὰ δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει δικαστὰς τῶν εὐτελεστέρων διαφορῶν· τὰ γὰρ μείζω πράγματα καὶ τὰς φονικὰς δίκας ἐφ' ἑαυτὸν ἀναπέμπειν ἐκέλευσε καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα.

ϛ'. Καταστησάμενος δὲ τὰ πρὸς ἀλλήλους νόμιμα τῶν κατὰ πόλιν, ἐπὶ τὴν ἔξωθεν αὐτῶν ἀσφάλειαν ἐχώρει· καὶ γινώσκων Ῥωμαίους προσβαλοῦντας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, τἀπιτήδεια τῶν χωρίων ἐτείχιζεν, Ἰωτάπατα καὶ Βηρσαβεὲ καὶ Σελαμὶν, ἔτι δὲ Καφαρεχὼ καὶ Ἰαφὰ καὶ Σιγὼφ, τό τε Ἰταβύριον καλούμενον ὄρος, καὶ Ταριχέας καὶ Τιβεριάδα· πρὸς δὲ τούτοις, τὰ περὶ Γεννησὰρ τὴν λίμνην σπήλαια κατὰ τὴν κάτω καλουμένην Γαλιλαίαν ἀνετειχίσατο, τῆς τε ἄνω Γαλιλαίας τήν τε προσαγορευομένην Ἀχαβάρων πέτραν καὶ Σὲφ καὶ Ἰαμνὶθ καὶ Μηρὼθ· κατὰ δὲ τὴν Γαυλανῖτιν Σελεύκειάν τε καὶ Σωγάνην καὶ Γάμαλαν ὠχύρωσεν. Μόνοις δὲ Σεπφωρίταις ἀφῆκε καθ' ἑαυτοὺς τεῖχος ἀναδείμασθαι, χρημάτων τε εὐπόρους ὁρῶν ὄντας καὶ προθύμους ἐπὶ τὸν πόλεμον δίχα προστάγματος. Ὁμοίως δὲ καὶ Γίσχαλα Ἰωάννης ὁ Λευΐου υἱὸς καθ' ἑαυτὸν ἐτείχιζεν, Ἰωσήπου κελεύσαντος. Τοῖς δὲ ἄλλοις ἐρύμασιν αὐτὸς ἅπασι συμπονῶν ἅμα καὶ προστάσσων παρῆν. Κατέλεξε δὲ καὶ δύναμιν ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὑπὲρ δέκα μυριάδας νέων ἀνδρῶν, οὓς πάντας ἐκ τῶν συλλεγομένων παλαιῶν ὅπλων αὐτοὺς ἐγκατασκευαζόμενος ὥπλιζεν.

ζ'. Ἔπειτα συνιδὼν ἀήττητον τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν γεγενημένην εὐπειθείᾳ μάλιστα καὶ μελέτῃ τῶν ὅπλων, τὴν μὲν διδασκαλίαν ἀπέγνω τῇ χρείᾳ διωκομένην, τὸ δὲ εὐπειθὲς ὁρῶν περιγινόμενον ἐκ τοῦ πλήθους τῶν

4. Alios autem in Idumæam mittendos elegerunt duces, Jesum Sapphiæ filium, unum e pontificibus, et Eleazarum Ananiæ pontificis filium. Nigro autem, qui tunc Idumæam regebat (e regione trans Jordanem oriundo, unde Peraites cognominabantur), præceperunt ut tunc ducibus illis obtemperaret. Neque aliarum regionum negligentes erant, sed in Hierichuntem Josephus filius Simonis, et in Peræam Manasses, in Thamnæ vero toparchiam missus est Joannes Essæus qui eam administraret. Huic additæ sunt etiam Lydda et Iope et Ammaus. Gophniticæ autem et Acrabatenæ Joannes Ananiæ filius præficitur, et utrique Galilææ Josephus Matthiæ filius : hujusque præfecturæ attributa est etiam Gamala, civitatum illac munitissima.

5. Et aliorum quidem præsidum, pro ea qua erat voluntate et prudentia, quisque res sibi creditas administrabat : at Josepho, quum in Galilæam venisset, primum curæ fuit indigenarum sibi conciliare benevolentiam, ut qui probe norit sibi hac via in plerisque rem successuram, licet reliqua minus feliciter caderent. Quum autem secum reputasset quod potentissimos quidem amicos habiturus sit, si eos participes potestatis faceret; omnem vero multitudinem, si pleraque per indigenas et consuetos fieri præciperet, de senioribus quidem gentis septuaginta prudentissimis delectis, eos cum potestate omni Galilææ præfecit, septem vero per singulas civitates minorum litium judices constituit : nam graviora negotia causasque capitales ad se et septuagintaviros remitti jussit.

6. Disposito autem per civitates jure quo inter se uterentur, quemadmodum ab externa vi tuti essent insuper curabat : cognitoque Romanos in Galilæam facturos esse irruptionem, loca opportuna muro cingebat, Iotapata et Bersabee et Selamin, necnon Caphereccho et Iapha et Sigoph, et montem cui nomen est Itabyrio, et Taricheas et Tiberiadem : prætereaque speluncas ad lacum Gennesar, in Galilæa quæ inferior dicitur, munivit; in Galilæa etiam superiori petram quæ Achabarorum appellatur, et Seph et Jamnith et Meroth; in Gaulanitide vero Seleuciam et Soganen et Gamalam mœnibus firmavit. Solis autem Sepphoritis permisit ut murum sibimet ipsis fabricarent, quod eos et pecunia abundare videret et sponte sua ad bellum properare. Similiter et Gischala Joannes Levi filius suo suorumque opere muro cingi curavit, prout jusserat Josephus. Ceteris autem munimentis omnibus ipse intererat jubendo simul atque opem ferendo. Præterea exercitum ad centum millia tironum et amplius e Galilæa conscripsit, quos omnes, armis veteribus undique collectis ipsos instruens, armavit.

7. Deinde quum secum reputasset Romanorum virtutem factam esse invictam maxime quod dicto audientes essent, et armis sese exercerent, disciplinam quidem militarem usu assequendam insuper habebat, parendi autem facili-

ἡγεμόνων, Ῥωμαϊκώτερον ἔτεμνε τὴν στρατιὰν, καὶ πλείους καθίστατο ταξιάρχας. Στρατιωτῶν δὲ ἀπεδείκνυε διαφορὰς, καὶ τούτους μὲν ὑπέτασσε δεκαδάρχαις καὶ ἑκατοντάρχαις, ἔπειτα χιλιάρχοις, καὶ ἐπὶ τούτοις ἡγεμόσι ταγμάτων ἀδροτέρων ἀφηγουμένοις. Ἐδίδασκέ τε σημείων παραδόσεις καὶ σάλπιγγος προσκλήσεις τε καὶ ἀνακλήσεις, προσβολάς τε κεράτων καὶ περιαγωγὰς, καὶ πῶς δεῖ πρὸς μὲν τὸ κάμνον ἐπιστρέφειν ἐκ τοῦ περιόντος, ἐν δὲ τῷ πονοῦντι συμπαθεῖν· ὅσα τε εἰς παράστημα ψυχῆς καὶ σώματος καρτερίαν, συνεχῶς ἀφηγεῖτο. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἤσκει πρὸς τὸν πόλεμον, παρ' ἕκαστα τὴν Ῥωμαίων εὐταξίαν διηγούμενος, καὶ ὡς πολεμήσουσι πρὸς ἄνδρας, οἱ δι' ἀλκὴν σώματος καὶ ψυχῆς παράστημα πάσης ὀλίγου δεῖν τῆς οἰκουμένης κρατοῦσιν. Ἔφη δὲ πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν τῆς κατὰ τὸν πόλεμον εὐταξίας καὶ πρὸ παρατάξεως, εἰ τῶν συνήθων ἀδικημάτων ἀπόσχοιντο, κλοπῆς καὶ λῃστείας καὶ ἁρπαγῆς, τοῦ τε ἐξαπατᾶν τὸ ὁμόφυλον, καὶ μὴ κέρδος οἰκεῖον ἡγεῖσθαι τὴν βλάβην τῶν συνηθεστάτων. Διοικεῖσθαι γὰρ κάλλιστα τοὺς πολέμους, παρ' οἷς ἂν ἀγαθὸν τὸ συνειδὸς ἔχωσιν οἱ στρατευόμενοι· τοὺς δὲ οἴκοθεν φαύλους οὐ μόνον τοῖς ἐπιοῦσιν ἐχθροῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ χρῆσθαι πολεμίῳ.

η'. Πολλὰ τοιαῦτα παραινῶν διετέλει. Καὶ τὸ μὲν ἕτοιμον εἰς παράταξιν αὐτῷ συγκεκρότητο, πεζῶν μὲν ἓξ μυριάδες, ἱππεῖς δὲ διακόσιοι καὶ πεντήκοντα· χωρὶς δὲ τούτων, οἷς ἐπεποίθει μάλιστα, μισθοφόροι περὶ τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. Ἐπιλέκτους δὲ περὶ αὐτὸν εἶχεν ἑξακοσίους φύλακας τοῦ σώματος. Ἔτρεφον δὲ πλὴν τῶν μισθοφόρων τὴν ἄλλην στρατιὰν αἱ πόλεις ῥᾳδίως· τῶν γὰρ καταλεγέντων ἑκάστη, τοὺς ἡμίσεις ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐκπέμπουσα, τοὺς λοιποὺς ἐπὶ συμπορισμὸν αὐτοῖς τῶν ἐπιτηδείων κατεῖχεν· ὥστε τοὺς μὲν εἰς ὅπλα, τοὺς δὲ εἰς ἐργασίαν διῃρῆσθαι, καὶ τοῖς τὰ σῖτα πέμπουσιν ἀντιχορηγεῖσθαι παρὰ τῶν ὁπλιτῶν τὴν ἀσφάλειαν.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Διοικοῦντι δὲ οὕτω τῷ Ἰωσήπῳ τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν παρανίσταταί τις ἐπίβουλος ἀνὴρ ἀπὸ Γισχάλων, υἱὸς Λευίου, Ἰωάννης ὄνομα, πανουργότατος μὲν καὶ δολιώτατος τῶν ἐπισήμων, ἐν δὲ τοῖς πονηρεύμασιν ἁπάντων· πένης δὲ τὰ πρῶτα καὶ μέχρι πολλοῦ κώλυμα σχὼν τῆς κακίας τὴν ἀπορίαν, ἕτοιμος μὲν ψεύδεσθαι, δεινὸς δὲ ἐπιθεῖναι πίστιν τοῖς ἐψευσμένοις, ἀρετὴν ἡγούμενος τὴν ἀπάτην, καὶ ταύτῃ κατὰ τῶν φιλτάτων χρώμενος, ὑποκριτὴς φιλανθρωπίας, καὶ δι' ἐλπίδα κέρδους φονικώτατος, ἀεὶ μὲν ἐπιθυμήσας μεγάλων, τρέφων δὲ τὰς ἐλπίδας ἐκ τῶν ταπεινῶν κακουργημάτων. Λῃστὴς γὰρ ἦν μονότροπος, ἔπειτα καὶ συνοδίαν ηὗρε τῆς τόλμης, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγην, προκόπτων δὲ ἀεὶ πλείονα. Φροντὶς δὲ ἦν αὐτῷ μηδένα προσλαμβάνειν εὐάλωτον, ἀλλὰ τοὺς εὐεξίᾳ σώμα-

tatem videns ducum multitudini acceptam deberi, Romanorum magis ex more dividebat exercitum, pluresque constituebat ordinum principes. Milites insuper varie distribuebat, et istos quidem decurionibus subjiciebat et centurionibus, deinde tribunis, prætereaque ducibus qui agminibus plenioribus præerant. Docebat etiam quo modo signum alii aliis traderent, et tubis classicum canerent atque receptui, et cornuum conflictus et circumductiones, et quemadmodum oporteret superiores laborantibus succurrere, et cum defatigatis partiri pericula, quæque animis audaciam ingenerarent, et corpora facerent labores tolerare, frequenter inculcabat. Maxime autem eos ad bellica munera exercebat, in singulis Romanorum modestiam eis commemorans, et quod cum viris essent præliaturi, qui corporis viribus animique fortitudine totum fere terrarum orbem in suam potestatem redegerant. His addidit quo pacto belli tempore suis essent parituri præceptis, periculum se facturum etiam antequam in aciem veniant, si consuetis injuriis furtisque et latrociniis et rapinis abstineant, et a popularibus suis fraudandis, et ab ea cogitatione, sibi in lucro ponendum esse quod maxime familiaribus in damnum cedit. Illa enim bella optime administrari, in quibus milites sibi bene conscii sint: qui vero domi improbe se gerant, non solum eos qui contra ipsos veniant pro adversariis habere, sed et Deum pro hoste.

8. Multis hujusmodi admonitionibus uti non cessabat. Et jam quidem quantum prælio parandum esset conflatum erat, peditum quidem millia sexaginta, equites vero ducenti et quinquaginta; ac præter hos, quibus maxime fidebat, mercenarii ad quattuor millia et quingentos. Circa se etiam in corporis custodiam habebat sexcentos electos. Exceptis autem mercenariis facile ceteri milites a civitatibus alebantur: nam singulæ earum quas enarravimus, quum mediam sui multitudinem mitterent in militiam, reliquos ad necessaria sibi acquirenda detinebant: adeo ut una quidem pars armis destinaretur, altera vero operibus faciundis, et rem frumentariam suppeditantibus vicissim securitatem præstarent armati.

CAP. XXI. (XLIII.)

Josepho autem hoc modo Galilææ res administranti insurgit quidam insidiator, vir Gischalis oriundus, Levi filius, nomine Joannes, callidissimus quidem et dolosissimus nobilium, in nequitia vero omnium. Ab initio cum paupertate conflictatus est, ejusque malitiæ diu impedimento erat egestas, sed promptus et exercitatus ad mentiendum, ad fidem vero mendacio faciendam acer, fraudem in virtutum numero habens, eaque adversus amicissimos uti solitus, humanitatis simulator et spe lucri cædis maxime appetens, magna quidem semper affectans, spem vero ex sordidis maleficiis arripiens alensque. Latro enim erat singularis ac solitarius, deinde et quosdam inveniebat, qui se ei in audacia comites adjungerent, primo quidem pauculos, proficiens autem in latrociniis usque plures. Ei autem curæ erat neminem adsciscere qui facile capi posset,

τας καὶ ψυχῆς παραστήματι καὶ πολέμων ἐμπειρίᾳ διαφέροντας ἐξελέγετο. Μέχρι γοῦν τετρακοσίων ἀνδρῶν στῖφος συνεκρότησεν, οἳ τὸ πλέον ἐκ τῆς Τυρίων χώρας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κωμῶν φυγάδες ἦσαν, δι' ὧν ἐληΐζετο πᾶσαν τὴν Γαλιλαίαν, καὶ μετεώρους ὄντας ἐπὶ τῷ μέλλοντι πολέμῳ τοὺς πολλοὺς ἐσπάρασσεν.

β'. Ἤδη δὲ αὐτὸν στρατηγιῶντα καὶ μειζόνων ἐφιέμενον ἔνδεια χρημάτων κατεῖχεν. Ἐπεὶ δὲ τὸν Ἰώσηπον ὁρῶν αὐτοῦ σφόδρα χαίροντα τῷ δραστηρίῳ, πείθει μὲν πρῶτον αὐτῷ πιστεῦσαι τὸ τεῖχος ἀνοικοδομῆσαι τῆς πατρίδος, ἐν ᾧ πολλὰ παρὰ τῶν πλουσίων ἐκέρδησεν. Ἔπειτα συνθεὶς σκηνὴν πανουργοτάτην, ὡς ἄρα φυλάττοιντο πάντες οἱ κατὰ τὴν Συρίαν Ἰουδαῖοι ἐλαίῳ χρῆσθαι μὴ δι' ὁμοφύλων ἐγκεχειρισμένῳ, πέμπειν αὐτοῖς ἐπὶ τὴν μεθορίαν ἐξῃτήσατο· συνωνούμενος δὲ τοῦ Τυρίου νομίσματος, ὃ τέσσαρας Ἀττικὰς δύναται, τέσσαρας ἀμφορεῖς, τῆς αὐτῆς ἐπίπρασκε τιμῆς ἡμιαμφόριον. Οὔσης δὲ τῆς Γαλιλαίας ἐλαιοφόρου, μάλιστα καὶ τότε εὐφορηκυίας, εἰς σπανίζοντας πέμπων πολὺ καὶ μόνος, ἄπειρόν τι πλῆθος συνήγαγε χρημάτων, οἷς εὐθέως ἐχρῆτο κατὰ τοῦ τὴν ἐργασίαν παρασχόντος. Καὶ ὑπολαβὼν εἰ καταλύσειε τὸν Ἰώσηπον αὐτὸς ἡγήσεσθαι τῆς Γαλιλαίας, τοῖς μὲν ὑφ' αὑτὸν λῃσταῖς προσέταξεν εὐτονώτερον ἐγχειρεῖν ταῖς ἁρπαγαῖς, ὅπως πολλῶν νεωτεριζόντων κατὰ τὴν χώραν ἢ διαχρήσαιτό που τὸν στρατηγὸν ἐκβοηθοῦντα λοχήσας, ἢ περιορῶντα τοὺς λῃστὰς διαβάλοι πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους. Ἔπειτα διεφήμιζε πόρρωθεν ὡς ἄρα προδιδοίη Ῥωμαίοις τὰ πράγματα Ἰώσηπος, καὶ πολλὰ τοιαῦτα πρὸς κατάλυσιν τἀνδρὸς ἐπραγματεύετο.

γ'. Καθ' ὃν καιρὸν ἀπὸ Δαβαρίττων κώμης νεανίσκοι τινὲς τῶν ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ καθεζομένων φυλάκων, ἐνεδρεύοντες Πτολεμαῖον τὸν Ἀγρίππα καὶ Βερενίκης ἐπίτροπον, ἀφείλοντο πᾶσαν ὅσην ἦγεν ἀποσκευήν, ἐν ᾗ πολυτελεῖς ἐσθῆτες οὐκ ὀλίγαι καὶ πλῆθος ἐκπωμάτων ἀργυρῶν, χρυσοῖ τε ἦσαν ἑξακόσιοι· μὴ δυνάμενοι δὲ διελέσθαι κρύφα τὴν ἁρπαγήν, πάντα πρὸς Ἰώσηπον εἰς Ταριχέας ἐκόμισαν. Ὁ δὲ μεμψάμενος αὐτῶν τὸ πρὸς τοὺς βασιλικοὺς βίαιον τίθησι τὰ κομισθέντα παρὰ τῷ δυνατωτάτῳ τῶν Ταριχεατῶν Ἀνναίῳ, πέμψαι κατὰ καιρὸν τοῖς δεσπόταις προαιρούμενος· ὃ δὴ μέγιστον αὐτῷ κίνδυνον ἐπήγαγεν. Οἱ γὰρ ἁρπάσαντες ἅμα μὲν ἐπὶ τῷ μηδεμιᾶς τυχεῖν μερίδος ἐκ τῶν κεκομισμένων ἀγανακτοῦντες, ἅμα δὲ καὶ προσκεψάμενοι τοῦ Ἰωσήπου τὴν διάνοιαν, ὅτι μέλλοι τοῖς βασιλεῦσι τὸν πόνον αὐτῶν χαρίζεσθαι, νύκτωρ εἰς τὰς κώμας αὐτῶν διέδραμον, καὶ πᾶσιν ἐνεδείκνυντο τὸν Ἰώσηπον ὡς προδότην. Ἐνέπλησαν δὲ καὶ τὰς πλησίον πόλεις ταραχῆς, ὥστε ὑπὸ τὴν ἕω δέκα μυριάδας ὁπλιτῶν ἐπ' αὐτὸν συνδραμεῖν. Καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἐν τῷ κατὰ Ταριχέας ἱπποδρόμῳ συνηθροισμένον πολλὰ πρὸς ὀργὴν ἀνεβόα· καὶ οἱ μὲν καταλεύειν, οἱ δὲ καίειν τὸν προδότην ἐκεκράγεσαν. Παρώξυνε δὲ τοὺς πολλοὺς Ἰωάννης καὶ σὺν αὐτῷ Ἰησοῦς τις υἱὸς Σαπφία, τότε

sed qui et corporis habitudine, et animi firmitate, bellorumque peritia præstarent, hos sibi eligebat. Virorum itaque manum numero ad quater mille collegit paravitque, quorum maxima pars ex Tyriorum regione ejusque vicis ad eum confugerant: eorum ope Galilæam omnem depopulabatur, multosque belli exspectatione suspensos irritabat.

2. Jam vero illi imperare desideranti et majorum appetenti pecuniæ inopia obstabat. Quum autem videret Josephum sua valde delectari industria, persuadet ei primum ut patriæ mœnia instauranda suæ mandaret fidei; qua in re multum lucri fecit ex locupletibus. Deinde, commento callidissimo excogitato, quo cautum esset ut oleo, quod non a gentilibus suis elaboratum esset, uti prohiberentur omnes apud Syriam Judæi, oleum ipsis ad confinia mittendi privilegium deposcit: nummoque Tyrio, qui quattuor drachmas Atticas valet, quatuor olei amphoras coemens, eodem pretio amphoræ dimidium vendebat. Quumque Galilæa olei esset ferax, et tunc maxime illo abundaret, in ea loca ubi erat penuria, dum solus multumque mitteret, immensam pecuniæ vim sibi parabat; qua mox in eum usus est, qui hoc sibi quæstum faciendi beneficium dederat. Ratusque, si Josephum everteret, fore ut ipse Galilææ imperaret, jussit latrones quibus præerat acriori studio rapinis operam dare ut, multis res novas per regionem molientibus, aut insidiis rectorem ad auxiliandum procurrentem alicubi perimeret, aut, si latrones insuper haberet, ea de re apud indigenas eum accusaret. Deinde altius res repetendo eum calumniabatur, quasi Josephus Romanis res prodere cogitaret: et hujusmodi multa ad potestatem ejus evertendam machinabatur.

3. Eo tempore juvenes quidam e vico Dabarittis in Magno campo vigilias agentes insidias struunt Ptolemæo Agrippæ et Berenices procuratori, et omnem quam secum ducebat supellectilem diripiebant, scilicet vestes pretiosas non paucas, plurimaque pocula argentea et aureos sexcentos: quum autem non potuissent prædam dividere in occulto, omnia Taricheas ad Josephum comportarunt. Ille vero, quum reprehendisset illorum violentiam regiis illatam, quæcunque afferebantur reponenda curabat apud Annæum Taricheatarum potentissimum, eo animo ut dominis ista oportune remitteret. Id quod eum in maximum periculum adducebat. Nam qui ista diripuerant, ægre ferentes se nullam partem capturos esse eorum quæ attulerant, et Josephi propositum perspectum habentes, quod ex eorum labore gratificaturus esset regibus, in vicos quisque suos nocte discurrebant, et palam omnibus prædicabant Josephum pro proditore habendum esse. Quin et urbes vicinas tumultu repleverunt, adeo ut centum armatorum millia prima luce adversus eum concurrerint. Et multitudo quidem, in circo apud Taricheas congregata, multa iracunde admodum clamabant, et alii quidem proditorem lapidandum esse, alii vero concremandum vociferabant. Plerosque autem incitabat Joannes, et cum eo Jesus quidam Sapphiæ filius, eo tempore summus

ἄρχων τῆς Τιβεριάδος. Οἱ μὲν οὖν φίλοι καὶ σωματοφύλακες τοῦ Ἰωσήπου καταπλαγέντες τὴν ὁρμὴν τοῦ πλήθους ἔφυγον πλὴν τεσσάρων πάντες. Αὐτὸς δὲ κοιμώμενος ἤδη προσφερομένου τοῦ πυρὸς διανίσταται, καὶ παραινούντων φεύγειν τῶν τεσσάρων οἳ παρέμειναν, οὔτε πρὸς τὴν καθ' αὑτὸν ἐρημίαν, οὔτε πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐφεστώτων καταπλαγείς, προπηδᾷ, περιρρηξάμενος μὲν τὴν ἐσθῆτα, καταμησάμενος δὲ τῆς κεφαλῆς κόνιν, ἀποστρέψας δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας καὶ τὸ ἴδιον ξίφος ἐπιδήσας τῷ τένοντι. Πρὸς ἃ τῶν μὲν οἰκείως ἐχόντων καὶ μάλιστα τῶν Ταριχεατῶν οἶκτος ἦν· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς χώρας καὶ τῶν πλησίον ὅσοις ἐδόκει φορτικὸς ἐβλασφήμουν, προφέρειν τε τὰ κοινὰ χρήματα θᾶττον ἐκέλευον, καὶ τὰς προδοτικὰς συνθήκας ἐξομολογεῖσθαι. Προσειλήφεσαν γὰρ ἐκ τοῦ σχήματος οὐδὲν αὐτὸν ἀρνήσεσθαι τῶν ὑπονοηθέντων, ἀλλὰ ἐπὶ συγγνώμης πορισμῷ πάντα πεποιηκέναι τὰ πρὸς τὸν ἔλεον. Τῷ δὲ ἦν ἡ ταπείνωσις προκατασκευὴ στρατηγήματος· καὶ τεχνιτεύων τοὺς ἀγανακτοῦντας καθ' αὑτοῦ κατ' ἀλλήλων στασιάσαι ἐφ' οἷς ὠργίζοντο, πάντα ὁμολογήσειν ὑπισχνεῖτο. Εἶτα δοθὲν αὐτῷ λέγειν, « ἐγὼ ταῦτα, ἔφη, τὰ χρήματα οὔτε ἀναπέμπειν « Ἀγρίππᾳ προῃρούμην οὔτε κερδαίνειν αὐτός· μὴ « γὰρ ἡγησαίμην ποτὲ φίλον τὸν ὑμῖν διάφορον, ἢ κέρ« δος τὸ φέρον τῷ κοινῷ βλάβην. Ὁρῶν δὲ, ὦ Τα« ριχεᾶται, μάλιστα τὴν ὑμετέραν πόλιν ἀσφαλείας « δεομένην, καὶ πρὸς κατασκευὴν τείχους χρῄζουσαν « ἀργυρίου, δεδοικὼς δὲ τὸν Τιβεριέων δῆμον καὶ τὰς « ἄλλας πόλεις ἐφεδρευούσας τοῖς ἡρπασμένοις, κατα« σχεῖν ἡσυχῇ τὰ χρήματα προειλόμην, ἵνα ὑμῖν περι« βάλωμαι τεῖχος. Εἰ δὲ μὴ δοκεῖ, προφέρω τὰ κε« κομισμένα καὶ παρέχω διαρπάζειν· εἰ δὲ καλῶς ὑμῖν « ἐβουλευσάμην, κολάζετε τὸν εὐεργέτην. »

δ'. Ἐπὶ τούτοις οἱ Ταριχεᾶται μὲν αὐτὸν ἀνευφήμουν, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Τιβεριάδος σὺν τοῖς ἄλλοις ἐκάκιζον καὶ διηπείλουν. Καταλιπόντες δὲ ἑκάτεροι τὸν Ἰώσηπον ἀλλήλοις διεφέροντο. Κἀκεῖνος θαρρῶν ἤδη τοῖς ᾠκειωμένοις (ἦσαν δὲ εἰς τετρακισμυρίους Ταριχεᾶται) παντὶ τῷ πλήθει παρρησιαστικώτερον ὡμίλει. Καὶ πολλὰ τὴν προπέτειαν αὐτῶν κατονειδίσας ἐκ μὲν τῶν παρόντων Ταριχέας, ἔφη τειχίσειν, ἀσφαλιεῖσθαι δὲ ὅμως καὶ τὰς ἄλλας πόλεις· οὐ γὰρ ἀπορήσειν χρημάτων, ἐὰν ὁμονοῶσιν ἐφ' οὓς δεῖ πορίζειν, καὶ μὴ παροξύνωνται κατὰ τοῦ πορίζοντος.

ε'. Ἔνθα δὴ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος τῶν ἠπατημένων ἐπανεχώρει καίτοι διωργισμένον, δισχίλιοι δὲ ἐπ' αὐτὸν ὥρμησαν ἔνοπλοι, καὶ φθάσαντος εἰς τὸ δωμάτιον παρελθεῖν, ἀπειλοῦντες ἐφεστήκεσαν. Ἐπὶ τούτοις πάλιν Ἰώσηπος ἀπάτῃ δευτέρᾳ χρῆται. Ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ τέγος καὶ τῇ δεξιᾷ καταστείλας τὸν θόρυβον αὐτῶν ἀγνοεῖν ἔφη τίνων ἀξιοῦσι τυχεῖν· οὐ γὰρ κατακούειν διὰ τὴν τῆς βοῆς σύγχυσιν· ὅσα δ' ἂν κελεύσωσι πάντα ποιήσειν, εἰ τοὺς διαλεξομένους ἡσυχῇ πέμψειαν εἴσω πρὸς αὐτόν. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ γνώριμοι σὺν

Tiberiadis magistratus. Et Josephi quidem amici et satellites, multitudinis incursu perterriti, fuga salutem quærebant omnes præter quattuor. Ille vero e somno, quum jam ignis admoveretur, expergefactus surgit, et hortantibus eum quattuor illis qui remanserunt ut fugeret, neque solitudine sua neque illorum qui contra se venerunt multitudine exterritus, repente prosiluit, veste dilacerata et capite pulvere consperso, aversisque post tergum manibus, et gladio suo cervici alligato. Quibus ejus quidem familiares maximeque Taricheatæ ad misericordiam adducti sunt : rustica vero plebs et finitimorum isti, quibus molestior videbatur, ei maledicebant, et pecunias publicas ocius proferre jubebant, et proditionis pacta indicare. Nam ex habitu ejus opinabantur quod nihil eorum de quibus suspectus erat negatum iret, fecissetque impetrandæ veniæ causa omnia quæ misericordiam moverent. Huic autem ista humilitas viam ad strategema præmuniebat : atque id callide agens, ut contra ipsum indignantes super his unde irascerentur inter se dissidere faceret, ipsos reum omnia confitentem habituros esse pollicebatur. Deinde facta ei dicendi potestate, « ego, inquit, has pecunias neque Agrippæ mittere, neque « quæstui eas habere cogitabam : nunquam enim eum amicum « duxerim qui vobis sit inimicus, aut lucro deputaverim quod « reipublicæ in damnum cedat. Sed quum animadverterem, « o Taricheatæ, civitatem vestram maxime omnium munitionis egere, et ad mœnia exstruenda pecuniæ inopia la« borare, veritusque essem ne populus Tiberiensis et aliæ « civitates raptis pecuniis insidiarentur, mecum constitui « clam pecuniam detinere, ut vobis circumdarem muros. « Si hoc displiceat, quæ fuerint allata profero et diripienda « exhibeo : sin autem vobis haud male consului, de bene« factore pœnas exigitis. »

4. Ob hæc Taricheatæ quidem de eo bona omnia dicebant, Tiberienses vero cum aliis eum vituperabant, minasque intentabant. Utrique autem relicto Josepho inter se dissidebant. Atque ille, istis jam fretus qui eadem ac ipse sentirent (erant autem Taricheatæ ad quadraginta millia), cum omni multitudine liberius colloquebatur. Multumque in eorum temeritatem invectus, ex præsenti quidem pecunia Taricheas se munitum ire dicebat, paratumque esse reliquis etiam civitatibus securitatem præstare : non enim pecuniam desideraturos esse, si secum de iis consentiant adversus quos paranda sit, et non in ipsum exacerbentur qui eam paret.

5. Itaque tum quidem alia multitudo, quæ decepta fuerat, recedebat, quamvis irata et offensa : duo vero armatorum millia adversus eum properabant, et, quum ille semet in tectum jam ante recepisset, cum minis foribus adstabant. Iterum autem Josephus in hos altera fraude utitur. Quum enim in tectum superius ascendisset et dextra tumultum eorum sedasset, se nescire aiebat quid sit quod ab ipso consequi velint; nihil enim se ob dissonum clamorem exaudire posse : omnia vero quæ imperaverint facturum esse, si quos placide secum acturos ad ipsum intromitti velint.

τοῖς ἄρχουσιν εἰσῄεσαν. Ὁ δὲ σύρας αὐτοὺς εἰς τὸ μυχαίτατον τῆς οἰκίας καὶ τὴν αὔλειον ἐπικλείσας ἐμαστίγωσε μέχρι πάντων τὰ σπλάγχνα γυμνῶσαι. Περιειστήκει δὲ τέως τὸ πλῆθος, δικαιολογεῖσθαι μακρότερα τοὺς εἰσελθόντας οἰόμενον. Ὁ δὲ τὰς θύρας ἐξαπίνης ἀνοίξας ᾑμαγμένους ἐξαφῆκε τοὺς ἄνδρας, καὶ τοσαύτην τοῖς ἀπειλοῦσιν ἐνειργάσατο κατάπληξιν, ὥστε ῥίψαντας τὰ ὅπλα φεύγειν.

ς'. Πρὸς ταῦτα Ἰωάννης ἐπετείνετο τὸν φθόνον καὶ δευτέραν ἤρτυεν ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Ἰωσήπου· σκηψάμενος δὲ νόσον ἱκέτευε δι' ἐπιστολῆς τὸν Ἰώσηπον ἐπιτρέψαι πρὸς θεραπείαν αὐτῷ χρήσασθαι τοῖς ἐν Τιβεριάδι θερμοῖς ὕδασιν. Ὁ δέ (οὔπω γὰρ ὑπώπτευε τὸν ἐπίβουλον) γράφει τοῖς κατὰ τὴν πόλιν ὑπάρχοις ξενίαν τε καὶ τἀπιτήδεια Ἰωάννῃ παρασχεῖν. Ὧν ἀπολαύσας μετὰ δύο ἡμέρας ἐφ' ᾧ παρῆν διεπράττετο, καὶ τοὺς μὲν ἀπάταις, τοὺς δὲ χρήμασι διαφθείρων ἀνέπειθεν ἀποστῆναι Ἰωσήπου. Καὶ γνοὺς ταῦτα Σίλας, ὁ φυλάσσειν τὴν πόλιν ὑπὸ Ἰωσήπου καθεσταμένος, γράφει τὰ κατὰ τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ κατὰ τάχος. Ὁ δὲ Ἰώσηπος, ὡς ἔλαβε τὴν ἐπιστολήν, νυκτὸς ὁδεύσας συντόνως, ἑωθινὸς παρῆν πρὸς τὴν Τιβεριάδα. Καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος αὐτῷ ὑπήντα· Ἰωάννης δέ, καίτοι τὴν παρουσίαν ὑποπτεύων ἐπ' αὐτόν, ὅμως πέμψας τινὰ τῶν γνωρίμων, ὑπεκρίνατο τὴν ἀσθένειαν, καὶ κλινήρης ὢν ὑστερῆσαι τῆς θεραπείας ἔλεγεν. Ὡς δὲ εἰς τὸ στάδιον τοὺς Τιβεριεῖς ἀθροίσας ὁ Ἰώσηπος ἐπειρᾶτο διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐπεσταλμένων, ὑποπέμψας ὁπλίτας προσέταξεν αὐτὸν ἀνελεῖν. Τούτους τὰ ξίφη γυμνοῦντας ὁ δῆμος προϊδὼν ἀνεβόησεν. Πρὸς δὲ τὴν κραυγὴν Ἰώσηπος ἐπιστραφεὶς καὶ θεασάμενος ἐπὶ τῆς σφαγῆς ἤδη τὸν σίδηρον, ἀπεπήδησεν εἰς τὸν αἰγιαλόν· εἱστήκει δὲ δημηγορῶν ἐπὶ βουνοῦ τινος ἑξαπήχους τὸ ὕψος· καὶ παρορμοῦντος ἐπιπηδήσας σκάφους, σὺν δυσὶ σωματοφύλαξιν εἰς μέσην τὴν λίμνην ἀνέφευγεν.

ζ'. Οἱ στρατιῶται δὲ αὐτοῦ ταχέως ἁρπάσαντες ὅπλα κατὰ τῶν ἐπιβούλων ἐχώρουν. Ἔνθα δείσας ὁ Ἰώσηπος μὴ πολέμου κινηθέντος ἐμφυλίου δι' ὀλίγων φθόνον παραναλώσῃ τὴν πόλιν, πέμπει τοῖς σφετέροις ἀγγέλλων μόνης προνοεῖν τῆς αὐτῶν ἀσφαλείας, μήτε δὲ κτείνειν τινὰ μήτε ἀπελέγχειν τῶν αἰτίων. Καὶ οἱ μὲν τῷ παραγγέλματι πεισθέντες ἠρέμησαν, οἱ δὲ ἀνὰ τὴν πέριξ χώραν, πυθόμενοι τήν τε ἐπιβουλὴν καὶ τὸν συσκευάσαντα, συνηθροίζοντο κατὰ τοῦ Ἰωάννου. Φθάνει δὲ ἐκεῖνος εἰς Γίσχαλα φυγὼν τὴν πατρίδα. Συνέρρεον δὲ πρὸς τὸν Ἰώσηπον οἱ Γαλιλαῖοι κατὰ πόλεις, καὶ πολλαὶ μυριάδες ὁπλιτῶν γενόμεναι παρεῖναι σφᾶς ἐπὶ Ἰωάννην τὸν κοινὸν ἐπίβουλον ἐβόων· συγκαταφλέξειν γὰρ αὐτῷ καὶ τὴν ὑποδεξαμένην πόλιν. Ὁ δὲ ἀποδέχεσθαι μὲν αὐτῶν ἔφασκε τὴν εὔνοιαν, εἶργε δὲ τὴν ὁρμήν, χειρώσασθαι συνέσει τοὺς ἐχθροὺς μᾶλλον ἢ κτεῖναι προαιρούμενος. Ἐκλαβὼν δὲ τοὺς ἀφ' ἑκάστης πόλεως Ἰωάννῃ συναφεστῶτας Ἰώσηπος κατ'

His auditis, nobiliores cum magistratibus ad eum ingressi sunt. Ille vero, quum eos in abditissima domus traxisset, et aulæ ostia operuisset, verberavit donec viscera omnium nudaret. Interim autem circumstabat multitudo, existimans suos longiore disceptatione teneri. At ille, foribus subito patefactis, cruentos eos dimisit. Id quod malum minitantibus tantum incussit terrorem, ut projectis armis aufugerent.

6. Ex istis Joannis aucta est invidia, aliasque Josepho parabat insidias, morboque simulato per literas Josephum obsecravit ut permitteret ipsi calidis aquis in Tiberiade ad valetudinem curandam uti. Atque ille, ut qui nondum insidiatorem suspicaretur, ad præfectos civitatis scribit ut et hospitium et necessaria Joanni præberent. Quibus potitus, biduo post id cujus causa venerat peragebat : et aliis quidem fraude circumventis, aliis vero pecunia corruptis, Josephum deserere persuasit. Atque Silas, cui mandata erat a Josepho urbis custodia, ubi ista cognovit, statim ad eum literas mittit de insidiis. Josephus autem, quum primum literas accepisset, nocte iter maturavit et mane admodum Tiberiadem pervenit. Et cetera quidem multitudo ei obviam veniebat. Joannes autem, quamvis eum contra se venturum esse suspicaretur, tamen per quendam e familiaribus ad eum missum languorem ex morbo simulavit, et quod lecto affixus esset, obsequio se defuisse dicebat. Tiberiensibus autem a Josepho in stadium congregatis, ubi aggrediebatur ad eos alloquendum de literis, missis armatis jussit eum interfici. Quos quum populus prospexisset stricturos esse gladios, exclamavit. Josephus autem ad clamorem conversus quum prope jugulo suo imminere vidisset ferrum, inde in littus desiluit; nam verba faciens ad populum steterat in tumulo sex pedes alto; et navicula, quæ forsan appulerat, propere ascensa, cum duobus satellitibus medium in lacum refugiebat.

7. Milites autem ejus, armis illico correptis, contra insidiatores ibant. Unde veritus Josephus, ne moto bello intestino propter paucorum invidiam civitas consumeretur, ad suos mittit qui eos monerent, ut suæ tantum saluti consulerent, et neque quenquam occiderent, neque culpæ affinem redarguerent. Et illi quidem dicto audientes quieverunt. Qui vero in vicinia degebant, quum de insidiis inaudivissent et de illo qui eas struxerat, contra Joannem coibant. Sed ille prius in Gischala patriam suam fuga se recipiebat. At Galilæi suis quisque e civitatibus ad Josephum confluebant, et quum multa armatorum millia congregata essent, se adversus Joannem, communem insidiatorem, præsto adesse clamabant, una cum eo civitatem quæ illum susceperat igne crematuros. Ille vero aiebat, sibi quidem gratam acceptamque esse ipsorum erga se benevolentiam : impetum vero cohibebat, ut qui maluerit inimicos prudentia vincere quam occidere. Quum autem Josephus e singulis civitatibus nominatim eos excepisset, qui una cum Joanne

ὄνομα (προθύμως δὲ ἐνεδείκνυντο τοὺς σφετέρους οἱ δημόται) καὶ διὰ κηρύκων ἀπειλήσας, τῶν ἐντὸς ἡμέρας πέμπτης μὴ καταλιπόντων τὸν Ἰωάννην τάς τε οὐσίας διαρπάσειν καὶ τὰς οἰκίας ἅμα ταῖς γενεαῖς καταφλέξειν, τρισχιλίους μὲν ἀπέστησεν εὐθέως, οἳ παραγενόμενοι τὰ ὅπλα παρὰ τοῖς ποσὶν ἔρριψαν αὐτοῦ· σὺν δὲ τοῖς καταλειφθεῖσιν (ἦσαν δὲ ὅσον εἰς δισχιλίους Σύρων φυγάδες) ἀνέστελλεν Ἰωάννης πάλιν εἰς τὰς λαθραίους ἐπιβουλὰς ἐκ τῶν φανερωτέρων. Κρύφα γοῦν ἔπεμψεν ἀγγέλους εἰς Ἱεροσόλυμα, διαβάλλων τὸν Ἰώσηπον ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς δυνάμεως, φάσκων ὅσον οὐδέπω τύραννον ἐλεύσεσθαι τῆς μητροπόλεως, εἰ μὴ προκαταληφθείη. Τούτοις ὁ μὲν δῆμος (ἦν γὰρ προειδὼς) οὐ προσεῖχον, οἱ δυνατοὶ δὲ κατὰ φθόνον καὶ τῶν ἀρχόντων τινὲς λάθρα τῷ Ἰωάννῃ χρήματα πρὸς συλλογὴν μισθοφόρων ἔπεμψαν, ὅπως πολεμήσοι πρὸς Ἰώσηπον. Ἐψηφίσαντο δὲ καθ' αὑτοὺς καὶ μετακαλεῖν αὐτὸν ἀπὸ τῆς στρατηγίας· οὐ μὴν ἠξίουν ἀποχρήσειν τὸ δόγμα· δισχιλίους δὲ καὶ πεντακοσίους ὁπλίτας καὶ τέσσαρας τῶν ἐπιφανῶν ἄνδρας ἔστειλαν, τόν τε τοῦ Νομικοῦ Ἰωάεσδρον καὶ Ἀνανίαν Σαδδουκὶ καὶ Σίμωνα καὶ Ἰούδην Ἰωνάθου, πάντας εἰπεῖν δυνατωτάτους, ἵνα οὗτοι τὴν πρὸς τὸν Ἰώσηπον εὔνοιαν ἀποστρέψωσι· κἂν μὲν ἑκὼν παραγίνηται, λόγον ὑποσχεῖν ἐᾶν αὐτόν· εἰ δὲ βιάζοιτο μένειν, ὡς πολεμίῳ χρῆσθαι. Ἰωσήπῳ δὲ παραγενέσθαι μὲν στρατιὰν ἐπεστάλκεσαν οἱ φίλοι, τὴν δὲ αἰτίαν οὐ προεδήλουν, ἅτε δὴ τῶν ἐχθρῶν λάθρα βεβουλευμένων. Διὸ καὶ μὴ προφυλαξαμένου τέσσαρες πόλεις εὐθέως πρὸς τοὺς διαφόρους ἀπέστησαν ἐλθόντας, Σέπφωρίς τε καὶ Γάμαλα καὶ Γίσχαλα καὶ Τιβεριάς. Ταχέως δὲ καὶ ταύτας προσηγάγετο δίχα τῶν ὅπλων, καὶ χειρωσάμενος στρατηγήματι τοὺς τέσσαρας ἡγεμόνας τῶν τε ὁπλιτῶν τοὺς δυνατωτάτους ἀνέπεμψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Πρὸς οὓς ὁ δῆμος ἠγανάκτησεν οὐ μετρίως, καὶ σὺν αὐτοῖς ὥρμησε τοὺς προπέμψαντας ἀνελεῖν, εἰ μὴ φθάσαντες ἀπέδρασαν.

η'. Ἰωάννην δὲ τὸ λοιπὸν ἐντὸς τοῦ Γισχάλων τείχους ὁ παρὰ Ἰωσήπου φόβος ἐφρούρει. Καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας πάλιν ἀπέστη Τιβεριάς, ἐπικαλεσαμένων τῶν ἔνδον Ἀγρίππαν τὸν βασιλέα. Καὶ τοῦ μὲν μὴ καταντήσαντος ἐφ' ἣν συνετέτακτο προθεσμίαν, Ῥωμαϊκῶν δὲ ἱππέων ὀλίγων κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν παραφανέντων, τὸν Ἰώσηπον ἐξεκήρυσσον. Τῶν δὲ ἠγγέλθη μὲν εἰς Ταριχέας ἡ ἀπόστασις εὐθέως· ἐκπεπομφὼς δὲ τοὺς στρατιώτας πάντας ἐπὶ σίτου συλλογὴν οὔτε μόνος ἐξορμᾶν ἐπὶ τοὺς ἀποστάντας οὔτε μένειν ὑπέμενε, δεδοικὼς μὴ βραδύνοντος αὐτοῦ φθάσωσιν οἱ βασιλικοὶ παρελθεῖν εἰς τὴν πόλιν· οὐδὲ γὰρ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐνεργὸν ἕξειν ἔμελλεν, ἐπέχοντος σαββάτου. Δόλῳ δὴ περιελθεῖν ἐπενόει τοὺς ἀποστάντας. Καὶ τὰς μὲν πύλας τῶν Ταριχεῶν ἀποκλεῖσαι κελεύσας, ὡς μὴ προεξαγγέλλοι τις τὸ σκέμμα τοῖς ἐπιχειρουμένοις, τὰ δὲ ἐπὶ τῆς λίμνης σκάφη πάντα συναθροίσας (διακόσια δὲ καὶ τριάκοντα ηὑρέθη καὶ ναῦται τεσσάρων οὐ πλείους

defecerant (quippe plebeii prompte admodum suos indicabant), et præconum voce denunciasset, se patrimonia eorum, qui intra quinque dies Joannem non reliquissent, direptum ire, domosque cum familiis combusturum, brevi fecit ut tria quidem ab eo millia deficerent, qui quum ad eum accessissent, ad pedes ejus arma projecerunt: Joannes autem cum reliquis (erant duo circiter millia Syrorum fugitivorum) ex insidiis apertioribus ad occultas se recipiebat. Itaque clam nuncios Hierosolyma misit, calumnians Josephum, quod ingentem copiarum multitudinem coegisset, dicensque fere in eo esse ut metropolin tyrannide occupet, nisi mature præveniatur. Istis quidem populus (jam enim rem præviderat) animum non advertebat; primores vero ex invidia nonnullique magistratuum clam pecunias Joanni miserunt ad milites mercenarios comparandos, ut adversus Josephum bellum gererent. Atque inter se decreverunt eum ab exercitu ducendo revocare: verumtamen decretum haud satis valiturum existimabant, sed duo millia et quingentos armatos, et quattuor viros ex illustrioribus miserunt, Joaesdrum Nomici filium et Ananiam Sadduci, et Simonem et Judam Jonathæ filios, omnes dicendi peritissimos, ut isti populum a sua in Josephum benevolentia averterent; et si quidem is sponte sua veniat, sinerent ipsum sui rationem reddere: sin autem urgeat ut maneat, pro hoste haberent. Josepho autem literis significarunt amici in ipsum quidem venturos esse milites, minime vero ei indicarunt quid causæ fuerit cur venirent, utpote quod clausa haberentur inimicorum consilia. Unde factum ut, quum nihil præcautum esset, quattuor civitates adversariis statim ac venerant se adjungerent, Sepphoris et Gamala et Gischala et Tiberias. Verum ille istas continuo sine armis recepit, quattuorque duces strategemate captos et ex armatis potentissimos quosque Hierosolyma remittendos curavit. Contra quos populus haud mediocri indignatione commotus est, atque ipsos et qui eos comitati erant ocius interfecisset, nisi ante aufugissent.

8. Posthac vero Joannes intra muros Gischalorum se continebat præ metu Josephi. Et paucis post diebus descivit Tiberias, postquam Agrippæ regis opem imploraverant incolæ. Et quum ille præstituto die ad eos non venisset, paucique Romani equites eo ipso die comparuissent, Josephum urbe expulsum declarabant. Horum defectionis quidem rumor statim Taricheas perlatus erat: militibus vero omnibus frumentatum missis, nec solus contra desertores subito proficisci, neque illic manere sustinuit, veritus ne, dum ipse cunctaretur, regii civitatem præoccuparent: nec enim postero die, obstante sabbato, quicquam facere poterat. Itaque dolo eos, qui ab ipso desciverant, circumvenire cogitabat. Quumque Tarichearum portas claudi jussisset, ne quis consilium iis contra quos susceptum erat proderet, et navigia quæ in lacu erant omnia congregasset (ducenta autem et triginta deprehendit, quattuorque et non amplius in singulis nautas), qua potuit celeritate pro-

ἦσαν ἐν ἑκάστῳ), διὰ τάχους ἐλαύνει πρὸς τὴν Τιβεριάδα. Καὶ τοσοῦτον ἀποσχὼν τῆς πόλεως, ἐξ ὅσου συνιδεῖν οὐ ῥᾴδιον ἦν, κενὰς τὰς ἁλιάδας μετεώρους σαλεύειν ἐκέλευσεν, αὐτὸς δὲ, μόνους ἑπτὰ τῶν σωματοφυλάκων ἀνόπλους ἔχων, ἔγγιον ὀφθῆναι προσῄει. Θεασάμενοι δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἔτι βλασφημοῦντες οἱ διάφοροι, καὶ διὰ τὴν ἔκπληξιν πάντα τὰ σκάφη γέμειν ὁπλιτῶν νομίσαντες, ἔρριψαν τὰ ὅπλα καὶ κατασείοντες ἱκετηρίας ἐδέοντο φείσασθαι τῆς πόλεως.

θ'. Ὁ δὲ Ἰώσηπος πολλὰ διαπειλησάμενος αὐτοῖς καὶ κατονειδίσας, εἰ πρῶτα μὲν ἀράμενοι τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον, εἰς στάσεις ἐμφυλίους προαναλίσκουσι τὴν ἰσχὺν, καὶ τὰ εὐκταιότατα ποιοῦσι τοῖς ἐχθροῖς, ἔπειτα τὴν κηδεμόνα τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν ἀναρπάσαι σπεύδουσι, καὶ κλείειν οὐκ αἰδοῦνται τὴν πόλιν αὐτῶν τῷ τειχίσαντι, προσδέχεσθαι τοὺς ἀπολογησομένους ἔφασκε, καὶ δι' ὧν βεβαιώσαιτο τὴν πόλιν. Κατέβαινον δὲ εὐθέως δέκα τῶν Τιβεριέων οἱ δυνατώτατοι. Καὶ τοὺς μὲν ἀναλαβὼν μιᾷ τῶν ἁλιάδων ἀνήγαγε πορρωτάτω, πεντήκοντα δὲ ἑτέρους τῆς βουλῆς τοὺς μάλιστα γνωρίμους κελεύει προσελθεῖν, ὡς καὶ παρ' ἐκείνων πίστιν τινὰ βουλόμενος λαβεῖν. Ἔπειτα καινοτέρας σκήψεις ἐπινοῶν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ὡς ἐπὶ συνθήκαις προσεκαλεῖτο· τοῖς δὲ κυβερνήταις ἐκέλευσε τῶν πληρουμένων διὰ τάχους εἰς Ταριχέας ἀναπλεῖν, καὶ συγκλείειν τοὺς ἄνδρας εἰς τὸ δεσμωτήριον, μέχρι πᾶσαν μὲν τὴν βουλὴν οὖσαν εἰς ἑξακοσίους, περὶ δὲ δισχιλίους τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου συλλαβὼν, ἀνήγαγε σκάφεσιν εἰς Ταριχέας.

ι'. Βοώντων δὲ τῶν λοιπῶν, αἴτιον εἶναι μάλιστα τῆς ἀποστάσεως Κλεῖτόν τινα, καὶ παρακαλούντων εἰς ἐκεῖνον ἀπερείδεσθαι τὴν ὀργὴν, ὁ Ἰώσηπος ἀνελεῖν μὲν οὐδένα προῄρητο, Λευίαν δέ τινα τῶν αὐτοῦ φυλάκων ἐκέλευσεν ἐξελθεῖν, ἵνα ἀποκόψῃ τὰς χεῖρας τοῦ Κλείτου. Δείσας δὲ ἐκεῖνος εἰς ἐχθρῶν στῖφος ἀποβήσεσθαι μόνος οὐκ ἔφη. Σχετλιάζοντα δὲ τὸν Ἰώσηπον ἐπὶ τοῦ σκάφους ὁ Κλεῖτος ὁρῶν, καὶ προθυμούμενον αὐτὸν ἀποπηδᾶν ἐπὶ τὴν τιμωρίαν, ἱκέτευεν ἀπὸ τῆς ἀκτῆς τὴν ἑτέραν τῶν χειρῶν καταλιπεῖν. Κἀκείνου κατανεύσαντος ἐφ' ᾧ τὴν ἑτέραν αὐτὸς ἀποκόψειεν ἑαυτοῦ, σπασάμενος τῇ δεξιᾷ τὸ ξίφος ἀπέκοψε τὴν λαιάν· εἰς τοσοῦτον δέους ὑπ' αὐτοῦ Ἰωσήπου προήχθη. Τότε μὲν δὴ κενοῖς σκάφεσι καὶ δορυφόροις ἑπτὰ τὸν δῆμον αἰχμαλωτισάμενος πάλιν τὴν Τιβεριάδα προσηγάγετο. Μετὰ δ' ἡμέρας ὀλίγας Γίσχαλα Σεπφωρίταις συναποστᾶσαν ἑλὼν ἐπέτρεψε διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις. Συναγαγὼν μέντοι πάντα τοῖς δημόταις ἔδωκε, τοῖς τε κατὰ Σέπφωριν ὁμοίως καὶ Τιβεριάδα. Καὶ γὰρ ἐκείνους χειρωσάμενος νουθετῆσαι διὰ τῆς ἁρπαγῆς ἠθέλησε, καὶ τῇ ἀποδόσει τῶν χρημάτων πάλιν εἰς εὔνοιαν προσηγάγετο.

ticiscitur Tiberiadem: quumque tanto ab urbe abesset spatio ut ægre cerni posset, vacuis naviculis in salo fluctuare jussis, ipse, septem solum ex satellitibus inermes secum habens, propius ut conspiceretur accessit. Eum autem quum inimici, adhuc ei maledicentes, ex muro conspexissent, præ consternatione, quod scaphas armatorum plenas esse existimarunt, arma projiciunt, manusque supplices agitantes, ut parceret civitati, orabant atque obsecrabant.

9. Josephus autem quum multa illis minatus exprobrasset quod primi omnium bello Romanos adorti intestinis discordiis vires suas ante consumerent, eaque facerent quibus nihil optatius hostibus accidere potuit, ac deinde securitatis suæ curatorem de medio tollere festinarent, urbemque non erubescerent ei ipsi claudere qui eam muniverat, dicebat se eos non rejicere qui urbem de ante delictis expurgaturi venirent, quorumque interventu securitatem ei præstaret. Itaque statim ad eum decem Tiberiensium potentissimi descenderunt. Et hos quidem quum in unam e naviculis recepisset, quam longissime eos avexit, alios vero e senatoribus quinquaginta, et maxime nobiles, ad se venire jussit, quasi ab ipsis quoque sibi fidem quandam dari voluerit. Deinde novas causationes excogitans, alios adhuc atque alios fœderis obtentu accersibat, adeoque navium repletarum gubernatoribus imperavit ut celeriter Taricheas navigarent, virosque in carcerem includerent, donec universum quidem senatum ad sexcentos viros, et duo circiter millia plebeiorum comprehensa scaphis Taricheas abduxerit.

10. Quum autem reliqui vociferarent Clitum quendam esse præcipuum defectionis auctorem, atque obsecrarent ut in illum iram conferret, Josephus, qui id sibi proposuerat ut neminem interficeret, Leviam quendam e satellitibus suis egredi jussit, ut Clito manus amputaret. Ille vero veritus si solus in globum inimicorum descenderet, id facere recusabat. Clitus autem, quum Josephum in scapha indignabundum stare videret, atque in eo fere esse ut ipse desiliret ad supplicium de eo sumendum, a litore supplicabat ut unam sibi manum reliquam faceret. Quumque hoc concessisset Josephus ea lege ut alteram sibimet ipse Clitus præcideret, educto ille dextera gladio lævam sibi abscidit: adeo eum timor ipsius Josephi invaserat. Tunc quidem Josephus, quum vacuis scaphis et septem satellitibus populum in servitutem redegisset, rursum Tiberiadem sibi adjunxit. Paucis autem post diebus, quum Gischalorum urbem cepisset, quæ una cum Sepphoritis ab ipso defecerat, eam militibus diripiendam concessit. Omnia tamen, quæ colligere potuit, civibus reddenda curavit, similiter etiam Sepphoritis et Tiberiensibus. Nam illos quoque in potestatem redactos defectionis suæ ex rapinis admonitos esse voluit, atque rerum suarum restitutione eos iterum ad benevolentiam alliciebat.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ Γαλιλαίαν ἐπέπαυτο κινήματα. Καὶ τῶν ἐμφυλίων παυσάμενοι θορύβων ἐπὶ τὰς πρὸς Ῥωμαίους ἐτράποντο παρασκευάς. Ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἀνανός τε ὁ ἀρχιερεὺς καὶ τῶν δυνατῶν ὅσοι μὴ τὰ Ῥωμαίων ἐφρόνουν τό τε τεῖχος ἐπεσκεύαζον καὶ πολλὰ τῶν πολεμιστηρίων ὀργάνων. Καὶ διὰ πάσης μὲν τῆς πόλεως ἐχαλκεύετο βέλη καὶ πανοπλία, πρὸς ἀτάκτοις δὲ γυμνασίαις τὸ τῶν νέων πλῆθος ἦν, καὶ μεστὰ ἦν πάντα θορύβου. Δεινὴ δὲ κατήφεια τῶν μετρίων, καὶ πολλοὶ τὰς μελλούσας προορώμενοι συμφορὰς ἀπωλοφύροντο. Θειασμοὶ δὲ τοῖς εἰρήνην ἀγαπῶσι δύσφημοι, τοῖς δὲ τὸν πόλεμον ἐξάψασιν ἐσχεδιάζοντο πρὸς ἡδονήν, καὶ τὸ κατάστημα τῆς πόλεως πρὶν ἐπελθεῖν Ῥωμαίους ἦν οἷον ἀπολουμένης. Ἀνάνῳ γε μὴν φροντὶς ἦν κατὰ μικρὸν ἀφισταμένῳ τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν κάμψαι πρὸς τὸ συμφέρον τούς τε στασιαστὰς καὶ τὴν τῶν κληθέντων ζηλωτῶν ἀφροσύνην, ἡττῆτο δὲ τῆς βίας. Κἀν τοῖς ἑξῆς οἵου τέλους ἔτυχε δηλώσομεν.

β'. Κατὰ δὲ τὴν Ἀκραβατηνὴν τοπαρχίαν ὁ Γιώρα Σίμων πολλοὺς τῶν νεωτεριζόντων συστησάμενος ἐφ' ἁρπαγὰς ἐτράπετο, καὶ οὐ μόνον τὰς οἰκίας ἐσπάρασσε τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα κατῃκίζετο, δῆλός τε ἦν ἤδη πόρρωθεν ἀρχόμενος τυραννεῖν. Πεμφθείσης δὲ ἐπ' αὐτὸν ὑπ' Ἀνάνου καὶ τῶν ἀρχόντων στρατιᾶς, πρὸς τοὺς ἐν Μασάδᾳ λῃστὰς μεθ' ὧν εἶχε κατέφυγε, κἀκεῖ μέχρι τῆς Ἀνάνου καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν ἀναιρέσεως μένων συνελῄζετο τὴν Ἰδουμαίαν· ὥστε τοὺς ἄρχοντας τοῦ ἔθνους διὰ τὸ πλῆθος τῶν φονευομένων καὶ τὰς συνεχεῖς ἁρπαγὰς στρατιὰν ἀθροίσαντας ἐμφρούρους τὰς κώμας ἔχειν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐν τούτοις ἦν.

CAP. XXII. (XLIV.)

Et Galilææ quidem motus compositi erant. Quum autem a turbis civilibus requiescerent, id agebant ut se adversus Romanos compararent. Hierosolymis autem Ananus pontifex, et primorum quotquot cum Romanis non sentiebant, muros instaurare properabant et multa bellica instrumenta. Et passim quidem per urbem jacula et omne genus arma fabricabantur; exercitiis vero tumultuosis operam dabat juvenum multitudo, et omnia perturbationis plena conspiciebantur. Magna autem tristitia moderatos occupabat, multique futuras clades animo prospicientes in fletus et lamenta erumpebant. Et auguria erant in malum omen ab iis accepta qui pacem amabant; ii vero qui bellum accenderant, ea pro lubitu statim interpretabantur, atque tum civitas in eo erat statu ac si jam peritura esset, etiam antequam in eam venirent Romani. Anano autem in animo erat paululum desistere a bellicis instrumentis conficiendis, ut seditiosorum et zelotarum, ut vocabantur, amentiam in melius mutaret: verum ab illorum vi superatus est. Et quis ejus vitæ finis fuerit in sequentibus declarabimus.

2. At in Acrabatene toparchia Simon Gioræ filius, quum multos novis rebus studentes congregasset, ad rapinas se convertit, et non solum locupletium domos dilacerabat, verum etiam corpora verberibus conficiebat: et jam ante palam in eo erat ut tyrannidem sibimet arriperet. Ab Anano autem et magistratibus misso adversus eum exercitu, ad latrones qui Masadam occupabant cum suis effugiebat: ibique manens donec Ananus aliique ejus inimici perempti erant, Idumæam una cum latronibus populabatur, adeo ut ejus gentis magistratus propter cæsorum multitudinem et frequentes rapinas, collecto exercitu, vicos præsidiis tenerent. At Judæorum quidem res ita se habebant.

ΛΟΓΟΣ Γ.

α'. Ὅπως Νέρων πυθόμενος τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν διετέθη.
β'. Ὅπως Ἰουδαῖοι μετὰ τὴν Κεστίου πληγὴν ἐπελθόντες Ἀσκάλωνι δὶς ἡττήθησαν, δισμυρίους σχεδὸν ἀπολέσαντες.
γ'. Ὅπως Οὐεσπασιανὸς τὰς δυνάμεις ἀπὸ Ἀντιοχείας ἀναλαβὼν ἐπὶ Πτολεμαΐδα ἧκει· ἔνθα ὑπαντήσαντες Σεπφωρῖται, Γαλιλαῖοι ὄντες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν.
δ'. Ἔκφρασις Γαλιλαίας καὶ πάσης τῆς Ἰουδαίας· καὶ ὅπως ὁρμήσας Ἰώσηπος ἑλεῖν Σέπφωριν ἀπεκρούσθη, Πλακίδου χιλιάρχου προσβοηθήσαντος.
ε'. Ὅπως Τίτος, ἀπὸ Ἀχαΐας εἰς Ἀλεξάνδρειαν περαιωθείς, κἀκεῖθεν ἀπάρας, ἑνοῦται τῷ πατρὶ αὐτοῦ, πλείστην ὅσην συναγαγόντι δύναμιν.
ς'. Διαγραφὴ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων τε καὶ στρατοπέδων καὶ τῶν ἄλλων, ἐφ' οἷς ἐπαινοῦνται Ῥωμαῖοι.
ζ'. Ὅπως Πλάκιδος, ὁρμήσας αἱρῆσαι Ἰωτάπατα, ἀπεκρούσθη· καὶ Οὐεσπασιανοῦ εἰσβολὴ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπὸ Πτολεμαΐδος.
η'. Ἔκφρασις τῆς τῶν Ῥωμαίων ὁδευούσης στρατιᾶς.
θ'. Ὅπως διετέθησαν Ἰουδαῖοι τὴν εὐταξίαν Ῥωμαίων ἰδόντες· καὶ ὅπως Ῥωμαῖοι τὴν Γαδαρέων ἑλόντες ἡβηδὸν πάντας ἀνεῖλον.

LIBER III.

1. Quomodo Nero affectus erat, quum res Judææ perturbatas accepisset.
2. Quomodo Judæi, post Cestii cladem Ascalonem adorti, bis superati erant, amissis viginti fere hominum millibus.
3. Quomodo Vespasianus copiis quæ Antiochiæ erant secum assumptis Ptolemaidem profectus est; ubi Sepphoritæ, populus Galilææ, obviam facti, sese dediderunt.
4. Galilææ et universæ Judææ descriptio: et quomodo Josephus ad Sepphorin capiendam ire contendit, et repulsus est a Placido tribuno, qui subsidio venerat.
5. Quomodo Titus Alexandriam transmisit ex Achaja, quumque inde movisset, patri se junxit, qui copias quas poterat maximas collegerat.
6. Descriptio Romanorum exercituum et castrorum, aliorumque propter quæ laudantur Romani.
7. Quomodo Placidus repulsus est tentatis oppugnatione Jotapatis: et Vespasianus Ptolemaide profectus impressionem facit in Galilæam.
8. Descriptio Romani exercitus in itineribus.
9. Quomodo affecti erant Judæi, quum Romanorum disciplinam conspexissent: utque Romani: captis Gadaris, omnes cujuscunque ætatis peremerunt.

ι'. Ὡς Ἰώσηπος εἰς Τιβεριάδα φυγὼν δέους τοὺς ἐν αὐτῇ ἐνέπλησεν· καὶ ὡς γράψας τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ τῶν πραγμάτων αὖθις εἰς Ἰωτάπατα εἰσέρχεται.

ια'. Ὅπως μαθὼν Οὐεσπασιανὸς τὸν Ἰώσηπον εἰς Ἰωτάπατα πεφευγέναι ἐκπολιορκεῖ τοῦτον.

ιβ'. Ἔκφρασις τῆς πόλεως Ἰωταπάτων, καὶ ὅπως Οὐεσπασιανὸς χώμασι τὰ πρὸ τοῦ τείχους ἐξομαλίσας τὰς ἀφετηρίους μηχανὰς ἐπέστησεν.

ιγ'. Ὅπως Ἰώσηπος κατεστρατήγει Ῥωμαίους, τό τε τεῖχος ὑψῶν καὶ τὸ ποτὸν τοῖς ἰδίοις μέτρῳ παρέχων, τὴν πολιορκίαν ἐπὶ μακρὸν γενέσθαι προμηθούμενος.

ιδ'. Ὅπως διὰ τὸ ἀπογνῶναι τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως βουλόμενος ἐξελθεῖν ἐκωλύθη παρὰ τῶν πολιτῶν.

ιε'. Περὶ τῆς κατασκευῆς τοῦ μηχανήματος τοῦ λεγομένου κριοῦ, καὶ ὡς Ἰουδαῖοι τὰ πολεμικὰ Ῥωμαίων ὄργανα πυρὶ διέφθειραν.

ις'. Περὶ Ἐλεαζάρου τοῦ υἱοῦ Σαμέου· καὶ ὡς Οὐεσπασιανὸς βέλει κατὰ τὸν πόδα τιτρώσκεται.

ιζ'. Περὶ τῆς βίας τοῦ πετροβόλου ὀργάνου, ὁπόσον διάστημα τὰ ἀπορρηγνύμενα τῶν σωμάτων ἀπεσφενδόνα μέρη.

ιη'. Ὡς Οὐεσπασιανὸς τριχῇ τὴν πόλιν περιέλαβε, καὶ οἷα Ἰώσηπος ἀντεμηχανήσατο.

ιθ'. Ὅπως Ἰώσηπος ζέον ἔλαιον καὶ τῆλιν ἑφθὴν τοῖς πολιορκοῦσι τῶν Ῥωμαίων ὑπεξέχεεν.

κ'. Ὅπως Οὐεσπασιανὸς, ἀσφαλέστερον προσάγων τῇ πόλει τὰς μηχανὰς, ὕψωσε τὰ χώματα.

κα'. Ὅπως Ἰαφὰ πόλις, ἀστυγείτων Ἰωταπάτοις, κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ὑπὸ Ῥωμαίων ἥλω, πρῶτον μὲν ὑπὸ Τραιανοῦ πεμφθέντος, ἔπειθ' ὑπὸ Τίτου.

κβ'. Ὅπως καὶ οἱ Σαμαρεῖς ὑπὸ Κερεαλίου πανδημεὶ ἀπεσφάγησαν.

κγ'. Ὅπως ἑάλω Ἰωτάπατα ὑπὸ αὐτομόλου προδοθέντα, ἔνθα καὶ ὁ ἑκατόνταρχος Ἀντώνιος ἐσφάγη.

κδ'. Ὅπως Ἰώσηπος, δόξας λαθεῖν σὺν ἑτέροις, ὑπὸ γυναικὸς μηνυθεὶς, ἑαυτὸν Ῥωμαίοις ἐβουλήθη παραδοῦναι.

κε'. Ὅπως ἐκώλυον Ἰώσηπον οἱ συνόντες αὐτῷ δεξιὰς δοῦναι Ῥωμαίοις, καὶ ὁποῖα πρὸς αὐτοὺς διεξῄει.

κς'. Ὅτι μὴ δυνάμενος αὐτοὺς πεῖσαι, διά τινος ἀριθμοῦ τεχνικῶς αὐτοὺς μεθοδεύσας, πάντας ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρεθῆναι παρασκεύασεν, αὐτὸς μόνος σὺν ἑτέρῳ καταλειφθεὶς, καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀπαχθείς.

κζ'. Ὁποῖα πρὸς Οὐεσπασιανὸν ἀχθεὶς εἶπε, καὶ ὅπως ἐκεῖνος αὐτῷ ἐχρήσατο.

κη'. Ὅπως Οὐεσπασιανὸς εἰς τὴν παραλίαν Καισάρειαν ἐπανέστρεψε, τὸν χειμῶνα ποιήσων μετὰ τῆς στρατιᾶς.

κθ'. Ὅπως οἱ ἐκπεσόντες τῶν πεπορθημένων πόλεων συνελθόντες τὴν Ἰόππην ἔκτισαν, καὶ οἵῳ τρόπῳ αὐτοί τε ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπώλοντο καὶ ἡ πόλις κατεσκάφη.

λ'. Ὅπως διετέθησαν οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, πυθόμενοι τὰ κατὰ τὰ Ἰωτάπατα· καὶ ὡς πρῶτον μὲν ἀκούσαντες Ἰώσηπον τεθνάναι ὠλοφύραντο· ἔπειτα μαθόντες παρὰ Ῥωμαίοις ἐν μεγίστῃ τιμῇ αὐτὸν εἶναι σφόδρα ὠργίσθησαν, καὶ μᾶλλον πρὸς τὸν πόλεμον ὥρμησαν, ὡς καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν Ῥωμαίων ἀμυνόμενοι.

λα'. Ὡς Οὐεσπασιανὸς ἀπὸ τῆς παράλου Καισαρείας εἰς τὴν Φιλίππου μετέβη, ὑπ' Ἀγρίππα κληθεὶς, ἔνθα καὶ τὴν ἀπόστασιν Τιβεριάδος καὶ Ταριχεῶν ἤκουσεν.

λβ'. Ὅπως ἑάλω Τιβεριὰς μετανοίᾳ τοῦ δήμου καὶ συγγνώμῃ.

λγ'. Ὅπως Τίτος, ἀποσταλεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς Ταριχέας, καὶ τοὺς οἰκείους διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων καταπτηχότας ὁρῶν, δημηγορίᾳ τούτους παρακροτεῖ.

λδ'. Ὡς προθυμίας ἐμπλησθέντες Ῥωμαῖοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύϊ Τίτου τὰς Ταριχέας ἐκράτησαν, καὶ πολλοὺς τῶν ἐν αὐτῇ πολεμίους κατέσφαξαν.

λε'. Ἔκφρασις Ἰορδάνου καὶ τῆς Γεννησὰρ χώρας.

λς'. Ὅπως τοῖς ἁλοῦσι τῶν Ταριχεατῶν Οὐεσπασιανὸς ὁ στρατηγὸς ἐχρήσατο.

10. Qualiter Josephus, quum Tiberiadem fuga se recepisset, metum incolis omnibus injecit: utque literis de rerum statu ad Hierosolymitas missis, iterum Jotapata revertitur.

11. Quomodo Vespasianus, ubi intellexit Josephum profugisse Jotapata, ipsum obsidet.

12. Descriptio urbis Jotapatenæ, et quomodo Vespasianus, quum spatium omne ante muros aggeribus complesset, machinas ad tela emittenda erexit.

(VIII.) 2. Vespasianus vero quum ipse desiderio flagrasset invadendi Galilæam, egreditur Ptolemaide, exercitus profectione ordinata more Romano. Auxilia enim levis armaturæ et sagittarios præire jussit, ut repentinos hostium incursus inhiberent, utque suspectas et opportunas insidiis silvas scrutarentur. Quos sequebatur Romanorum peditatus equitatusque pars gravis armaturæ. Illos excipiebant e singulis centuriis deni, et arma sua necessariaque portantes et castrorum mensuras. Et post illos ibant itineris patefactores, ut et obliqua viarum recta facerent et aspera complanarent, silvasque obstantes præciderent, ne transitu difficili et impedito fatigaretur exercitus. Illorum autem a tergo et sua et legatorum impedimenta ordinavit, quibus securitatis gratia multos equites adjunxit. Post quos ipse incedebat, pedites delectos equitesque et lancearios secum habens, ipsumque sequebatur proprius legioni equitatus: proprii enim erant unicuique legioni equites centum et viginti. Illis vero proximi ibant muli qui helepoles aliasque machinas ferebant. Post illos legati et cohortium præfecti cum tribunis, lectis militibus stipati. Deinde signa aquilæ circumdata, quæ omni legioni apud Romanos præest, regina ipsa omnium avium, eademque valentissima: unde etiam imperii signum ipsis est et velut omen victoriæ in quoscunque eunt. Sacra autem signa sequebantur tubicines: et post hos phalanx senûm virorum ordinibus dilatata; quibus adjunctus erat ex more centurio quidam, cujus munus erat inspicere ordinem servandum. Servi autem cuncti uniuscujusque legionis pedites sequebantur, militum impedimenta mulis et jumentis agentes. Et post omnes legiones multitudo mercenariorum, quos securitatis gratia agminum

ὄχλος, οἷς οὐραγοὶ πρὸς ἀσφάλειαν ἠκολούθουν πεζοί τε καὶ ὁπλῖται καὶ τῶν ἱππέων συχνοί.

γʹ. Οὕτως ὁδεύσας Οὐεσπασιανὸς μετὰ τῆς δυνάμεως πρὸς τοὺς ὅρους ἀφικνεῖται τῆς Γαλιλαίας, ἔνθα καταστρατοπεδευσάμενος ὡρμημένους εἰς πόλεμον τοὺς στρατιώτας κατεῖχεν, ἐπιδεικνύμενός τε τὴν στρατιὰν εἰς κατάπληξιν τοῖς πολεμίοις, καὶ μετανοίας διδοὺς καιρὸν, εἰ πρὸ μάχης μεταβάλοιντο. Ἅμα δὲ καὶ πρὸς πολιορκίαν τῶν ἐρυμάτων ἐξηρτύετο. Μετάνοιαν μὲν οὖν τῆς ἀποστάσεως ὀφθεὶς ὁ στρατηγὸς πολλοῖς ἐνειργάσατο, κατάπληξιν δὲ πᾶσιν. Οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἰώσηπον ἐστρατοπεδευκότες οὐκ ἄποθεν τῆς Σεπφώρεως, παρὰ πόλιν Γαρὶν καλουμένην, ἐπεὶ πλησιάζοντα τὸν πόλεμον ἤκουσαν ὅσον τε οὔπω τοὺς Ῥωμαίους συμμίξοντας σφίσιν, οὐ μόνον πρὸ μάχης, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἰδεῖν τοὺς ἐχθροὺς, διασκίδνανται φυγῇ. Καταλείπεται δὲ ὁ Ἰώσηπος μετ' ὀλίγων, καὶ κατιδὼν ὡς οὔτε δέχεσθαι τοὺς πολεμίους ἀρκετὴν ἔχει δύναμιν, καὶ πεπτωκότα τὰ φρονήματα τῶν Ἰουδαίων, ἄσμενοί τε ἂν εἰ πιστεύοιντο χωροῖεν οἱ πλείους ἐπὶ σπονδὰς, ἐδεδίει μὲν ἤδη περὶ παντὸς τοῦ πολέμου, τότε δὲ ὡς πορρωτάτω χωρίζεσθαι τῶν κινδύνων ἔκρινεν· ἀναλαβὼν δὲ τοὺς συμμείναντας εἰς Τιβεριάδα καταφεύγει.

ΚΕΦ. Ζʹ.

Οὐεσπασιανὸς δὲ τῇ πόλει τῶν Γαδαρέων ἐπελθὼν αἱρεῖ τε κατὰ πρώτην ἔφοδον αὐτὴν, μαχίμου πλήθους ἔρημον καταλαβὼν, καὶ παρελθὼν εἴσω πάντας ἡβηδὸν ἀναιρεῖ, μηδεμιᾶς τῶν Ῥωμαίων ἡλικίας ἔλεον ποιουμένων, μίσει τῷ πρὸς τὸ ἔθνος, καὶ μνήμῃ τῆς κατὰ τὸν Κέστιον αὐτῶν παρανομίας. Ἐμπίπρησι δ' οὐ μόνον αὐτὴν τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὰς πέριξ κώμας πάσας τε καὶ πολίχνας, ἃς μὲν παντελῶς ἐκλελειμμένας, ἔστι δὲ ἃς αὐτὸς ἐξανδραποδιζόμενος.

(Ι'.) βʹ. Ὁ δὲ Ἰώσηπος ἣν πρὸς ἀσφάλειαν εἵλετο πόλιν αὐτὸς ἐνέπλησε δέους καταφυγών. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Τιβεριάδος οὐκ ἂν, εἰ μὴ πρὸς ἅπαν ἀπεγνώκει τὸν πόλεμον, τραπῆναί ποτε αὐτὸν ᾤοντο. Καὶ κατὰ τοῦτό γε οὐ διημάρτανον αὐτοῦ τῆς γνώμης. Ἑώρα μὲν γὰρ οἷ ῥέψει τὰ Ἰουδαίων τέλους, καὶ μίαν αὐτῶν ᾔδει σωτηρίαν εἰ μεταβάλοιντο. Αὐτὸς δὲ καίπερ συγγνωσθήσεσθαι παρὰ Ῥωμαίοις προσδοκῶν, ὅμως τεθνάναι μᾶλλον εἵλετο πολλάκις ἢ καταπροδοὺς τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ στρατηγίαν ὑβρίσας εὐτυχεῖν παρ' οἷς πολεμήσων ἐπέμφθη. Γράφειν οὖν τοῖς ἐν τέλει τῶν Ἱεροσολύμων διέγνω μετὰ ἀκριβείας τὰ πράγματα, ὡς μήτε ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξάρας τὴν πολεμίων ἰσχὺν αὖθις εἰς δειλίαν κακίζοιτο, μήτε ἐνδεέστερον ἀπαγγείλας, κἂν μετανοήσαντας ἴσως θρασύνειεν, ἵνα τε ἢ σπονδὰς αἱρούμενοι ταχέως ἀντιγράψωσιν, ἢ πολεμεῖν ἐγνωκότες, ἀξιόμαχον πρὸς Ῥωμαίους πέμψωσιν αὐτῷ δύναμιν. Ὁ μὲν οὖν ταῦτα ἐπιστείλας

coactores excipiebant, pedites levis gravisque armaturæ cum multis equitibus.

3. In hunc modum profectus Vespasianus cum copiis suis ad Galilææ fines pervenit : ubi castris positis milites ad bellum incitatos continebat, in hostium conspectum adducens exercitum, ut et terrorem illis incuteret, et spatii aliquid daret ad resipiscendum, si vellent ante prælium consilia mutare. Simul autem omnia ad munitiones oppugnandas parabat. Et conspectus quidem exercitus dux fecit ut multos defectionis pœniteret utque animis consternarentur omnes. Nam Josephus et qui cum eo castra posuerant non longe a Sepphori, ad urbem Garin appellatam, postquam hostes in propinquo esse acceperant, et Romanos fere in eo esse ut manus secum consererent, non solum ante pugnam, sed etiam antequam hostes conspicerent fuga disjecti sunt. Cum paucis autem Josephus, ubi animadvertit quod ad excipiendos hostes non satis copiarum haberet et Judæorum animi concidissent, quodque libenter, si crederentur, plerique ad fœdera irent, jam tum metuebat de totius belli eventu, et eo tempore quam longissime a periculis se subducere statuebat; assumptisque qui cum ipso remanserant, Tiberiadem confugit.

CAP. VII. (IX.)

Vespasianus autem, Gadarensium civitatem adortus, et primo impetu eam in potestatem suam redigit, quod civibus plerisque ætatis militaris vacuam reperisset, et in eam ingressus puberes omnes interfici jussit, Romanis nulli ætati misericordiam adhibentibus, tam ex odio in gentem quam memoria iniquitatis illorum in Cestium. Incendit autem non solum civitatem istam, sed etiam omnes circumcirca vicos et oppidula, nonnullis quidem penitus derelictis, ex aliis vero incolis in captivitatem ab ipso abductis.

(X.) 2. Josephus autem civitatem, quam suæ incolumitatis ergo elegerat, ipse in eam fugiendo metu opplevit. Nam Tiberienses nunquam eum, nisi omnino de belli successu desperasset, in fugam se daturum fuisse existimabant. Atque catenus non aberrabant de animi ejus sententia conjectantes. Videbat enim quorsum evaderent res Judæorum, nullamque ad salutem illis apertum iri viam, nisi consilia mutarent. Ille vero, quamvis a Romanis veniam consequuturum esse speraret, sæpenumero tamen optabat potius emori quam patria prodita et belli sibi commissi administratione dedecorata apud illos feliciter agere, quibuscum pugnatum missus erat. Decrevit igitur magistratibus Hierosolymitanis accurate scribere quemadmodum sese res haberent, ut neque in majus extollendo hostium vires posthac timiditatis argueretur, aut eas narratione sua extenuando fortasse cœpti etiam pœnitentes audaciores redderet, utque cito rescriberent, si fœdus eis placeret, aut, si bellum gerere statuerent, copias ad confligendum cum Romanis idoneas ipsi mitterent. Et ille quidem, simul atque

πέμπει διὰ τάχους ἐπὶ Ἱεροσολύμων τοὺς τὰ γράμματα κομίζοντας.

γ΄. Οὐεσπασιανὸς δὲ ὡρμημένος ἐξαιρεῖν τὴν Ἰωταπάτην (πέπυστο γὰρ εἰς αὐτὴν πλείστους τῶν πολεμίων συμπεφευγέναι, καὶ ἄλλως ὁρμητήριον ἰσχυρὸν οὖσαν αὐτῶν), πέμπει πεζούς τε καὶ ἱππεῖς τοὺς προεξομαλιοῦντας τὴν ὁδὸν, ὀρεινὴν ὑπάρχουσαν καὶ πετρώδη, δύσβατόν τε καὶ πεζοῖς, ἱππεῦσι δὲ ἀμήχανον. Οἱ μὲν οὖν τέσσαρσιν ἡμέραις ἐξειργάσαντο, καὶ πλατεῖαν ἤνοιξαν τῇ στρατιᾷ λεωφόρον. Τῇ πέμπτῃ δὲ ὁ Ἰώσηπος (αὕτη δὲ ἦν Ἀρτεμισίου μηνὸς εἰκοστὴ πρώτη) φθάνει παρελθὼν εἰς τὴν Ἰωταπάτην ἐκ τῆς Τιβεριάδος, καὶ πεπτωκότα τοῖς Ἰουδαίοις ἀνίστησι τὰ φρονήματα. (ΙΑ΄.) Οὐεσπασιανῷ δέ τις εὐαγγελίζεται τὴν μετάβασιν τοῦ ἀνδρὸς αὐτόμολος καὶ κατήπειγεν ἐπὶ τὴν πόλιν, ὡς μετ' ἐκείνης αἱρήσοντα πᾶσαν Ἰουδαίαν, εἰ λάβοι τὸν Ἰώσηπον ὑποχείριον· ὁ δὲ ἁρπάσας ὥσπερ μέγιστον εὐτύχημα τὴν ἀγγελίαν καὶ προνοίᾳ θεοῦ τὸν συνετώτατον εἶναι δοκοῦντα τῶν πολεμίων οἰόμενος εἰς αὐθαίρετον εἱρκτὴν παρελθεῖν, εὐθέως μὲν σὺν χιλίοις ἱππεῦσι πέμπει Πλάκιδον, καὶ δεκαδάρχην Ἐβούτιον, ἄνδρα τῶν ἐπισήμων κατὰ χεῖρα καὶ σύνεσιν, περικατασχεῖν κελεύσας τὴν πόλιν, ὡς μὴ λάθοι διαδρὰς ὁ Ἰώσηπος.

δ΄. Αὐτὸς δὲ μετὰ μίαν ἡμέραν ἀναλαβὼν πᾶσαν τὴν δύναμιν εἵπετο καὶ μέχρι δείλης ὁδεύσας πρὸς τὴν Ἰωταπάτην ἀφικνεῖται. Ἀναλαβὼν δὲ τὴν στρατιὰν εἰς τὸ προσάρκτιον αὐτῆς μέρος πρός τινι λόφῳ στρατοπεδεύεται, διέχοντι σταδίους ἑπτὰ τῆς πόλεως, πειρώμενος ὡς μάλιστα τοῖς πολεμίοις εὐσύνοπτος εἶναι, πρὸς ἔκπληξιν· ἣ καὶ παραχρῆμα τοσαύτη τοὺς Ἰουδαίους κατέσχεν, ὡς μηδένα τοῦ τείχους τολμῆσαι προελθεῖν. Ῥωμαῖοι δ' εὐθὺς μὲν ἀπώκνησαν προσβαλεῖν, δι' ὅλης ὡδευκότες ἡμέρας· διπλῇ δὲ τῇ φάλαγγι κυκλοῦνται τὴν πόλιν καὶ τρίτην ἔξωθεν περιιστᾶσι τὴν ἵππον, πάσας ἀποφράσσοντες αὐτοῖς τὰς ἐξόδους. Τοῦτό γε ἐν ἀπογνώσει σωτηρίας παρώξυνε τοὺς Ἰουδαίους πρὸς τόλμαν· οὐδὲν γὰρ ἀνάγκης ἐν πολέμῳ μαχιμώτερον.

ε΄. Γενομένης δὲ μεθ' ἡμέραν προσβολῆς, τὸ μὲν πρῶτον Ἰουδαῖοι κατὰ χώραν μένοντες ἀντεῖχον ἀντικρὺ τῶν Ῥωμαίων, ἐξεστρατοπεδευκότες πρὸ τοῦ τείχους. Ὡς δὲ Οὐεσπασιανὸς τούτοις μὲν τοὺς τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ πᾶν τὸ τῶν ἐκηβόλων πλῆθος ἐπιστήσας ἐπέτρεψε βάλλειν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν πεζῶν εἰς τὸ πρόσαντες ἀνώθει καθ' ὃ τὸ τεῖχος ἦν εὐάλωτον, δείσας ὁ Ἰώσηπος περὶ τῇ πόλει προπηδᾷ, καὶ σὺν αὐτῷ πᾶν τὸ τῶν Ἰουδαίων πλῆθος. Συμπεσόντες δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἀθρόοι τοῦ μὲν τείχους ἀνέστειλαν αὐτοὺς, πολλὰ δὲ ἐπεδείκνυντο χειρῶν ἔργα καὶ τόλμης. Οὐκ ἐλάσσω γε μὴν ὧν ἔδρων ἀντέπασχον. Ὅσον γὰρ αὐτοὺς ἡ τῆς σωτηρίας ἀπόγνωσις, τοσοῦτον τοὺς Ῥωμαίους αἰδὼς παρεκρότει· καὶ τοὺς μὲν ἐμπειρία μετ' ἀλκῆς, τοὺς δὲ θράσος ὥπλιζε τῷ θυμῷ στρατηγούμε-

ista scripserat, statim mittit qui literas Hierosolyma perferrent.

3. Vespasianus autem, incitatus ad Jotapata exscindenda (audiverat enim quamplurimos hostium eo confugisse, et præterea hoc eorum receptaculum perquam validum esse), pedites equitesque præmittit qui viam complanarent, montanam admodum et saxosam, vel peditibus difficilem et impeditam, equitibus vero omnino insuperabilem. Et illi quidem quattuor diebus opus confecerunt et planam exercitui viam aperuere. Quinto autem die, qui erat mensis Artemisii vigesimus primus, Jotapata ingredi occupat Josephus Tiberiade profectus, et Judæos animo dejectos erigit. (XI.) Quum vero transitum ejus Vespasiano quidam transfuga nunciaret, eumque ad hoc maxime urgeret ut ad urbem ire contenderet, quod cum ea totam Judæam occupaturus esset, modo Josephum caperet: tum ille, nuncio pro maxima felicitate arrepto, dei providentia factum ratus ut qui hostium prudentissimus videretur ultro se in custodiam traderet, statim quidem cum mille equitibus eo mittit Placidum, unaque Ebutium decurionem, virum tam manus fortitudine quam rerum scientia insignem, illisque præcepit urbem circumdare, ne clam inde Josephus aufugeret.

4. Ille autem una post die cum copiis suis omnibus sequutus est, factoque ad seram usque vesperam itinere Jotapata pervenit. Adducto vero ad septemtrionalem ejus partem exercitu, in quodam tumulo castra metatur, distante ab urbe stadiis septem, id agens de industria ut quam maxime ab hostibus conspiceretur, ad terrorem incutiendum: qui tantus continuo Judæos invasit, ut nemo muris egredi auderet. Romani autem statim quidem impressionem facere supersederunt, quod per totum diem in itineribus fuissent; aciem vero duplicem urbi circumdant, ac tertiam præterea circumjiciunt, eamque equitum, omnes Judæis exitus obstruentes. Id quod Judæos, ut qui de salute desperarent, ad animos sumendos incitabat: nihil enim in bello homines pugnaciores facit quam necessitas.

5. Postridie vero aggressione facta primo quidem Judæi, qui in ista regione manserant, castris extra urbem ante muros positis, Romanis obviam ibant. Quum autem Vespasianus illis sagittarios quidem admovisset et funditores et universos eminus jaculantes, missilibus eos uti permisit, ipse vero cum peditibus locum acclivem ascendebat, ubi murus erat expugnabilis: tunc Josephus civitati metuens prosiluit, et cum eo cuncta Judæorum multitudo. Simulque Romanos omnes adorti, a muris quidem illos repulerunt, et multa tam manu forti quam animo virili ediderunt facinora; ceterum non minora quam patrabant vicissim perpessi sunt. Nam quantum ipsos salutis desperatio, tantum Romanos pudor incitabat: et hos quidem peritia cum fortitudine, illos vero armabat audacia animis

νους. Παραταξάμενοι δὲ δι' ὅλης ἡμέρας νυκτὶ διαλύονται, τρώσαντες μὲν πλείστους Ῥωμαίων, τρισκαίδεκα δὲ ἀνελόντες ἄνδρας· αὐτῶν δὲ ἔπεσον μὲν δέκα καὶ ἑπτὰ, τραυματίαι δὲ ἐγένοντο ἑξακόσιοι.

ϛ'. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πάλιν προσβάλλουσι τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεξελθόντες πολὺ καρτερώτερον ἀντιπαρετάξαντο, θαρραλεώτεροι μὲν ἐκ τοῦ παρὰ λόγον ἀντισχεῖν τῇ προτέρᾳ γεγενημένοι, χρώμενοι δὲ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις μαχιμωτέροις· ὑπὸ γὰρ αἰδοῦς εἰς ὀργὴν ἐξεκαίοντο, τὸ μὴ ταχέως νικᾶν ἧτταν ἡγούμενοι. Καὶ μέχρι πέμπτης ἡμέρας προσβολαὶ μὲν ἐγίνοντο τῶν Ῥωμαίων ἀδιάλειπτοι, ἐκδρομαὶ δὲ τῶν Ἰωταπατηνῶν καὶ τειχομαχίαι καρτερώτεραι· καὶ οὔτε Ἰουδαῖοι τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν κατωρρώδουν, οὔτε Ῥωμαῖοι πρὸς τὸ τῆς πόλεως δυσάλωτον ἀπέκαμνον.

(ΙΒ'.) ζ'. Ἔστι δὲ Ἰωταπάτη πλὴν ὀλίγου πᾶσα κρημνὸς, ἐκ μὲν τῶν ἄλλων μερῶν πάντοθεν φάραγξιν ἀπείροις ἀπότομος, ὡς τῶν κατιδεῖν πειρωμένων τὰς ὄψεις προεξασθενεῖν τοῦ βάθους· ἀπὸ βορέου δὲ προσιτὴ μόνον, καθ' ὃ λήγοντι τῷ ὄρει πλαγίῳ προσέκτισται. Καὶ τοῦτο δ' ὁ Ἰώσηπος ἐμπεριειλήφει τειχίζων τὴν πόλιν, ὡς ἀκατάληπτον εἶναι πολεμίοις τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἀκρώρειαν. Κυκλόθεν δὲ ἄλλοις ὄρεσι καλυπτομένη, πρὶν εἰσαφίκοιτό τις αὐτὴν, παντελῶς ἀόρατος ἦν. Εἶχε μὲν οὕτως ὀχυρότητος Ἰωταπάτη.

η'. Οὐεσπασιανὸς δὲ, τῇ τε φύσει τοῦ χωρίου καὶ ταῖς τόλμαις τῶν Ἰουδαίων ἀντιφιλονεικῶν, ἔγνω καρτερώτερον ἅπτεσθαι τῆς πολιορκίας, καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἡγεμόνας ἐβουλεύετο περὶ τῆς προσβολῆς. Δόξαν δὲ χῶσαι τὸ προσιτὸν τοῦ τείχους, ἐπὶ συγκομιδὴν ὕλης ἐκπέμπει πᾶν τὸ στράτευμα, καὶ κοπέντων τῶν περὶ τὴν πόλιν ὀρῶν, συναλισθείσης δὲ ἅμα τοῖς ξύλοις ἀπείρου χερμάδος, οἱ μὲν πρὸς ἀλεώραν τῶν ὕπερθεν ἀφιεμένων βελῶν γέρρα διατείναντες ὑπὲρ χαρακωμάτων ἐχώννυον ὑπ' αὐτοῖς, οὐδὲν ἢ μικρὰ βλαπτόμενοι ταῖς ἀπὸ τοῦ τείχους βολαῖς, οἱ δὲ τοὺς πλησίον ὄχθους ἀνασπῶντες γῆν αὐτοῖς ἀδιαλείπτως προσέφερον· καὶ τριχῇ διῃρημένων ἀργὸς ἦν οὐδείς. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι πέτρας τε μεγάλας ἀπὸ τῶν τειχῶν τοῖς σκεπάσμασιν αὐτῶν ἐπηφίεσαν καὶ πᾶν εἶδος βελῶν. Ἦν δὲ καὶ μὴ διικνουμένων πολὺς ὁ ψόφος καὶ φοβερὸς ἐμπόδιον τοῖς ἐργαζομένοις.

θ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐν κύκλῳ τὰς ἀφετηρίους μηχανὰς ἐπιστήσας (τὰ πάντα δὲ ἦν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὄργανα), βάλλειν ἐκέλευσε τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους. Ὁμοῦ δὲ οἵ τε καταπέλται τὰς λόγχας ἀνερροίζουν καὶ ταλαντιαῖοι λίθοι μέγεθος ἐκ τῶν πετροβόλων ἐβάλλοντο, πῦρ τε καὶ πλῆθος ἀθρόων οϊστῶν, ἅπερ οὐ μόνον τὸ τεῖχος ἀνεπίβατον τοῖς Ἰουδαίοις ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐντὸς οὔσης ἐφικνεῖτο χώρας. Καὶ γὰρ τὸ τῶν Ἀράβων τοξοτῶν πλῆθος, ἀκοντισταί τε καὶ σφενδονῆται πάντες, ἅμα τοῖς μηχανήμασιν ἔβαλλον. Οὐ μὴν εἰργόμενοι τῆς καθύπερθεν ἀμύνης ἠρέμουν. Ἐκτρέχοντες γὰρ λῃστρικώτερον κατὰ λόχους περιέσπων τε τῶν ἐρ-

iracundis militantes. Quum autem tota die pugnatum esset, prælium nox dirimit, Romanorum quidem plurimis sauciatis, virisque tredecim interfectis, illorum vero septemdecim quidem ceciderunt, vulnerati autem erant sexcenti.

6. Verumtamen die sequenti facta eruptione iterum adversus aggressos Romanos, multo acrius aciem contra instruxerunt, inde quidem audaciores facti, quod eos pridie præter spem sustinuerant, Romanos vero tum pugnaciores experti, quippe quos pudor in iram accenderat, se superari existimantes quod non cito vicerant. Et usque ad quintum diem in urbem impressionem facere non cessabant Romani, neque ipsi Jotapateni ab excursionibus pugnisque e muro acrioribus: et neque Judæi vires hostium formidabant, neque Romani urbis capiendæ difficultate fatiscebant.

(XII.) 7. Est autem Jotapata propemodum omnis prærupta, ex aliis quidem partibus profundis vallibus adeo præceps, ut in eas despicere cupientium aspectus ante deficiat quam ad imum perveniat; a septemtrione vero tantummodo adiri potest, ubi montis desinentis ad latus declive exædificata est. Quod quidem ipsum muro complexus est Josephus quum civitatem muniret, ut summitas ei imminens ab hostibus occupari non possit. Undique autem montibus circumsepta, priusquam in eam quis perveniret, omnino conspici nequibat. Ad hunc quidem modum communita erat Jotapata.

8. Vespasianus autem, et contra loci naturam contendere volens et contra Judæorum audaciam, statuit urbem acriter oppugnare, et advocatis quos sub se habebat ducibus, cum illis de impressione facienda consultabat. Quum autem visum esset aggerem excitare, qua parte murus accessu erat facilis, totum ad comportandam materiam mittit exercitum, urbique propinquis montibus excisis, simulque cum lignis magna vi lapidum congesta, alii quidem cratibus, ad evitanda jacula desuper missa, super vallis expansis, sub illis aggerem construebant, nihil aut parum admodum telis, quæ de muro jacerentur, læsi; alii vero, propinquos tumulos evellentes, terram illis sine intermissione afferebant, cumque trifariam divisi essent, nemo otiosus erat. At Judæi saxa ingentia et omne telorum genus in eorum tegumenta e muris immiserunt: quorum multa licet minime penetrarent, magnum tamen sonitum edentia et horribilem impedimento erant operantibus.

9. At Vespasianus, quum missilium machinas circumposuisset (organa autem omnia erant centum et sexaginta) eos qui super murum astarent jussit impetere. Simul igitur et catapultæ lanceas cum stridore jaciebant, et e ballistis lapides talenti pondere mittebantur, ignisque et assidue magno numero sagittæ, quæ non solum murum Judæis inaccessum fecerunt, sed etiam ad spatium intra situm pertingebant. Namque magna Arabum sagittariorum manus, itemque jaculatores et funditores omnes una cum machinis tela emittebant. Non tamen prohibiti ne desuper propugnarent quiescebant. Nam agminibus, prædonum magis ex more, excurrentes, et tegmina operantium undique detra-

γαζομένων τὰς σκέπας καὶ τοὺς γυμνουμένους ἔπαιον· καὶ καθ' ὃ παρείκοιεν ἐκεῖνοι διερρίπτουν τὸ χῶμα, καὶ τὰ χαρακώματα σὺν τοῖς γέρροις ἐνεπίμπρασαν, μέχρι συνεὶς Οὐεσπασιανὸς τὴν διαίρεσιν τῶν ἔργων αἰτίαν εἶναι τῆς βλάβης (τὰ γὰρ διαστήματα τοῖς Ἰουδαίοις προσβολῆς παρεῖχε τόπον), ἑνοῖ τὰς σκέπας· καὶ συναφθείσης ἅμα αὐταῖς τῆς δυνάμεως ἀνείρχθησαν αἱ τῶν Ἰουδαίων παραδύσεις.

(ΙΓ'.) ι'. Ἐγειρομένου δὲ τοῦ χώματος ἤδη καὶ ταῖς ἐπάλξεσιν ὅσον οὔπω πλησιάζοντος, δεινὸν ὁ Ἰώσηπος νομίσας εἰ μηδὲν ἀντιμηχανήσαιτο τῇ πόλει σωτήριον, συναθροίζει τέκτονας, καὶ τὸ τεῖχος ἐκέλευσεν ὑψοῦν. Τῶν δὲ ἀδύνατον εἶναι φαμένων οἰκοδομεῖν τοσούτοις βέλεσι βαλλομένους, σκέπην αὐτοῖς ἐπινοεῖ τοιάνδε. Δρυφάκτους πήξασθαι κελεύσας ἐμπετάσαι τε βύρσας νεοδόρους βοῶν, ὡς ἂν δέχοιντο μὲν τοὺς ἀπὸ τῶν πετροβόλων λίθους κολπούμεναι, περιολισθάνοι δὲ ἀπ' αὐτῶν τὰ λοιπὰ βέλη, καὶ τὸ πῦρ ὑπὸ τῆς ἰκμάδος εἴργοιτο, προανίστησι τῶν τεκτόνων· ἐφ' οἷς ἀσφαλῶς ἐργαζόμενοι δι' ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τὸ τεῖχος ἤγειραν εἰς εἴκοσι πήχεις τὸ ὕψος, καὶ συχνοὺς μὲν πύργους ἐνῳκοδόμησαν αὐτῷ, καρτεράν τε ἔπαλξιν ἐφηρμόσαντο. Τοῦτο τοῖς Ῥωμαίοις ἐντὸς ἤδη τῆς πόλεως οἰομένοις εἶναι πολλὴν ἐποίησεν ἀθυμίαν καὶ πρός τε τὴν ἐπίνοιαν τοῦ Ἰωσήπου καὶ τὸ παράστημα τῶν ἐπὶ τῆς πόλεως κατεπλάγησαν.

ια'. Οὐεσπασιανὸς δὲ καὶ πρὸς τὸ πανοῦργον τοῦ στρατηγήματος καὶ πρὸς τὰς τόλμας παρωξύνετο τῶν Ἰωταπατηνῶν. Πάλιν γὰρ ἀναθαρσήσαντες ἐπὶ τῷ τειχισμῷ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεξέθεον, καὶ καθ' ἡμέραν ἐγίνοντο συμπλοκαὶ κατὰ λόχους, ἐπίνοιά τε λῃστρικὴ πᾶσα, καὶ τῶν προστυχόντων ἁρπαγαί, καὶ τῶν ἄλλων ἔργων πυρπολήσεις, ἕως Οὐεσπασιανὸς, ἀναπαύσας τὴν στρατιὰν μάχης, διέγνω προσκαθεζόμενος σπάνει τῶν ἐπιτηδείων αἱρεῖν τὴν πόλιν· ἢ γὰρ ἀναγκαζομένους ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων ἱκετεύσειν αὐτὸν, ἢ μέχρι παντὸς ἀπαυθαδισαμένους διαφθαρήσεσθαι λιμῷ, πολύ τε ῥᾴοσιν αὐτοῖς χρήσεσθαι ἠξίου κατὰ τὴν μάχην, εἰ διαλιπὼν αὖθις ἐκτετρυχωμένοις ἐπιπέσοι. Φρουρεῖν δὴ πάσας αὐτῶν ἐκέλευσε τὰς διεξόδους.

ιβ'. Τοῖς δὲ σίτου μὲν ἦν πλῆθος ἔνδον καὶ τῶν ἄλλων πλὴν ἁλὸς ἁπάντων, ἔνδεια δὲ ὕδατος, ὡς ἂν πηγῆς μὲν οὐκ οὔσης κατὰ τὴν πόλιν, τῷ δὲ ὀμβρίῳ διαρκουμένων τῶν ἐν αὐτῇ. Σπάνιον δὲ εἴ ποτε τὸ κλίμα τοῦτο θέρους ὕεται. Καὶ κατὰ ταύτην τὴν ὥραν πολιορκουμένων ἀθυμία δεινὴ πρὸς τὴν τοῦ δίψους ἐπίνοιαν ἦν, ἠσχαλλόν τε ὡς ἤδη ἐπιλελοιπότος καθάπαν ὕδατος. Ὁ γὰρ Ἰώσηπος τήν τε πόλιν ὁρῶν τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων εὔπορον καὶ τὰ φρονήματα γενναῖα τῶν ἀνδρῶν, βουλόμενός τε Ῥωμαίοις παρ' ἐλπίδα ἐκτεῖναι τὴν πολιορκίαν, μέτρῳ τὸ ποτὸν αὐτοῖς διένεμεν. Οἱ δὲ τὸ ταμιεύεσθαι χαλεπώτερον ἐνδείας ὑπελάμβανον καὶ τὸ μὴ αὐτεξούσιον αὐτῶν πλέον ἐκίνει τὴν ὄρεξιν, καὶ καθάπερ εἰς ἔσχατον ἤδη δίψους προήκοντες

hebant, nudatosque feriebant: et ubicunque illi loco cederent, aggerem disjiciebant, vallorumque munimenta una cum cratibus incendebant, donec Vespasianus, intellecto operum intervalla hujusce damni causam esse (nam spatia interjecta Judæis locum aggrediendi præbebant), tegumenta omnia in unum conferebat; et cum ipsis pariter conjunctis copiis factum est ut coercerentur hostium obreptiones.

(XIII.) 10. Jam vero aggere erecto et propemodum propugnaculis æquato, Josephus grave fore ratus si nihil contra moliretur quod urbi salutare esset, opifices convocat, murumque altius attolli jussit. Quumque illi dicerent fieri non posse ut ædificarent dum tot jaculis peterentur, hujusmodi tegmen illis excogitabat. Quum sudes defigi superque eis cruda boum coria expandi præcepisset, ut lapides quidem e tormentis emissos sinuata exciperent, reliqua vero tela inde dilaberentur, et humoris vi ignis arceretur, hoc machinamentum opificibus prætendit, sub quo tuto operantes die nocteque murum ad viginti cubitorum altitudinem evexerunt, et crebras turres in eo ædificarunt, validaque adaptarunt propugnacula. Id quod Romanis, jam intra civitatem se esse credentibus, magnam anxietatem injecit, fecitque ut tam ex iis quæ excogitaverat Josephus, quam ex civium præsenti fortitudine animis consternarentur.

11. At Vespasianus et commenti vafritie et Jotapatenorum audacia magis irritabatur. Nam resumpta ex munitione fiducia in Romanos excursiones faciebant, et quotidie turmatim confligebant, et omne genus latrocinia adhibebant, ut et eorum quæ casus obtulerit rapinas, ceterorumque operum igne vastationes, donec Vespasianus, contento a pugna milite, statuit urbem ariete obsidere et necessariorum penuria laborantem capere: aut enim coactos necessariorum inopia ipsi supplicaturos, aut si ad extremum in eadem pertinacia duraverint, fame perituros; multoque languidiores in pugna eos habiturum esse putabat, si rursus post intervallum inedia attritos adoriatur. Itaque omnes exitus eorum observari jussit.

12. Illis autem intus frumenti satis erat, aliarumque rerum præter salem omnium: attamen aqua egebant, utpote quod nullus fons erat intra urbem, imbre autem se sustentabant eam habitantes. Verum rarum est si unquam in illo tractu per æstatem pluit. Quumque illa ipsa tempestate obsiderentur, valde animos despondebant de siti cogitantes; et indignabantur, ac si aqua prorsus eos defecisset. Josephus enim, quum et civitatem videret aliis necessariis abundare, virosque animo fortes esse, velletque obsidionem Romanis præter exspectationem protrahere, certa mensura potum civibus distribuebat. Illi vero aquam ipsis ita dispensari penuria gravius esse existimabant, et cupiditatem ipsorum magis accendebat, quod liberam bibendi potestatem non haberent; et, quasi ad extre-

ἀπέκαμνον. Διακείμενοι δὲ οὕτως οὐκ ἐλάνθανον τοὺς Ῥωμαίους· ἀπὸ γὰρ τοῦ κατάντους ἑώρων αὐτοὺς ὑπὲρ τὸ τεῖχος ἐφ' ἕνα συρρέοντας τόπον καὶ μετρουμένους τὸ ὕδωρ, ἐφ' ὃν καὶ τοῖς ὀξυβελέσιν ἐξικνούμενοι πολλοὺς ἀνῄρουν.

ιγ'. Καὶ Οὐεσπασιανὸς μὲν οὐκ εἰς μακρὰν τῶν ἐκδοχείων κενωθέντων ἤλπιζεν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης αὐτῷ παραδοθήσεσθαι τὴν πόλιν. Ὁ δὲ Ἰώσηπος κλάσαι τὴν ἐλπίδα ταύτην αὐτῷ προαιρούμενος ἐμβρέξαι κελεύει πλείστους τὰ ἱμάτια, καὶ κατακρεμάσαι περὶ τὰς ἐπάλξεις, ὥστε περιρρεῖσθαι πᾶν ἐξαπίνης τὸ τεῖχος. Πρὸς τοῦτο ἀθυμία τῶν Ῥωμαίων καὶ κατάπληξις ἦν, θεασαμένων εἰς χλεύην τοσοῦτον παραναλίσκοντας ὕδατος, οὓς οὐδὲ ποτὸν ἔχειν ὑπελάμβανον. Ὥστε καὶ τὸν στρατηγὸν ἀπογνόντα τὴν δι' ἐνδείας ἅλωσιν τρέπεσθαι πάλιν πρὸς ὅπλα καὶ βίαν· ὃ δὴ τοῖς Ἰουδαίοις δι' ἐπιθυμίας ἦν. Ἀπεγνωκότες γὰρ ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν πρὸ λιμοῦ καὶ δίψης τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον ᾑροῦντο.

ιδ'. Ὁ μέντοι γε Ἰώσηπος πρὸς τῷδε τῷ στρατηγήματι καὶ ἕτερον ἐνενόησεν εἰς περιουσίαν αὑτῷ. Διά τινος χαράδρας δυσβάτου, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν φυλάκων ἀμελουμένης, κατὰ τὰ πρὸς δύσιν μέρη τῆς φάραγγος ἐκπέμπων τινάς, γράμματά τε πρὸς οὓς ἐβούλετο τῶν ἔξω Ἰουδαίων διεπέμψατο καὶ παρ' αὐτῶν ἐλάμβανε, παντός τε ἐπιτηδείου τῶν ἐπιλελοιπότων ἀνὰ τὴν πόλιν εὐπόρησεν, ἕρπειν τὰ πολλὰ παρὰ τὰς φυλακὰς κελεύσας τοῖς εἰσιοῦσι, καὶ τὰ νῶτα καλύπτειν νάκεσιν, ὡς εἰ καὶ κατίδοι τις αὐτοὺς νύκτωρ, φαντασίαν παρέχοιεν κυνῶν, μέχρι συναισθόμενοι τὴν ἐπίνοιαν οἱ φρουροὶ περιίσχουσι τὴν χαράδραν.

(ΙΔ'.) ιε'. Καὶ τότε Ἰώσηπος μὲν τὴν πόλιν οὐκ εἰς μακρὰν ἀνθέξειν ὁρῶν, ἐν ἀπόρῳ δὲ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν εἰ μένοι, δρασμὸν ἅμα τοῖς δυνατοῖς ἐβουλεύετο. Συναισθόμενον δὲ τὸ πλῆθος καὶ περιχυθὲν αὐτῷ κατηντιβόλουν μὴ σφᾶς περιιδεῖν ἐπ' αὐτῷ μόνῳ κειμένους· εἶναι γὰρ τῇ πόλει καὶ σωτηρίας μὲν ἐλπίς, ὡς παραμένοντος αὐτοῦ, παντὸς ἀγωνισομένου δι' αὐτὸν προθύμως· κἂν ἁλῶσι δέ, παραμυθία· πρέπειν δὲ αὐτῷ μήτε φεύγειν τοὺς ἐχθροὺς μήτε ἐγκαταλείπειν τοὺς φίλους, μήτε ἀποπηδᾶν, ὥσπερ χειμαζομένης νεώς, εἰς ἣν ἐν γαλήνῃ παρῆλθεν· ἐπιβαπτίσειν γὰρ αὐτὸν τὴν πόλιν, μηδενὸς ἔτι τολμῶντος τοῖς πολεμίοις ἀνθίστασθαι, δι' ὃν ἀναθαρροῖεν οἰχομένου.

ις'. Ὁ δὲ Ἰώσηπος τὸ καθ' αὑτὸν ἀσφαλὲς ὑποστελλόμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἔφασκε ποιεῖσθαι τὴν ἔξοδον. Μένων μὲν γὰρ εἴσω οὔτ' ἂν ὠφελῆσαί τι μέγα σωζομένους, κἂν ἁλίσκωνται συναπολέσθαι περισσός· ἐκδὺς δὲ τῆς πολιορκίας, ἔξωθεν ὠφελήσειν αὐτοὺς μέγιστα· τούς τε γὰρ ἐκ τῆς χώρας Γαλιλαίους συναθροίσειν ᾗ τάχος καὶ Ῥωμαίους ἑτέρῳ πολέμῳ τῆς πόλεως αὐτῶν ἀντιπερισπάσειν. Οὐχ ὁρᾶν δὲ τί παρακαθεζόμενος αὐτοῖς χρήσιμος εἴη νῦν, πλὴν ἢ Ῥωμαίους παροξύνων μᾶλλον ἐπὶ τὴν πολιορκίαν, ὡς περὶ πλείστου ποιεῖσθαι

mam jam perventum esset sitim, fatiscebant. Verum Romanos quod ita se haberent non latebat. Nam ex adverso trans murum animadvertebant eos unum in locum confluentes, et aquam demensam accipientes; eoque pertingentibus telis, quæ e machinis jacerentur, multos occidebant.

13. Et Vespasianus quidem, cisternis non multo post exhaustis, ex ipsa necessitate sibi traditum iri civitatem sperabat. Josephus autem, hanc illius spem frangendi propositum habens, quamplurimos jubet vestes in aquam immergere, easque de propugnaculis undique suspendere, ita ut omnem derepente murum humor circumflueret. Ad hoc animis concidunt Romani et consternantur, quum vidissent eos tantum aquæ in ludibrium consumere, quos ne potum quidem habere existimabant. Adeoque imperator, quum inedia captum iri urbem desperasset, iterum se ad arma et vim convertit : id quod Judæi maxime desiderabant. Nam quum et ipsorum et civitatis salus desperata esset, per bellum quam per famem et sitim emori malebant.

14. Verumtamen Josephus, præter strategema jam memoratum, etiam aliud excogitavit in sui incolumitatem. Via quadam salebrosa admodum et ardua, proptereaque a custodibus negligenter habita, per vallis latera occidentalia certos quosdam mittens, literas ad quoscunque vellet Judæorum extra civitatem dedit, vicissimque ab iis accepit, et necessariorum quæ in urbe defecerant abunde habuit, mandato commeantibus ut reperent plerumque dum excubias præterirent, et terga velleribus tegerent, ut si quis eos noctu conspiceret, canes esse viderentur, donec vigiles detecto commento sese locis confragosis circumdarent.

(XIV.) 15. Et tunc quidem Josephus, quum urbem non diu resistere posse videret, suamque salutem in incerto esse si maneret, de fuga cum primoribus deliberabat. Id vero ubi populus intellexit, seque ei circumfuderat, ne se negligeret orabant, omnem in ipso solo fiduciam reponentes : civitati enim adhuc salutis quidem spem esse, quod ipso manente omnes ejus causa alacriter dimicaturi essent; sin vero capiantur, eundem solatio fore : decere autem ipsum nec inimicos fugere, nec in eo esse ut amicos deserat, neque veluti ex navi tempestate oppressa desilire, in quam quum mare esset tranquillum venisset : ipsum enim demersurum esse civitatem, quum jam nemo ausurus esset hostibus se opponere, ipso discedente cui confiderent.

16. Josephus autem cavens ne ipsum saluti suæ prospicere cogitarent, illorum commodo se egredi dicebat. Etenim manendo se parum admodum illis, dum salvi essent, profuturum, et, si caperentur, una cum illis frustra esse periturum, obsidione vero liberatum, extra urbem maximo eis emolumento fore : Galilæos enim e regione quam celerrime esse congregaturum, et alio bello Romanos ab ipsorum civitate revocaturum. Nunc autem non videre cui bono foret si apud ipsos remaneret, nisi ut Romanos ad obsidionem magis incitaret, ut qui ipsum capere maximi facerent :

λαβεῖν αὐτόν· εἰ δὲ ἐκδράντα πύθοιντο, πολὺ τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν ὁρμῆς ἀνήσειν. Οὐκ ἔπειθε δὲ αὐτούς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐξέκαυσε τὸ πλῆθος αὐτῷ περιέχεσθαι. Παῖδες γοῦν καὶ γέροντες καὶ γύναια μετὰ νηπίων ὀδυρόμενα προσέπιπτον αὐτῷ, καὶ τοῖς ποσὶν ἐμπλεκόμενοι πάντες εἴχοντο, καὶ μετὰ κωκυτῶν κοινωνὸν σφίσι τῆς τύχης μένειν ἱκέτευον, οὐ φθόνῳ τῆς ἐκείνου σωτηρίας, ἔμοιγε δοκεῖν, ἀλλ' ἐλπίδι τῆς αὐτῶν· οὐδὲν γὰρ ἠξίουν πείσεσθαι δεινὸν Ἰωσήπου μένοντος.

ιζʹ. Ὁ δὲ πειθομένῳ μὲν ἱκετηρίαν ταῦτα νομίσας, βιαζομένῳ δὲ φρουράν, πολὺ δὲ αὐτοῦ τὴν εἰς τὴν ἀπόλειψιν ὁρμὴν καὶ ὁ τῶν ὀδυρομένων ἔκλασεν οἶκτος, μένειν τε ἔγνω καὶ τὴν κοινὴν τῆς πόλεως ἀπόγνωσιν ὁπλισάμενος, « νῦν καιρὸς, εἰπὼν, ἄρχεσθαι μάχης, « ὅτε ἐλπὶς οὐκ ἔστι σωτηρίας, καλὸν εὔκλειαν ἀντικα- « ταλλαξάμενον τοῦ βίου, καὶ δράσαντά τι γενναῖον εἰς « μνήμην ὀψιγόνων παίδων, » ἐπ' ἔργα τρέπεται· καὶ προελθὼν μετὰ τῶν μαχιμωτάτων διεσκίδνα τε τοὺς φρουροὺς, καὶ μέχρι τοῦ στρατοπέδου τῶν Ῥωμαίων κατέτρεχε, καὶ τὰς μὲν ἐπὶ τῶν χωμάτων δέρρεις, αἷς ὑπεσκήνουν, διέσπα, τοῖς δὲ ἔργοις ἐνέβαλλε πῦρ, τῇ θ' ἑξῆς ὁμοίως, καὶ τῇ τρίτῃ, καὶ ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας καὶ νύκτας, πολεμῶν οὐκ ἔκαμνεν.

(ΙΕʹ.) ιηʹ. Οὐεσπασιανὸς δὲ, τῶν Ῥωμαίων κακουμένων ταῖς ἐκδρομαῖς (τρέπεσθαί τε γὰρ ὑπὸ Ἰουδαίων ᾐδοῦντο καὶ τραπέντων ἐπιδιώκειν βάρει τῶν ὅπλων ἦσαν βραδεῖς, οἵ τε Ἰουδαῖοι πρίν τι παθεῖν ἀεὶ δρῶντες, ἀνέφευγον εἰς τὴν πόλιν), τοῖς μὲν ὁπλίταις τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ἐκκλίνειν ἐκέλευσε, καὶ μὴ συμπλέκεσθαι θανατῶσιν ἀνθρώποις· οὐδὲν γὰρ ἀλκιμώτερον εἶναι τῆς ἀπογνώσεως, περισβέννυσθαι δὲ αὐτοῖς τὰς ὁρμὰς, σκοπῶν ἀπορουμένας, ὥσπερ ὕλης τὸ πῦρ. Προσήκειν γε μὴν καὶ Ῥωμαίοις μετὰ ἀσφαλείας καὶ τὸ νικᾶν, ὡς ἂν οὐκ ἐξ ἀνάγκης πολεμοῦσιν, ἀλλὰ προσκτωμένοις. Τοῖς δὲ τῶν Ἀράβων τοξόταις καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς Συρίας σφενδονήταις καὶ λιθοβόλοις, τὰ πολλὰ τοὺς Ἰουδαίους ἀνέστελλεν. Ἠρέμει δὲ οὐδὲ τῶν ἀφετηρίων ὀργάνων τὸ πλῆθος. Οἱ δὲ τούτοις μὲν εἶκον κακούμενοι, τῶν δὲ πόρρω βαλλομένων ἐνδοτέρω γενόμενοι προσέκειντο τοῖς Ῥωμαίοις χαλεποὶ, καὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἀφειδοῦντες ἐμάχοντο, ἐκ διαδοχῆς ἑκάτεροι τὸ κεκμηκὸς ἑαυτῶν ἀναλαμβάνοντες.

ιθʹ. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ἡγούμενος τῷ μήκει τοῦ χρόνου καὶ ταῖς ἐκδρομαῖς ἀντιπολιορκεῖσθαι, τῶν χωμάτων ἤδη τοῖς τείχεσι πελαζόντων, προσάγειν ἔγνω τὸν κριόν. Ὁ δὲ ἐστιν ὑπερμεγέθης δοκὸς, ἱστῷ νηὸς παραπλήσιος· ἐστόμωται δὲ παχεῖ σιδήρῳ κατ' ἄκρον εἰς κριοῦ προτομὴν, ἀφ' οὗ καὶ καλεῖται, τετυπωμένῳ· καταιωρεῖται δὲ κάλοις μέσος, ὥσπερ ἀπὸ πλάστιγγος ἑτέρας δοκοῦ, σταυροῖς ἑκατέρωθεν ἑδραίοις ὑπεστηριγμένης. Ἀνωθούμενος δὲ ὑπὸ πλήθους ἀνδρῶν εἰς τὸ κατόπιν, τῶν αὐτῶν ἀθρόως πάλιν εἰς τοὔμπροσθεν ἐπιβρισάντων, τύπτει τὰ τείχη τῷ προανέχοντι σιδήρῳ. Καὶ οὐδεὶς οὕτω καρτερὸς πύργος, ἢ περίβολος πλατὺς, ὃς,

at si aufugisse se resciverint, multum eos de impetu in urbem faciendo remissuros esse. Non autem his quicquam eos movebat, sed eo magis populum ad se circumsistendum accendit. Pueri igitur et senes, itemque mulieres cum infantibus flentes ad pedes illius accidebant, eosque complexi omnes tenebant, et cum ejulatu eum obsecrabant ut apud ipsos maneret ejusdem fortunæ particeps; non quod illius saluti inviderent, ut mihi videtur, sed quod de sua spem haberent : nihil enim mali dum maneret Josephus se passuros esse existimabant.

17. Ille autem, si quidem pareret, ista pro precibus habenda esse ratus, pro custodia vero, si cogeretur; multum etiam ipsius impetum quo ferebatur ad discessum fregerat lamentantium misericordia : quare manere statuit, et quum cives de salute omnes desperantes armasset, atque « nunc tempus est, dixisset, pugnam capessendi, quum spes nulla incolumitatis est, utpote quod pulcrum gloriam vel vita redimere, forti aliquo facinore edito seris nepotibus memorando, » ad opera se convertit : cumque pugnacissimis egressus, et custodes disjicere, et usque ad Romanorum castra excursiones facere, et nunc quidem pelles sub quibus tendebant distrahere, nunc vero ignem operibus injicere; ac die sequenti similiter, et tertio, et per aliquot deinceps dies noctesque bellando non defatigari.

(XV.) 18. Vespasianus autem, quum Romani his excursibus multum vexarentur (nam et terga dare Judæis pudebat, eosque in fugam versos præ armorum pondere tardius insequebantur; atque Judæi, semper aliquid agentes priusquam paterentur, in urbem se recipiebant), gravis armaturæ militibus præcepit eorum impetum declinare, et non cum hominibus mori cupientibus manus conserere : quippe nihil fortius esse desperatione : restingui autem illorum impetus, si proposito exciderint, uti ignis si desit materia. Ceterum decere Romanos non nisi magna cum cautione etiam vincere, ut qui non ex necessitate pugnarent, sed ad dominium augendum. Sagittariis vero Arabum usus et Syrorum funditoribus, et qui lapides jaciebant, plerumque Judæos repellebat. Verum neque missilium machinæ, quarum magna copia, quiescebant. Illi autem istis quidem male accepti cedebant : verum quum intra jactum essent eminus missorum, acrius Romanis instabant, et vitæ corporisque prodigi pugnabant, vicibus alteri alterorum fatigatorum locum occupantes.

19. Vespasianus igitur, quum existimaret se ex temporis longitudine et hostium excursibus vicissim quasi obsideri, aggeribus jam muris propius accedentibus, arietem admovere decrevit. Est autem trabs ingens malo navis haud dissimilis, ejusque summitas crasso ferro munitur in capitis formam arietis, unde etiam nomen accepit : medius funibus ex trabe alia velut ex trutina suspenditur, firmis utrinque palis suffulta. Retrorsum itaque magna hominum vi delatus, et ab iisdem rursus junctis viribus antrorsum propulsus, ferro prominente muros diverberat. Neque est ulla turris tam valida, aut mœnia tam lata, quæ, etsi primos

εἰ καὶ τὰς πρώτας πληγὰς ἐνέγκαι, κατισχύσει τῆς ἐπιμονῆς. Ἐπὶ ταύτην τὴν πεῖραν ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων μετέβαινε, βίᾳ τὴν πόλιν ἑλεῖν σπεύδων, ὡς τὸ προσκαθέζεσθαι βλαβερὸν ἦν, Ἰουδαίων οὐχ ἠρεμούντων. Οἱ μὲν οὖν τούς τε καταπέλτας καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀφετηρίων, ὡς ἐξικνοῖτο τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους κωλύειν πειρωμένων, ἔγγιον προσαγαγόντες ἔβαλλον· ὁμοίως δὲ συνήγγιζον οἱ τοξόται καὶ σφενδονῆται. Διὰ δὲ ταῦτα μηδενὸς τῶν περιβόλων ἐπιβῆναι τολμῶντος, προσῆγον ἕτεροι τὸν κριὸν, γέρροις τε διηνεκέσι καὶ καθύπερθε πεφραγμένον δέρρει, πρός τε αὐτῶν καὶ τοῦ μηχανήματος ἀσφάλειαν· καὶ κατὰ τὴν πρώτην πληγὴν διεσείσθη μὲν τὸ τεῖχος, κραυγὴ δὲ μεγίστη παρὰ τῶν ἔνδοθεν ἤρθη, καθάπερ ἑαλωκότων ἤδη.

κ'. Πολλάκις δὲ εἰς τὸν αὐτὸν παίοντας τόπον ὁ Ἰώσηπος ὁρῶν, καὶ ὅσον οὔπω καταρριφθησόμενον τὸ τεῖχος, σοφίζεται πρὸς ὀλίγον τὴν βίαν τοῦ μηχανήματος. Σάκκους ἀχύρων πληρώσαντας ἐκέλευσε καθιμᾶν, καθ' ὃ φερόμενον ἀεὶ τὸν κριὸν ὁρῷεν, ὡς πλάζοιτό τε ἡ ἐμβολὴ καὶ δεχόμενοι τὰς πληγὰς ἐκκενοῖεν τῇ χαυνότητι. Τοῦτο πλείστην διατριβὴν παρέσχε τοῖς Ῥωμαίοις, καθὸ μὲν τρέποιεν τὴν μηχανὴν, ἀντιπαραγόντων τοὺς σάκκους τῶν ὕπερθεν, ὑποβαλλόντων δὲ ταῖς ἐμβολαῖς, ὡς μηδὲν κατ' ἀντιτυπίαν βλάπτεσθαι τὸ τεῖχος, ἕως ἀντεπινοήσαντες κοντοὺς οἱ Ῥωμαῖοι μακροὺς, καὶ δρέπανα δήσαντες ἐπ' ἄκρων τοὺς σάκκους ἀπέτεμνον. Ἐνεργοῦ δὲ οὕτω τῆς ἑλεπόλεως γενομένης καὶ τοῦ τείχους (νεοπαγὲς γὰρ ἦν) ἐνδιδόντος ἤδη, τὸ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἐκ πυρὸς ἄμυναν οἱ περὶ τὸν Ἰώσηπον ὥρμησαν. Ἁψάμενοι δὲ ὅσον αὔης εἶχον ὕλης τριχόθεν ἐπεκθέουσι, καὶ τά τε μηχανήματα καὶ τὰ γέρρα καὶ τὰ χώματα τῶν Ῥωμαίων ὑπεπίπρασαν. Οἱ δὲ κακῶς ἐπεβοήθουν, πρός τε τὴν τόλμαν αὐτῶν καταπεπληγότες καὶ ὑπὸ τῆς φλογὸς τὰς ἀμύνας φθανόμενοι. Ξηρᾶς γὰρ ὕλης, πρὸς δὲ ἀσφάλτου τε καὶ πίσσης, ἔτι δὲ καὶ θείου, διίπτατο τὸ πῦρ ἐπινοίας τάχιον, καὶ τὰ πολλῷ καμάτῳ πεπονημένα Ῥωμαίοις ἐπὶ μιᾶς ὥρας ἐνέμετο.

(ΙϚ'.) κα'. Ἔνθα καὶ ἀνήρ τις ἐξεφάνη Ἰουδαῖος λόγου καὶ μνήμης ἄξιος. Σαμαίου μὲν παῖς ἦν, Ἐλεάζαρος δ' ἐκαλεῖτο, Σαὰβ δὲ πατρὶς αὐτῷ τῆς Γαλιλαίας. Ὑπερμεγέθη πέτραν ἀράμενος ἀφίησιν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπὶ τὴν ἑλέπολιν μετὰ τοσαύτης βίας, ὥστε ἀπορρῆξαι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηχανήματος, ἣν δὴ καὶ καταπηδήσας ἐκ μέσων αἵρεται τῶν πολεμίων, καὶ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἐπὶ τὸ τεῖχος ἔφερε. Σκοπὸς δὲ πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς γενόμενος καὶ γυμνῷ τῷ σώματι τὰς πληγὰς δεξάμενος πέντε μὲν διαπείρεται βέλεσι, πρὸς οὐδὲν δὲ τούτων ἐπιστραφεὶς, ὅτε τὸ τεῖχος ἀνέβη καὶ περίοπτος πᾶσι τῆς εὐτολμίας ἔστη, ἰλυσπώμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων μετὰ τοῦ κριοῦ κατέπεσεν. Ἄριστοι μετὰ τοῦτον ἐφάνησαν ἀδελφοὶ δύο Νετίρας καὶ Φίλιππος, ἀπὸ Ῥουμᾶς κώμης, Γαλιλαῖοι καὶ αὐτοί. Προπηδῶσι μὲν εἰς τοὺς ἀπὸ τοῦ δεκάτου τάγματος, τοσούτῳ δὲ ῥοίζῳ καὶ βίᾳ

ictus sustineant, assiduis possint resistere. Ad istud experiendum aggrediebatur Romanorum dux, vi urbem expugnare properans, quod illis in damnum cederet in obsidione pergere, Judæis ipsos nunquam lacessere cessantibus. Et illi quidem catapultis et ceteris missilium machinis propius adductis, ut eos ferirent qui de muris tentamini obstare niterentur, tela jaciebant; itidemque in propinquo simul erant sagittarii et funditores. Quum autem ea de causa muros nemo ascendere auderet, alii arietem admovebant, et cratibus perpetuis et pellibus desuper septum, tam in sui quam machinæ securitatem: et primo quidem ictu murus concussus est, et ab iis qui intus erant clamor sublatus est maximus, quasi jam capti essent.

20. Josephus autem, quum eundem locum sæpe feriri animadverteret, et murum tantum non dejectum esse, commentum ad vim machinæ parumper eludendam adhibet. Saccos paleis oppletos in eum demitti locum præcepit, in quem arietem semper intorqueri viderent, ut et impetu errante ferretur, et plagam exceptam saccorum frustraret laxitas. Id quod Romanis multum moræ negotiique facessebat, quocunque hi machinam quidem converterent, illis, qui super murum stabant, saccos eo traducentibus et impressioni subjicientibus, ut inflictu nihil læderetur murus, donec Romani proceros adinvenirent contos, et eorum summitati falces ad saccos abscindendos alligarent. Quum autem hoc modo agendi vim reciperet aries, ac murus (nam recens exstructus erat) tandem ictibus cederet, deinceps Josephus et qui cum eo erant ad se igne defendendos properarunt. Quippe arida omni, quæ ad manus erat, materia accensa, trifariam excursionem faciunt, atque machinas et crates et aggeres Romanorum succenderunt. Hi vero non sine damno subveniebant, audacia simul illorum perterriti, et ne adjumento essent flammis præpediti. Nam propter aridum fomitem, et præterea bitumen ac picem, necnon etiam sulphur, celerius quam fert cogitatio volitabat ignis; et quæ multi laboris erant Romanis, una hora depascebat.

(XVI.) 21. Et hic vir quidam Judæus se dignum ostendit qui prædicetur pariter et memoretur. Samææ quidem filius erat, nomine Eleazarus; Saab vero Galilææ ei patria erat. Is, ingenti lapide sublato, tanta vi super arietem ex muro eum demittit, ut caput machinæ diffringeret; quo facto in medios hostes saltu delatus illud tollit, et sine minimo metu in murum ferebat. Factus autem scopus in quem hostes collimarent omnes, et ictibus nudo corpore exceptis, sagittis quidem quinque configitur; ad harum vero nullam attentus, quando murum ascendebat steteratque omnibus conspicuus ob facinoris audaciam, præ vulneribus revolutus arietem tenens corruit. Post hunc fortissimi apparuerunt duo fratres Netiras et Philippus, e Ruma vico, ipsi quoque quoque Galilæi. Prosiliunt illi in decimæ legionis milites, ac tanto impetu et vi in Romanos invecti sunt, ut et

τοῖς Ῥωμαίοις συνέπεσον, ὡς διαρρῆξαί τε τὰς τάξεις καὶ τρέψασθαι καθ' οὓς ἂν ἐφορμήσειαν ἅπαντας.

κβ'. Μετὰ τούτους ὅ τε Ἰώσηπος καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἀράμενοι πολὺ πῦρ τὰ μηχανήματα καὶ τὰς ὑποδύσεις ἅμα τοῖς ἔργοις ὑφῆψαν τοῦ τε πέμπτου καὶ τοῦ δεκάτου τραπέντος τάγματος, οἱ λοιποὶ δὲ φθάσαντες καὶ τὰ ὄργανα καὶ πᾶσαν ὕλην κατέχωσαν. Περὶ δὲ δείλην ἀναστήσαντες προσῆγον τὸν κριὸν πάλιν, ᾗ προπεπονήκει τυπτόμενον τὸ τεῖχος. Ἔνθα τις τῶν ἀμυνομένων ἀπ' αὐτοῦ βάλλει τὸν Οὐεσπασιανὸν βέλει κατὰ τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς, καὶ τιτρώσκει μὲν ἐπιπολαίως, προεκλύσαντος τὸ βληθὲν τοῦ διαστήματος, μέγιστον δὲ θόρυβον ἐνεποίησε τοῖς Ῥωμαίοις. Πρὸς γὰρ τὸ αἷμα ταραχθέντων τῶν πλησίον, φήμη διὰ παντὸς ἐμπίπτει ἐπὶ τῇ πληγῇ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῆς πολιορκίας οἱ πλείους ἀφέμενοι μετ' ἐκπλήξεως καὶ δέους ἐπὶ τὸν στρατηγὸν συνέθεον· πρὸ δὲ πάντων Τίτος δείσας περὶ τῷ πατρὶ παρῆν, ὡς τὸ πλῆθος καὶ τῇ περὶ τὸν ἡγούμενον εὐνοίᾳ καὶ τῇ τοῦ παιδὸς ἀγωνίᾳ συγχυθῆναι. Ῥᾷστα μέντοι τόν τε υἱὸν ὁ πατὴρ δεδιότα καὶ τὴν στρατιὰν ἔπαυσε τοῦ θορύβου. Τῶν γὰρ ἀλγηδόνων ἐπάνω γενόμενος καὶ πᾶσι τοῖς ἐπτοημένοις δι' αὐτὸν ὀφθῆναι σπουδάσας χαλεπώτερον Ἰουδαίοις ἐπήγειρε τὸν πόλεμον· ἕκαστος γὰρ ὡς τιμωρὸς τοῦ στρατηγοῦ προκινδυνεύειν ἤθελε καὶ βοῇ παρακροτοῦντες ἀλλήλους ἐπὶ τὸ τεῖχος ὥρμων.

κγ'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰώσηπον, καίπερ ἐπ' ἀλλήλοις πίπτοντες ὑπὸ τῶν καταπελτικῶν καὶ τῶν πετροβόλων, ὅμως οὐκ ἀπετρέποντο τοῦ τείχους, ἀλλὰ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ πέτροις τοὺς ἐπὶ τὰ γέρρα τὸν κριὸν ἐπιβρίθοντας ἔβαλλον. Καὶ ἤνυον μὲν οὐδὲν ἢ μικρὸν, αὐτοὶ δ' ἀδιαλείπτως ἔπιπτον, ὑπὸ μὴ βλεπομένων καθορώμενοι. Αὐτοί τε γὰρ ὑπὸ τῆς σφετέρας περιλαμπόμενοι φλογὸς σκοπὸς ἦσαν τοῖς πολεμίοις εὐσύνοπτος, ὥσπερ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ τῶν ὀργάνων πόρρωθεν μὴ βλεπομένων, δυσφύλακτον ἦν τὸ βαλλόμενον. Ἥ τε γὰρ τῶν ὀξυβελῶν καὶ καταπελτῶν βία πολλοὺς ἅμα διήλαυνε καὶ τῶν ὑπὸ τῆς μηχανῆς ἀφιεμένων πετρῶν ὁ ῥοῖζος ἐπάλξεις τε ἀπέσυρε καὶ γωνίας ἀπέθρυπτε πύργων. Ἀνδρῶν μὲν γὰρ οὐκ ἦν οὕτως ἰσχυρὸν στῖφος, ὃ μὴ μέχρις ἐσχάτης στρώννυται φάλαγγος βίᾳ τε καὶ μεγέθει τοῦ λίθου. Μάθοι δ' ἄν τις τὴν τοῦ μηχανήματος ἀλκὴν ἐκ τῶν ἐπὶ τῆσδε τῆς νυκτὸς γενομένων. (ΙΖ'.) Πληγεὶς γάρ τις ἀπ' αὐτοῦ τῶν περὶ τὸν Ἰώσηπον ἑστώτων ἀνὰ τὸ τεῖχος ἀπαράσσεται τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τῆς πέτρας καὶ τὸ κρανίον ἀπὸ τριῶν ἐσφενδονήθη σταδίων· γυναικός τε μεθ' ἡμέραν ἐγκύμονος πληγείσης τὴν γαστέρα (προῄει δὲ νέον ἐξ οἰκίας) ἐξέσεισεν ἐφ' ἡμιστάδιον τὸ βρέφος· τοσαύτη ἦν ἡ τοῦ λιθοβόλου βία. Τῶν οὖν ὀργάνων φοβερώτερος ὁ ῥοῖζος, τῶν δὲ βαλλομένων ἦν ὁ ψόφος. Ἐπάλληλοι δ' ἐκτύπουν οἱ νεκροὶ κατὰ τοῦ τείχους ῥιπτόμενοι, καὶ δεινὴ μὲν ἔνδοθεν κραυγὴ γυναικῶν ἠγείρετο, συνήχουν δὲ ἔξωθεν οἰμωγαὶ φονευομένων, αἵματι δ' ἐρρεῖτο πᾶς ὁ

ordines perrumperent, et omnes in quos irruerent in fugam verterent.

22. Post hos, quum Josephus et cetera multitudo, igne multo correpto, machinas et subterfugia cum operibus quintæ itemque decimæ, quæ terga dederat, legionis succenderunt, reliqui mox consequuti et instrumenta et omne genus materiam humo obruerunt. Rursus autem Romani arietem sub vesperam erectum ad eam muri partem adducebant, quæ jam ante a pulsatione laboraverat. Ubi quidam eorum qui vim illius arcerent, Vespasianum juxta pedis plantam jaculo ferit, et leviter quidem vulnerat, impetu projecti propter distantiam debilitato, maximam autem trepidationem Romanis injecit. His enim qui propius aderant viso sanguine perterritis, fama de vulnere imperatoris totum pervasit exercitum, plurimique relicta obsidione animis consternati et pavefacti ad imperatorem confluebant; atque ante omnes Titus aderat, metuens patri, adeo ut multitudo ex sua in ducem benevolentia et filii anxietate conturbata fuerit. Facile tamen pater et sollicitudine filium et trepidatione liberavit exercitum. Superato enim ex vulnere cruciatu, dataque opera ut ab omnibus, qui in pavore erant propter ipsum, conspiceretur, ad bellum contra Judæos acrius gerendum eos concitabat : nam quisque velut imperatoris ultor periculum adire cupiebant, et clamore alius alium adhortantes, impetu ferebantur in murum.

23. Josephus autem cum suis, licet alii super alios catapultarum itemque ballistarum ictibus caderent, nequaquam tamen a muro depulsi sunt; sed flammis et ferro et saxis eos petebant, qui cratibus protecti arietem propellebant. Et nihil quidem aut parum proficiebant, ipsi vero sine ulla intermissione occumbebant, ab illis conspecti quos videre non poterant. Namque in ipsos ignibus collustratos facile intuebantur et collimabant hostes, haud aliter ac si dies esset : atque, machinis e longinquo minime visis, difficile erat a missilibus sibi cavere. Nam et vi scorpionum et catapultarum multi simul transfigebantur; atque saxorum, e tormentis cum stridore emissorum, impetus et murorum pinnas auferebat, et turrium angulos diffringebat. Nullus autem erat adeo densus virorum ordo, qui non usque ad extremam aciem saxi vi et magnitudine sterneretur. Atque ex istis quæ ea nocte contigerunt, licet discere quantum robore valeret machina. (XVII.) Cuidam enim eorum qui in muro Josephum circumstarent saxi percussione caput avulsum est, et cranium ad tertium usque stadium quasi e funda jactum : interdiu quoque mulieris prægnantis, quæ paulo ante domo exierat, utero percusso, ad stadii dimidium infantem excussit : tanta ballistæ vis fuit. Tormentorum quidem terribilior erat stridor, missilium vero strepitus. Mortui autem alii super alios per muros dejecti sonitum edebant, et ingens quidem intus tollebatur mulierum clamor, foris vero respondebant cæsorum gemitus, totusque

πρὸ τῆς μάχης περίβολος καὶ προσβατὸν ὑπὸ πτωμάτων τὸ τεῖχος ἐγίνετο. Φοβερωτέραν δὲ ἐποίουν τὴν βοὴν περιηχοῦντα τὰ ὄρη, καὶ οὐδὲν ἐπ' ἐκείνης τῆς νυκτὸς οὔτε εἰς ἀκοῆς οὔτε εἰς ὄψεως κατάπληξιν ἀπελείφθη. Πλεῖστοι μέν γε τῶν ἐπὶ τῆς Ἰωταπάτης ἀγωνιζόμενοι γενναίως ἔπεσον, πλεῖστοι δ' ἐγένοντο τραυματίαι, καὶ μόλις περὶ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν ἐνδίδωσι τοῖς μηχανήμασι τὸ τεῖχος, ἀδιαλείπτως τυπτόμενον· οἱ δὲ φραξάμενοι τὰ σώματα τοῖς ὅπλοις τὸ καταρριφθὲν ἀντωχύρωσαν, πρὶν βληθῆναι τὰς ἐπιβατηρίους ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων μηχανάς.

(ΙΗ'.) κδ'. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω Οὐεσπασιανὸς ἐπὶ τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως συνῆγε τὴν στρατιὰν, ὀλίγον ἀπὸ τοῦ νυκτερινοῦ πόνου διαναπαύσας. Βουλόμενος δὲ ἀπὸ τῶν καταρριφθέντων περισπάσαι τοὺς εἴργοντας, τοὺς μὲν γενναιοτάτους τῶν ἱππέων ἀποβήσας τῶν ἵππων τριχῇ διέταξε κατὰ τὰ πεπτωκότα τοῦ τείχους, πάντοθεν πεφραγμένους τοῖς ὅπλοις, καὶ τοὺς κοντοὺς προΐσχοντας, ὡς, ὁπότε τὰς ἐπιβατηρίους βάλλοιεν μηχανὰς, κατάρχοιντο τῆς εἰσόδου. Κατόπιν δὲ αὐτῶν ἔταξε τοῦ πεζοῦ τὸ ἀκμαιότατον, τὸ δὲ λοιπὸν ἱππικὸν ἀντιπαρεξέτεινε τῷ τείχει κατὰ πᾶσαν τὴν ὀρεινὴν, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἀναφευγόντων ἐκ τῆς ἁλώσεως διαλαθεῖν· κατόπιν δὲ τούτων περιέστησε τοὺς τοξότας, ἔχειν κελεύσας ἕτοιμα τὰ βέλη πρὸς ἄφεσιν, ὁμοίως δὲ καὶ σφενδονήτας, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν μηχανημάτων, ἑτέρους δὲ κλίμακας ἀραμένους προσφέρειν ἐπάνω τοῖς ἀκεραίοις τείχεσιν, ἵνα οἱ μὲν τούτους κωλύειν πειρώμενοι καταλίποιεν τὴν ἐπὶ τοῖς καταρριφθεῖσι φυλακὴν, οἱ λοιποὶ δὲ ὑπ' ἀθρόων βιαζόμενοι τῶν βελῶν εἴξωσι τῆς εἰσόδου.

κε'. Ἰώσηπος δὲ συνεὶς τὴν ἐπίνοιαν ἐπὶ μὲν τοῦ μένοντος τείχους σὺν τοῖς κεκμηκόσιν ἵστησι τοὺς γηραιοὺς, ὡς μηδὲν ταύτῃ βλαβησομένους, κατὰ δὲ τὰ παρερρωγότα τοῦ τείχους τοὺς δυνατωτάτους καὶ πρὸ πάντων ἀνὰ ἓξ ἄνδρας, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς εἰς τὸ προκινδυνεύειν ἐκληρώσατο· ἐκέλευσέ τε πρὸς μὲν τὸν ἀλαλαγμὸν τῶν ταγμάτων ἐπιφράξαι τὰς ἀκοὰς, ὡς ἂν μὴ καταπλαγεῖεν, πρὸς δὲ τὸ πλῆθος τῶν βελῶν συνοκλάσαντας καλύπτεσθαι καθύπερθεν τοῖς θυρεοῖς, ὑποχωρῆσαί τε πρὸς ὀλίγον ἕως τὰς φαρέτρας κενώσωσιν οἱ τοξόται· βαλλόντων δὲ τὰς ἐπιβατηρίους μηχανὰς αὐτοὺς προπηδᾷν, καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὀργάνων ἀπαντᾷν τοῖς πολεμίοις, ἀγωνίζεσθαί τε ἕκαστον, ὡς οὐχ ὑπὲρ σωθησομένης, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὲρ ἀπολωλυίας ἤδη τῆς πατρίδος ἀμυνόμενον, λαμβάνειν τε πρὸ ὀφθαλμῶν σφαγησομένους γέροντας καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας ἀναιρεθησομένας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ὅσον οὐδέπω, καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς μελλούσαις συμφοραῖς θυμὸν προαλίσαντας, ἐναφεῖναι τοῖς δράσουσιν αὐτάς.

κς'. Ἔταξε μὲν οὖν οὕτως ἑκάτερον. Τὸ δὲ ἀργὸν ἀπὸ τῆς πόλεως πλῆθος γύναια καὶ παῖδες, ὡς ἐθεάσαντο τριπλῇ μὲν φάλαγγι τὴν πόλιν ἐζωσμένην (οὐδὲν γὰρ εἰς τὴν μάχην μετακεκίνητο τῶν πάλαι φυλά-

loci ambitus, ubi pugnabatur, sanguine fluebat, et murus cadaverum aggestione poterat ascendi. Montes autem circumsonantes clamoris horrorem augebant, nec quicquam illi nocti defuit, quod vel auribus vel oculis terrorem posset incutere. Plurimi quidem pro Jotapata decertantes fortiter ceciderunt, plurimi etiam sauciati sunt; et tamen vix matutinas ad vigilias murus assiduis tormentorum ictibus cessit: alii vero, quibus corpora septa erant armis, parti labefactatæ munimina opposuerunt, antequam machinæ ascensoriæ a Romanis jacerentur.

(XVIII.) 24. Mane autem Vespasianus, quum ex nocturno labore paululum eos recreasset, exercitum colligebat ad urbem capiendam. Volensque a parte muri dejecta propugnatores depellere, equitum strenuissimos, quum eos equis descendere fecisset, trifariam collocat qua murus ceciderat, armis undique obseptos, contosque prætendentes, ut factis machinis ascensoriis primi ingrederentur. At post illos peditum validissimos statuit, reliquum vero equitatum juxta muros extendebat per totam montanam partem, ut nemo in excidio fuga dilaberetur: a tergo autem illorum sagittarios constituit, paratas ut emitterentur sagittas habere jussos, similiterque funditores, et qui a machinis erant; adhuc etiam alios scalas portantes integris muri partibus applicandas, ut hi qui ipsos prohibere niterentur muri dejecti custodiam relinquerent, ceteri vero introitu cederent magna telorum vi adacti.

25. Ubi autem hoc consilium rescivit Josephus, per murum quidem integrum labore fatigatos itemque senes disposuit, ut qui levissime illac læderentur; ad partem vero muri collapsam, validissimum quemque, senosque ante omnes viros, in quibus et ipse ad pericula primo adeunda sortitus est: hisque præcepit ut ad clamorem legionum aures quidem obstruerent, ne percellerentur, telorum vero multitudinem summissis genibus scutisque desuper protecti exciperent, et paulatim recederent, donec pharetras exinanirent sagittarii. Quum autem machinas ascensorias jacerent, ipsos prosilire jussit, suisque cum organis hostibus obviam ire, et unumquemque dimicare, non pro patria conservanda, sed quasi jam perditam vindicaturos; sibique ob oculos proponere senes liberosque mactandos, et conjuges in eo fere esse ut ab hostibus occidantur; iramque ob futuras clades collectam in auctores earum effundere.

26. Atque ita quidem utrosque disposuit. Ubi autem otiosa civium multitudo, mulieres ac pueri, urbem videre triplici quidem phalange circumdatam (nihil enim e custodiis ante habitis dimotum erat ad pugnam), strictisque gladiis ad

κων), πρὸς δὲ τοῖς βεβλημένοις τείχεσι τοὺς πολεμίους ξιφήρεις, καὶ τὴν καθύπερθεν ὀρεινὴν λαμπομένην ὅπλοις, τά τε βέλη τοῖς τοξόταις ἐπανέχοντα τῶν Ἀράβων, ὕστατον τινὰ κωκυτὸν ἁλώσεως συνήχησαν, ὡς οὐκ ἀπειλουμένων ἔτι τῶν κακῶν, ἀλλ' ἤδη παρόντων. Ὁ δὲ Ἰώσηπος τὰ μὲν γύναια, ὡς μὴ θηλύνοιεν οἴκτῳ τὰς ὁρμὰς τῶν σφετέρων, κατακλείει ταῖς οἰκίαις, μετ' ἀπειλῆς ἡσυχάζειν κελεύσας· αὐτὸς δὲ πρὸ τῶν ἐρριφθέντων, ᾗ ἔλαχε, παρήει. Τοῖς μὲν οὖν καθ' ἕτερα προσφέρουσι τὰς κλίμακας οὐ προσεῖχεν, ἀπεκαραδόκει δὲ τὴν ὁρμὴν τῶν βελῶν.

κζ'. Ὁμοῦ δὲ οἵ τε σαλπιγκταὶ τῶν ταγμάτων ἁπάντων συνήχησαν καὶ δεινὸν ἐπηλάλαξεν ἡ στρατιά· καὶ πάντοθεν ἀφιεμένων ἀπὸ συνθήματος τῶν βελῶν, τὸ φῶς ὑπετέμνετο. Μεμνημένοι γε μὴν τῶν τοῦ Ἰωσήπου προσταγμάτων οἱ σὺν αὐτῷ τάς τε ἀκοὰς πρὸς τὴν βοὴν καὶ τὰ σώματα πρὸς τὰς ἀφέσεις ἐφράξαντο, καὶ βαλόντων τὰς μηχανὰς ἐπεξέδραμον δι' αὐτῶν, πρὶν ἐπιβῆναι τοὺς διαβαλόντας. Συμπλεκόμενοί γε μὴν τοῖς ἀνιοῦσι παντοῖα καὶ χειρῶν ἔργα καὶ ψυχῆς ἐναπεδείκνυντο, πειρώμενοι παρὰ τὰς ἐσχάτας συμφορὰς μὴ χείρους φαίνεσθαι τῶν ἐν ἀκινδύνῳ τῶν κατὰ σφᾶς ἀνδριζομένων· ὥστε οὐ πρότερον ἀπερρήγνυντο τῶν Ῥωμαίων πρὶν ἢ πεσεῖν ἢ διαφθεῖραι. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἔκαμνον διηνεκῶς ἀμυνόμενοι καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀμείβειν οὐκ ἔχοντες, τὸ κεκμηκὸς δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀκραιφνεῖς διεδέχοντο, καὶ ταχέως ἀντὶ τῶν ὑποβιασθέντων ἐπέβαινον ἕτεροι, παρακελευσάμενοι ἀλλήλοις, καὶ πλευρὰν μὲν ἑνώσαντες, τοῖς δὲ θυρεοῖς καθύπερθε φραξάμενοι, στῖφος ἄρρηκτον ἐγένοντο, καὶ καθάπερ ἑνὶ σώματι πάσῃ τῇ φάλαγγι τοὺς Ἰουδαίους ἀνωθοῦντες ἤδη τοῦ τείχους ἐπέβαινον.

(ΙΘ'.) κη'. Ὁ δὲ Ἰώσηπος ἐν ταῖς ἀμηχανίαις σύμβουλον λαβὼν τὴν ἀνάγκην (ἡ δέ ἐστι δεινὴ πρὸς ἐπίνοιαν, ὅταν αὐτὴν ἀπόγνωσις ἐρεθίζῃ), ζέον ἔλαιον ἐκέλευσε καταχεῖν τῶν συνησπικότων. Οἱ δέ, ὡς παρεσκευασμένον ἔχοντες μετὰ τάχους πολλοὶ καὶ πολύ, πάντοθεν τῶν Ῥωμαίων κατέχεον, συνεπαφιέντες καὶ τὰ ἀγγεῖα βρασσόμενα τῇ θέρμῃ. Τοῦτο καιομένων τῶν Ῥωμαίων διεσκέδασε τὴν τάξιν καὶ μετὰ δεινῶν ἀλγηδόνων ἀπεκυλινδοῦντο τοῦ τείχους. Ῥᾷστα μὲν γὰρ τὸ ἔλαιον ἀπὸ κόρσης μέχρι ποδῶν ὑπὸ τὰς πανοπλίας διέρρει τοῦ σώματος ὅλου καὶ τὴν σάρκα φλογὸς οὐδὲν ἔλασσον ἐπεβόσκετο, θερμαινόμενόν τε φύσει ταχέως καὶ ψυχόμενον βραδέως διὰ τὴν πιότητα. Τοῖς δὲ θώραξι καὶ τοῖς κράνεσιν ἐνδεδεμένων ἀπαλλαγὴ τῆς καύσεως οὐκ ἦν· πηδῶντες δὲ καὶ συνειλούμενοι ταῖς ἀλγηδόσιν ἀπὸ τῶν γεφυρωμάτων ἔπιπτον. Οἱ δὲ τραπέντες εἰς τοὺς σφετέρους πρόσω βιαζομένους εὐχείρωτοι τοῖς κατόπιν τιτρώσκουσιν ἦσαν.

κθ'. Ἐπέλιπε δὲ οὔτε Ῥωμαίους ἐν ταῖς κακοπραγίαις ἰσχὺς οὔτε τοὺς Ἰουδαίους σύνεσις· ἀλλ' οἱ μὲν καίπερ οἰκτρὰ πάσχοντας ὁρῶντες τοὺς καταχυθέντας, ὅμως εἰς τοὺς καταχέοντας ἐφέροντο τὸν πρὸ

partem muri dejectam hostes instare, armisque loca montana desuper collucere, tela etiam sagittariorum Arabum prompta eminere, extremum quendam ululatum ob urbis excidium ediderunt, quasi non amplius illis intenderentur mala, sed jam adessent. At mulieres quidem Josephus, ne ipsarum miseratio suorum animos impetusque debilitaret, domibus inclusas tenet, et silere jussit minis etiam additis: ipse vero ante murum dejectum, qua sors tulerat, semet sistebat. Et scalas quidem ex altera parte applicantibus animum non advertit, sed telorum impetum sollicite observabat.

27. Simul autem legionum omnium tubicines classicum cecinerunt, et ingentem clamorem sustulit exercitus; telisque, ex composito undique emissis, intercepta est lux. Ceterum qui a Josepho stabant, præceptorum ejus memores, et aures adversus clamorem obstruxerunt, et corpora contra jaculationes obsepserunt; quumque jactæ essent machinæ, eas cursu invadebant, antequam pedem in illis ponerent qui eas jaciendas curaverant. Porro cum iis qui ascendere nitebantur confligentes, varia ediderunt facinora, quæ animi pariter ac manuum fortitudinem ostendebant, id agentes in extrema calamitate, ne deteriores illis viderentur, qui extra periculum constituti adversum ipsos fortiter se gererent, adeo ut non prius a Romanis divellerentur quam vel caderent vel occiderent. Postquam autem Judæi quidem assidue hostes propulsando laborabant, alios non habentes qui ipsos exciperent, Romanorum vero defessis integri succedebant, statimque pro vi depulsis alii ascendebant, se mutuo adhortati, quum et latera junxissent et scutis se desuper texissent, agmen fiebant inexpugnabile, et tota phalange velut uno corpore Judæos repellentes jam inde in muro pedem ponebant.

(XIX.) 28. Josephus autem in his rerum angustiis necessitate in consilium adhibita (hæc autem in rebus excogitandis sollers cum desperatione exacuitur), oleo ferventi perfundi jussit scutorum conjunctione tectos. Id quod Judæi, quum cito paratum haberent multi et magna copia, undique in Romanos effundebant, simul etiam vasa æstu fervefacta in eos demittentes. Hoc ipsum, ustulatis quippe Romanis, ordinem dissolvit, et vehementi cum dolore e muro devolvebantur, siquidem facile oleum sub armatura per totum corpus a vertice ad imos defluebat talos, et carnem non secus atque flamma depascebat: quippe quod natura facile accenditur, et tarde ob pinguedinem refrigeratur. Quum autem loricis illigati essent et galeis, ex incendio effugere non poterant; sed hinc inde salientes aut doloribus convoluti de pontibus decidebant. Ad suos autem ex adverso urgentes quum se reciperent, facile subacti erant ab iis qui a tergo vulnera infligebant.

29. Verum neque Romanos, dum res male cederent, deficiebat virtus, neque Judæos prudentia: sed illi quidem, licet suos oleo perfusos miseranda pati viderent, tamen in eos qui id effundebant invehebantur, præeuntem quisque

αὐτοῦ κακίζων ἕκαστος ὡς ἐμπόδιον ὄντα τῆς ῥώμης. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι δόλῳ δευτέρῳ τὰς προσβάσεις αὐτῶν ἐπέσφαλλον, τῆλιν ἑφθὴν ἐπιχέοντες ταῖς σανίσιν, αἷς ἐπολισθάνοντες ὑπεσύροντο· καὶ οὔτε τῶν τρεπομένων οὔτε τῶν προσβαινόντων τις ὀρθὸς ἔμενεν, ἀλλ' οἱ μὲν ὑπ' αὐτῶν ὑπτιαζόμενοι τῶν ἐπιβατηρίων μηχανῶν συνεπατοῦντο, πολλοὶ δὲ ἐπὶ τὸ χῶμα κατέπιπτον. Ἐπαίοντο δ' ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων οἱ πεσόντες. Σφαλλομένων γὰρ τῶν Ῥωμαίων οὗτοι, τῆς κατὰ χεῖρα συμπλοκῆς ἐλευθερωθέντες, πρὸς τὰς βολὰς ἠσχόλουν. Πολλὰ δὲ κακουμένους ἐν τῇ προσβολῇ τοὺς στρατιώτας ὁ στρατηγὸς περὶ δείλην ἀνεκάλει. Ἔπεσον δὲ τούτων μὲν οὐκ ὀλίγοι καὶ πλείους ἐτρώθησαν· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Ἰωταπάτης ἀπέθανον μὲν ἓξ ἄνδρες, τραυματίαι δὲ ὑπὲρ τριακοσίους ἀνεκομίσθησαν. Εἰκάδι μὲν οὖν Δαισίου μηνὸς ἡ παράταξις ἦν.

(Κ'.) λ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι τὴν στρατιὰν παραμυθούμενος, ὡς θυμουμένους ἑώρα, καὶ οὐ προτροπῆς, ἀλλ' ἔργων δεομένους, προσυψῶσαι μὲν τὰ χώματα, πύργους δὲ τρεῖς, πεντήκοντα ποδῶν ἕκαστον τὸ ὕψος, κατασκευάσαι κελεύσας, πάντοθεν σιδήρῳ κεκαλυμμένους, ὡς ἑδραῖοί τε εἶεν ὑπὸ βρίθους καὶ δυσάλωτοι πυρὶ, τῶν χωμάτων ἐπέστησεν, προσεπιβήσας αὐτοῖς ἀκοντιστάς τε καὶ τοξότας καὶ τῶν ἀφετηρίων ὀργάνων τὰ κουφότερα· πρὸς δὲ τοὺς ῥωμαλεωτάτους σφενδονήτας, οἳ μὴ καθορώμενοι διὰ τὸ ὕψος καὶ τὰ θωρακεῖα τῶν πύργων εἰς καθορωμένους τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους ἔβαλλον. Οἱ δὲ, μήτε κατὰ κόρσης φερομένων τῶν βελῶν ἐκκλίνειν ῥᾳδίως δυνάμενοι μήτε τοὺς ἀφανεῖς ἀμύνεσθαι, καὶ τὸ μὲν ὕψος τῶν πύργων δυσέφικτον ὁρῶντες ἐκ χειρὸς βέλει, πυρὶ δὲ τὸν περὶ αὐτοῖς σίδηρον ἀνάλωτον, ἔφευγον ἀπὸ τοῦ τείχους, καὶ προσβάλλειν πειρωμένοις ἐπεξέθεον. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῆς Ἰωταπάτης ἀντεῖχον οὕτως, ἀναιρούμενοί τε καθ' ἡμέραν πολλοὶ καὶ μηδὲν ἀντικακοῦν τοὺς πολεμίους, ὅτι μὴ μετὰ κινδύνων ἀνείργειν, ἔχοντες.

(ΚΑ'.) λα'. Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας Οὐεσπασιανὸς ἐπί τινα τῶν τῆς Ἰωταπάτης ἀστυγειτόνων πόλιν (Ἰαφὰ καλεῖται) νεωτερίζουσαν, καὶ τῶν Ἰωταπατηνῶν παρὰ δόξαν ἀντεχόντων ἐπαιρομένην, Τραϊανὸν, ὄντα τοῦ δεκάτου τάγματος ἡγεμόνα, ἐκπέμπει, παραδοὺς αὐτῷ χιλίους μὲν ἱππεῖς, πεζοὺς δὲ δισχιλίους. Ὁ δὲ τὴν μὲν πόλιν δυσάλωτον καταλαβὼν (πρὸς γὰρ τῷ φύσει καρτερὰ τυγχάνειν οὖσα καὶ διπλῷ περιβόλῳ τετείχιστο), προαπαντηκότας δὲ τοὺς ἐξ αὐτῆς ἑτοίμους εἰς μάχην ἰδὼν συμβάλλει, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀντισχόντας ἐδίωκε. Συμφυγόντων δὲ εἰς τὸ πρῶτον τεῖχος οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ πόδας προσκείμενοι συνεισέπεσον, ὁρμήσαντας δὲ πάλιν εἰς τὸ δεύτερον τεῖχος ἀποκλείουσι τῆς πόλεως οἱ σφέτεροι, δείσαντες μὴ συνεισβάλωσιν οἱ πολέμιοι. Θεὸς δ' ἦν ἄρα ὁ Ῥωμαίοις τὰ Γαλιλαίων πάθη χαριζόμενος, ὃς καὶ τότε τὸν τῆς πόλεως λαὸν αὔτανδρον, χερσὶν οἰκείαις ἐκκλεισθέντα, πρὸς ἀπώλειαν ἔκδοτον φονῶσιν ἐχθροῖς παρέστησεν. Ἐμπίπτοντες

ignavum appellantes, quasi suis obstarent viribus. Judæi vero illos in ascensu dolo altero eludebant, fœnum Græcum decoctum in tabulata effundentes, unde lapsantes deorsum ferebantur, ut neque fugientium quisquam, neque ascendentium rectus stare potuerit: sed nonnulli quidem, ab istis resupinati machinis ascensoriis, conculcati sunt; multi vero in aggeres delabebantur, quumque cecidissent, a Judæis feriebantur. Namque illi, postquam Romani lapsi erant, manuum consertione liberati, missilium jactui vacabant. Milites autem in hac aggressione mala multa perpessos circa vesperam revocabat imperator. Et horum quidem non pauci ceciderunt, pluresque vulnera acceperunt: ex Jotapatenis autem sex quidem viri mortem oppetierunt, saucii vero plures quam trecenti reportati erant. Et die quidem vigesimo mensis Dæsii commissa est hæc pugna.

(XX.) 30. Vespasianus autem, solamen adhibens exercitui ob ea quæ acciderant, postquam videret eos in iram accensos, et non adhortatione egentes, sed opere, quum aggeres quidem altius tolli, turres vero tres ad quinquaginta unamquamque pedum altitudinem ædificari præcepisset, undique tectas, tum ut stabiliores essent ob pondus, tum ut igni non cederent, super aggeres eas collocavit, impositis in eas jaculatoribus et sagittariis, itemque levioribus missilium machinis, ac præterea funditorum validissimis. Qui quum minime conspicerentur propter altitudinem et propugnacula turrium, eos tamen qui super murum conspecti erant feriebant. Illi vero, quum neque tela superne venientia facile declinarent, neque ulcisci possent quos minime aspicerent, et turrium quidem altitudinem vix telis e manu jactis attingi posse viderent, ferrumque quo septæ erant ab igne haud facile expugnari, mœnia deserebant, et impressionem in ea facere nitentibus obviam excurrebant. Et Jotapateni quidem ita resistebant, et in dies singulos magno numero interfecti, et nihil quicquam mali hostibus inferre valentes, nisi quod eos suo non sine periculo arcerent.

(XXI.) 31. Iisdem autem diebus Vespasianus emittit Trajanum, decimæ legionis præfectum, contra finitimam quandam Jotapatæ urbem, cui nomen Japha, novas res affectantem, et, quod præter opinionem restiterant Jotapateni, valde elatam, traditis ei duobus peditum millibus et mille equitibus. Ille vero, quum urbem quidem expugnatu difficilem reperisset (nam præterquam quod natura valida esset, duplici etiam muro cincta fuerat), eam vero habitantes vidisset ad pugnam paratos sibi obviam processisse, prælium committit, eosque paulisper resistere ausos in fugam vertit. Quum autem intra primum murum se recepissent, Romani vestigiis illorum instantes cum ipsis irrumpunt: at quum rursus murum secundum petiissent, cives sui eos urbe excludunt, veriti ne cum illis subintrarent hostes. Deus utique erat qui Romanis donabat Galilæorum clades: atque tunc civitatis universum populum, suorum manibus exclusum, ad interitum dedit hostibus cædium avidissimis. Con-

γὰρ ἀθρόοι ταῖς πύλαις καὶ πολλὰ τοὺς ἐπ' αὐτῶν ὀνομαστὶ καλοῦντες ἐν μέσαις ἀπεσφάττοντο ταῖς ἱκετείαις. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῖς τεῖχος οἱ πολέμιοι, τὸ δεύτερον δ' ἔκλεισαν οἱ σφέτεροι, μέσοι δὲ τῶν δυοῖν κατειλούμενοι περιβόλων βύζην πολλοὶ μὲν τοῖς ἀλλήλων, πολλοὶ δὲ τοῖς ἰδίοις περιεπείροντο ξίφεσιν, ἄπειροι δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἔπιπτον, οὐδὲ ὅσον εἰς ἄμυναν ἀγαθαρροῦντες· πρὸς γὰρ τῷ καταπεπλῆχθαι τοὺς πολεμίους τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἔκλασεν ἡ τῶν οἰκείων προδοσία. Πέρας ἔθνησκον, οὐ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις καταρώμενοι, μέχρι πάντες ἀπώλοντο μύριοι καὶ δισχίλιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες. Κενὴν δὲ μαχίμων λογιζόμενος εἶναι τὴν πολιν ὁ Τραϊανὸς, εἰ δὲ καί τινες ἔνδον εἶεν, οἰόμενος μηδὲν αὐτοὺς τολμήσειν ὑπὸ δέους, ἀνετίθει τῷ στρατηγῷ τὴν ἅλωσιν· καὶ στείλας ἀγγέλους πρὸς Οὐεσπασιανὸν ᾐτεῖτο πέμψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τίτον ἐπιθήσοντα τῇ νίκῃ τὸ τέλος. Ὁ δὲ συμβαλὼν ὑπολείπεσθαί τινα πόνον, μετὰ στρατιᾶς τὸν υἱὸν ἐπιπέμπει πεντακοσίων μὲν ἱππέων, χιλίων δὲ πεζῶν. Ὁ δὲ πρὸς τὴν πολιν ἐλθὼν διὰ τάχους, καὶ διατάξας τὴν στρατιὰν, ἐπὶ μὲν τοῦ λαιοῦ κέρως τὸν Τραϊανὸν ἵστησιν, αὐτὸς δὲ τὸ δεξιὸν ἔχων ἐξηγεῖτο πρὸς τὴν πολιορκίαν. Τῶν δὲ στρατιωτῶν κλίμακας πάντοθεν τῷ τείχει προσφερόντων, πρὸς ὀλίγον οἱ Γαλιλαῖοι καθύπερθεν ἀμυνόμενοι λείπουσι τὸν περίβολον. Ἐπιπηδήσαντες δὲ οἱ περὶ τὸν Τίτον τῆς μὲν πολεως ἐκράτησαν ταχέως, πρὸς δὲ τοὺς ἔνδον αὐτοῖς συστραφέντας καρτερὰ μάχη συρρήγνυται. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς στενωποῖς οἱ δυνατοὶ προσέπιπτον, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν αἱ γυναῖκες ἔβαλλον πᾶν τὸ προστυχὸν αὐταῖς· καὶ μέχρι μὲν ἓξ ὡρῶν ἀντεῖχον μαχόμενοι, δαπανηθέντων δὲ τῶν μαχίμων, τὸ λοιπὸν πλῆθος ἔν τε τοῖς ὑπαίθροις καὶ κατὰ τὰς οἰκίας ἀπεσφάττοντο, νέοι τε ὁμοῦ καὶ γέροντες· οὐδὲν γοῦν ἄρρεν ἀπελείφθη δίχα νηπίων, ἃ μετὰ γυναικῶν ἐξηνδραποδίσαντο. Τῶν μὲν οὖν ἀναιρεθέντων ἀνά τε τὴν πόλιν καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας παρατάξεως ἀριθμὸς μύριοι πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις ἦν, τὰ δὲ αἰχμάλωτα δισχίλια καὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. Τοῦτο συνέβη τὸ πάθος Γαλιλαίοις πέμπτῃ καὶ εἰκάδι Δαισίου μηνός.

(ΚΒ'.) λϐ'. Ἔμειναν δὲ οὐδὲ Σαμαρεῖς ἀπείρατοι συμφορῶν. Ἀθροισθέντες γὰρ ἐπὶ τὸ Γαριζὶν καλούμενον ὄρος, ὅπερ αὐτοῖς ἐστιν ἅγιον, κατὰ χώραν μὲν ἔμενον, πολέμου δὲ εἶχεν ἀπειλὴν ἥ τε σύνοδος αὐτῶν καὶ τὰ φρονήματα. Καὶ οὐδὲ τοῖς γειτνιῶσι κακοῖς ἐσωφρονίζοντο, πρὸς δὲ τὰς Ῥωμαίων εὐπραγίας ἐν ἀλογίστῳ τῇ κατὰ σφᾶς ἀσθενείᾳ διώδευον καὶ μετέωροι πρὸς ταραχὴν ὑπῆρχον. Ἐδόκει δὲ Οὐεσπασιανῷ φθάσαι τὸ κίνημα καὶ τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ὑποτέμνεσθαι. Καὶ γὰρ ἀεὶ φρουραῖς ἡ Σαμαρεῖτις ὅλη διείληπτο, τό τε πλῆθος τῶν ἐληλυθότων καὶ ἡ σύνταξις ἦν φοβερά. Κερεάλιον οὖν ἔπαρχον ὄντα τοῦ πέμπτου τάγματος μεθ' ἑξακοσίων ἱππέων καὶ πεζῶν τρισχιλίων πέμπει. Τούτῳ προσβαίνειν μὲν τὸ ὄρος καὶ συνάπτειν μάχην οὐκ ἀσφαλὲς ἔδοξε, τῶν πολεμίων πολλῶν καθύπερθεν ὄν-

fertim enim ad portas irruentes, et sæpiuscule illis præpositos nominatim inclamantes, medias inter preces mactabantur. Et primum quidem murum illis hostes clauserunt, alterum vero cives sui; mediique inter duorum murorum ambitus conclusi, multi quidem suis invicem, multique suis ipsorum gladiis transfigebantur, innumeri vero Romanorum manibus cadebant, ne ad ulciscendum quidem sumpta fiducia : nam præterquam quod hostes eis terrorem incusserant, animos illis fregit suorum proditio. Denique moriebantur, non Romanis, sed suis diras imprecantes, usque dum omnes interierunt, numero ad duodecim millia. Tum Trajanus, urbem prœliatoribus vacuam reputans, et si qui adhuc intus essent, nihil eos ausuros esse existimans præ timore, imperatori excidium urbis reservabat : missisque ad Vespasianum nunciis, postulabat ut filium suum Titum mitteret, finem victoriæ impositurum. Ille vero, laboris aliquid superesse conjiciens, filium mittit cum exercitu quingentorum quidem equitum, mille vero peditum. Ille autem, quum ad urbem properasset et exercitum ordinasset, in lævo quidem latere Trajanum constituit, atque ipse in dextro obsidioni præerat. At postquam milites scalas muris undique applicaverant, Galilæi, paulisper eos desuper propellentes, continuo mœnia relinquunt. Titus vero cum suis saltu demissi statim quidem urbem occupant : cum illis vero qui intus se in orbem collegerant, vehemens commissa est pugna. Nam et in angiportis cives validiores impressionem in eos faciebant, et mulieres quicquid illis in manus venerat e tectis jaciebant : et per sex quidem horas pugnam sustinuerunt. Absumptis autem pugnæ idoneis, cetera multitudo, partim sub dio, partim per domos, senes pariter ac juvenes, mactabantur; adeo ut nemo sexus virilis superfuerit præter infantes, qui una cum mulieribus abducti sunt in servitutem. Et cæsi quidem per civitatem et in priori congressu numero erant ad quindecim millia, captivi vero facti ad duo millia, centum et triginta. Hæc Galilæis clades contigit, die quinto et vigesimo mensis Dæsii.

(XXII.) 32. Verum nec Samaritæ cladis erant expertes. Congregati quippe in montem Garizin appellatum, qui ab illis pro sacro habetur, in eodem quidem loco manebant; bellum vero minari videbatur iste conventus eorum, et elati animi spiritus. Et ne vicinorum quidem malis reprimebantur, sed ad prosperos Romanorum successus temere suarum virium infirmitate nixi iter faciebant, et pronis in tumultum animis pendebant. Vespasiano itaque factu optimum videbatur motum prævenire, impetumque illorum præcidere. Nam etsi præsidiis omnis regio Samaritica occupata erat, tamen et multitudo illorum qui eo venerant et conspiratio timebatur. Ea de causa Cerealem, quintæ legionis præfectum, cum sexcentis equitibus et tribus peditum millibus mittit. Istis comitatus montem quidem ascendere pugnamque committere nequaquam tutum esse duxit, quod hostium

των, κυκλωσάμενος δὲ τῇ δυνάμει πᾶσαν τὴν ὑπώρειαν δι' ὅλης αὐτοὺς ἐφρούρει τῆς ἡμέρας. Συνέβη δὲ ὕδατος ἀπορουμένων τῶν Σαμαρέων ἐκφλεγῆναι τότε καὶ καῦμα δεινόν (ὥρα δὲ ἦν θέρους καὶ τῶν ἐπιτηδείων τὸ πλῆθος ἀπαράσκευον), ὡς τινὰς μὲν αὐθημερὸν ἀπὸ τοῦ δίψους ἀποθανεῖν, πολλοὺς δὲ τῆς τοιαύτης ἀπωλείας τὸ δουλεύειν προελομένους, Ῥωμαίοις προσφυγεῖν. Ἐξ ὧν συνεὶς ὁ Κερεάλιος καὶ τοὺς ἔτι συμμένοντας ὑπὸ τῶν δεινῶν κατεαγότας, ἐπαναβαίνει τῷ ὄρει, καὶ τὴν δύναμιν ἐν κύκλῳ περιστήσας τοῖς πολεμίοις, τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ δεξιὰς προὐκαλεῖτο καὶ σώζεσθαι παρεκάλει, διαβεβαιούμενος ἀσφάλειαν τὰ ὅπλα ῥίψασιν· ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, προσπεσὼν ἀπέκτεινε πάντας, χιλίους ἑξακοσίους ἐπὶ μυρίοις ὄντας. Δαισίου μηνὸς εἰκάδι καὶ ἑβδόμῃ ἐπράχθη. Καὶ τοιαύταις μὲν συμφοραῖς Σαμαρεῖται ἐχρήσαντο.

(ΚΓ'.) λγ'. Τῶν δὲ ἀνὰ τὰ Ἰωτάπατα διακαρτερούντων καὶ παρ' ἐλπίδα τοῖς δεινοῖς ἀντεχόντων τεσσαρακοστῇ μὲν ἡμέρᾳ καὶ ἑβδόμῃ τὰ χώματα τῶν Ῥωμαίων ὑπερήρθη τὸ τεῖχος· αὐτομολεῖ δέ τις πρὸς τὸν Οὐεσπασιανὸν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, τήν τε ὀλιγότητα τῶν ἐπὶ τῆς πόλεως ἐξαγγέλλων καὶ τὴν ἀσθένειαν, καὶ ὡς ἀγρυπνίᾳ διηνεκεῖ καὶ μάχαις ἐπαλλήλοις δεδαπανημένοι δυνατοὶ μὲν εἶεν οὐδὲ βιαζομένους ἔτι φέρειν, καὶ δόλῳ δ' ἂν ἁλοῖεν, εἴ τις ἐπιθοῖτο· περὶ γὰρ τὴν ἐσχάτην φυλακήν, καθ' ἣν ἄνεσίν τε τῶν δεινῶν ἐδόκουν ἔχειν, καὶ καθάπτεται μάλιστα κεκοπωμένων ἑωθινὸς ὕπνος, καταδαρθάνειν ἔφασκε τοὺς φύλακας, συνεβούλευέ τε κατὰ ταύτην τὴν ὥραν ἐπελθεῖν. Τῷ δὲ ἦν μὲν δι' ὑπονοίας ὁ αὐτόμολος, τό τε πρὸς ἀλλήλους πιστὸν εἰδότι τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν πρὸς τὰς κολάσεις ὑπεροψίαν, ἐπειδὴ καὶ πρότερον ληφθείς τις τῶν ἀπὸ τῆς Ἰωταπάτης πρὸς πᾶσαν αἰκίαν βασάνων ἀντέσχε, καὶ μηδὲν διὰ πυρὸς ἐξερευνῶσι τοῖς πολεμίοις περὶ τῶν ἔνδον εἰπὼν ἀνεσταυρώθη τοῦ θανάτου καταμειδιῶν. Τά γε μὴν εἰκότα πιστὸν ἐποίει τὸν προδότην, καὶ τάχα μὲν ἀληθεύειν ἐκεῖνον, μηδὲν δὲ αὐτὸς ἐξ ἐνέδρας πείσεσθαι μέγα προσδοκῶν, τὸν μὲν φυλάσσειν ἐκέλευσεν, ἐπὶ δὲ τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως παρεσκεύαζε τὴν στρατιάν.

λδ'. Κατὰ δὲ τὴν μηνυθεῖσαν ὥραν ᾔεσαν ἡσυχῇ πρὸς τὸ τεῖχος· καὶ πρῶτος ἐπιβαίνει Τίτος σὺν ἑνὶ τῶν χιλιάρχων Δομιτίῳ Σαβίνῳ, τῶν ἀπὸ τοῦ πέμπτου καὶ δεκάτου τάγματος τινὰς ὀλίγους ἄγων· ἀποσφάξαντες δὲ τοὺς φύλακας εἰσίασιν εἰς τὴν πόλιν ἡσυχῇ, μεθ' οὓς Σέξτος τις Κερεάλιος χιλίαρχος καὶ Πλάκιδος τοὺς ὑπὸ σφισι τεταγμένους εἰσῆγον. Κατειλημμένης δὲ τῆς ἄκρας καὶ τῶν πολεμίων ἐν μέσῃ τῇ πόλει στρεφομένων, ἤδη δὲ καὶ ἡμέρας οὔσης, ὅμως οὔπω τῆς ἁλώσεως τοῖς κρατουμένοις αἴσθησις ἦν· καμάτῳ τε γὰρ οἱ πολλοὶ καὶ ὕπνῳ διελέλυντο καὶ τῶν διανισταμένων ὁμίχλη τὰς ὄψεις ἀπήμβλυνε πολλή, κατὰ τύχην τότε τῇ πόλει περιχυθεῖσα, μέχρι πάσης τῆς στρατιᾶς εἰσπεσούσης πρὸς μόνην τὴν τῶν κακῶν αἴσθησιν ἐξανέστη-

quamplurimi superiora ejus occupaverant : quum autem montis radices copiis suis undique cinxisset, per totum diem eos observabat. Atque tunc evenit, quum Samaritæ aquam non haberent, etiam graves accendi æstus (erat enim tempus æstatis, neque se rebus necessariis vulgus instruxerat), adeo ut nonnulli eo ipso die siti morerentur, multi autem, ejusmodi morti servitium præferentes, ad Romanos transfugerent. Ex quibus ubi Cerealis intellexit eos qui conjuncti manebant, malis infractos esse, montem ascendit, et quum exercitum hostibus circumdedisset, primum quidem eos ad fœdera hortabatur, utque salvi esse vellent obsecrabat, confirmans iis datum iri securitatem, modo arma projicerent : quum autem illis hoc non persuasisset, eos adortus omnes occidebat, numero ad decem millia et sexcentos. Dæsii mensis die vigesimo septimo gesta sunt ista. Atque hujusmodi quidem calamitatibus usi sunt Samaritæ.

(XXIII.) 33. Jotapatenis autem obsidionem perferentibus, et præter spem mala tolerantibus, quadragesimo quidem ac septimo die Romanorum aggeres supra murorum altitudinem evecti sunt. Quidam vero ad Vespasianum eodem die transfugit, paucitatem civium et infirmitatem simul eorum nuncians, atque ut perpetuis vigiliis et præliis assiduis consumpti, minime quidem amplius vim ferre possent, tamen dolo caperentur, si qui eos aggredi vellent : nam extremam circa vigiliam, quando et requiem ex malis habere videantur, et fatigatos maxime occupet somnus matutinus, dormire custodes dicebat, suadebatque ut eadem hora urbem invaderent. Vespasiano suspectus quidem erat transfuga, ut qui norit et Judæorum erga se invicem fidem, et quanto contemptu ferrent supplicia : quod et antea Jotapatenorum quidam captus omni tormentorum cruciatui resistebat, et, quum nollet igne adhibito hostibus quid intus ageretur exquirentibus prodere, mortem deridens cruci suffixus erat. Ista tamen utpote veri similia fidem fecerunt proditori, fortasse ipsum vera dicere. Vespasianus autem, se parum admodum ex insidiis læsum iri existimans, asservari hominem jussit, et ad civitatem capiendam parabat exercitum.

34. Ad horam igitur indicatam tacite ad muros iverunt, primusque ascendit Titus cum uno e tribunis Domitio Sabino, paucis ex decima quinta legione secum ductis; quumque interfecissent vigiles, in civitatem quiete ingrediuntur; post quos Sextus quidam Cerealis tribunus et Placidus milites suo sub imperio introducebant. Arce vero occupata, quum hostes in media urbe versarentur, jamque plane illuxisset dies, ne tunc quidem illi qui capti tenebantur adhuc excidium sentiebant : nam plerique et labore et somno dissoluti erant, visusque eorum qui exsurgerent magna obscuravit nebula, quæ tunc forte circumfusa erat civitati, usque dum toto ingresso exercitu ad solum malorum sensum exsuscitati erant et urbem excisum iri credebant dum in co-

σαν καὶ τὴν ἅλωσιν ἐπίστευον ἀναιρούμενοι. Ῥωμαίους δὲ, κατὰ μνήμην ὧν περὶ τὴν πολιορκίαν ἔπαθον, οὔτε φειδὼ εἰσῄει τινὸς οὔτε ἔλεος, ἀλλ' εἰς τὸ κάταντες ἀπὸ τῆς ἄκρας τὸν λεὼν συνωθοῦντες ἐφόνευον· ἔνθα καὶ τοὺς ἔτι μάχεσθαι δυναμένους ἡ δυσχωρία τὴν ἄμυναν ἀφείλετο. Θλιβόμενοι γὰρ ἐν τοῖς στενωποῖς καὶ κατὰ τοῦ πρανοῦς ὑπολισθάνοντες, ῥέοντι κατ' ἄκρας ἐκαλύπτοντο τῷ πολέμῳ. Τοῦτο πολλοὺς καὶ τῶν περὶ τὸν Ἰώσηπον ἐπιλέκτων ἐπ' αὐτοχειρίαν παρώξυνε. Κατιδόντες γὰρ ὡς οὐδένα τῶν Ῥωμαίων ἀνελεῖν δύνανται, τό γε μὴ πεσεῖν αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων προέλαβον, καὶ συναθροισθέντες ἐπὶ τὰ καταλήγοντα τῆς πόλεως σφᾶς αὐτοὺς ἀνεῖλον.

λε'. Ὅσοι γε μὴν ὑπὸ πρώτην τῆς καταλήψεως αἴσθησιν τῶν φυλάκων διαφυγεῖν ἔφθασαν, ἀναβάντες εἴς τινα τῶν προσαρκτίων πύργων μέχρι μέν τινος ἀπημύναντο, περισχεθέντες δὲ τῷ πλήθει τῶν πολεμίων ὀψὲ παρῆκαν τὰς δεξιὰς καὶ τοῖς ἐφεστῶσι τὴν σφαγὴν εὔθυμοι παρέσχον. Ἀναίμακτον δ' ἂν ἦν αὐχῆσαι Ῥωμαίοις τὸ τέλος τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἅλωσιν εἷς ἔπεσεν ἑκατοντάρχης, ὃς ἦν Ἀντώνιος· θνήσκει δὲ ἐξ ἐνέδρας. Τῶν γὰρ εἰς τὰ σπήλαιά τις συμπεφευγότων (πολὺ δὲ οὗτοι πλῆθος ἦσαν) ἱκέτευε τὸν Ἀντώνιον ὀρέξαι δεξιὰν αὐτῷ, πίστιν τε σωτηρίας καὶ βοήθειαν πρὸς ἄνοδον· ὁ δὲ ἀφυλάκτως ὤρεγε τὴν χεῖρα, καὶ φθάσας αὐτὸν ἐκεῖνος, νύττει κάτωθεν ὑπὸ τὸν βουβῶνα δόρατι καὶ παραχρῆμα διεργάζεται.

λς'. Κατ' ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν τὸ φανερὸν πλῆθος ἀνεῖλον Ῥωμαῖοι, ταῖς δὲ ἐπιούσαις ἀνερευνώμενοι τὰς καταδύσεις τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις καὶ τοῖς σπηλαίοις ἐπεξῄεσαν, καὶ διὰ πάσης ἐχώρουν ἡλικίας, πλὴν νηπίων καὶ γυναικῶν. Καὶ τὰ μὲν αἰχμάλωτα χίλια πρὸς τοῖς διακοσίοις συνήχθη, νεκροὶ δὲ κατά τε τὴν ἅλωσιν καὶ κατὰ τὰς πρότερον μάχας συνηριθμήθησαν τετρακισμύριοι. Οὐεσπασιανὸς δὲ τήν τε πόλιν κατασκάψαι κελεύει καὶ τὰ φρούρια πάντα προσεμπίπρησιν αὐτῆς. Ἰωτάπατα μὲν οὖν οὕτως ἑάλω, τρισκαιδεκάτῳ τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας ἔτει, Πανέμου νουμηνίᾳ.

ΚΕΦ. Η'.

Ῥωμαῖοι δὲ τὸν Ἰώσηπον ἀναζητοῦντες κατά τε ὀργὴν σφετέραν καὶ σφόδρα τοῦ στρατηγοῦ φιλοτιμουμένου (μεγίστη γὰρ ἦν μοῖρα τοῦ πολέμου ληφθείς), τούς τε νεκροὺς διηρεύνων καὶ τοὺς ἀποκρύφους τῆς πόλεως μυχούς. Ὁ δὲ ἄρτι τῆς πόλεως ἁλισκομένης, δαιμονίῳ τινὶ συνεργίᾳ χρησάμενος, μέσον μὲν ἑαυτὸν ἐκκλέπτει τῶν πολεμίων, καθάλλεται δ' εἴς τινα βαθὺν λάκκον, ᾧ πλατὺ σπήλαιον διέζευκτο κατὰ πλευρὰν τοῖς ἄνωθεν ἀόρατον· ἔνθα τεσσαράκοντα μὲν τῶν ἐπισήμων ἄνδρας καταλαμβάνει λανθάνοντας, παρασκευὴν δὲ τῶν ἐπιτηδείων οὐκ ὀλίγαις ἡμέραις διαρκεῖν δυναμένην. Μεθ' ἡμέραν μὲν οὖν ὑπεστέλλετο τῶν πολεμίων πάντα διειληφότων, νυκτὸς δ' ἀνιὼν ἐζήτει δρασμοῦ διάδυσιν καὶ

essent ut occiderentur. Romanis autem, ut qui meminerint quæ in obsidione pertulissent, curæ non erat cuiquam parcere aut quenquam miserari; sed populum ex arce in pronum compulsum trucidabant, ubi loci difficultas etiam eis qui adhuc pugnare poterant resistendi copiam negavit. Viarum namque angustiis pressi, ac per declivia delabentes, bellatorum ab arce incursione obruebantur. Id quod multos etiam delectorum, qui circa Josephum erant, sui ad cædem incitabat. Nam quum viderent se Romanorum neminem posse occidere, ne Romanorum manibus caderent præcaverunt, et in extrema parte civitatis congregati semet interfecerunt.

35. Ceterum quotquot vigilum, primi captam civitatem sentientes, fugere prius occupaverant, quum in turrim quandam septemtrionalem ascendissent, aliquamdiu quidem restiterunt, hostium autem multitudine circumfusi sero dextras dederunt et instantibus jugulum alacri animo obtulerunt. Potuissent autem Romani de obsidionis fine incruento gloriari, nisi unus, dum caperetur urbs, centurio cecidisset, Antonius, insidiis peremptus. Nam quidam ex illis qui in speluncas confugerant (erant autem magno numero) rogabat Antonium ut dextram sibi admoveret et in spem salutis et in auxilium ad ascendendum: ille vero manum incaute porrigebat, alterque ipsum prævenit, et hasta sub inguine utpote inferior eum percuIit, statimque interficit.

36. Et illo quidem die quotquot comparuerunt peremere Romani: sequentibus autem diebus latibulas scrutantes, omnes in cuniculis et speluncis inventos adorti sunt, et in universos cujuscunque ætatis sævitum est, præter infantes et feminas. Et in captivitatem quidem deducendi ad mille et ducentos collecti erant, mortui vero in urbis excidio et pugnis superioribus simul omnes ad quadraginta millia numerati sunt. Vespasianus autem et urbem ipsam exscindi jubet, et præterea castella ejus omnia incendit. Et ita quidem capta sunt Jotapata, anno imperii Neronis decimo tertio, primo Panemi mensis die.

CAP. VIII. (XXIV.)

Romani autem quum Josephum investigarent, et ex sua in eum ira, et valde hoc volente imperatore (is enim captus maxima pars belli foret), mortuos perscrutati sunt itemque abditos civitatis recessus. Ille autem, quum modo capta esset urbs, divino quodam auxilio usus, per medios quidem hostes se subducit, et in puteum quendam profundum saltu descendit, cujus a latere specus amplum disjunctum erat, quod eorum qui supra erant effugit intuitum: ubi quadraginta viros insignes latitantes offendit, rerumque necessariarum apparatum, qui diebus non paucis sufficeret. Et interdiu quidem se occultabat, quod hostes omnia occupaverant; noctu vero ascendens fuga dilabi quærebat et vigilias

τὰς φυλακὰς κατεσκέπτετο. Φρουρουμένων δὲ πανταχόθεν πάντων δι' αὐτὸν, ὡς λαθεῖν οὐχ ἦν, αὖθις εἰς τὸ σπήλαιον κατῄει. Δύο μὲν οὖν ἡμέρας διαλανθάνει, τῇ δὲ τρίτῃ γυναικὸς ἁλούσης τῶν ἅμα αὐτοῖς μηνύεται. Καὶ Οὐεσπασιανὸς αὐτίκα μετὰ σπουδῆς πέμπει δύο χιλιάρχους Παυλῖνον καὶ Γαλλικανὸν, δεξιὰς τῷ Ἰωσήπῳ δοῦναι κελεύσας καὶ προτρεψομένους ἀνελθεῖν.

β'. Ἀφικόμενοι δὲ παρεκάλουν οὗτοι τὸν ἄνδρα καὶ πίστεις περὶ σωτηρίας ἐδίδοσαν, οὐ μὴν ἔπειθον· ἐκ γὰρ ὧν εἰκὸς ἦν τὸν τοσαῦτα δράσαντα παθεῖν, οὐκ ἐκ τοῦ φύσει τῶν παρακαλούντων ἡμέρου, τὰς ὑποψίας συνέλεγεν· ἐδεδίει τε ὡς ἐπὶ τιμωρίαν προκαλουμένους, ἕως Οὐεσπασιανὸς τρίτον ἔτι πέμπει χιλίαρχον Νικάνορα, γνώριμον τῷ Ἰωσήπῳ καὶ συνήθη πάλαι. Παρελθὼν δ' οὗτος τό τε φύσει Ῥωμαίων χρηστὸν, πρὸς οὓς ἂν ἅπαξ ἕλωσι, διεξῄει καὶ ὡς δι' ἀρετὴν αὐτὸς θαυμάζοιτο μᾶλλον ἢ μισοῖτο πρὸς τῶν ἡγεμόνων, σπουδάζειν τε τὸν στρατηγὸν οὐκ ἐπὶ τιμωρίᾳ ἀγαγεῖν αὐτὸν (ἐνεῖναι γὰρ ταύτην καὶ παρὰ μὴ προϊόντος λαβεῖν), ἀλλὰ σῶσαι προαιρούμενον ἄνδρα γενναῖον. Προστίθεισι δὲ ὡς οὔτ' ἂν Οὐεσπασιανὸς ἐνεδρεύων φίλον ἔπεμπεν, ἵνα τοῦ κακίστου πράγματος προστήσηται τὸ κάλλιστον, ἀπιστίας φιλίαν, οὔτ' ἂν αὐτὸς ἀπατήσων ἄνδρα φίλον ὑπήκουσεν ἐλθεῖν.

γ'. Ἐνδοιάζοντος δὲ τοῦ Ἰωσήπου καὶ πρὸς τὸν Νικάνορα, τὸ μὲν στρατιωτικὸν ὑπ' ὀργῆς ἐκκαίειν τὸ σπήλαιον ὥρμητο, κατεῖχε δὲ αὐτοὺς ὁ πολέμαρχος, ζωγρῆσαι τὸν ἄνδρα φιλοτιμούμενος. Ὡς δὲ ὅ τε Νικάνωρ προσέκειτο λιπαρῶς καὶ τὰς ἀπειλὰς τοῦ πολεμίου πλήθους ὁ Ἰώσηπος ἔμαθεν, ἀνάμνησις αὐτῷ τῶν διὰ νυκτὸς ὀνείρων εἰσέρχεται, δι' ὧν ὁ Θεὸς τάς τε μελλούσας συμφορὰς αὐτῷ προεσήμαινεν Ἰουδαίων καὶ τὰ περὶ τοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐσόμενα. Ἦν δὲ καὶ περὶ κρίσεις ὀνείρων ἱκανὸς συμβάλλειν τὰ ἀμφιβόλως ὑπὸ τοῦ θείου λεγόμενα· τῶν γε μὴν ἱερῶν βίβλων οὐκ ἠγνόει τὰς προφητείας, ὡς ἂν αὐτός τε ὢν ἱερεὺς καὶ ἱερέων ἔκγονος. Ὃς ἐπὶ τῆς τότε ὥρας ἔνθους γενόμενος καὶ τὰ φρικώδη τῶν προσφάτων ὀνείρων σπάσας φαντάσματα προσφέρει τῷ Θεῷ λεληθυῖαν εὐχήν· « καὶ ἐπειδὴ τὸ Ἰουδαῖον, ἔφη, φῦλον « ὀκλάσαι δοκεῖ σοι τῷ κτίσαντι, μετέβη δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἡ τύχη πᾶσα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐπελέξω τὰ « μέλλοντα εἰπεῖν, δίδωμι μὲν Ῥωμαίοις τὰς χεῖρας « ἑκὼν καὶ ζῶ, μαρτύρομαι δὲ ὡς οὐ προδότης, ἀλλὰ « σὸς ἄπειμι διάκονος. »

(ΚΕ.') δ'. Ταῦτα εἰπὼν ἐνεδίδου τῷ Νικάνορι, καὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ συγκαταφυγόντες ὡς τὸν Ἰώσηπον συνίεσαν εἴκοντα τοῖς παρακαλοῦσιν, ἀθρόοι περιστάντες, « ἦ μεγάλα γε ἂν στενάξειαν, ἐβόων, οἱ πάτριοι νόμοι « καὶ κατηφήσαι Θεὸς ὁ Ἰουδαίοις κτίσας ψυχὰς θανάτου καταφρονούσας. Φιλοζωεῖς, Ἰώσηπε, καὶ φῶς « ὑπομένεις ὁρᾶν δοῦλος; Ὡς ταχέως ἐπελάθου σαυτοῦ· « πόσους ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν ἔπεισας. Ψευδῆ « μὲν ἄρα δόξαν ἀνδρείας, ψευδῆ δὲ καὶ συνέσεως

explorabat. Quum autem omnia ipsius causa undique custodirentur, ut latere non posset, in speluncam iterum descendebat. Et biduum quidem delitescit : tertia vero die, capta muliere quæ cum ipsis fuerat, illius indicio proditus est. Tum Vespasianus e vestigio mittit duos tribunos, Paulinum et Gallicanum, jussos dextras dare Josepho, hortarique eum ad ascensum.

2. Quum autem ad eum venirent, illi virum hortabantur et suadebant, ipsumque salvum fore fidem ei dederunt, non tamen persuadebant : nam ex iis quæ ipsum passurum esse verisimile erat, qui tanta commiserat, non ex innata rogantium mansuetudine, suspiciones colligebat; et, ne ad pœnam forsan evocaretur, veritus est, donec Vespasianus tertium quoque tribunum mittit, Nicanorem, Josepho notum, et olim familiarem. Atque is, quum ad eum se contulisset, narravit ei quam mite esset Romanorum ingenium in eos quos semel debellassent, quodque ipse propter fortitudinem magis admirationi esset quam odio ducibus, operamque dare imperatorem non ut ad supplicium duceretur, quod etiam sine deditione ei liceret exigere, sed potius quod virum strenuum conservare vellet. Addebat etiam quod nec Vespasianus ad insidias struendas amicum mitteret, ut rem optimam pessimæ, perfidiæ amicitiam, prætexeret; neque ipse ad amicum decipiendum assensurus fuisset ut veniret.

3. Quum autem etiam ad ea, quæ dixerat Nicanor, hæsitaret Josephus, milites quidem irati properabant ad ignem speluncæ injiciendum; verum eos cohibebat dux, id modis omnibus agens ut Josephum vivum caperet. At quum vehementer instaret Nicanor, et hostilis multitudinis minas intelligeret Josephus, animum ejus subit somniorum memoria quæ nocte somniaverat, quibus ei Deus et futuras Judæorum calamitates præsignificaverat, quæque Imperatoribus Romanorum essent eventura. Quin et in somniis interpretandis de iis bene conjiciebat quæ Deus ambigue innuerat; porroque sacrorum librorum vaticinia non ignorabat, utpote et ipse sacerdos, ortusque parentibus qui sacerdotes fuerant. Is tunc illa hora, quasi divino afflatu, horrendas recentium somniorum imagines mente complexus, preces clam Deo offert, hujusmodi verbis : « quandoquidem Judæorum gentem deprimere tibi visum est qui eam creasti, « fortuna vero omnis ad Romanos migravit, meamque « elegesti animam ad futura prædicenda, non invitus qui« dem manus do Romanis, et vivere non recuso; testor « autem quod non proditor, sed tuus minister ad eos « transeo. »

(XXV.) 4. Qum ista dixisset, Nicanori consentiebat. Et Judæi, qui una eo confugerant, ubi intellexerunt Josephum hortantibus cedere, universi eum circumstantes clamabant, « est sane cur plurimum ingemiscant leges patriæ « et contristetur Deus qui Judæis indidit animas mortis « contemptrices. Præ vitæ amore, o Josephe, sustines lu« cem aspicere servus? Quam cito tui oblitus es! quam « multis pro libertate mori persuasisti! Profecto haud ve« ram præ te ferebas fortitudinem, falsamque etiam pru-

« εἶχες, εἴ γε σωτηρίαν μὲν ἐλπίζεις παρ' οἷς οὕτως ἐπολέμησας, σώζεσθαι δὲ ὑπ' ἐκείνων, κἂν ᾖ βέβαιον, θέλεις. Ἀλλ' εἰ καὶ σοὶ λήθην τινὰ σαυτοῦ κατέχεεν ἡ Ῥωμαίων τύχη, προνοητέον ἡμῖν τοῦ πατρῴου κλέους. Χρήσομέν σοι δεξιὰν καὶ ξίφος. Σὺ δὲ ἂν μὲν ἑκὼν θνήσκῃς, Ἰουδαίων στρατηγὸς, ἂν δὲ ἄκων, προδότης τεθνήξῃ. » Ταῦθ' ἅμα λέγοντες ἐπανετείναντο τὰ ξίφη καὶ διηπείλουν ἀναιρήσειν αὐτὸν, εἰ τοῖς Ῥωμαίοις ἐνδιδοίη.

ε'. Δείσας δὲ τὴν ἔφοδον ὁ Ἰώσηπος καὶ προδοσίαν εἶναι ἡγούμενος τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, εἰ προαποθάνοι τῆς διαγγελίας, ἤρχετο πρὸς αὐτοὺς φιλοσοφεῖν ἐπὶ τῆς ἀνάγκης. « Τί γὰρ τοσοῦτον, ἔφη, σφῶν αὐτῶν ἑταῖροι φονῶμεν; ἢ τί τὰ φίλτατα διαστασιάζομεν, σῶμα καὶ ψυχήν; Ἠλλάχθαι τις ἐμὲ φησίν· ἀλλ' οἴδασι Ῥωμαῖοι τοῦτό γε. Καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, τουτέστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων. Εἰ μὲν οὖν τὸν Ῥωμαίων ἀποστρέφομαι σίδηρον, ἄξιός εἰμι ἀληθῶς τοὐμοῦ ξίφους καὶ χειρὸς τῆς ἐμῆς· εἰ δὲ ἐκείνους εἰσέρχεται φειδὼ πολεμίου, πόσῳ δικαιότερον ἂν ἡμᾶς ἡμῶν αὐτῶν εἰσέλθοι; καὶ γὰρ ἠλίθιον ταῦτα δρᾷν σφᾶς αὐτοὺς περὶ ὧν πρὸς ἐκείνους διιστάμεθα. Καλὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν, φημὶ κἀγὼ, μαχομένους μέντοι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀφαιρουμένων αὐτήν. Νῦν δὲ οὔτε εἰς μάχην ἀντιάζουσιν ἡμῖν οὔτε ἀναιροῦσιν ἡμᾶς. Δειλὸς δὲ ὁμοίως ὅ τε μὴ βουλόμενος θνήσκειν ὅταν δέῃ καὶ ὁ βουλόμενος ὅταν μὴ δέῃ. Τί δὲ καὶ δεδοικότες πρὸς Ῥωμαίους οὐκ ἄνιμεν; ἆρα οὐχὶ θάνατον; Εἶτα ὃν δεδοίκαμεν ἐκ τῶν ἐχθρῶν ὑποπτευόμενον, ἑαυτοῖς βέβαιον ἐπιτιμήσομεν; Ἀλλὰ δουλείαν, ἐρεῖ τις. Πάνυ γοῦν νῦν ἐσμεν ἐλεύθεροι. Γενναῖον δὲ ἀνελεῖν ἑαυτὸν φήσει τις. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ ἀγεννέστατον, ὡς ἔγωγε καὶ κυβερνήτην ἡγοῦμαι δειλότατον, ὅστις χειμῶνα δεδοικὼς πρὸ τῆς θυέλλης ἐβάπτισεν ἑκὼν τὸ σκάφος. Ἀλλὰ μὴν ἡ αὐτοχειρία καὶ τῆς κοινῆς ἁπάντων ζώων φύσεως ἀλλότριον καὶ πρὸς τὸν κτίσαντα Θεὸν ἡμᾶς ἐστιν ἀσέβεια. Τῶν μέν γε ζώων οὐδέν ἐστιν ὃ θνήσκει μετὰ προνοίας, ἢ δι' αὐτοῦ. Φύσεως γὰρ νόμος ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι, τὸ ζῆν ἐθέλειν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς φανερῶς ἀφαιρουμένους ἡμᾶς τούτου πολεμίους ἡγούμεθα καὶ τοὺς ἐξ ἐνέδρας τιμωρούμεθα. Τὸν δὲ Θεὸν οὐκ οἴεσθε ἀγανακτεῖν, ὅταν ἄνθρωπος αὐτοῦ τὸ δῶρον ὑβρίζῃ; καὶ γὰρ εἰλήφαμεν παρ' ἐκείνου τὸ εἶναι καὶ τὸ μηκέτι εἶναι πάλιν ἐκείνῳ δίδομεν. Τὰ μέν γε σώματα θνητὰ πᾶσι καὶ ἐκ φθαρτῆς ὕλης δημιουργεῖται· ψυχὴ δὲ ἀθάνατος ἀεὶ καὶ Θεοῦ μοῖρα τοῖς σώμασιν ἐνοικίζεται. Εἶτα ἂν μὲν ἀφανίσῃ τις ἀνθρώπου παρακαταθήκην, ἢ διάθηται κακῶς, πονηρὸς εἶναι δοκεῖ καὶ ἄπιστος· εἰ δέ τις τοῦ σφετέρου σώματος ἐκβάλλει τὴν παρακαταθήκην τοῦ Θεοῦ, λεληθέναι δοκεῖ τὸν ἀδικούμενον; Καὶ κολάζειν μὲν τοὺς ἀποδράντας οἰκέτας δίκαιον νενόμισται, κἂν πονηροὺς καταλίπωσι δεσπότας, αὐτοὶ

« dentiam, si quidem salutem apud eos speras, cum quibus fortiter adeo dimicasti, aut, etiam si certa sit salus, ab illis servari cupias. Sed quamvis te Romanorum fortuna tui oblivione perfuderit, nos tamen oportet patriæ gloriæ consulere. Et dextram tibi et gladium commodabimus. Tu vero, si quidem sponte moriare, dux Judæorum; sin vero invitus, proditor morieris ». Simul atque ista dicebant, gladios ei intentarunt, ipsosque illum interfecturos minitabantur, si Romanis se dederet.

5. Josephus autem veritus ne in ipsum impetum facerent, seque Dei mandatorum proditorem fore existimans, si mortem obiret priusquam omnia illis denunciaret, necesse habuit ut inciperet apud illos philosophari. « Quorsum enim, o socii, propriæ cædis avidi sumus? aut cur res amicissimas, corpus et animam, inter se dissidere facimus? Me mutatum esse quispiam dicat. Verum hoc quidem probe norunt Romani. Pulchrum in bello mori, sed lege belli, id est, victorum manu. Et quidem si Romanorum ferrum deprecor, profecto dignus sum qui meo gladio meaque manu cadam : sin illorum animos subeat hostibus parcere, quanto justius nobis in mentem veniat nobismet ipsis parcere? etenim dementiæ est ea in nosmet admittere, quorum gratia ab illis dissentimus. Honestum esse pro libertate mori et ipse fateor; pugnando tamen, et illorum manibus qui eam ereptum eunt. Nunc autem neque contra nos veniunt in aciem, neque nos interficiunt. Itidemque timidus est et qui mori recusat quando oportet, et qui vult quum minime oportet. Imo vero cujus rei metu prohibemur ab ascensu ad Romanos? an non mortis? Nunc demum quam ex suspicione ab hostibus metuimus, eam certam ipsi nobismet irrogabimus? Verum ad servitutem evitandam, dicet aliquis. Quasi nunc quidem ipsi valde liberi essemus. At enim magni animi est, dicet aliquis, mortem sibi consciscere. Minime vero, sed pusilli et ignavissimi, ut ego gubernatorem quoque timidissimum puto, qui metu tempestatis ante procellam sponte demerserit navigium. Quid? quod sui ipsius occisio tum a communi omnium animantium natura aliena est, tum summa impietas in Deum qui nos creavit. Nullum quippe animal est, quod ex industria vel sponte sua moritur. Naturæ enim lex, qua docemur velle vivere, in omnibus plurimum valet : idcirco et qui nobis vitam palam ademptum eunt, pro hostibus habemus, et qui nobis insidiantur pœna persequimur. Nonne deum id indigne ferre arbitramini, quum homo quod ab eo donatur plane despiciat? nam et ab illo accepimus ut essemus, rursumque ut esse desinamus fas est illi concedamus. Corpora quidem cunctis mortalia sunt, et ex caduca materia facta et formata : anima vero in omne ævum duratura est, et corporibus inest auræ divinæ particula. Accedit quod, si quis hominis depositum profuderit aut male administraverit, improbus esse videtur et perfidiosus : sin vero Dei depositum e corpore ejecerit, num eum se latuisse putabit quem injuria affecit? Imo servis quidem fugitivis pœnam infligere justum creditur, etiamsi nequam dominos reliquerint :

« δὲ κάλλιστον δεσπότην ἀποδιδράσκοντες τὸν Θεὸν, οὐ « δοκοῦμεν ἀσεβεῖν; Ἆρα οὐκ ἴστε ὅτι τῶν μὲν ἐξιόντων « τοῦ βίου κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ τὸ ληφθὲν « παρὰ τοῦ Θεοῦ χρέος ἐκτινόντων, ὅταν ὁ δοὺς κομί« σασθαι θέλῃ, κλέος μὲν αἰώνιον, οἶκοι δὲ καὶ γενεαὶ « βέβαιοι, καθαραὶ δὲ καὶ ἐπήκοοι μένουσιν αἱ ψυχαὶ, « χῶρον οὐρανοῦ λαχοῦσαι τὸν ἁγιώτατον, ἔνθεν ἐκ « περιτροπῆς αἰώνων ἁγνοῖς πάλιν ἀντενοικίζονται σώ« μασιν· ὅσοις δὲ καθ' ἑαυτῶν ἐμάνησαν αἱ χεῖρες, « τούτων μὲν ᾅδης δέχεται τὰς ψυχὰς σκοτιώτερος, ὁ « δὲ τούτων πατὴρ Θεὸς εἰς ἐκγόνους τιμωρεῖται τοὺς « θάτερον ὑβριστάς. Διὰ τοῦτο μεμίσηται παρὰ τῷ « Θεῷ τοῦτο καὶ παρὰ τῷ σοφωτάτῳ κολάζεται νομο« θέτῃ. Τοὺς γοῦν ἀνελόντας ἑαυτοὺς παρὰ μὲν ἡμῖν « μέχρις ἡλίου δύσεως ἀτάφους ἐκρίπτειν ἔκριναν, καί« τοι καὶ πολεμίους θάπτειν θεμιτὸν ἡγούμενοι· παρ' « ἑτέροις δὲ, καὶ τὰς δεξιὰς τῶν τοιούτων νεκρῶν ἀπο« κόπτειν ἐκέλευσαν, αἷς ἐστρατεύσαντο καθ' ἑαυτῶν, « ἡγούμενοι, καθάπερ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀλλότριον, « οὕτω καὶ τὴν χεῖρα τοῦ σώματος. Καλὸν οὖν, ἑταῖ« ροι, δίκαια φρονεῖν, καὶ μὴ ταῖς ἀνθρωπίναις συμ« φοραῖς προσθεῖναι τὴν εἰς τὸν κτίσαντα ἡμᾶς δυσ« σέβειαν. Εἰ σώζεσθαι δοκεῖ, σωζώμεθα· καὶ γὰρ οὐκ « ἄδοξος ἡ σωτηρία, παρ' οἷς διὰ τοσούτων ἔργων ἐπε« δειξάμεθα τὰς ἀρετάς· εἰ τεθνάναι, καλὸν ὑπὸ τῶν « ἑλόντων. Οὐ μεταβήσομαι δ' ἐγὼ εἰς τὴν τῶν πο« λεμίων τάξιν, ἵνα ἐμαυτοῦ προδότης γένωμαι. Καὶ « γὰρ ἂν εἴην πολὺ τῶν αὐτομολούντων πρὸς τοὺς πολε« μίους ἠλιθιώτερος, εἴ γε ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦτο « πράττουσιν, ἐγὼ δ' ἐπ' ἀπωλείᾳ, καί γε τῇ ἐμαυτοῦ. « Τὴν μέντοι Ῥωμαίων ἐνέδραν ἐπεύχομαι· μετὰ γὰρ « δεξιὰν ἀναιρούμενος ὑπ' αὐτῶν, εὐθύμως τεθνήξομαι, « τὴν τῶν ψευσαμένων ἀπιστίαν νίκης μεῖζον ἀποφέρων « παραμύθιον. »

(ΚϚ΄.) ϛ΄. Ὁ μὲν Ἰώσηπος πολλὰ τοιαῦτα πρὸς ἀποτροπὴν τῆς αὐτοχειρίας ἔλεγεν. Οἱ δὲ πεφραγμένας ἀπογνώσει τὰς ἀκοὰς ἔχοντες, ὡς ἂν πάλαι καθοσιώσαντες ἑαυτοὺς τῷ θανάτῳ, παρωξύνοντο πρὸς αὐτόν· καὶ προστρέχων ἄλλος ἄλλοθεν ξιφήρης ἐκάκιζόν τε εἰς ἀνανδρίαν καὶ ὡς ἕκαστος αὐτίκα καταπλήξων δῆλος ἦν. Ὁ δὲ τὸν μὲν ὀνομαστὶ καλῶν, τῷ δὲ στρατηγικώτερον ἐμβλέπων, τοῦ δὲ δρασσόμενος τῆς δεξιᾶς, ὃν δὲ δεήσει δυσωπῶν, καὶ ποικίλοις διαιρούμενος πάθεσιν, ἐπὶ τῆς ἀνάγκης εἶργεν ἀπὸ τῆς σφαγῆς πάντων τὸν σίδηρον, ὥσπερ τὰ κατακυκλωθέντα τῶν θηρίων ἀεὶ πρὸς τὸν καθαπτόμενον ἀντιστρεφόμενος. Τῶν δὲ καὶ παρὰ τὰς ἐσχάτας συμφορὰς ἔτι τὸν στρατηγὸν αἰδουμένων, παρελύοντο μὲν αἱ δεξιαὶ, περιωλίσθανε δὲ τὰ ξίφη, καὶ πολλοὶ τὰς ῥομφαίας ἐπιφέροντες αὐτομάτως παρείθησαν.

ζ΄. Ὁ δὲ ἐν ταῖς ἀμηχανίαις οὐκ ἠπόρησεν ἐπινοίας, ἀλλὰ πιστεύων τῷ κηδεμόνι Θεῷ τὴν σωτηρίαν παραβάλλεται. « Καὶ ἐπειδὴ δέδοκται τὸ θνήσκειν, ἔφη, « φέρε κλήρῳ τὰς ἀλλήλων σφαγὰς ἐπιτρέψωμεν, ὁ

« ipsi vero Deum fugientes, dominum optimum, nonne « impie facere videmur? An nescitis morientium juxta na« turæ legem, et qui Deo debitum exsolvunt repetenti quod « dederat, laudem esse æternam, domum, sobolemque « firmam, puras autem et dicto audientes animas manere, « locum in cœlo habituras sanctissimum, unde rursum per « sæculorum lapsus ad corpora munda inhabitanda mitten« tur: quorum vero manus in se ipsos insanierunt, horum « quidem animas orcus tenebricosior suscipiet, paterque « illorum Deus culpam eorum, qui in alterutram partem in« juriosi fuerint, in liberos persequetur. Hinc Deo invisum « hoc est et a sapientissimo legislatore pœna ei statuitur. « Quippe apud nos quidem sancitum est ut qui se ipsos « occiderint ad solis occasum insepulti abjiciantur, quan« quam et hostes sepelire fas arbitremur: apud alios vero « ejusmodi mortuis etiam dextras, quibus contra se usi « sunt, amputari jusserunt, quemadmodum corpus ab « anima, ita et manum a corpore disjungi debere existi« mantes. Pulchrum igitur, o socii, justa sentire, neque « humanis casibus et calamitatibus addere impietatem in « creatorem nostrum. Si salvi esse volumus, nosmet ser« vemus (nam et nobis haud dedecori est salutem illis ac« ceptam referre, quibus virtutem tot facinoribus demon« stratam dedimus): sin mori placeat, ab his occidi pulcrum « est, a quibus capti sumus. Ego vero hostium ordini « me adscribi non patiar, ut ipse mei proditor fiam. Nam « ita multo stolidior essem quam qui ad hostes ultro profu« giunt, siquidem illi hoc faciunt suæ salutis ergo, ipse « vero interitûs, idque mei. Romanorum tamen insidias « quam maxime expeto: nam si post fidem datam me in« terfecerint, lætus admodum moriar, mendacium perfidiam « reportans, solatium victoriâ majus. »

(XXVI.) 6. Et Josephus quidem hujusmodi multa dicebat, ut socios a cæde propria dehortaretur. Illi vero, aures ex desperatione obstructas habentes, ut qui jamdudum semet morti devoverant, in eum exasperantur; et alii aliundo cum gladiis accurrentes et ignaviam ei exprobrabant et quisque palam in eo erat ut eum e vestigio interficerent. Ille autem, quum alium nominatim vocaret, alium severo ducis aspectu intueretur, alium dextra prehenderet, alium precibus exoraret, variaque animi affectione, (ut in tali necessitate, distractus, ferrum omnium a cæde sua divertebat, non secus ac feræ circumclusæ, ad eum semper qui se ei admoveret, ora vultusque convertens. Illorum autem, qui ducem in extrema etiam miseria et ærumna adhuc revererentur, debilitabantur dextræ, gladiique de manibus elabebantur, multique quum ensibus ipsum peterent, sponte eos dimittebant.

7. Illi autem in angustiis non deerat sollertia ad excogitandum, sed Dei curæ se committens salutis discrimen adit. « Et quoniam mori decretum est, inquit, agite, cædes mutuas in sortem conjiciamus, et, cui sors obti-

λαχὼν δὲ ὑπὸ τοῦ μετ' αὐτὸν πιπτέτω, καὶ διοδεύσει πάντων οὕτως ἡ τύχη, μηδὲ ἐπὶ τῆς ἰδίας κείσθω δεξιᾶς ἕκαστος· ἄδικον γὰρ οἰχομένων τῶν ἄλλων τινὰ μετανοήσαντα σωθῆναι ». Πιστὸς ἔδοξε ταῦτα εἰπὼν, καὶ συνεκληροῦτο πείσας· ἑτοίμην δὲ ὁ λαχὼν τῷ μετ' αὐτὸν παρεῖχε τὴν σφαγὴν, ὡς αὐτίκα τεθνηξομένου καὶ τοῦ στρατηγοῦ· ζωῆς γὰρ ἡδίω τὸν μετὰ τοῦ Ἰωσήπου θάνατον ἡγοῦντο. Καταλείπεται δὲ οὗτος, εἴτε ὑπὸ τύχης χρὴ λέγειν εἴτε ὑπὸ Θεοῦ προνοίας, σὺν ἑτέρῳ, καὶ σπουδάζων μήτε ὑπὸ τοῦ κλήρου καταδικασθῆναι μήτε εἰ τελευταῖος λείποιτο μιᾶναι τὴν δεξιὰν ὁμοφύλῳ φόνῳ, πείθει κἀκεῖνον ἐπὶ πίστει ζῆν.

η'. Ὁ μὲν οὖν οὕτω τόν τε Ῥωμαίων καὶ τὸν οἰκείων διαφυγὼν πόλεμον ἐπὶ Οὐεσπασιανὸν ἤγετο διὰ τοῦ Νικάνορος. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πάντες ἐπὶ θέαν αὐτοῦ συνέτρεχον, καὶ τοῦ πλήθους συνθλιβομένου περὶ τῷ στρατηγῷ θόρυβος ἦν ποικίλος, τῶν μὲν γεγηθότων ἐπὶ τῷ ληφθέντι, τῶν δὲ ἀπειλούντων, τῶν δὲ ἐγγύθεν ἰδεῖν βιαζομένων. Καὶ οἱ μὲν πόρρωθεν κολάζειν ἐβόων τὸν πολέμιον, τῶν δὲ πλησίον ἀνάμνησις αὐτοῦ τῶν ἔργων εἰσῄει καὶ πρὸς τὴν μεταβολὴν θάμβος· τῶν τε ἡγεμόνων οὐδεὶς ἦν, ὃς, εἰ καὶ πρότερον ὠργίζετο, τότε πρὸς τὴν ὄψιν οὐκ ἐνέδωκεν αὐτοῦ. Μάλιστα δὲ τὸν Τίτον ἐξ ἀρετῆς τό τε καρτερικὸν ἐν ταῖς συμφοραῖς ᾕρει τοῦ Ἰωσήπου, καὶ πρὸς τὴν ἡλικίαν ἔλεος· ἀναμιμνησκομένῳ τε τὸν οὐ πάλαι μαχόμενον καὶ τὸν ἐν χερσὶν ἐχθρῶν ἄρτι κείμενον ὁρῶντι παρῆν τε νοεῖν ὅσον δύναται τύχη καὶ ὡς ὀξεῖα μὲν πολέμου ῥοπὴ, τῶν δὲ ἀνθρωπίνων οὐδὲν βέβαιον. Παρὸ καὶ τότε συνδιέθηκε μὲν πλείστους ἑαυτῷ καὶ πρὸς οἶκτον τοῦ Ἰωσήπου. Πλείστη δὲ αὐτῷ καὶ παρὰ τῷ πατρὶ μοῖρα σωτηρίας ἐγένετο. Ὁ μέντοι Οὐεσπασιανὸς φρουρεῖν αὐτὸν μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας προσέταττεν, ὡς ἀναπέμψων αὐτίκα Νέρωνι.

(ΚΖ'.) θ'. Τοῦτο ἀκούσας ὁ Ἰώσηπος μόνῳ τι διαλεχθῆναι θέλειν ἔλεγεν αὐτῷ. Μεταστησαμένου δὲ ἐκείνου, πλὴν τοῦ παιδὸς Τίτου καὶ δυοῖν φίλοιν, τοὺς ἄλλους ἅπαντας, « σὺ μὲν, εἶπεν, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις αἰχμάλωτον αὐτὸν μόνον εἰληφέναι τὸν Ἰώσηπον· ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἥκω σοι μειζόνων. Μὴ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ προπεμπόμενος ᾔδειν τὸν Ἰουδαίων νόμον, καὶ πῶς στρατηγοῖς ἀποθνήσκειν πρέπει. Νέρωνί με πέμπεις; τί γάρ; οἱ μετὰ Νέρωνα μέχρι σοῦ διάδοχοι μένουσι; Σὺ Καῖσαρ, Οὐεσπασιανὲ, καὶ αὐτοκράτωρ σὺ καὶ παῖς ὁ σὸς οὗτος. Δέσμει δέ με νῦν ἀσφαλέστερον, καὶ τήρει σαυτῷ· δεσπότης μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐμοῦ σὺ, Καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ παντὸς ἀνθρώπων γένους. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τιμωρίαν δέομαι φρουρᾶς μείζονος, εἰ κατασχεδιάζω καὶ Θεοῦ. » Ταῦτα εἰπόντος, παραχρῆμα μὲν Οὐεσπασιανὸς ἀπιστεῖν ἐδόκει, καὶ τὸν Ἰώσηπον ὑπελάμβανε ταῦτα περὶ σωτηρίας πανουργεῖν· κατὰ μικρὸν δὲ εἰς πίστιν ὑπήγετο, τοῦ Θεοῦ διεγείραντος αὐτὸν εἰς τὴν ἡγεμονίαν ἤδη, καὶ

gerit, manu illum excipientis occumbat, atque ita fortuna faciet ut omnes mortem obeant, neque sua quisquam dextra se jugulet: injustum est enim, ceteris interemptis, quenquam, si pœnituerit, salvum esse ». Quum ista dixisset, dignus visus est cui fides haberetur; et postquam persuasisset, una cum illis semet sorti commisit. Cui autem sors primo obvenit, is jugulum proximo libenter præbebat, quasi duce etiam mox perituro: nam mortem cum Josepho oppetere vita dulcius esse videbatur. Ille vero cum altero, sive forte fortuna dicendum, sive Dei providentia, relictus est; operamque dans ut neque a sorte condemnaretur, neque, si ultimus superesset, dextram macularet populari cæde, illi etiam fide data persuadet vitam non prodigere.

8. Atque ita quidem ille, quum bellum et a Romanis et a suis evasisset, ad Vespasianum per Nicanorem ducebatur. Omnes autem Romani ad illum intuendum confluebant; quumque multitudo circa ducem se premeret, varius ortus est tumultus, his exsultantibus quod captus esset, aliis minitantibus, nonnullisque ut propius eum viderent alios urgentibus. Et qui longius quidem aberant, hostem ad supplicium ducendum clamabant: qui vero in propinquo erant, facta ejus in memoriam revocabant, ejusque ad mutationem attoniti hærebant: et e ducibus nemo erat cui, licet ante ei irasceretur, ad aspectum ejus ira non defervesceret. Maxime autem omnium Titus ex indole et patientia Josephi in calamitatibus et ætatis ejus misericordia capiebatur: qualisque jam pridem fuerat in prœliis reminiscenti, et qualis nunc sit in hostium manibus positus intuenti subiit cogitare et quanta sit fortunæ vis, quamque velox belli inclinatio, et quanta rerum humanarum instabilitas. Unde et tunc multi quidem eandem cum ipso affectionem induebant, et ad Josephi miserationem pertrahebantur; ipseque apud patrem plurimum valebat ad Josephi salutem. Vespasianus tamen præcipiebat ut magna cum cautione custodiretur, ac si statim ad Neronem eum missurus esset.

(XXVII.) 9. Quum istud intellexisset Josephus, significabat se cum eo solo paucis colloqui velle. Summotisque ab illo omnibus aliis præter Titum et duos amicos, infit Josephus: « tu quidem, Vespasiane, putas Josephum duntaxat captivum cepisse; at ego rerum majorum venio tibi nuncius. Nisi enim a Deo ad te missus essem, Judæorum consuetudinem novissem, quemadmodum duces exercituum mori deceret. Ad Neronem me mittis? Quid enim? num qui Neroni usque ad te successuri sunt manebunt? Tu Cæsar eris, Vespasiane, et Imperator tu et filius iste tuus. Vincito autem me aliquanto arctius et tibimet adservato: nam tu quidem non mei solius dominus eris, Cæsar, verum etiam terræ marisque et omnis generis humani. Ego vero in supplicium arctiore dignus sum custodia, si quid temere etiam in Deum mentitus fuero. » Quum ista dixisset, Vespasianus statim quidem ei fidem non habebat, et Josephum suspicabatur astute hæc sui in salutem comminisci: paulatim vero ad credendum inductus erat, quum Deus jam ipsum excitaret ad cogitandum de imperio, sce-

τὰ σκῆπτρα δι' ἑτέρων σημείων προδεικνύντος. Ἀτρεκῆ δὲ καὶ τὸν Ἰώσηπον ἐν ἄλλοις κατελάμβανε. Τῶν γὰρ τοῖς ἀπορρήτοις παρατυχόντων φίλων ὁ ἕτερος θαυμάζειν ἔφη πῶς οὔτε τοῖς ἐπὶ τῶν Ἰωταπάτων περὶ ἁλώσεως οὔτε αὐτῷ προὐμαντεύσατο περὶ αἰχμαλωσίας, εἰ μὴ ταῦτα λῆρος εἴη διακρουσομένου τὰς ἐπ' αὐτὸν ὀργάς. Ὁ δὲ Ἰώσηπος καὶ τοῖς Ἰωταπατηνοῖς ὅτι μετὰ τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἁλώσονται προειπεῖν ἔφη καὶ ὅτι πρὸς Ῥωμαίων αὐτὸς ζωγρηθήσεται. Ταῦτα παρὰ τῶν αἰχμαλώτων κατ' ἰδίαν ὁ Οὐεσπασιανὸς ἐκπυθόμενος ηὕρισκεν ἀληθῆ, καὶ πιστεύειν περὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἤρκτο. Φρουρᾶς μὲν οὖν καὶ δεσμῶν οὐκ ἀνίει τὸν Ἰώσηπον, ἐδωρεῖτο δὲ ἐσθῆτι καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις, φιλοφρονούμενός τε καὶ περιέπων διετέλει, τὰ πολλὰ Τίτου τῇ τιμῇ συνεργοῦντος.

ΚΕΦ. Θ'.

Τετάρτῃ δὲ Πανέμου μηνὸς ἀναζεύξας εἰς τὴν Πτολεμαΐδα ἐκεῖθεν εἰς τὴν παράλιον ἀφικνεῖται Καισάρειαν, μεγίστην τε Ἰουδαίας πόλιν καὶ τὸ πλέον ὑφ' Ἑλλήνων ἐποικουμένην. Ἐδέχοντο δὲ καὶ τὴν στρατιὰν καὶ τὸν στρατηγὸν μετὰ πάσης εὐφημίας καὶ φιλοφροσύνης οἱ ἐπιχώριοι, καὶ κατ' εὔνοιαν μὲν τὴν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, τὸ δὲ πλέον ἔχθει τῶν κατεστραμμένων. Διὸ καὶ τὸν Ἰώσηπον ἀθρόοι καταβοῶντες ἠξίουν κολάζειν. Οὐεσπασιανὸς δὲ τὴν μὲν περὶ τούτου δέησιν ὡς ὑπ' ἀκρίτου γενομένην πλήθους ἐξέλυσεν ἡσυχίᾳ, τῶν δὲ ταγμάτων τὰ μὲν δύο χειμερίσοντα ἐκάθισεν ἐπὶ τῆς Καισαρείας, ἐπιτήδειον ὁρῶν τὴν πόλιν· τὸ δέκατον δὲ καὶ πέμπτον εἰς Σκυθόπολιν, ὡς μὴ θλίβοι παντὶ τῷ στρατῷ τὴν Καισάρειαν. Ἀλεεινὴ δὲ ἦν κἀκείνη χειμῶνος ὥρᾳ, καθόσον ἦν πνιγώδης θέρους ὑπὸ καύματος, πεδιὰς οὖσα καὶ παράλιος.

(ΚΘ'.) β'. Ἐν δὲ τούτῳ συναθροισθέντες οἵ τε κατὰ στάσιν ἐκπίπτοντες τῶν πολεμίων καὶ οἱ διαφυγόντες ἐκ τῶν κατεστραμμένων, πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἀνακτίζουσιν Ἰόππην ὁρμητήριον σφίσιν, ἐρημωθεῖσαν ὑπὸ Κεστίου πρότερον· καὶ τῆς χώρας ἐκπεπολεμωμένης ἀνειργόμενοι μεταβαίνειν ἔγνωσαν εἰς τὴν θάλασσαν. Πηξάμενοί τε πειρατικὰ σκάφη πλεῖστα, τόν τε Συρίας καὶ Φοινίκης καὶ τὸν ἐπ' Αἰγύπτῳ πόρον ἐλῄστευον, ἄπλωτά τε πᾶσιν ἐποίουν τὰ τῇδε πελάγη. Οὐεσπασιανὸς δὲ ὡς ἔγνω τὴν σύνταξιν αὐτῶν, πέμπει πεζούς τε καὶ ἱππεῖς ἐπὶ τὴν Ἰόππην, οἱ νύκτωρ ὡς ἀφύλακτον εἰσέρχονται τὴν πόλιν. Οἱ δὲ ἐν αὐτῇ προῄσθοντο μὲν τὴν εἰσβολήν, καὶ καταδείσαντες τοῦ μὲν εἴργειν τοὺς Ῥωμαίους ἀπετρέποντο, συμφυγόντες δὲ εἰς τὰς ναῦς ἐξωτέρω βέλους διενυκτέρευσαν.

γ'. Ἀλιμένου δὲ οὔσης φύσει τῆς Ἰόππης (αἰγιαλῷ γὰρ ἐπιλήγει τραχεῖ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ὀρθίῳ, βραχὺ δὲ συννεύοντι κατὰ τὰς κεραίας ἑκατέρωθεν, αἱ δὲ εἰσὶ κρημνοὶ βαθεῖς καὶ προὔχουσαι σπιλάδες εἰς τὸ πέλαγος, ἔνθα καὶ τῶν Ἀνδρομέδας δεσμῶν ἔτι δεικνύ-

plurumque ad eum deventurum esse diversis signis prænonstraret. Sed et in aliis veracem esse Josephum deprehendebat. Altero namque amicorum, qui secretis intererant, se mirari dicente quid causæ esset cur neque Jotapatenis de excidio, neque sibi de captivitate quidquam antea vaticinatus esset, si ista non vana sint illius commenta, qui iram in se casuram depulsum eat. Ad hæc Josephus Jotapatenis aiebat se prædixisse excidium eos post septimum et quadragesimum diem mansurum esse, foreque ut ipse a Romanis vivus caperetur. Quum de istis a captivis clam inquisivisset Vespasianus, veraque esse comperisset, etiam illis quæ de se dixerat fidem habere cœpit. Et Josepho quidem neque custodiam neque vincula remittebat: verum vestimentis eum donabat aliisque pretiosis muneribus, et benevolentia eum prosequi et complecti perseverabat, Tito pleraque ad ejus honorem conferente.

CAP. IX. (XXVIII.)

Quarto autem die Panemi mensis Vespasianus in Ptolemaidem reversus est, atque inde Cæsaream maritimam pervenit, urbem et Judææ maximam, et majori ex parte a Græcis inhabitatam. Ubi exercitum pariter ac imperatorem cum magno plausu et hilaritate excipiebant indigenæ, etiam ex sua quidem in Romanos benevolentia, magis autem ex suo in eversos odio. Unde et multi simul contra Josephum inclamantes, de eo supplicium sumendum esse postulabant. Vespasianus autem ab ista quidem petitione, quæ ab inconsulta facta esset multitudine, se liberavit nihil respondendo. Legionum vero duas quidem Cæsareæ hiematuras constituit, quod civitatem huic rei opportunam esse videret; decimam vero et quintam in Scythopoli, ne totius onere exercitûs attereretur Cæsarea. Erat autem et illa hieme aprica, quantum æstate præ fervore æstuosa, utpote in planitie sita et maritima.

(XXIX.) 2. Interea quum non exigua collecta esset multitudo ex iis qui vel seditione ab hostibus defecerant, vel ex civitatibus eversis effugerant, Jopen, quam antea diruerat Cestius, instauratum eunt sibimet in refugium; et, quia iis impedimento erat regio vastata, in mare migrare decreverunt. Quumque naves piraticas quamplurimas fabricassent, qua in Phœnicen et Syriam et Ægyptum transitur, latrocinia exercebant, et omnibus ad oras istas invium faciebant pelagus. Vespasianus autem cognito quod constituerant, equites pariter ac pedites in Jopen mittit, qui noctu in urbem utpote non custoditam ingrediuntur. Qui vero in ea erant, impressionem quidem factum iri jam ante sentiebant, sed metu perculsi Romanos arcere detrectabant; in naves autem confugientes, quum extra teli jactum essent, pernoctarunt.

3. Quum vero Jope natura esset importuosa (nam in littus asperum ceteraque arduum desinit, ac summis utrinque cornibus leviter inflexum, in quibus profundæ rupes et saxa ingentia quæ mari prominent, ubi et adhuc ostensa Andromedæ vinculorum vestigia fidem faciunt antiquitati

μενοι τύποι πιστοῦνται τὴν ἀρχαιότητα τοῦ μύθου, τύπτων δὲ τὸν αἰγιαλὸν ἀντίος βορέας, καὶ πρὸς ταῖς δεχομέναις πέτραις ὑψηλὸν ἀνακόπτων τὸ κῦμα, σφαλερώτερον ἐρημίας τὸν ὅρμον ἀπεργάζεται), κατὰ τοῦτον σαλεύουσι τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰόπης ὑπὸ τὴν ἕω πνεῦμα βίαιον ἐπιπίπτει (μελαμβόρειον ὑπὸ τῶν ταύτῃ πλωϊζομένων καλεῖται) καὶ τὰς μὲν πρὸς ἀλλήλαις τῶν νεῶν αὐτόθι συνήραξε, τὰς δὲ πρὸς ταῖς πέτραις· πολλὰς δὲ πρὸς ἀντίον κῦμα βιαζομένας εἰς τὸ πέλαγος (τόν τε γὰρ αἰγιαλὸν ὄντα πετρώδη καὶ τοὺς ἐπ' αὐτοῦ πολεμίους ἐδεδοίκεσαν) μετέωρος ὑπεραρθεὶς ὁ κλύδων ἐβάπτισεν. Ἦν δὲ οὔτε φυγῆς που τόπος οὔτε μένουσι σωτηρία, βίᾳ μὲν ἀνέμου τῆς θαλάσσης ἐξωθουμένοις, Ῥωμαίων δὲ τῆς πόλεως. Καὶ πολλὴ μὲν οἰμωγὴ συρρηγνυμένων ἐγίνετο τῶν σκαφῶν, πολὺς δὲ ἀγνυμένων ὁ ψόφος· καὶ τοῦ πλήθους οἱ μὲν ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτόμενοι διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ τοῖς ναυαγίοις ἐμπλεκόμενοι· τινὲς δὲ ὡς κουφοτέρῳ τὴν θάλασσαν ἔφθανον τῷ σιδήρῳ σφᾶς αὐτοὺς ἀναιροῦντες· τό γε μὴν πλεῖστον ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκφερόμενον περιεξαίνετο ταῖς ἀπορρῶξιν, ὡς αἱμαχθῆναι μὲν ἐπὶ πλεῖστον τὸ πέλαγος, πληρωθῆναι δὲ νεκρῶν τὴν παραλίαν· καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἐκφερομένους ἐφεστῶτες οἱ Ῥωμαῖοι διέφθειρον. Ἀριθμὸς δὲ τῶν ἐκβρασθέντων σωμάτων τετρακισχίλιοι πρὸς τοῖς διακοσίοις ἦν. Ῥωμαῖοι δὲ λαβόντες ἀμαχητὶ τὴν πόλιν κατασκάπτουσιν.

δ'. Ἰόπη μὲν οὕτως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δεύτερον ὑπὸ Ῥωμαίοις ἑάλω. Οὐεσπασιανὸς δέ, ὡς μὴ πάλιν οἱ πειραταὶ συναλισθεῖεν εἰς αὐτήν, στρατόπεδόν τε ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἐγείρει καὶ τὸ ἱππικὸν ἐν αὐτῷ καταλείπει μετὰ πεζῶν ὀλίγων, ἵνα οὗτοι μὲν κατὰ χώραν μένοντες φρουρῶσι τὸ στρατόπεδον, οἱ δὲ ἱππεῖς προνομεύωσι τὴν πέριξ, καὶ τὰς περιοίκους κώμας τε καὶ πολίχνας ἐξαιρῶσι τῆς Ἰόπης. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὰ προσταχθέντα τὴν χώραν κατατρέχοντες καθ' ἡμέραν ἔτεμνόν τε καὶ ἠρήμουν ἅπασαν.

(Λ'.) ε'. Ὡς δὲ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τὸ κατὰ τὴν Ἰωταπάτην πάθος ἠγγέλθη, τὸ μὲν πρῶτον ἠπίστουν οἱ πολλοὶ καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς καὶ διὰ τὸ μηδένα τῶν λεγομένων αὐτόπτην παρεῖναι (διεσώθη γὰρ οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλὰ αὐτομάτη διεκήρυσσε φήμη τὴν ἅλωσιν, οἰκεία φύσει τῶν σκυθρωποτέρων)· κατ' ὀλίγον δὲ διὰ τῶν προχώρων ὥδευε τὸ ἀληθές, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀμφιβολίας ἦν ἤδη βεβαιότερον, προσεσχεδιάζετό γε μὴν τοῖς πεπραγμένοις καὶ τὰ μὴ γενόμενα· τεθνεὼς γὰρ ἐπὶ τῆς ἁλώσεως καὶ Ἰώσηπος ἠγγέλλετο. Τοῦτο μεγίστου τὰ Ἱεροσόλυμα πένθους ἐπλήρωσε· κατὰ μέν γε οἴκους καὶ κατὰ συγγενείας οἷς προσήκων ἦν ἕκαστος τῶν ἀπολωλότων ἐθρηνεῖτο, τὸ δὲ ἐπὶ τῷ στρατηγῷ πένθος ἐδημοσιεύθη· καὶ οἱ μὲν ξένους, οἱ δὲ συγγενεῖς, οἱ δὲ φίλους, οἱ δὲ ἀδελφοὺς ἐθρήνουν, τὸν Ἰώσηπον δὲ πάντες, ὡς ἐπὶ τριακοστὴν μὲν ἡμέραν μὴ διαλιπεῖν τὰς ὀλοφύρσεις ἐν τῇ πόλει, πλείστους δὲ μισθοῦσθαι τοὺς αὐλητάς, οἳ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς.

fabulæ, adversus autem aquilo feriens littora et cautibus objectis tumidos illidens fluctus, stationem mari aperto periculosiorem efficit), eo in salo fluctuantibus Jopenis sub diluculum vehemens flatus ingruit, quem illac navigantes Melamboream (*Nigrum Boream*) vocant, et alias quidem naves inter se, alias vero collisit in scopulos : multas autem, quum adversus æstum omni vi tenderent in altum, (nam et littus saxosum et hostes ei circumfusos metuebant), ventus in sublime attollens fluctus demersit. Ac neque fugæ usquam locus erat, neque manentibus spes salutis, quum ventorum vis eos mari pelleret et Romani civitate prohiberent. Et multi quidem ejulatus erant quum colliderentur naves, multus vero fragor quum frangerentur : et Jopenorum alii fluctibus obruti perierunt, aliique quamplurimi naufragiis implicati : nonnulli autem ferro se interficientes, quasi id levius esset, mare prævenìebant : ceterum plerique undis delati in petras abruptas discerpti sunt, adeo ut mare sanguine redundaret, oraque maritima cadaveribus repleretur : namque ad littus appulsos stantes in eo Romani trucidabant. Atque ejectorum corpora numero erant ad quattuor millia et ducenta. Romani vero sine prælio urbem ceperunt et funditus diruerunt.

4. Atque ita quidem Jope brevi tempore bis a Romanis excisa est. Vespasianus autem, ne rursus eo piratæ confluerent, et castra in arce excitat, et equitatum illic cum paucis peditibus reliquit, ita ut illi eo in loco manentes castra custodirent, equitesque finitimam regionem depopularentur, et villas Jope vicinas cum oppidulis e medio tollerent. Et illi quidem imperata facientes regionem percursabant, eamque omnem quotidie diripiebant et vastabant.

(XXX.) 5. Ubi autem ea quæ Jotapatis acciderant famâ perlata erant Hierosolyma, primo quidem multi et propter magnitudinem calamitatis, et quia nemo aderat spectator eorum quæ ferebantur, non habebant fidem (neque enim nuncius supererat, sed temere excidium nunciabat fama, natura apta ad tristia spargenda; paulatim vero per finitimos verus ibat rumor, et apud omnes jam certior habebatur quam ut de eo ambigeretur; ceterum rebus gestis affingebant quæ minime gesta erant : nam et Josephum in excidio occubuisse nunciatum est : id quod maximo luctu replevit Hierosolyma : et per singulas quidem domos itemque cognationes amissorum quisque lugebatur a suis; luctus vero ducis publicus erat : et hi quidem hospites, alii propinquos, amicos alii, nonnulli etiam fratres plorabant, Josephum autem universi, adeo ut per triginta dies fletus et lamentatio in civitate non cessarint, plurimosque conduxerint tibicines qui sibi lessu præirent.

ϛ΄. Ὡς δὲ τὸ ἀληθὲς διεκαλύπτετο τῷ χρόνῳ, καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰωταπάτην ὥσπερ εἶχεν, ἐσχεδιασμένον δὲ τὸ κατὰ τὸν Ἰώσηπον πάθος ηὑρίσκετο, ζῆν δὲ αὐτὸν ἔγνωσαν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὄντα πρὸς τῶν ἡγεμόνων πλέον ἢ κατ' αἰχμαλώτου τύχην περιέπεσθαι, τοσοῦτον ὀργῆς ἐπὶ ζῶντος, ὅσον εὐνοίας ἐπὶ τεθνάναι δοκοῦντος πρότερον ἀνελάμβανον· καὶ παρ' οἷς μὲν εἰς ἀνανδρίαν, παρ' οἷς δὲ εἰς προδοσίαν ἐκακίζετο. Πλήρης δὲ ἀγανακτήσεως ἦν καὶ τῶν κατ' αὐτοῦ βλασφημιῶν ἡ πόλις. Παρωξύνοντο δὲ ταῖς πληγαῖς, καὶ προσεξεκαίοντο ταῖς κακοπραγίαις· τό γε μὴν πταίειν, ὃ γίνεται τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀσφαλείας καὶ τῶν ὁμοίων φυλακῆς αἴτιον, ἐκείνοις κέντρον ἑτέρων ἐγίνετο συμφορῶν, καὶ τὸ τέλος ἀεὶ τῶν κακῶν αὖθις ἀρχή. Μᾶλλον γοῦν ὥρμων ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ὡς καὶ τὸν Ἰώσηπον ἐν αὐτοῖς ἀμυνούμενοι. Τοὺς μὲν οὖν ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων τοιοῦτοι θόρυβοι κατεῖχον.

(ΛΑ΄.) ζ΄. Οὐεσπασιανὸς δὲ καθ' ἱστορίαν τῆς Ἀγρίππα βασιλείας (ἐνῆγε γὰρ βασιλεὺς αὐτὸς, ἅμα καὶ δεξιώσασθαι τὸν ἡγεμόνα σὺν τῇ στρατιᾷ τῷ κατὰ τὸν οἶκον ὄλβῳ προαιρούμενος καὶ καταστεῖλαι δι' αὐτῶν τὰ νοσοῦντα τῆς ἀρχῆς) ἄρας ἀπὸ τῆς παράλου Καισαρείας, εἰς τὴν Φιλίππου καλουμένην μεταβαίνει Καισάρειαν. Ἔνθα μέχρι μὲν ἡμερῶν εἴκοσι τὴν στρατιὰν διαναπαύων καὶ αὐτὸς ἐν εὐωχίαις ἦν, ἀποδιδοὺς τῷ Θεῷ χαριστήρια τῶν κατωρθωμένων. Ὡς δὲ αὐτῷ Τιβεριὰς μὲν νεωτερίζειν, ἀφεστάναι δὲ ἠγγέλλοντο Ταριχέαι (μοῖρα δὲ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας ἦσαν ἀμφότεραι), πανταχόθεν τοὺς Ἰουδαίους καταστρέφεσθαι διεγνωκὼς, τὴν ἐπὶ τούτοις στρατείαν εὔκαιρον ἡγεῖτο, καὶ δι' Ἀγρίππαν, ὡς εἰς ξενίας ἀμοιβὴν, σωφρονίσων αὐτῷ τὰς πόλεις. Πέμπει δὴ τὸν υἱὸν Τίτον εἰς Καισάρειαν, μετάξοντα τὴν ἐκεῖθεν στρατιὰν εἰς Σκυθόπολιν (ἡ δέ ἐστι μεγίστη τῆς Δεκαπόλεως, καὶ γείτων τῆς Τιβεριάδος), ἔνθα καὶ αὐτὸς παραγενόμενος ἐκδέχεται τὸν υἱόν. Καὶ μετὰ τριῶν ταγμάτων προελθὼν στρατοπεδεύεται μὲν ἀπὸ τριάκοντα τῆς Τιβεριάδος σταδίων, κατά τινα σταθμὸν εὐσύνοπτον τοῖς νεωτερίζουσι (Σενναβρὶς ὀνομάζεται), πέμπει δὲ δεκαδάρχην Οὐαλεριανὸν σὺν ἱππεῦσι πεντήκοντα, διαλεχθησόμενον εἰρηνικὰ τοῖς κατὰ τὴν πόλιν, καὶ προτρεψόμενον ἐπὶ πίστεις· ἠκηκόει γὰρ ὡς ἐπιθυμοίη μὲν εἰρήνης ὁ δῆμος, καταστασιάζοιτο δὲ ὑπό τινων πολεμεῖν βιαζομένων. Προσελάσας δὲ ὁ Οὐαλεριανὸς, ἐπεὶ πλησίον ἦν τοῦ τείχους, αὐτός τε καταβαίνει καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῶν ἱππέων ἀπέβησεν, ὡς μὴ δοκοῖεν ἀκροβολισόμενοι παρεῖναι. Καὶ πρὶν εἰς λόγους ἐλθεῖν, ἐπεκθέουσιν αὐτῷ τῶν στασιαστῶν οἱ δυνατώτεροι μετὰ ὅπλων· ἐξηγεῖτο δὲ αὐτῶν Ἰησοῦς τις ὀνόματι, παῖς Σαφάτου, τοῦ ληστρικοῦ στίφους ὁ κορυφαιότατος. Οὐαλεριανὸς δὲ, οὔτε παρὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ στρατηγοῦ συμβαλεῖν ἀσφαλὲς ἡγούμενος, εἰ καὶ τὸ νικᾶν εἴη βέβαιον, καὶ σφαλερὸν τὸ μάχεσθαι πολλοῖς μετ' ὀλίγων, ἀπαρασκεύων τε πρὸς ἑτοίμους, καὶ ἄλλως ἐκπλαγεὶς πρὸς

6. Quum autem tempore indicaretur veritas, et quemadmodum se haberent res Jotapatenæ, fictumque compertum esset quod de Josephi morte acceperant, eumque vivere et cum Romanis esse resciscerent, ac supra captivi fortunam a ducibus honorari, tantum in viventem iracundiæ, quantum benevolentiæ prius habuerant, quum mortuum esse crederent: et ab aliis quidem ignavia, ab aliis vero proditio ei vitio vertebatur. Civitas autem indignationis plena erat et convicia ei faciebat. Plagis autem exasperabantur, magisque accendebantur rebus adversis: porro clades inopina, quæ sapientes facit suæ securitati prospicere, et ne similia patiantur sibimet cavere, ad alias calamitates stimulabat, et unius mali finis alterius semper principium erat. Denique majore in Romanos impetu ferebantur, ac si Josephi maleficia in illis vindicaturi essent. Atque Hierosolymitanos quidem hujuscemodi tenebant tumultus.

(XXXI.) 7. Vespasianus autem studio visendi regnum Agrippæ (nam et rex ipse eum invitabat, partim desiderio laute pro domus suæ divitiis excipiendi imperatorem cum exercitu, partim ut per eos discordias regni sui sedaret) motis ex Cæsarea maritima castris, in eam quæ Philippi dicitur Cæsaream transit. Ubi per viginti quidem dies exercitum recreans, ipse etiam convivia agitabat, gratias Deo reddens pro rebus bene prospereque gestis. Postquam vero Tiberiadem res novas moliri, et Taricheas deficere nunciatum erat (ad regnum autem Agrippæ utraque pertinebat), decreto apud se Judæos ubique eversum ire, opportunum esse credebat contra eos exercitum ducere, urbes istas, etiam ut Agrippæ vicem rependeret ob hospitium, ejus in gratiam castigaturus. Titum igitur filium Cæsaream mittit, ut inde militem Scythopolim traduceret: est autem ea urbs maxima Decapoleos et vicina Tiberiadi. Quo quum ipse venisset, ibi filium præstolabatur. Deinde cum tribus legionibus progressus ad trigesimum a Tiberiade stadium, mansione conspicua novarum rerum studiosis (cui nomen est Sennabris) castra metatur. Atque hinc Valerianum decurionem cum equitibus quinquaginta mittit, de iis quæ ad pacem spectarent cum civibus acturum, hortaturumque ut in fidem ipsorum se dederent: audierat enim quod pacem quidem populus desideraret, seditione autem agitaretur a nonnullis ad bellum eos urgentibus. Valerianus igitur, maturato itinere, ubi muris appropinquavit, et ipse de equo descendit, et equites qui cum ipso erant desilire fecit, ne contra illos velitaturi adesse viderentur. Et antequam verbum faceret, armati in eum excurrunt seditiosi qui plurimum valebant: ducebat autem eos Jesus quidam nomine, Saphati filius, latrocinalis agminis princeps. Atqui Valerianus, præter mandata imperatoris prælio congredi haud tutum esse ratus, etiamsi de victoria certus esset, et periculosum esse, si cum multis pauci et instructis imparati confligerent, ac præterea

τὴν ἀδόκητον τῶν Ἰουδαίων τόλμαν, φεύγει πεζὸς, ἕτεροί τε ὁμοίως πέντε τοὺς ἵππους ἀπέλιπον· οὓς οἱ περὶ τὸν Ἰησοῦν ἀπήγαγον εἰς τὴν πόλιν, γεγηθότες ὥσπερ μάχῃ ληφθέντας, οὐκ ἐνέδρᾳ.

(ΛΒ'.) η'. Τοῦτο καταδείσαντες οἱ γηραιοὶ τοῦ δήμου καὶ προύχειν δοκοῦντες φεύγουσι μὲν εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον· ἐπαγόμενοι δὲ τὸν βασιλέα προσπίπτουσιν ἱκέται Οὐεσπασιανῷ, μὴ σφᾶς περιιδεῖν δεόμενοι, μηδὲ τὴν ὀλίγων ἀπόνοιαν ἡγήσασθαι τῆς πόλεως ὅλης· φείσασθαι δὲ τοῦ δήμου Ῥωμαίοις φιλορρονοῦντος ἀεὶ, καὶ τοὺς αἰτίους τιμωρήσασθαι τῆς ἀποστάσεως, ὑφ' ὧν αὐτοὶ φρουρηθῆναι μέχρι νῦν ἐπὶ δεξιὰς ἐπειγόμενοι πάλαι. Ταύταις ἐνεδίδου ταῖς ἱκεσίαις ὁ στρατηγὸς, καίτοι διὰ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ἵππων ἐφ' ὅλην ὠργισμένος τὴν πόλιν· καὶ γὰρ ἀγωνιῶντα περὶ αὐτῆς τὸν Ἀγρίππαν ἑώρα. Λαβόντων δὲ τούτων τοῦ δήμου δεξιὰς, οἱ περὶ τὸν Ἰησοῦν, οὐκέτι ἀσφαλὲς ἡγούμενοι μένειν ἐπὶ τῆς Τιβεριάδος, εἰς Ταριχέας ἀποδιδράσκουσι. Καὶ μεθ' ἡμέραν Οὐεσπασιανὸς σὺν ἱππεῦσι προπέμπει πρὸς τὴν ἀκρώρειαν Τραϊανὸν, ἀποπειραθῆναι τοῦ πλήθους εἰ πάντες εἰρηνικὰ φρονοῖεν. Ὡς δὲ ἔγνω τὸν δῆμον ὁμονοοῦντα τοῖς ἱκέταις, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ᾔει πρὸς τὴν πόλιν. Οἱ δὲ τάς τε πύλας ἀνοίγουσιν αὐτῷ, καὶ μετ' εὐφημιῶν ὑπήντων, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀνακαλοῦντες. Τῆς δὲ στρατιᾶς τριβομένης περὶ τὴν τῶν εἰσόδων στενότητα, παραρρῆξαι τοῦ κατὰ τὴν μεσημβρίαν τείχους Οὐεσπασιανὸς κελεύσας, πλατύνει τὴν εἰσβολὴν αὐτοῖς· ἁρπαγῆς μέντοι καὶ ὕβρεως ἀπέχεσθαι παρήγγελλε, τῷ βασιλεῖ χαριζόμενος, τῶν τε τειχῶν διὰ τοῦτον ἐφείσατο, συμμένειν πρὸς τὸ λοιπὸν ἐγγυωμένου τοὺς ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ ἄλλα κεκακωμένην τὴν πόλιν ἐκ τῆς στάσεως ἀνελάμβανεν.

ΚΕΦ. Ι'.

Ἔπειτα προελθὼν αὐτῆς τε μεταξὺ καὶ Ταριχεῶν στρατοπεδεύεται, τειχίζει δὲ τὴν παρεμβολὴν ὀχυρωτέραν, ὑφορώμενος ἐκεῖ πολέμου τριβὴν αὐτῷ γενησομένην· συνέρρει γὰρ εἰς τὰς Ταριχέας πᾶν τὸ νεωτερίζον, τῇ τε τῆς πόλεως ὀχυρότητι καὶ τῇ λίμνῃ πεποιθότες, ἣ καλεῖται Γεννησὰρ πρὸς τῶν ἐπιχωρίων. Ἡ μὲν γὰρ πόλις, ὥσπερ ἡ Τιβεριὰς ὑπώρειος οὖσα, καθὰ μὴ τῇ λίμνῃ προσεκλύζετο, πάντοθεν ὑπὸ τοῦ Ἰωσήπου τετείχιστο καρτερῶς, ἔλασσω μέντοι τῆς Τιβεριάδος. Τὸν μὲν γὰρ ἐκεῖ περίβολον ἐν ἀρχῇ τῆς ἀποστάσεως δαψιλείᾳ χρημάτων καὶ δυνάμεως ἐκρατύνατο· Ταριχέαι δὲ αὐτοῦ τὰ λείψανα τῆς φιλοτιμίας μετέλαβον. Σκάφη δὲ ἦν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς λίμνης παρεσκευασμένα πολλὰ, πρός τε τὸ συμφυγεῖν ἐπὶ γῆς ἡττωμένους, κἂν εἰ δέοι διαναυμαχεῖν, ἐξηρτυμένα. Περιβαλλομένων δὲ τῶν Ῥωμαίων τὸ στρατόπεδον, οἱ περὶ τὸν Ἰησοῦν, οὔτε πρὸς τὸ πλῆθος οὔτε πρὸς τὴν εὐταξίαν τῶν πολεμίων ὑποδείσαντες, προθέουσι, καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἔφοδον τῶν τειχοποιῶν σκεδασθέντων, ὀλίγα τῆς δομήσεως σπαράξαντες, ὡς ἑώρων τοὺς ὁπλίτας ἀθροιζομένους,

ad inopinatam Judæorum perculsus audaciam, et ipse pedibus fugit et quinque alii similiter equis relictis : quos Jesus ejusque comites, quasi pugna, non insidiis captos, cum lætitia in urbem abduxerunt.

(XXXII.) 8. Hac de re solliciti seniores populi, quique dignitate præstare videbantur, in Romanorum castra se fuga recipiunt, adscitoque sibi rege, supplices accidunt ad Vespasiani genua, ne se despiceret obsecrantes, neve quæ paucorum esset pro totius civitatis insania haberet, sed populo parceret, Romanos semper benevolentia prosequenti, ultumque iret defectionis auctores, a quibus ipsi, olim ad fœdus venire properantes, hucusque, ne id facerent, præsidiis tenebantur. Istis precibus annuebat imperator, quanquam toti civitati ob equos raptos infensus erat : Nam et Agrippam videbat de ea anxium esse. Quum autem isti a populo fidem datam accepissent, Jesus et qui cum eo erant, haud satis tutum esse arbitrantes apud Tiberiadem manere, inde ad Taricheas fugiunt. Posteroque die Vespasianus in montis summitatem cum equitibus præmittit Trajanum, qui multitudinem, an omnes pacem cuperent, exploraret. Ubi autem populum eadem sentire ac supplices compererat, ad civitatem ducebat exercitum. Illi vero et portas ei patefaciunt et cum faustis acclamationibus obviam ibant, servatorem et benefactorem appellantes. Quum autem milites circa aditus angustias premerentur angerenturque, murorum partem ad meridiem dirui jussit Vespasianus, et latiorem illis facit introitum : ut præda tamen et injuriis abstinerent in gratiam regis edixit, ejusdemque causa, spondentis cives postea in fide mansuros, muris pepercit; atque civitatem aliusmodi malis vexatam ex dissensione recreavit.

CAP. X. (XXXII.)

Deinde ab ea digressus inter ipsam et Taricheas castra metatur, eaque vallo firmiora reddit, suspicans bellum illic sibi protractum iri : nam omnes rerum novarum cupidi ad Taricheas confluebant, civitatis munitionibus confisi, pariter ac lacu, qui Gennesar ab indigenis appellatur. Etenim urbs, Tiberiadis ad instar monti subjecta, undique a Josepho, qua lacu non alluebatur, cincta erat muro valido, non ita tamen ac Tiberias. Nam hujus quidem ambitum sub defectionis initium larga pecuniarum itemque virium copia vallaverat : Tarichea vero non nisi de largitatis ejus reliquiis participabant. Attamen scaphas quamplurimas in lacu paratas habebant, tam in refugium, si terra vincerentur, quam ad prælium, si opus esset, navale instructas. Romanis autem castra munientibus, Jesus ejusque socii, neque multitudine neque pulcro hostium ordine perterriti, excursionem faciunt; atque primo impetu disjectis muri fabricatoribus, quum nonnihil exstructionis dissipassent, ubi

πρίν τι παθεῖν, εἰς τοὺς σφετέρους ἀνέφευγον· ἐπιδιώξαντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι συνελαύνουσιν αὐτοὺς εἰς τὰ σκάφη. Καὶ οἱ μὲν ἀναχθέντες εἰς ὅσον ἐξικνεῖσθαι τῶν Ῥωμαίων βάλλοντες δύναιντο, τάς τε ἀγκύρας ἔβαλλον καὶ πυκνώσαντες ὥσπερ φάλαγγας τὰς ναῦς ἐπαλλήλους τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς διεναυμάχουν πολεμίοις. Οὐεσπασιανὸς δὲ τὸ πολὺ πλῆθος αὐτῶν ἠθροισμένον ἀκούων ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως πεδίῳ, πέμπει τὸν υἱὸν σὺν ἱππεῦσι ἑξακοσίοις ἐπιλέκτοις.

(ΛΓ'.) β'. Ὁ δὲ ὑπέρογκον εὑρὼν τὴν τῶν πολεμίων πληθὺν πρὸς μὲν τὸν πατέρα πέμπει πλείονος δυνάμεως αὐτῷ δεῖν λέγων. Αὐτὸς δὲ τοὺς μὲν πλείους τῶν ἱππέων ὡρμημένους ὁρῶν, καὶ πρὶν ἀφικέσθαι βοήθειαν, ἔστι δὲ οὓς ἡσυχῇ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων καταπεπληγότας, ἐν ἐπηκόῳ στάς, « ἄνδρες, ἔφη, Ῥωμαῖοι· « καλὸν γὰρ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων ὑπομνῆσαι τοῦ γένους « ὑμᾶς, ἵνα εἰδῆτε τίνες ὄντες καὶ πρὸς τίνας μάχεσθαι « μέλλομεν. Τὰς μὲν γὰρ ἡμετέρας χεῖρας οὐδὲν εἰς « τοῦτο τῶν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης διαπέφευγεν, Ἰουδαῖοι « δέ, ἵνα εἴπω καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, μέχρι νῦν οὐ κοπιῶσιν « ἡττώμενοι. Καὶ δεινόν, ἑστώτων ἐκείνων ἐν ταῖς « κακοπραγίαις, ἡμᾶς τοῖς εὐτυχήμασιν ἐγκάμνειν. « Προθυμίας μὲν οὖν εἰς τὸ φανερὸν ὑμᾶς εὖ ἔχοντας « χαίρω βλέπων, δέδοικα δὲ μή τινι τὸ πλῆθος τῶν « πολεμίων κατάπληξιν λεληθυῖαν ἐνεργάσηται. Λογισάσθω δὴ πάλιν οἷος πρὸς οἵους παρατάξεται· καὶ « διότι Ἰουδαῖοι μέν, εἰ καὶ σφόδρα τολμηταὶ καὶ « θανάτου καταφρονοῦντες, ἀλλὰ ἀσύντακτοί τε καὶ « πολέμων ἄπειροι, καὶ ὄχλος ἂν ἄλλως, οὐ στρατιά, « λέγοιντο. Τὰ δὲ τῆς ἡμετέρας ἐμπειρίας καὶ τάξεως « τί δεῖ καὶ λέγειν; ἐπὶ τούτῳ μέντοι γε μόνοι καὶ κατ' « εἰρήνην ἀσκούμεθα τοῖς ὅπλοις, ἵν' ἐν πολέμῳ μὴ « πρὸς τὸ ἀντίπαλον ἀριθμῶμεν ἑαυτούς. Ἐπεὶ καὶ « τίς ὄνησις τῆς διηνεκοῦς στρατείας, ἐὰν ἴσοι πρὸς « ἀστρατεύτους ἀντιτασσώμεθα; Λογίζεσθε δὲ ὅτι καὶ « πρὸς γυμνήτας ὁπλῖται καὶ ἱππεῖς πρὸς πεζούς, καὶ « στρατηγούμενοι πρὸς ἀστρατηγήτους διαγωνίζεσθε, « καὶ ὡς ὑμᾶς μὲν ταῦτα πολλαπλασίους ποιεῖ τὰ πλεονεκτήματα, πολὺ δὲ τῶν πολεμίων ἀριθμὸν παραιρεῖται τὰ ἐλαττώματα. Κατορθοῖ δὲ τοὺς πολέμους « οὐ πλῆθος ἀνθρώπων, κἂν ᾖ μάχιμον, ἀνδρεία δέ, « κἂν ἐν ὀλίγοις ᾖ. Οἱ μέν γε καὶ παρατάξασθαι ῥᾴδιοι καὶ προσαμύνειν ἑαυτοῖς, αἱ δὲ ὑπέρογκοι δυνάμεις ὑφ' ἑαυτῶν βλάπτονται πλέον ἢ τῶν πολεμίων. « Ἰουδαίων μὲν οὖν τόλμα καὶ θράσος ἡγεῖται, ἀπονοίας « πάθη, κατὰ μὲν τὰς εὐπραγίας εὔτονα, σβεννύμενα « δὲ ἐν ἐλαχίστοις σφάλμασιν· ἡμῶν δὲ ἀρετὴ καὶ εὐπείθεια καὶ τὸ γενναῖον, ὃ κἂν τοῖς εὐτυχήμασιν ἀκμάζει κἂν τοῖς πταίσμασιν οὐ μέχρι τέλους σφάλλεται. « Καὶ ὑπὲρ μειζόνων δὲ ἢ Ἰουδαῖοι διαγωνιεῖσθε. Καὶ « γὰρ εἰ περὶ ἐλευθερίας καὶ πατρίδος ἐκείνοις ὁ πόλεμος κινδυνεύεται, τί μεῖζον ἡμῖν εὐδοξίας καὶ τοῦ « μὴ δοκεῖν μετὰ τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν ἐν « ἀντιπάλῳ τὰ Ἰουδαίων προτίθεσθαι; Σκεπτέον δὲ ὅτι

armatos congregari viderunt, ad suos, antequam mali aliquid paterentur, refugiunt: et Romani fugientes persequuti ad navigia eos compellunt. Et illi quidem tantum provecti, unde Romanos possent missilibus contingere, et ancoras jaciunt, et phalangium more densatis inter se navibus, hostibus in terra constitutis prælium navale movent. Vespasianus autem cum audiret magnam eorum multitudinem in planitie civitati proxima congregatam, filium suum cum sexcentis delectis eo mittit.

(XXXIII.) 2. Is vero, quum ingentem hostium multitudinem offendisset, patri quidem significatum mittit sibi opus esse copiis majoribus. Ceterum ipse equitum plerosque, etiam antequam subsidia venirent, incitatos animadvertens, nonnullos vero, visa Judæorum multitudine, animis paululum consternatos, quum constitisset unde exaudiri posset, « viri, inquit, « Romani! vos quippe generis, quum dicere incipiam, admonere decet, ut qui sitis, et cum quibus simus « pugnaturi, non nesciatis. Nostris enim e manibus nullus « adhuc populus per totum terrarum orbem salvus evasit: « Judæi vero, ut etiam pro illis aliquid dicam, hucusque « non fatiscunt, licet victi. Indignum itaque, dum illi cum « adversis conflictati erectis stant animis, nos etiam rebus « prospere fluentibus languescere. Equidem lætor vos cernens tantum alacritatis palam facere: veritus autem « sum ne cui vestrûm tanta hostium multitudo clam metum « incutiat. Idcirco quisque iterum secum cogitet qui vir « sit et adversus quos in aciem progressurus; quodque Judæi, licet valde audaces sint et mortem contemnant, incompositi tamen, et belli imperiti, atque turba potius « quam exercitus appellandi. De vestra autem peritia et « ordinis observantia quid est quod dicere laborem? eo utique pacis etiam tempore soli armis exercemur, ut ne in « bello nos cum hostibus numero conferamus. Alioquin, « quid proderit nosmet in perpetuam militiæ disciplinam « tradere, si pares cum inexercitatis congrediamur? Porro « vobiscum reputate quod armati cum inermibus et equites « cum peditibus, et quique ducis sub imperio cum illis qui « ductorem non agnoscunt, dimicaturi sitis; quodque ista quidem commoda vos multo plures efficiant, incommoda autem multum de numero hostium detrahant. Nec hominum « multitudo, quamvis pugnacissimi fuerint, facit ut res « prospere cedant in bello, sed fortitudo, etiamsi paucorum. « Quippe hi facile possunt ordinari et sibi invicem succurrere, numerosæ autem nimis copiæ plus damni a se ipsis « accipiunt quam ab hostibus. Judæos sane ducunt temeritas « et audacia, quæ desperatis solent accidere, et dum res « bene succedunt plurimum valent, ex levissimo vero lapsu « impetus restinguitur: nos autem virtute ducimur et morigera voluntate, itemque fortitudine, quæ in prospera « fortuna viget, et ad extremum usque non labitur in adversis. Accedit quod vos pro rebus potioribus quam Judæi pugnaturi estis. Nam si illi pro libertate ac patria « belli discrimen adeunt, quid est nobis majoris faciendum « quam gloria, et ne post orbis terrarum imperium adeptum « existimetur nos æquo marte cum Judæis in certamen ve-

« καὶ παθεῖν μὲν οὐδὲν ἀνήκεστον ἡμῖν φόβος (πολλοὶ « γὰρ οἱ βοηθήσοντες, καὶ πλησίον), ἁρπάσαι δὲ τὴν « νίκην δυνάμεθα, καὶ χρὴ τοὺς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῖν « πεμπομένους συμμάχους φθάνειν, ἵν' ἀκοινώνητόν τε « ᾖ τὸ κατόρθωμα καὶ μεῖζον. Νομίζω δὲ ἐγὼ ἐπὶ « τῆσδε τῆς ὥρας καὶ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν κρίνεσθαι « κἀμὲ καὶ ὑμᾶς, εἰ τῶν μὲν προκατωρθωμένων ἄξιος « ἐκεῖνος, ἐγὼ δ' ἐκείνου παῖς, στρατιῶται δ' ὑμεῖς « ἐμοῦ. Καὶ γὰρ ἐκείνῳ τὸ νικᾶν ἔθος, κἀγὼ πρὸς αὐ- « τὸν ὑποστρέφειν οὐκ ἂν ὑπομείναιμι λειφθείς. Ὑμεῖς « δὲ πῶς οὐκ ἂν αἰσχύνοισθε προκινδυνεύοντος ἡγεμόνος « ἡττώμενοι; προκινδυνεύσω γάρ, εὖ ἴστε, καὶ πρῶτος « εἰς τοὺς πολεμίους ἐμβαλῶ. Μὴ λείπεσθε δ' ὑμεῖς « ἐμοῦ, πεπεισμένοι τὴν ὁρμὴν ἐμὴν παρακροτεῖσθαι « θεῷ συμμάχῳ· καὶ προγινώσκετε σαφῶς ὅτι τῆς ἔξω « μάχης πλέον τι κατορθώσομεν. »

(ΛΔ'.) γ'. Ταῦτα τοῦ Τίτου διεξιόντος προθυμία δαιμόνιος ἐμπίπτει τοῖς ἀνδράσι, καὶ προσγενομένου πρὶν συμβαλεῖν Τραϊανοῦ μετὰ τετρακοσίων ἱππέων, ἤσχαλλον ὡς μειουμένης τῆς νίκης αὐτοῖς διὰ τὴν κοινωνίαν. Ἔπεμψε δὲ Οὐεσπασιανὸς καὶ Ἀντώνιον Σίλωνα σὺν δισχιλίοις τοξόταις, κελεύσας καταλαβόντας τὸ ἀντικρὺ τῆς πόλεως ὄρος τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους ἀνείργειν. Καὶ οἱ μέν, ὡς προσετέτακτο, τοὺς ταύτῃ πειρωμένους ἐκβοηθεῖν περιέσχον. Ὁ δὲ Τίτος πρῶτος τὸν ἵππον ἤλαυνε εἰς τοὺς πολεμίους, καὶ σὺν κραυγῇ μετ' αὐτὸν οἱ λοιποί, παρατείναντες ἑαυτοὺς εἰς ὅσον ἐπεῖχον οἱ πολέμιοι τὸ πεδίον, παρὸ καὶ πολὺ πλείους ἔδοξαν. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, καίτοι τήν τε ὁρμὴν καὶ τὴν εὐταξίαν αὐτῶν καταπλαγέντες, πρὸς ὀλίγον μὲν ἀντέσχον ταῖς ἐμβολαῖς, νυσσόμενοι δὲ τοῖς κοντοῖς καὶ τῷ ῥοίζῳ τῶν ἱππέων ἀνατρεπόμενοι συνεπατοῦντο. Πολλῶν δὲ πανταχοῦ φονευομένων διασκίδνανται καὶ πρὸς τὴν πόλιν ὡς ἕκαστος εἶχε τάχους ἔφευγον. Τίτος δὲ τοὺς μὲν κατόπιν προσκείμενος ἀνῄρει, τοὺς δὲ διεκπαίων ἀθρόους, οὓς δὲ φθάνων κατὰ στόμα διήλαυνε, πολλοὺς δὲ συνηλόα περὶ ἀλλήλοις πεσόντας ἐμπηδῶν. Πᾶσι δὲ τὰς πρὸς τὸ τεῖχος φυγὰς ὑπετέμνετο, καὶ πρὸς τὸ πεδίον ἀπέστρεφεν, ἕως τῷ πλήθει βιασάμενοι καὶ διεκπεσόντες εἰς τὴν πόλιν συνέφευγον.

δ'. Ἐκδέχεται δ' αὐτοὺς στάσις εἴσω χαλεπή. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπιχωρίοις διά τε τὰς κτήσεις καὶ τὴν πόλιν οὐκ ἐδόκει πολεμεῖν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τότε διὰ τὴν ἧτταν πλέον· ὁ δ' ἔπηλυς πολὺς ὢν πλέον ἐβιάζετο, καὶ διωργισμένων ἐπ' ἀλλήλοις κραυγή τε ἦν καὶ θόρυβος, ὡς ὅσον οὔπω φερομένων εἰς ὅπλα. Καταχούσας δὲ τῆς ταραχῆς Τίτος (οὐ γὰρ ἦν ἄπωθεν τοῦ τείχους) « οὗτος ἦν ὁ καιρὸς, ἐκβοᾷ, καὶ τί, συστρατιῶται, « μέλλομεν, ἐκδιδόντος ἡμῖν Ἰουδαίους θεοῦ; δέξασθε « τὴν νίκην, οὐκ ἀκούετε βοῆς; στασιάζουσιν οἱ τὰς « χεῖρας ἡμῶν διαφυγόντες. Ἔχομεν τὴν πόλιν, ἐὰν « ταχύνωμεν. Δεῖ δὲ πόνου πρὸς τῷ τάχει καὶ λή- « ματος. Οὐδὲν γὰρ τῶν μεγάλων φιλεῖ δίχα κινδύνου « κατορθοῦσθαι. Φθάνειν δ' οὐ μόνον χρὴ τὴν τῶν

« nire? Præterea cogitandum nihil esse quod timeamus, ne « mali aliquid gravioris patiamur (multi enim sunt iique in « propinquo nobis suppetias laturi); illis autem præ- « ripere possumus victoriam, missosque a patre nobis in « auxilium prævenire convenit, ut et majores sint res pro- « spere gestæ, nullosque earundem socios habeamus. Equi- « dem putandum nunc de me ac patre meo vobisque pariter « factum iri judicium, an ille quidem gloria ex rebus jam « ante feliciter gestis fuerit dignus, ego vero ejus sim filius, « vosque mei milites. Etenim illi vincere familiare est, « neque est ut ipse sustineam victus ad eum reverti. Quo- « modo autem vos non pudebit vinci, quum dux semet « periculis objecerit? nam in pericula proruam, mihi credite, « primusque in hostes irruam. Vos vero ne me deseratis, « persuasum habentes impetum meum a deo auxiliatore « adjutum iri: et pro certo noscitote quod manibus conser- « tis plus præstabimus quam eminus telis. »

(XXXIV.) 3. Postquam Titus ita disseruerat, alacritas quasi divino afflatu militibus incidit: atque ægre ferebant Trajanum, antequam prælio congrederentur, cum quadringentis equitibus venire, ac si ipsis victoriæ laus minueretur illorum societate. Misit autem Vespasianus et Antonium Silonem cum duobus millibus sagittariorum, cum mandatis ut monte e regione urbis occupato murorum propugnatores repellerent. Et illi quidem, ita ut jussi erant, eos qui ea ex parte suis auxiliari conabantur, continebant. Titus autem primus equum in hostem agebat, et post eum celeri cum clamore magno, in tantum spatii exporrecti quantum acies adversa occupaverat, quo multo etiam plures æstimabantur. Judæi vero, licet incursu eorum ordinibus conservatis perterriti, paulisper tamen primas sustinuerunt impressiones; percussi autem contis et equorum impetu eversi conculcabantur. Atque ita multis passim peremptis dissipantur et in urbem pro sua quisque velocitate fugiunt. Titus autem aliquos a tergo instans occidebat, alios vero confertos perrumpens, rursus alios prævertens ictibus ora transverberabat, multosque, in eos insiliens alium super alium lapsos, conterebat. Fugam autem ad mœnia omnibus præcidebat et in planitiem avertebat, donec vi multitudinis elapsi in urbem confugerent.

4. Illos autem, quum intus essent, excipit acerba dissensio. Namque indigenis et facultatum suarum et civitatis gratia, ab initio bellum displicebat, et hoc tempore multo magis ob cladem acceptam: sed advenæ, qui plurimi erant, eo magis urgebant, dumque sibimet invicem succenserent, magnus cietur clamor et tumultus, quasi in eo fere essent ut arma caperent. Titus autem strepitu exaudito (non enim procul a muris aberat) statim exclamabat, « hoc tempus est, « et quid moramur, commilitones, deo nobis dedente Ju- « dæos? victoriam accipite, annon clamores auditis? qui « manus nostras evasere, inter se dissident. Habemus civi- « tatem, si modo properemus. Sed celeritati accedat opor- « tet labor et fortitudo. Nihil enim magni præclare geri « solet absque periculo. Non solum autem hostium con-

« πολεμίων ὁμόνοιαν, οὓς ἀνάγκη διαλλάσσει ταχέως, « ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων βοήθειαν, ἵνα πρὸς τῷ « νικῆσαι τοσοῦτο πλῆθος ὀλίγοι καὶ τὴν πόλιν ἕλωμεν « μόνοι. »

ε'. Ταῦθ' ἅμα λέγων ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναπηδᾷ, καὶ καθηγεῖται πρὸς τὴν λίμνην, δι' ἧς ἐλάσας πρῶτος εἰς τὴν πόλιν εἰσέρχεται, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ λοιποί. Δέος δὲ πρὸς τὴν τόλμαν αὐτοῦ τοῖς ἐπὶ τῶν τειχῶν ἐνέπεσε, καὶ μάχεσθαι μὲν ἢ διακωλύειν οὐδεὶς ὑπέμεινε, λιπόντες δὲ τὴν φρουρὰν οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰησοῦν διὰ τῆς χώρας ἔφυγον, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν λίμνην καταθέοντες ὑπαντιάζουσι τοῖς πολεμίοις περιέπιπτον· ἐκτείνοντο δὲ οἱ μὲν ἐπιβαίνοντες τῶν σκαφῶν, οἱ δὲ τοῖς ἀναχθεῖσι προσπίπτειν πειρώμενοι· πολὺς δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἦν φόνος, τῶν μὲν ἐπηλύδων, ὅσοι μὴ διαφεύγειν ἔφθασαν, ἀντιτασσομένων, ἀμαχητὶ δὲ τῶν ἐπιχωρίων (κατὰ γὰρ ἐλπίδα δεξιᾶς καὶ τὸ συνειδὸς τοῦ μὴ βεβουλεῦσθαι πολεμεῖν μάχης ἀπετρέποντο), μέχρι Τίτος τοὺς μὲν αἰτίους ἀνελὼν, οἰκτείρας δὲ τοὺς ἐπιχωρίους ἀνεπαύσατο φόνου. Καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν λίμνην καταφυγόντες, ἐπεὶ τὴν πόλιν ἑαλωκυῖαν εἶδον, ὡς πορρωτάτω τῶν πολεμίων ἀνήχθησαν.

ϛ'. Τίτος δὲ ἐκπέμψας τινὰ τῶν ἱππέων εὐαγγελίζεται τῷ πατρὶ τὸ ἔργον. Ὁ δὲ, ὡς εἰκὸς, ὑπερησθεὶς τῇ τε τοῦ παιδὸς ἀρετῇ καὶ τῷ κατορθώματι (μεγίστη γὰρ ἐδόκει καθῃρῆσθαι μοῖρα τοῦ πολέμου), τότε μὲν ἐλθὼν περισχόντας τὴν πόλιν φρουρεῖν ἐκέλευσεν, ὡς μὴ διαλάθοι τις ἐξ αὐτῆς, καὶ κτείνειν ἐκέλευσε, τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρὸς τὴν λίμνην καταβὰς σχεδίας ἐκέλευσε πήσσειν ἐπὶ τοὺς καταπεφευγότας. Αἱ δ' ἐγίνοντο ταχέως ἀφθονίᾳ τε ὕλης καὶ πλήθει τεχνιτῶν.

(ΛΕ'.) ζ'. Ἡ δὲ λίμνη Γεννησὰρ μὲν ἀπὸ τῆς προσεχοῦς χώρας καλεῖται, σταδίων δὲ εὖρος οὖσα τεσσαράκοντα, καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρων ἑκατὸν τὸ μῆκος, γλυκεῖά τε ὅμως ἐστὶ καὶ ποτιμωτάτη· καὶ γὰρ τῆς ἑλώδους παχύτητος ἔχει τὸ νᾶμα λεπτότερον, καθαρά τέ ἐστι πάντοθεν αἰγιαλοῖς ἐπιλήγουσα καὶ ψάμμῳ, πρὸς δὲ εὔκρατος ἀρύσασθαι· ποταμοῦ μὲν ἢ κρήνης προσηνεστέρα, ψυχροτέρα δ' ἢ κατὰ λίμνης διάχυσιν ἀεὶ μένουσα. Καὶ τὸ μὲν ὕδωρ οὐκ ἀποδεῖ χιόνος ἐξαιθριασθὲν, ὅπερ θέρους νυκτὸς ποιεῖν ἔθος τοῖς ἐπιχωρίοις. Γένη δὲ ἰχθύων ἐν αὐτῇ διάφορα πρὸς τοὺς ἀλλαχοῦ γεῦσίν τε καὶ ἰδέαν· μέση τε ὑπὸ τοῦ Ἰορδάνου τέμνεται. Καὶ δοκεῖ μὲν Ἰορδάνου πηγὴ τὸ Πάνειον· φέρεται δὲ ὑπὸ γῆν εἰς τοῦτο κρυπτῶς ἐκ τῆς καλουμένης Φιάλης. Ἡ δέ ἐστιν ἀνιόντων εἰς τὴν Τραχωνῖτιν ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι Καισαρείας, τῆς ὁδοῦ κατὰ δεξιὸν μέρος οὐκ ἄπωθεν. Ἐκ μὲν οὖν τῆς περιφερείας ἐτύμως Φιάλη κέκληται τροχοειδὴς οὖσα λίμνη· μένειν δὲ ἐπὶ χεῖλους αὐτῇ ἀεὶ τὸ ὕδωρ, μήτε ὑπονοστοῦν μήτε ὑπερχεόμενον. Ἀγνοούμενος δὲ τέως ὁ Ἰορδάνης ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι διὰ τοῦ τετραρχήσαντος Τραχωνιτῶν ἠλέγχθη Φιλίππου. Βαλὼν γὰρ οὗτος εἰς τὴν Φιάλην ἄχυρα κατὰ τὸ Πάνειον, ἔνθεν ἐδόκουν οἱ πάλαι γεννᾶσθαι τὸν ποταμὸν,

« cordiam, quos necessitas faciet brevi in gratiam redire, « sed et nostrorum auxilia prævenire debemus : ut præter « victoriam, qua tantas copias pauci superavimus, etiam « civitate soli potiamur.

5. Simul atque ista dixerat, in equum insiluit, et ad lacum contendit, perque eum profectus urbem primus ingreditur, et post eum ceteri. Ad hanc illius audaciam animis consternati erant murorum defensores : et pugnare quidem vel arcere nemo sustinuit; relictis autem excubiis Jesus et qui cum eo erant per agros fuga dilabuntur, alii vero ad lacum decurrentes in manus hostium contra venientium incidebant. Mactabantur autem alii, dum navigia scanderent, itemque alii, dum jam provecta assequi natando conarentur : plurimaque illorum qui in urbe manebant edita erat strages; advenarum quidem, quotquot non effugissent, adversa acie resistentium, indigenarum vero sine prælio (nam spe gratiæ impetrandæ, quodque sibi conscii essent bellum haud suo consilio initum esse, pugnam detrectabant), donec Titus, interemptis qui culpæ affines erant, miseratus indigenas a cæde requievit. Qui vero in lacum confugerant, ubi civitatem captam viderunt, quam longissime ab hostibus in altum se subduxerunt.

5. Titus autem unum ex equitibus ad patrem misit cum læto rei gestæ nuncio. Ille vero, ut par erat, mirum in modum delectatus et filii virtute et facinore præclaro (nam maxima pars belli confecta videbatur) tunc quidem, cum eo venisset, urbi circumdatis observare præcepit, ne quis ex ea fuga dilaberetur, et occidere jussit : postero autem die quum ad lacum descendisset, in mandatis dedit ut naves adversus illos compingerent qui fuga in eum se receperant. Idque celeriter factum erat, quod et materiæ copia esset, et magna artificum multitudo.

(XXXV.) 7. Lacus autem Gennesar a regione quidem adjacente nomen sortitur, stadiorum vero quadraginta latitudine patens, et præter hæc centum aliorum longitudine, quæ tamen dulcis et maxime potabilis : etenim tenuiores quam pro palustrium crassitie habet latices, et limpidus est undique in arenam ad littus desinens, insuper ad hauriendum temperatus; fluvii quidem aut fontis aqua lenior est aliquanto, frigidior autem quam pro lacu tam diffuso perpetuo est. Et aqua quidem frigore nihil quicquam nivi cedit, postquam habita est sub dio : quod per æstatem indigenæ solent noctu facere. Varia autem in eo sunt piscium genera, figura et sapore ab aliorum locorum piscibus diversa, mediusque Jordane fluvio secatur. Et Jordanis quidem fons Panium esse videtur : sub terram vero huc occulto defertur ex Phiala quæ appellatur. Hæc autem est qua in Trachonitidem ascenditur ad centum et viginti stadia a Cæsarea, ad dextram non longe a via. Et propter rotunditatem quidem vero nomine Phiala dictus est lacus, rotæ in modum rotundus. Semper autem intra labra ejus continetur aqua, nunquam subsidens, nunquam exundans. Quumque olim hoc esse Jordanis principium nesciretur, a tetrarcha quondam Trachonitidis Philippo deprehensum est. Immissis enim ejus jussu in Phialam paleis inventæ sunt delatæ in

ηὗρεν ἀνενεχθέντα. Τοῦ γε μὴν Πανείου τὸ φυσικὸν κάλλος ὑπὸ τῆς βασιλικῆς προσεξήσκηται πολυτελείας, τῶν Ἀγρίππα πλούτων κεκοσμημένον. Ἀρχόμενος δὲ φανεροῦ ῥεύματος ὁ Ἰορδάνης ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἄντρου κόπτει μὲν τὰ τῆς Σεμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη τε καὶ τέλματα· διαμείψας δὲ ἑτέρους ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους μετὰ πόλιν Ἰουλιάδα διεκτέμνει τὴν Γεννησὰρ μέσην, ἔπειτα πολλὴν ἀναμετρούμενος ἐρημίαν εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν ἔξεισι λίμνην.

η'. Παρατείνει δὲ τὴν Γεννησὰρ ὁμώνυμος χώρα, θαυμαστὴ φύσιν τε καὶ κάλλος. Οὔτε γὰρ αὐτή τι φυτὸν ἀρνεῖται διὰ τὴν πιότητα καὶ πᾶν πεφυτεύκασιν οἱ νεμόμενοι· τοῦ δὲ ἀέρος τὸ εὔκρατον ἁρμόζει καὶ τοῖς διαφόροις. Καρύαι μέν γε, φυτῶν τὸ χειμεριώτατον, ἄπειροι τεθήλασιν· ἔνθα φοίνικες, οἳ καύματι τρέφονται, συκαῖ τε καὶ ἐλαῖαι πλησίον τούτων, αἷς μαλθακώτερος ἀὴρ ἀποδέδεικται. Φιλοτιμίαν ἄν τις εἴποι τῆς φύσεως, βιασαμένης εἰς ἓν συναγαγεῖν τὰ μάχιμα καὶ τῶν ὡρῶν ἀγαθὴν ἔριν, ἑκάστης ὥσπερ ἀντιποιουμένης τοῦ χωρίου· καὶ γὰρ οὐ μόνον τρέφει παρὰ δόξαν τὰς διαφόρους ὀπώρας, ἀλλὰ καὶ διαφυλάσσει. Τὰ μέν γε βασιλικώτατα, σταφυλήν τε καὶ σῦκον, δέκα μησὶν ἀδιαλείπτως χορηγεῖ, τοὺς δὲ λοιποὺς καρποὺς δι' ἔτους ὅλου περιγηράσκοντας αὐτοῖς. Πρὸς γὰρ τῇ τῶν ἀέρων εὐκρασίᾳ καὶ πηγῇ διάρδεται γονιμωτάτῃ· Καφαρναοὺμ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι. Ταύτην φλέβα τοῦ Νείλου τινὲς ἔδοξαν, ἐπεὶ γεννᾷ τῷ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων λίμνην κορακίνῳ παραπλήσιον. Μῆκος δὲ τοῦ χωρίου παρατείνει κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς ὁμωνύμου λίμνης ἐπὶ σταδίους τριάκοντα καὶ εὖρος εἴκοσι. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω φύσεως ἔχει.

θ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ἐπεὶ παρεσκευάσθησαν αἱ σχεδίαι, τῆς δυνάμεως ἐπιβήσας ὅσον ᾤετο τοῖς κατὰ τὴν λίμνην ἀνταρκέσειν, ἐπανήγετο. Τοῖς δὲ συνελαυνομένοις οὔτε ἐπὶ γῆν διαφεύγειν ἐνῆν, ἐκπεπολεμωμένων πάντων, οὔτε ἐξ ἴσου διαναυμαχεῖν. Τά τε γὰρ σκάφη μικρὰ ὄντα καὶ λῃστρικὰ πρὸς τὰς σχεδίας ἦν ἀσθενῆ καὶ καθ' ἕκαστον ἐμπλέοντες ὀλίγοι, πρὸς ἀθρόους ἐφεστῶτας τοὺς Ῥωμαίους ἐγγίζειν ἐδεδοίκεσαν. Ὅμως δ' οὖν ἐμπεριπλέοντες τὰς σχεδίας, ἔστι δὲ ὅπου καὶ πλησιάζοντες πόρρωθεν τοὺς Ῥωμαίους ἔβαλλον λίθοις, καὶ παραξύνοντες ἐγγύθεν ἔπαιον· ἐκακοῦντο δὲ αὐτοὶ πλέον κατ' ἀμφότερα. Ταῖς γὰρ χερμάσιν οὐδὲν δρῶντες ὅτι μὴ κτύπον ἐπάλληλον (εἰς γὰρ πεφραγμένους ἔβαλλον), ἐφικτοὶ τοῖς Ῥωμαίων ἐγίνοντο βέλεσι, καὶ πλησιάζειν τολμῶντες, πρὶν δρᾶσαί τι παθεῖν ἔφθανον, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐβαπτίζοντο τοῖς σκάφεσι. Τῶν δὲ διεκπαίειν πειρωμένων πολλοὺς μὲν ἐφικνούμενοι κοντοῖς διέπειρον, οὓς δὲ ξιφήρεις ἐπικαταπηδῶντες εἰς τὰ σκάφη, τινὰς δὲ συντρεχούσαις ταῖς σχεδίαις ἐναπολη φθέντας μέσους εἷλον ἅμα ταῖς ἁλιάσι. Τῶν δὲ βαπτισθέντων τοὺς ἀνανεύοντας ἢ βέλος ἔφθανεν, ἢ σχεδία κατελάμβανε, καὶ προσβαίνειν ὑπ' ἀμηχανίας εἰς τοὺς ἐχθροὺς πειρωμένων ἢ κεφαλὰς ἢ χεῖρας ἀπέ-

Panium, unde antiquitus fluvium nasci crediderunt. Hujus quidem Panii naturalis pulchritudo insuper regia magnificentia exculta erat, Agrippæ quippe opibus exornata. Ab hoc autem antro incipiens manifesto fluere Jordanes, medius quidem secat Semechonitidis paludes cœnosas; indeque alia centum et viginti stadia lapsus post urbem Juliadem per medium transit lacum Gennesar, deinde multum solitudinis emensus in lacum Asphaltiten exit.

8. Gennesar autem lacum prætendit ejusdem nominis regio, natura simul et pulchritudine admirabilis. Nullam enim ipsa arborem pro ubertate recusat, atque omnigenas conseruere agri cultores, aerisque temperies etiam diversis est accommodata. Nam et nuces, quæ arborum maxime frigoribus gaudent, magna istic crescunt copia: ibi palmæ, quæ calore vigent, juxtaque has ficus, item oleæ, quibus aura mollior designata est. Naturæ dixerit aliquis ambitionem esse, quæ vim sibimet adhibuerit, ut in unum compingat pugnantia, annique tempestatum gratam quandam contentionem, unaquaque earum regionem illam veluti sibi propriam vindicante: neque modo alit præter opinionem poma varia, sed et diu conservat. Nam et omnium præstantissima, uvas et ficus, per decem menses sine intermissione suppeditat, ceteros vero fructus per totum annum cum illis consenescentes. Ad aeris etiam temperiem accedit quod fonte irrigatur uberrimo, qui Capharnaum ab indigenis appellatur. Hunc nonnulli venam esse Nili existimarunt, quod generat pisces coracino, (qui in Alexandrina palude alitur, similes. Longitudine autem regio juxta littora lacus cognominis triginta stadiis extenditur et latitudine viginti. Atque ejus quidem natura ejusmodi est.

9. Vespasianus autem, postquam paratæ erant rates, imposito in eas tanto militum numero quantum adversus eos qui in lacum effugerant satis fore arbitrabatur, oram solvebat. Atqui illi qui compulsi erant, neque in terram se recipiendi, infestis omnibus, neque æquo marte pugnam navalem ineundi potestatem habebant. Nam et scaphæ, quum et parvæ essent et piraticæ, adversus rates parum valebant: et quum pauci singulis veherentur, cunctis simul instantibus Romanis appropinquare metuebant. Verumtamen circum rates navigando, nonnunquam etiam propius ad eas accedendo, lapidibus Romanos eminus petebant, aut cominus etiam irritando feriebant: plus autem ipsis utroque modo nocebatur. Nec enim saxis quicquam agebant nisi quod sonitum crebrum ederent (quippe contra armis septos ea jaciebant), atque ad ipsos pervenire potuerunt Romanorum tela; et si accedere propius ausi fuissent, læsi erant priusquam aliquid patrarent, cumque ipsis navigiis demergebantur. Et multos quidem, id agentes ut erumperent, contis ad eos pertingentes transfigebant, alios vero in scaphas desiliendo strictis gladiis, nonnullosque concurrentibus inter se ratibus in medio deprehensos cum naviculis capiebant. Et si qui ex submersis capita sustulissent, aut sagitta ad eos celerius perveniebat, aut ratis eos comprehendebat: et si desperatione compulsi ad inimicos adnatare tentassent, aut manibus aut capitibus eos

12.

κοπτον οἱ Ῥωμαῖοι. Πολλή τε ἦν αὐτῶν καὶ ποικίλη φθορὰ πανταχοῦ, μέχρι τραπέντες ἐπὶ τὴν γῆν ἐξεώσθησαν οἱ λοιποὶ, κεκυκλωμένων αὐτοῖς τῶν ἁλιάδων. Ἐκκλειόμενοι δὲ πολλοὶ μὲν ἐν αὐτῇ κατηκοντίζοντο τῇ λίμνῃ, πολλοὺς δὲ ἐκπηδήσαντας οἱ Ῥωμαῖοι διέφθειραν ἐπὶ γῆς. Ἦν δὲ ἰδεῖν κεκραμένην μὴ αἵματι, πεπληρωμένην δὲ νεκρῶν τὴν λίμνην ἅπασαν· διεσώθη γὰρ οὐδείς. Δεινὴ δὲ ταῖς ἑξῆς ἡμέραις περιέσχε τὴν χώραν ὀδμή τε καὶ ὄψις· οἱ μὲν γὰρ αἰγιαλοὶ ναυαγίων ἅμα καὶ διοιδούντων ἔγεμον σωμάτων· ἐγκαιόμενοι δὲ καὶ μυδῶντες οἱ νεκροὶ τὸν ἀέρα διέφθειρον, ὡς μὴ μόνον οἰκτρὸν Ἰουδαίοις γενέσθαι τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ διὰ μίσους τοῖς δράσασιν ἐλθεῖν. Τοῦτο μὲν ἐκείνης τῆς ναυμαχίας τὸ τέλος. Ἀπέθανον δὲ σὺν τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως πρότερον πεσοῦσιν ἑξακισχίλιοι πεντακόσιοι.

(ΛϚʹ.) ιʹ. Οὐεσπασιανὸς δὲ μετὰ τὴν μάχην καθίζει μὲν ἐπὶ βήματος ἐν Ταριχέαις, διακρίνων δὲ ἀπὸ τῶν ἐπιχωρίων τὸν ἔπηλυν λεών (κατάρξαι γὰρ οὗτος ἐδόκει πολέμου), μετὰ τῶν ἡγεμόνων εἰ χρὴ καὶ τούτους σώζειν ἐσκέπτετο. Φαμένων δὲ πάντων βλαβερὰν ἔσεσθαι τὴν ἄφεσιν αὐτῶν (οὐ γὰρ ἠρεμήσειν ἀπολυθέντας ἀνθρώπους ἐστερημένους μὲν πατρίδων, βιάζεσθαι δὲ ὡς καὶ πρὸς οὓς ἂν καταφύγωσι πολεμεῖν δυναμένους), Οὐεσπασιανὸς ὡς μὲν οὔτε ἄξιοι σωτηρίας εἶεν καὶ διαφεύξονται κατὰ τῶν ἀφέντων ἐγίνωσκε, τὸν δὲ τρόπον τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν διενοεῖτο. Καὶ γὰρ αὐτόθι κτείνων ἐκπολεμώσειν ὑφεωρᾶτο τοὺς ἐπιχωρίους· οὐ γὰρ ἀνέξεσθαι φονευομένων ἱκετῶν τοσούτων παρ' αὐτοῖς, καὶ μετὰ πίστεις ἐπιθέσθαι προελθοῦσιν οὐχ ὑπέμενεν. Ἐξενίκων δὲ οἱ φίλοι, μηδὲν κατὰ Ἰουδαίων ἀσεβὲς εἶναι λέγοντες, καὶ χρῆναι τὸ συμφέρον αἱρεῖσθαι πρὸ τοῦ πρέποντος, ὅταν ᾖ μὴ δυνατὸν ἄμφω. Κατανεύσας οὖν αὐτοῖς ἄδειαν ἀμφίβολον, ἐπέτρεψεν ἐξιέναι διὰ μόνης τῆς ἐπὶ Τιβεριάδα φερούσης ὁδοῦ. Τῶν δὲ ταχέως πιστευσάντων οἷς ἤθελον, καὶ μετὰ φανερῶν ἐν ἀσφαλεῖ τῶν χρημάτων, ᾗπερ ἐπετράπη χωρούντων, διαλαμβάνουσι μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν μέχρι Τιβεριάδος πᾶσαν, ὡς μή τις ἀποκλίνειε, συγκλείουσι δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν πόλιν· καὶ Οὐεσπασιανὸς ἐπελθὼν ἵστησι πάντας ἐν τῷ σταδίῳ· καὶ γηραιοὺς μὲν ἅμα τοῖς ἀχρήστοις διακοσίους ἐπὶ χιλίοις ὄντας ἀνελεῖν ἐκέλευσεν, τῶν δὲ νέων ἐπιλέξας τοὺς ἰσχυροτάτους ἑξακισχιλίους ἔπεμψεν εἰς τὸν ἰσθμὸν Νέρωνι, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος εἰς τρισμυρίους καὶ τετρακοσίους ὄντας πιπράσκει, χωρὶς τῶν Ἀγρίππᾳ χαρισθέντων· τοὺς γὰρ ἐκ τῆς τούτου βασιλείας ἐπέτρεψεν αὐτῷ ποιεῖν ὅ τι βούλοιτο· πιπράσκει δὲ καὶ τούτους ὁ βασιλεύς. Ὁ μέν γε ἄλλος ὄχλος, Τραχωνῖται καὶ Γαυλανῖται καὶ Ἱππηνοὶ καὶ οἱ ἐκ τῆς Γαδαρίτιδος, τὸ πλέον ἦσαν στασιασταὶ καὶ φυγάδες καὶ οἷς τὰ τῆς εἰρήνης ὀνείδη τὸν πόλεμον προὐξένει· ἑάλωσαν δὲ Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ.

detruncabant Romani. Atque multa et varia passim eorum cædes, donec in fugam versi in terram compulsi erant reliqui, circumclusis ipsorum naviculis. Multi autem exclusi in ipso quidem lacu telis configebantur, in terra vero multos, postquam exsilierant, peremerunt Romani. Cernere autem erat lacum omnem mixtum sanguine et cadaveribus plenum: nemo enim salvus evasit. Diebus autem sequentibus gravis odor regionem invasit, et tristis erat rerum facies: nam littora quidem naufragiis simul plena erant, et cadaveribus tumefactis; præterea mortui exusti et putrescentes aerem corrumpebant, ut non Judæis solum miserabilis fieret calamitas, verum etiam ipsis auctoribus invisa. Iste quidem illius prælii navalis exitus erat. Perierunt autem cum his, qui jam ante in civitate ceciderant, sex millia et quingenti.

(XXXVI.) 10. At Vespasianus pugna peracta pro tribunali apud Taricheas sedet, atque advenas ab indigenis secernens (namque bellum incepisse isti videbantur), cum ducibus consultabat, an illi etiam servandi essent. Quum autem omnes dicerent rebus suis damno fore si illi dimitterentur, utpote quod liberati non quiescerent homines patria extorres, quique possent ad arma sumenda eos cogere ad quos confugerent, Vespasianus, ubi intellexit quod salute quidem indigni essent, atque evasuri adversus eos qui ipsos dimiserint, secum cogitabat quo mortis genere eos afficeret. Etenim si ibi occiderentur, indigenas inde sibi infestos fore suspicabatur, ut qui haud perpessuri essent tot apud se supplices necari, fideque interposita deditis vim pigebat afferre. Verum ab amicis vincebatur, nihil in Judæos non licere dicentibus, utileque debere anteferri honesto, quum utrumque obtineri nequeat. Ambigua igitur illis data libertate, ea sola via quæ Tiberiadem duceret exire permisit. Quumque illi facile istis quæ volebant fidem habuissent, et haud metuerent ne ipsis, cum facultatibus palam qua licebat euntibus, adversi quid accideret, totam ad Tiberiadem usque viam Romani, ne quis evaderet, occupant, eosque in civitatem concludunt: et Vespasianus mox insequutus omnes sistit in stadio; et seniores quidem cum imbellibus ad mille ducentos jussit occidi, juvenum vero validissimorum sex millia adhibito delectu Neroni ad Isthmum misit, et reliquam multitudinem ad triginta millia et quadringentos vendidit, præter eos quos Agrippæ donavit: illis enim, qui ex ejus regno essent, facere quod vellet ipsi permisit: atque ipsos etiam rex vendidit. Turba autem reliqua, Trachonitæ et Gaulanitæ et Hippeni et Gadaritæ, majori ex parte seditiosi erant et fugitivi, et quos probra pace admissa ad bellum incitabant; et capta est mensis Gorpiæi die octavo.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

α'. Ὅσα φρούρια παρέλαβον οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ περὶ τῆς Σεμεχωνιτῶν λίμνης.

β'. Ἔκφρασις Γαμάλας πόλεως, καὶ ὅσα ἔπαθον Ῥωμαῖοι πολιορκοῦντες αὐτήν· ὅτι καὶ Ἀγρίππας, Ῥωμαίοις σπείσασθαι τοὺς ὁμοφύλους παρακαλῶν, ἀπὸ σφενδόνης ἐβλήθη λίθῳ.

γ'. Ὡς καταῤῥίψαντες Ῥωμαῖοι τὰ τείχη Γαμάλας καὶ εἰσελθόντες αὖθις μετὰ μεγάλων κινδύνων ἀπηλάθησαν.

δ'. Ὅπως Οὐεσπασιανὸς σὺν ὀλίγοις ἀπελείφθη καὶ μόλις ἐξέφυγεν· ὅτι καὶ ὁ δεκάρχης Ἐβούτιος ἔπεσεν· καὶ περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου Γάλλου.

ε'. Ὅπως ἀθυμοῦσαν τὴν στρατιὰν ἐπὶ τοῖς πταίσμασι λόγοις ἀνεκτήσατο· καὶ ὡς πάλιν εἰς πολιορκίαν παρεσκευάσθη.

ς'. Περὶ τοῦ Ἰταβυρίου ὄρους, καὶ ὡς ὑπὸ Πλακίδου ἥλω.

ζ'. Ἅλωσις Γαμάλας, καὶ ὡς οὐδεὶς ἐκεῖθεν πλὴν δύο γυναικῶν διέφυγεν.

η'. Ὅπως Γίσχαλα, μόνην ἀπολειφθεῖσαν ἀχείρωτον, Ἰωάννης ὁ τοῦ Λευΐου ἐστασίαζεν· καὶ ὡς Οὐεσπασιανὸς ἐπ' αὐτὴν μὲν Τίτον ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ εἰς Καισάρειαν ὑπέστρεψεν.

θ'. Ὅπως Τίτος λόγοις ἐπειρᾶτο αὐτοὺς προσάγεσθαι, Ἰωάννης δὲ πείσας αὐτοὺς ταύτην ὑπερθέσθαι τὴν ἡμέραν, νύκτωρ εἰς Ἱεροσόλυμα φεύγει· ἡ δὲ πόλις ἅμα ἡμέρᾳ δέχεται Τίτον.

ι'. Ὅπως ἐδέξαντο Ἰωάννην ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ περὶ τῆς γενομένης ἐν τῇ πόλει καὶ τῇ χώρᾳ στάσεως.

ια'. Περὶ τῶν ζηλωτῶν, οἷα κακὰ ἔπραττον.

ιβ'. Ὅπως ὁ δῆμος ἐπανέστη τούτοις, Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως αὐτὸν παροξύναντος· καὶ περὶ ὧν οἱ ζηλωταὶ διὰ κλήρων εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ἐποίουν.

ιγ'. Δημηγορία Ἀνάνου πρὸς δῆμον κατὰ τῶν ζηλωτῶν.

ιδ'. Ὅπως ἀντιπαρετάξαντο ἀλλήλοις οἵ τε ζηλωταὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄνανον· καὶ ὡς ὠσάμενοι οἱ τοῦ δήμου τοὺς ζηλωτὰς ἠνάγκαζον ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ γενέσθαι.

ιε'. Ὅπως Ἰωάννης πεμφθεὶς πρεσβευτὴς πρὸς τοὺς ζηλωτὰς περὶ διαλύσεως μᾶλλον αὐτοὺς παρώξυνεν, ὡς καὶ τοὺς Ἰδουμαίους εἰς συμμαχίαν προσκαλέσασθαι.

ις'. Ὡς Ἰδουμαῖοι κληθέντες εὐθὺς ἦλθον, καὶ ἀποκλεισθέντες ἔξω τῆς πόλεως ηὐλίσαντο· πρὸς οὓς ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς ἐδημηγόρησεν.

ιζ'. Ὡς, χειμῶνος σφοδροτάτου καταῤῥαγέντος, ἐδυνήθησαν οἱ ζηλωταὶ, νύκτωρ τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν πρίσαντες, εἰσαγαγεῖν τοὺς Ἰδουμαίους, καὶ τῶν τε δυσμενῶν κρατῆσαι, καὶ πολλὰ κατὰ τὴν πόλιν κακὰ διαπράξασθαι.

ιη'. Ἀναίρεσις τῶν ἀρχιερέων Ἀνάνου καὶ Ἰησοῦ.

ιθ'. Ὅπως οἱ ζηλωταὶ τὸν εἰκαῖον ὄχλον, ὥσπερ ἄλογα ζῶα, κατέσφαττον· καὶ περὶ Ζαχαρίου υἱοῦ Βαροὺχ μετὰ παῤῥησίας ἀναιρεθέντος.

κ'. Ὅπως δεινοπαθήσαντες Ἰδουμαῖοι ἐφ' οἷς οἱ ζηλωταὶ ἐποίουν ἀνεχώρησαν οἴκοι, καὶ ὡς ἐκείνων ἀπαλλαγέντες πλείονας κατὰ τὴν πόλιν ἀπέκτειναν.

κα'. Ὡς Οὐεσπασιανὸς Ῥωμαίους κατὰ Ἰουδαίων ὁρμῶντας ἀνέπειθε μὴ πολεμεῖν τέως.

κβ'. Ὅτι πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων ηὐτομόλουν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, διά τε τὴν ὠμότητα τῶν ζηλωτῶν, καὶ διὰ τὸ μὴ ταφῆς ἀξιοῦν τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρημένους.

κγ'. Ὅπως Ἰωάννης ὁ τοῦ Λευΐου κατ' ὀλίγον ἐτυράννησεν.

κδ'. Ὁποῖα κακὰ τὸ φρούριον Μασάδαν οἱ ζηλωταὶ χειρωσάμενοι ἐν αὐτῷ τῷ πάσχα εἰργάσαντο· καὶ περὶ ἄλλων διαφόρων λῃστῶν.

κε'. Ὅπως Οὐεσπασιανὸς τήν τε Γάδαραν εἷλε, καὶ τοὺς στασιαστὰς ἐκφυγόντας Πλάκιδον πέμψας ἀπέκτεινεν· ἔπειτα καὶ τὰς πέριξ πολίχνας τε καὶ κώμας κατέσχεν.

κς'. Ὅπως Οὐίνδιξ κατὰ τὴν Γαλατίαν ἀπέστη Νέρωνος· καὶ

LIBER IV.

1. Quot castella in potestatem suam redegerant Romani, deque lacu Semechonitarum.

2. Descriptio urbis Gamalæ, quæque passi sunt Romani in ejus obsidione : quodque Agrippa, dum populares suos ad fœdus cum Romanis hortaretur, lapide e funda percussus est.

3. Quod Romani, postquam Gamalæ mœnia dejecerant, urbem ingressi, inde magno cum periculo repulsi erant.

4. Quomodo Vespasianus cum paucis relictus erat, et ægre evasit : quodque Ebutius decurio pugna cecidit; dequo Gallo centurione.

5. Quomodo Vespasianus exercitum, ex adversis casibus despondentem, verbis recreavit : utque iterum paratus erat ad urbem obsidendam.

6. De monte Itabyrio, et quomodo a Placido captus erat.

7. Excidium Gamalæ, quodque nemo inde præter duas muliercula effugit.

8. Quomodo in urbe Gischalorum, quæ sola relicta erat indomita, Joannes Levi filius seditionem movit : utque Vespasianus contra eam Titum misit, ipse vero Cæsaream reversus est.

9. Quomodo Titus nitebatur cives sibi verbis conciliare; Joannes vero, quum eis persuasisset unius diei moram facere, nocte fugit Hierosolyma : atque urbs prima luce Titum recipit.

10. Quomodo Joannem excipiunt Hierosolymis; et de seditione in urbe et vicina regione excitata.

11. De zelotis, quæ facinora patrarunt.

12. Quomodo populus in eos insurrexit, incitati ab Anano pontifice : deque iis quæ zelotæ per sortes fecerunt contra pontificatus dignitatem.

13. Anani ad populum concio contra zelotas.

14. Quomodo acies adversas instruxerunt zelotæ et Ananus cum suis : utque populus, pulsis zelotis, eos in templum se recipere cogebant.

15. Quomodo Joannes ad zelotas missus legatus de pace ineunda, magis eos irritavit, adeo ut Idumæos in auxilium acciverint.

16. Quod Idumæi accersiti statim venerunt, atque exclusi pernoctarunt extra urbem : ad quos verba facit Jesus pontifex.

17. Quod zelotæ, sectis portarum vectibus dum vehementissima ingrueret tempestas, Idumæos introduxerunt, inimicos comprehenderunt, et multis injuriis civitatem affecerunt.

18. Anani et Jesu pontificum cædes.

19. Quomodo zelotæ turbam promiscuam, veluti animantia ratione carentia, interfecerunt : deque Zacharia filio Baruch palam et audacter occiso.

20. Quomodo Idumæi indigne ferentes zelotarum facinora domum discesserunt, utque ab illis liberati majorem stragem ediderunt in civitate.

21. Ut Romanos adversus Judæos ire desiderantes in præsens cohibuit Vespasianus.

22. Quod multi e Judæis ad Romanos transfugiebant, et propter immanitatem zelotarum, et quia ab ipsis occisos sepultura prohibebant.

23. Quomodo Joannes Levi filius paulatim dominatum occupavit.

24. Quæ mala patrarunt zelotæ in Masada castello, dum Paschatis festum ageretur : deque aliis diversis latronibus.

25. Quomodo Vespasianus et Gadaram in potestatem suam redegit; et seditiosos fuga elapsos misso in eos Placido interfecit : et dein finitima oppidula et vicos occupavit.

26. Quomodo Vindex in Gallia a Nerone defecit : utque Ve-

Οὐεσπασιανὸς, τὰς κώμας πάσας καταστρεψάμενος λαμβάνει καὶ τὴν Ἱεριχώ.

κζ'. Ἔκφρασις τῆς πόλεως Ἱεριχοῦντος καὶ τοῦ καλουμένου Μεγάλου πεδίου· καὶ περὶ τῆς ἐν αὐτῇ πηγῆς, καὶ τοῦ γενομένου θαύματος παρὰ Ἐλισσαίου· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης καὶ τῶν Σοδόμων.

κη'. Ὅπως Οὐεσπασιανὸς τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις τὰς ἐξόδους ἀποτειχίζων φρουρὰς ἐν ταῖς χειρουμέναις πόλεσι καθίστησι, καὶ Γέρασαν πόλιν Λούκιον πέμψας ἐπόρθησεν.

κθ'. Ὅπως ἀνῃρέθη Νέρων καὶ Γάλβας ἀνηγορεύθη, εἶτα Ὄθων, ἔπειτα Βιτέλλιος, δι' ὀλίγον ἄρξαντες, πάντες ἐτελεύτησαν.

λ'. Περὶ Σίμωνος τοῦ τυράννου, καὶ ὅσα κατὰ τῶν ζηλωτῶν ἔπραξεν.

λα'. Περὶ Χεβρὼν τῆς πόλεως, ἐν ᾗ κατῴκησεν ὁ προπάτωρ Ἄβραμος.

λβ'. Ὡς τοῦ Σίμωνος τὴν Ἰδουμαίαν κατατρέχοντος οἱ ζηλωταὶ τὴν γυναῖκα λοχήσαντες διαρπάζουσιν.

λγ'. Περὶ Γάλβα αὖθις καὶ τῶν μετ' αὐτὸν κρατησάντων ἐν Ῥώμῃ καὶ ἀπολωλότων.

λδ'. Ὅτι Οὐεσπασιανὸς αἱρεῖ τήν τε Γοφνιτινὴν καὶ Ἀκραβατηνὴν τοπαρχίαν, καὶ ἕτερα πολίχνια.

λε'. Περὶ Σίμωνος αὖθις τοῦ τυράννου καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει κακῶν· καὶ ὅπως, στασιάσας πρὸς τοὺς ζηλωτὰς, τὸν Σίμωνα κατ' αὐτῶν ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγεν.

λς'. Ὅπως Βιτέλλιος ἀπὸ Γερμανίας εἰς Ῥώμην ἦλθεν.

λζ'. Ὡς οἱ στρατιῶται τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην πυθόμενοι Οὐεσπασιανὸν ἀνηγόρευσαν αὐτοκράτορα.

λη'. Ὅπως Οὐεσπασιανὸς πρότερον τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν Αἴγυπτον χειρώσασθαι ἐσπούδασεν· καὶ ἔκφρασις αὐτῆς τε Αἰγύπτου καὶ τοῦ ποταμοῦ Νείλου.

λθ'. Ὅπως τὸν συγγραφέα Ἰώσηπον τῶν δεσμῶν Οὐεσπασιανὸς ἀνίησιν.

μ'. Ὅτι καλῶς ἐχόντων ἐπ' Ἀλεξανδρείας αὐτῷ τῶν πραγμάτων εἰς Ἀντιόχειαν πρότερον ἀφικόμενος Μουκιανὸν προεκπέμπει.

μα'. Ὅπως ὁ τοῦ Βιτελλίου στρατηγὸς Καικίνας τὸ πλῆθος τῶν Οὐεσπασιανοῦ στρατευμάτων ἰδὼν πέπεικε τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν στρατιώτας πρὸς τὸν Ἀντώνιον αὐτομολῆσαι. Ἐν ᾧ μεταγνόντων τῶν στρατιωτῶν καὶ μελλόντων αὐτὸν τῷ Βιτελλίῳ πέμπειν δέσμιον φθάσας Ἀντώνιος Πρῖμος διέφθειρε πολλοὺς, καὶ τὸν Καικίναν τῷ Οὐεσπασιανῷ ἀνέπεμπε.

μβ'. Ὅτου Βιτελλίου ἡττηθέντος καὶ ἀναιρεθέντος Οὐεσπασιανὸς εἰς Ῥώμην ὥρμησεν· ὁ γὰρ υἱὸς αὐτοῦ Τίτος ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα.

spasianus vicis omnibus eversis etiam Hierichuntem capit.

27. Hierichuntis urbis et Campi magni qui vocatur descriptio : deque fonte in ea et miraculo ab Elissæo edito; insuper et de lacu Asphaltitide et Sodomis.

28. Quomodo Vespasianus, exitus Hierosolymitis occludens, præsidia in civitatibus subactis collocavit; et urbem Gerasam misso in eam Lucio vastavit.

29. Quomodo Nero occisus est et Galba declaratus Imperator; deinde Otho, et post eum Vitellius : qui, quum brevi tempore imperassent, omnes obierunt.

30. De Simone tyranno, et quænam gessit adversus zelotas.

31. De urbe Chebrone, quam habitaverat proavus noster Abramus.

32. Ut Simone Idumæam percursante zelotæ uxorem ejus structis insidiis diripiunt.

33. Iterum de Galba, deque illis qui post eum Romæ imperarunt, et diem supremum obierunt.

34. Quod Vespasianus et toparchiam Gophniticam et Acrabatenam subegit, aliaque oppida.

35. Rursus de Simone tyranno et malis quæ passa est civitas; utque populus, dissentiens a zelotis, Simonem contra eos in urbem introduxit.

36. Quomodo Vitellius e Germania profectus est Romam.

37. Quomodo milites, ubi acceperunt quæ Romæ acciderant, Vespasianum declararunt Imperatorem.

38. Quomodo Vespasianus prius operam dedit ut Alexandriam et Ægyptum in potestatem suam redigeret : Ægyptique descriptio et fluvii Nili.

39. Quomodo Josephum, qui ista scripsit, e vinculis liberat Vespasianus.

40. Quod rebus Alexandriæ bene se habentibus prius Antiochiam profectus Mucianum præmittit.

41. Quomodo Vitelliani exercitus dux Cæcinas, conspecta ingenti militum Vespasiani multitudine, suis persuasit militibus ad Antonium transire. Interea, dum milites facti pœniteret, atque in eo essent ut Cæcinam ad Vitellium vinctum mitterent, eos prævenit Antonius Primus, multosque interfecit, et Cæcinam remittebat Vespasiano.

42. Quod Vitellio victo et interempto Vespasianus Romam ire contendit, et filius ejus Titus reversus est Hierosolyma.

ΚΕΦ. Α'.

Ὅσοι δὲ μετὰ τὴν τῶν Ἰωταπάτων ἅλωσιν Γαλιλαῖοι Ῥωμαίων ἀφεστήκεσαν, οὗτοι τῶν ἐν Ταριχέαις ἡττηθέντων προσεχώρουν· καὶ παρέλαβον πάντα Ῥωμαῖοι τὰ φρούρια καὶ τὰς πόλεις, πλὴν Γισχάλων καὶ τῶν τὸ Ἰταβύριον ὄρος κατειληφότων. Συνέστη δὲ τούτοις καὶ Γάμαλα πόλις Ταριχεῶν ἄντικρυς ὑπὲρ τὴν λίμνην κειμένη. Τῆς δὲ Ἀγρίππα λήξεως αὕτη τε ἦν καὶ Σωγάνη καὶ Σελεύκεια. Καὶ αἱ μὲν ἐκ τῆς Γαυλανίτιδος ἀμφότεραι (τοῦ γὰρ ἄνω καλουμένου Γαυλανῆ μέρος ἦν ἡ Σωγάνη, τοῦ κάτω δὲ ἡ Γάμαλα), Σελεύκεια δὲ πρὸς τῇ Σεμεχωνιτῶν λίμνῃ. Ταύτῃ τριάκοντα μὲν εὖρος, ἑξήκοντα δὲ μῆκος στάδια· διατείνει δὲ αὐτῆς τὰ ἕλη μέχρι Δάφνης χωρίου, τά τε ἄλλα τρυφεροῦ καὶ πηγὰς ἔχοντος, αἳ τρέφουσαι τὸν μικρὸν

CAP. I.

Quicunque autem Galilæorum post Jotapatorum excidium a Romanis defecerant, hi se iis dediderunt, postquam superati erant Taricheatæ : et Romani castella omnia et civitates accipiebant, præter Gischala et qui montem Itabyrium occupaverant. Cum istis autem conspirabat Gamala, urbs in ora lacus Taricheis obversa. Ad fines autem Agrippæ hæc pertinebat, itemque Sogane, et Seleucia. Et hæ quidem Gaulanitidis regionis ambæ (superioris quippe, quæ Gaulana vocatur, pars erat Sogane, et inferioris Gamala), Seleucia vero sita ad Semechonitarum lacum. Huic quidem latitudo est stadiorum triginta, longitudo vero sexaginta, paludesque suas extendit usque ad locum Daphnen, cetera deliciis abundantem fontesque habentem; qui minorem, ut

καλούμενον Ἰορδάνην ὑπὸ τὸν τῆς χρυσῆς βοὸς νεὼν προσπέμπουσι τῷ μεγάλῳ. Τοὺς μὲν οὖν ἐπὶ Σωγάνην καὶ Σελεύκειαν παρὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀποστάσεως δεξιαῖς Ἀγρίππας προσηγάγετο, Γάμαλα δὲ οὐ προσεχώρει, πεποιθυῖα τῇ δυσχωρίᾳ πλέον τῶν Ἰωταπάτων. (B'.) Τραχὺς γὰρ αὐχὴν ἀφ' ὑψηλοῦ κατατείνων ὄρους μέσον ἐπαίρει τένοντα· μηκύνεται δὲ ἐκ τῆς ὑπεροχῆς εἰς τοὔμπροσθεν ἐκκλίνων ὅσον κατόπιν, ὡς εἰκάζεσθαι καμήλῳ τὸ σχῆμα, παρ' ἣν ὠνόμασται, τὸ τρανὸν τῆς κλήσεως οὐκ ἐξακριβούντων τῶν ἐπιχωρίων. Κατὰ πλευρὰν μὲν δὴ καὶ πρόσωπον εἰς φάραγγας ἀβάτους περισχίζεται· τὸ κατ' οὐρὰν δὲ ὀλίγον ἀναφεύγει τῆς δυσχωρίας, ὅθεν ἀπήρτηται τοῦ ὄρους, καὶ τοῦτο ἐπικαρσίᾳ παρακόψαντες τάφρῳ δύσβατον οἱ ἐπιχώριοι κατεσκεύασαν. Πρὸς ὀρθίῳ δὲ τῇ λαγόνι δεδομημέναι πεπύκνωνται δεινῶς ἐπ' ἀλλήλαις αἱ οἰκίαι, κρημνιζομένῃ τε ἡ πόλις ἐοικυῖα κατέτρεχεν εἰς ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς ὀξύτητος· καὶ πρὸς μεσημβρίαν μὲν ἔκλινεν· ὁ νότιος δὲ αὐτῆς ὄχθος εἰς ἄπειρον ὕψος ἀνατείνων ἄκρα τῆς πόλεως ἦν· ἀτείχιστος δὲ ὑπὲρ αὐτὴν κρημνὸς, εἰς τὴν βαθυτάτην κατατείνων φάραγγα. Πηγὴ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους, ἐφ' ἣν τὸ ἄστυ κατέληγεν.

β'. Οὕτως οὖσαν φύσει δύσμαχον τὴν πόλιν τειχίζων ὁ Ἰώσηπος ἐποίησεν ὀχυρωτέραν ὑπονόμοις τε καὶ διώρυξιν. Οἱ δὲ ἐν αὐτῇ φύσει μὲν τοῦ χωρίου θαρραλεώτεροι τῶν κατὰ τὴν Ἰωταπάτην ἦσαν, πολὺ δὲ ἐλάττους μάχιμοι, καὶ τῷ τόπῳ πεποιθότες οὐδὲ πλείονας ὑπελάμβανον. Πεπλήρωτο γὰρ ἡ πόλις διὰ τὴν ὀχυρότητα συμφυγόντων, παρὸ καὶ τοῖς Ἀγρίππα προπεμφθεῖσιν ἐπὶ τὴν πολιορκίαν ἀντεῖχεν ἐπὶ μῆνας ἑπτά.

γ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ἄρας ἀπὸ τῆς Ἀμμαοῦς, ἔνθα πρὸ τῆς Τιβεριάδος ἐστρατοπεδεύκει (μεθερμηνευομένη δὲ Ἀμμαοῦς θερμὰ λέγοιτ' ἂν, ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ πηγὴ θερμῶν ὑδάτων πρὸς ἄκεσιν ἐπιτήδειος), ἀφικνεῖται πρὸς τὴν Γάμαλαν. Καὶ πᾶσαν μὲν κυκλώσασθαι φυλακῇ τὴν πόλιν οὐχ οἷόστε ἦν οὕτω διακειμένην, πρὸς δὲ τοῖς δυνατοῖς φρουροὺς καθίστη καὶ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος καταλαμβάνεται. Τειχισαμένων δὲ ὥσπερ ἔθος τῶν ταγμάτων ὑπὲρ αὐτοῦ στρατόπεδον, χωμάτων ἤρχετο κατ' οὐρὰν, καὶ τὸ κατ' ἀνατολὰς αὐτοῦ μέρος, ὅπερ ὁ ἀνωτάτω τῆς πόλεως πύργος ἦν, ἐφ' οὗ τὸ πέμπτον καὶ δέκατον ἐστρατοπεδεύκει τάγμα· καὶ τὸ πέμπτον μὲν κατὰ μέσην ἐξειργάζετο τὴν πόλιν, τὰς διώρυγας δὲ ἀνεπλήρου καὶ τὰς φάραγγας τὸ δέκατον. Κἂν τούτῳ προσελθόντα τοῖς τείχεσιν Ἀγρίππαν τὸν βασιλέα, καὶ περὶ παραδόσεως τοῖς ἐφεστῶσι πειρώμενον διαλέγεσθαι, βάλλει τις τῶν σφενδονητῶν κατὰ τὸν δεξιὸν ἀγκῶνα λίθῳ. Καὶ ὁ μὲν ὑπὸ τῶν οἰκείων θᾶττον περιεσχέθη, Ῥωμαίους δὲ ἐπήγειρεν εἰς τὴν πολιορκίαν ὀργή τε περὶ τοῦ βασιλέως καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν δέος· οὐ γὰρ ἀπολείψειν ὠμότητος ὑπερβολὴν κατ' ἀλλοφύλων καὶ πολεμίων, τοὺς πρὸς ὁμόφυλον καὶ τῶν συμφερόντων αὐτοῖς σύμβουλον οὕτως ἀγριωθέντας.

vocatur, Jordanem augentes sub fano Bovis aureæ immittunt in majorem. Et Soganes quidem atque Seleuciæ incolas sub initium defectionis sibi fœdere adjunxerat Agrippa, Gamala vero ei se dedere nolebat, freta locorum difficultate magis quam Jotapata. (II.) Jugum namque asperum ab alto monte porrectum in medio tendonem erigit : atque ubi eminere incipit, se aliquantulum protendit, eadem a parte anteriori ac a posteriori declivitate, ut cameli figuram referat; unde nomen etiam duxit, quanquam indigenæ id accurate non exprimant. Et a latere quidem et a fronte diffinditur in profundos hiatus : a tergo vero ubi monti jungitur, non adeo inaccessum est; atque id indigenæ, fossa per obliquum excisa, invium fecerunt. Ejus autem ad latus acclive domus crebræ admodum erant ædificatæ, atque urbs pendenti similis in se a vertice accuminato ruitura videbatur : et ad meridiem quidem vergebat : ejus vero a meridie collis præaltus urbi erat pro arce; superque eam præcipitium erat muris non inclusum, in vallem profundam despectans. Fons etiam intra murorum ambitum erat, in quem urbs desinebat.

2. Quum civitas ita esset a natura expugnatu difficilis, eam fossis et cuniculis adhuc firmiorem reddidit Josephus, quum ei muniendæ operam daret. Qui vero eam tenebant, loci quidem natura audentiores facti erant quam Jotapateni, multo autem pauciores qui pugnæ idonei : locique firmitate freti ne recipiebant quidem plures. Nam virorum plena erat civitas, qui in eam, utpote valide munitam, confugerant. Qua re fiebat ut missis ab Agrippa ad eam obsidendam per menses septem restiterint.

3. Atqui Vespasianus ex Ammaunte profectus, ubi pro Tiberiade castra posuerat (Ammaus autem, si quis nomen interpretetur, Aquæ calidæ vocantur : ibi enim fons est sanandis corporum vitiis idoneus), Gamalam pervenit. Et civitatem quidem omnem in ejusmodi positu custodia circumdare non valebat : qua vero fieri posset excubias collocat, montemque superiorem occupabat. Quum autem milites castra super eo pro more posuissent, aggeres a tergo jacere incipiebat, et ad orientalem quidem ejus partem, qua in loco supra urbem editissimo turris erat, ubi legio decima et quinta castra posuerant : et quinta quidem contra mediam civitatem opus absolvebat; fossas autem et valles replebat decima. Interea quum ad mœnia accessisset rex Agrippa et de deditione ad eos qui super muris stabant verba facere conaretur, funditorum quidam dextrum ejus cubitum lapide percutit. Et ille quidem celeriter a familiaribus suis circumseptus est : Romanos autem et ira ob regem et sui metus ad obsidionem protinus incitabat, nihil quippe crudelitatis illos in alienigenas atque hostes prætermissum ire credentes, qui in popularem suum, et quæ e re ipsorum essent suadentem, sævitiam exercuerunt.

(Γ΄.) δ΄. Συντελεσθέντων οὖν τῶν χωμάτων θᾶττον πλήθει χειρῶν καὶ τῶν πραττομένων ἔθει προσῆγον τὰς μηχανάς. Οἱ δὲ περὶ τὸν Χάρητα καὶ Ἰώσηπον (οὗτοι γὰρ ἦσαν τῶν κατὰ τὴν πόλιν δυνατώτατοι) καίπερ καταπεπληγότας τοὺς ὁπλίτας τάττουσιν, ἐπειδὴ μέχρι πολλοῦ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀνθέξειν οὐχ ὑπελάμβανον, ὕδατι καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις μὴ διαρκούμενοι· παρακροτήσαντες δὲ ὅμως ἐξήγαγον ἐπὶ τὸ τεῖχος. Καὶ πρὸς ὀλίγον μὲν ἀπημύναντο τοὺς προσάγοντας τὰς μηχανάς, βαλλόμενοι δὲ τοῖς καταπελτικοῖς καὶ τοῖς πετροβόλοις ἀνεχώρουν εἰς τὴν πόλιν. Καὶ προσάγοντες οἱ Ῥωμαῖοι τριχόθεν τοὺς κριοὺς διασείουσι μὲν τὸ τεῖχος, ὑπὲρ δὲ τῶν ῥιφθέντων εἰσχεόμενοι μετὰ πολλοῦ σαλπίγγων ἤχου καὶ κτύπου τῶν ὅπλων αὐτοί τε ἐπαλαλάζοντες συνερρήγνυντο τοῖς κατὰ τὴν πόλιν. Οἱ δὲ, τέως μὲν κατὰ τὰς πρώτας εἰσόδους ἐνιστάμενοι, προσωτέρω χωρεῖν ἐκώλυον, καὶ καρτερῶς τοὺς Ῥωμαίους ἀνεῖργον· βιαζόμενοί τε ὑπὸ πολλῶν καὶ πάντοθεν τρεπόντων καὶ πρὸς τὰ ὑψηλὰ τῆς πόλεως, προσκειμένοις τοῖς πολεμίοις ἐξ ὑποστροφῆς ἐπιπεσόντες, συνώθουν εἰς τὸ κάταντες, καὶ τῇ στενότητι καὶ δυσχωρίᾳ θλιβομένους ἀνῄρουν. Οἱ δὲ μήτε τοὺς κατὰ κορυφὴν ἀμύνασθαι δυνάμενοι μήτε διεκπαίειν τῶν σφετέρων πρόσω βιαζομένων ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν πολεμίων (πρόσγειοι γὰρ ἦσαν) ἀνέφευγον. Αἱ δὲ ταχέως κατηρείποντο πληρούμεναι καὶ τὸ βάρος μὴ στέγουσαι· κατέσεισε δὲ πολλὰς μία τῶν ὑπ' αὐτὴν πεσοῦσα, καὶ πάλιν ἐκεῖναι τὰς ὑπ' αὐτάς. Τοῦτο πλείστους διέφθειρε τῶν Ῥωμαίων· ὑπὸ γὰρ ἀμηχανίας, καίτοι συνιζούσας ὁρῶντες, ἐπεπήδων ταῖς στέγαις. Καὶ πολλοὶ μὲν κατεχώννυντο τοῖς ἐρειπίοις, πολλοὶ δὲ ὑποφεύγοντες μέρει τοῦ σώματος κατελαμβάνοντο, πλείστους δὲ ὁ κονιορτὸς ἄγχων ἀνῄρει. Συνέργειαν Θεοῦ τοῦτο Γαμαλεῖς ὑπελάμβανον, καὶ τῆς κατὰ σφᾶς ἀμελοῦντες βλάβης ἐπέκειντο, πρός τε τὰ τέγη τοὺς πολεμίους ἀνωθοῦντες καὶ τοὺς κατολισθάνοντας ἐν ὀξέσι τοῖς στενωποῖς καὶ ἀεὶ τοὺς πίπτοντας ὕπερθεν βάλλοντες ἔκτεινον. Καὶ τὰ μὲν ἐρείπια χερμάδων πλέα ἦν αὐτοῖς, σίδηρον δὲ παρεῖχον οἱ τῶν πολεμίων νεκροί· παρασπῶντες γὰρ τὰ τῶν πεσόντων ξίφη κατὰ τῶν δυσθανατώντων ἐχρῶντο. Πολλοὶ δε ἀποπίπτοντες ἤδη τῶν δωμάτιων σφᾶς αὐτοὺς βάλλοντες ἔθνησκον. Ἦν δὲ οὐδὲ τραπέντων ἡ φυγὴ ῥᾳδιος· κατὰ γὰρ ἄγνοιαν τῶν ὁδῶν καὶ παχύτητα τοῦ κονιορτοῦ μηδὲ ἀλλήλους ἐπιγινώσκοντες ἀνειλοῦντο, καὶ περὶ σφᾶς ἔπιπτον.

(Δ΄.) ε΄. Οἱ μὲν οὖν μόλις εὑρίσκοντες τὰς ἐξόδους ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς πόλεως· Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀεὶ προσμένων τοῖς πονουμένοις (δεινὸν γάρ τι πάθος αὐτὸν εἰσῄει κατερειπομένην ὁρῶντα περὶ τῷ στρατῷ τὴν πόλιν), ἐν λήθῃ τοῦ καθ' αὑτὸν ἀσφαλοῦς γενόμενος λανθάνει κατὰ μικρὸν ἀνωτάτω τῆς πόλεως προελθών, ἔνθα μέσοις ἐγκαταλείπεται τοῖς κινδύνοις μετ' ὀλίγων παντελῶς· οὐδὲ γὰρ ὁ παῖς αὐτῷ Τίτος τότε συμπαρῆν, τηνικαῦτα πρὸς Μουκιανὸν εἰς Συρίαν ἀπεσταλμένος· τραπῆναι μὲν

(III.) 4. Itaque aggeribus cito perfectis et ob militum multitudinem et quod opere assuefacti essent, machinas adducebant. Chares autem et Josephus (nam illi potentissimi eorum qui in urbe erant) armatis, licet metu perculsis, ordinandis operam dant, quoniam non diu obsidionem sustineri posse arbitrabantur, quum aquæ aliorumque necessariorum copia non abundarent : atque eos exhortati simul ad mœnia eduxerunt. Et ad breve quidem tempus propulsabant eos qui machinas adducebant, catapultis autem et ballistis percussi in urbem se recipiebant. Atque Romani, tribus ex locis arietes adducentes, murum quidem concutiunt : qua vero dejectus erat, irruentes magno cum tubarum sonitu et armorum strepitu, ipsorumque etiam clamore, cum iis qui in urbe erant prælio congrediebantur. Illi autem aliquo tempore ad primos aditus instantes, ne ultra progrederentur obstabant, eosque fortiter repellebant. Quumque superati essent a multitudine illorum, qui eos undique urgebant, compulsique ut ad excelsa civitatis loca refugerent, tum demum conversi et hostes instantes adorti in declivia eos contrudebant, locorumque angustia et difficultate compressos interficiebant. Romani autem, quum neque a vertice imminentes depellere, neque in partem aliquam evadere possent, suis contra ipsos ire nitentibus, in fastigia domorum hostilium (quippe humiles erant) se fuga recipiebant. Illæ autem, quum militum plenæ pondus sustinendo non essent, statim collapsæ sunt; et una dejecta multas infra se illaque alias deturbabant. Quo factum ut plurimi Romanorum perierint : quippe incerti quid agerent, in tecta insiliebant, quamvis ea subsidere viderent. Atque ita multi quidem ruinis opprimebantur, haud pauci vero, non nisi parte corporis mulctati subterfugiebant : plurimosque pulvis eos suffocando enecabat. Id quod Gamalenses a Deo esse ipsos adjuvante existimabant, adeoque sua damna insuper habentes hostibus instabant, eosque urgendo in tecta propellebant, ac delapsos in asperis viarum angustiis, ut quisque caderet, telis desuper missis interficiebant. Et ruinæ quidem eis lapidum affatim dabant, ferrum vero mortui hostes suppeditabant : nam cæsorum gladios distringentes, contra semineces illis utebantur. Porro multi, quum de tectis decidissent, semet ferientes occidebant. Quin et terga dantibus ne fuga quidem facilis erat : viarum namque ignorantia et pulveris crassitie sese non internoscentes pererrabant et circa suos cadebant.

(IV.) 5. Atque illi quidem, qui exitus inveniebant, ex urbe recesserunt. Vespasianus autem, qui laborantibus semper intererat (nam vehemens eum dolor occupabat, quum urbem super militem ruere videret), suæ salutis oblitus, quum se paulatim in superiora urbis ascendisse non sensisset, ubi cum paucis admodum e suis media inter pericula relictus erat (neque enim tunc aderat ei Titus filius, ad Mucianum eo tempore in Syriam missus); et dare quidem terga neque tu-

οὖν οὔτε ἀσφαλὲς οὔτε πρέπον ἡγήσατο, μνησθεὶς δὲ τῶν ἀπὸ νεότητος αὐτῷ πεπονημένων καὶ τῆς ἰδίας ἀρετῆς, ὥσπερ ἔνθους γενόμενος, συνασπίζει μὲν τοὺς ἅμα αὐτῷ τά τε σώματα καὶ τὰς πανοπλίας, ἐνυφίσταται δὲ κατὰ κορυφὴν ἐπιρρέοντα τὸν πόλεμον, καὶ οὔτε ἀνδρῶν πλῆθος οὔτε βελῶν ὑποπτήξας ἐπέμενε, μέχρι δαιμόνιον τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς συννοήσαντες οἱ πολέμιοι ταῖς ὁρμαῖς ἐνέδοσαν. Ἀτονώτερον δὲ προσκειμένων αὐτὸς ἐπὶ πόδα ἀνεχώρει, νῶτα μὴ δεικνὺς ἕως ἔξω τοῦ τείχους ἐγένετο. Πλεῖστοι μὲν οὖν Ῥωμαίων κατὰ ταύτην ἔπεσον τὴν μάχην, ἐν οἷς καὶ ὁ δεκαδάρχης Ἐβούτιος, ἀνὴρ οὐ μόνον ἐφ' ἧς ἔπεσε παρατάξεως, ἀλλὰ πανταχοῦ καὶ πρότερον γενναιότατος φανείς, καὶ πλεῖστα κακὰ Ἰουδαίοις ἐργασάμενος. Ἑκατοντάρχης δέ τις, Γάλλος ὀνόματι, μετὰ στρατιωτῶν δέκα περισχεθεὶς ἐν τῇ ταραχῇ, κατέδυ μὲν εἴς τινος οἰκίαν, τῶν δὲ ἐν αὐτῇ διαλαλούντων παρὰ δεῖπνον ὅσα κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἢ περὶ σφῶν ὁ δῆμος ἐβουλεύετο κατακροασάμενος (ἦν δὲ αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ Σύροι), νύκτωρ ἐπανίσταται, καὶ πάντας ἀποσφάξας μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τοὺς Ῥωμαίους διασώζεται.

(Ε'.) ς'. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀθυμοῦσαν τὴν στρατιὰν ἐννοίᾳ πταισμάτων, καὶ διότι τέως οὐδαμοῦ τηλικαύτῃ συμφορᾷ κέχρηντο, τό γε μὴν πλέον αἰδουμένους ἐπὶ τῷ τὸν στρατηγὸν μόνον τοῖς κινδύνοις ἐγκαταλιπεῖν, παρεμυθεῖτο, περὶ μὲν τοῦ καθ' αὐτὸν ὑποστελλόμενος, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν μέμφεσθαι δοκοίη, « δεῖν δὲ τὰ κοινὰ λέγων ἀνδρείως φέρειν, τὴν τοῦ πολέμου φύσιν ἐννοοῦντας, ὡς οὐδαμοῦ τὸ νικᾶν ἀναιμωτὶ περιγίνεται· ἡ γὰρ παλίμπους τύχη περιίσταται. Τοσαύτας μέντοι μυριάδας Ἰουδαίων ἀνελόντας αὐτοὺς ὀλίγην τῷ δαίμονι δεδωκέναι συμβολήν. Εἶναι δὲ ὥσπερ ἀπειροκάλων τὸ λίαν ἐπαίρεσθαι ταῖς εὐπραγίαις, οὕτως ἀνάνδρων τὸ καταπτήσσειν ἐν τοῖς πταίσμασιν. Ὀξεῖα γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ἡ μεταβολὴ, κἀκεῖνος ἄριστος ὁ κἀν τοῖς ἀτυχήμασι νήφων, ἵνα μένῃ καὶ δι' εὐθυμίας ἀναπαλαίων τὰ σφάλματα. Τὰ μέντοι συμβεβηκότα νῦν οὔτε μαλακισθέντων ἡμῶν, οὔτε παρὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀρετὴν γέγονεν· ἀλλὰ κἀκείνοις τοῦ πλεονεκτῆσαι καὶ τοῦ διαμαρτεῖν ἡμῖν αἴτιον ἡ δυσχωρία. Καθ' ἣν ἄν τις ὑμῶν μέμψαιτο τῆς ὁρμῆς τὸ ἀταμίευτον. Ἀναφυγόντων γὰρ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῶν πολεμίων ἑαυτοὺς ὑποστέλλειν ἐχρῆν, καὶ μὴ κατὰ κορυφὴν ἱσταμένοις τοῖς κινδύνοις ἕπεσθαι· κρατοῦντας δὲ τῆς κάτω πόλεως κατ' ὀλίγον προκαλεῖσθαι τοὺς ἀναφυγόντας εἰς ἀσφαλῆ καὶ ἑδραίαν μάχην. Νυνὶ δὲ ἀκρατῶς ἐπὶ τὴν νίκην ἐπειγόμενοι τῆς ἀσφαλείας ἠμελήσατε. Τὸ δὲ ἀπερίσκεπτον ἐν πολέμῳ καὶ τῆς ὁρμῆς μανιῶδες οὐ πρὸς Ῥωμαίων, οἳ πάντα ἐμπειρίᾳ καὶ τάξει κατορθοῦμεν, ἀλλὰ βαρβαρικὸν, καὶ ᾧ μάλιστα Ἰουδαῖοι κρατοῦνται. Χρὴ τοίνυν ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν ἀναδραμεῖν καὶ θυμοῦσθαι μᾶλλον ἢ προσαθυμεῖν τῷ παρ' ἀξίαν πταίσματι. Τὴν δὲ ἀρίστην ἕκαστος ἐκ τῆς ἰδίας χειρὸς ἐπιζητείτω παραμυθίαν. Οὕτω γὰρ τοῖς

tum neque honestum putasset, rerum autem quas ab adolescentia gesserat et suæ virtutis memor, quasi Dei afflato, ex eorum qui cum ipso erant corporibus et armaturis testudinem facit. Atque ita bellum a vertice defluens sustinet, et neque virorum neque telorum multitudinem formidans, perseverabat, donec hostes, ejus animi præsentiam divinam esse reputantes, ardorem remitterent. Quum autem minus acriter instarent, ipse pedem referebat, non prius tergum convertens quam extra muros esset. Et plurimi quidem Romani milites ea pugna ceciderunt, in quibus et Ebutius decurio, vir qui non eo tantum prælio quo periit, sed ubique antea se fortissimum præstitit et mala plurima Judæis intulit. Centurio autem quidam, Gallus nomine, media in turba, cum decem militibus in cujusdam domum clam subiit : quumque eos qui in ea erant audivisset inter se, dum cœnarent, colloquentes de iis quæ populus contra Romanos aut pro se statuerant (erat enim et ipse Syrus, itemque Syri qui cum eo erant), nocte illos adortus omnes jugulat et ad Romanos salvus cum militibus evasit.

(V.) 6. Vespasianus autem exercitui adversorum casuum cogitatione dejecto, quodque non antea ejusmodi cladem fuerant experti, maxime vero quod eos puderet ducem in periculis deseruisse, solamen adhibebat, nihil quidem de se dicens, ut omnino non videretur conqueri, « oportere autem dicens quæ communia essent fortiter ferre, belli naturam secum animo reputantes, quodque nusquam sine sanguine reportetur victoria : fortuna quippe mutabilis circumstat. Certe quum tot millia Judæorum interfecerint, ipsos fortunæ vicissim parvi aliquid pependisse. Atque ut ineptorum esse rebus secundis valde insolescere, ita ignavorum calamitate accepta trepidare. Velox enim est in utramque partem mutatio, atque ille fortissimus, cujus sobrius est animus, etiam quum res male ceciderint, ita ut idem maneat, hilari etiam animo quod perditum erat reparans. Quæ vero nunc acciderunt, neque nostræ mollitiei neque Judæorum virtuti accepta debentur : sed illis tam pugnæ melioris quam nobis deterioris causa erat locorum difficultas. Qua in re est ut aliquis temeritatis vestræ alacritatem reprehendat. Nam quum hostes in loca excelsiora refugissent, manus continere debuistis, neque pericula sequi in summo vertice adeunda, sed capta urbe inferiori paulatim eos, qui in superiora se receperant, ad pugnam certam stabilemque provocare. Nunc autem accidit ut vehementer ad victoriam incitati nullam vestræ salutis rationem habueritis. Verum temerarius et furiosus in bello impetus haud Romanorum est, qui omnia ex peritia et disciplinæ legibus perficimus, sed barbarorum, et quo maxime valent Judæi. Oportet igitur nos ad propriam virtutem recurrere, et irasci potius quam ex errore adeo indigno animum despondere. Atqui optimum quisque sua ex manu quærat solamen. Ita enim vos ultum

ἀπολωλόσι τιμωρήσεσθε καὶ τοὺς ἀνελόντας ἀμυνεῖσθε. Πειράσομαι δὲ ἐγὼ, καθάπερ νῦν, ἐπὶ πάσης μάχης προάγειν τε ὑμῶν εἰς τοὺς πολεμίους, καὶ τελευταῖος ἀποχωρεῖν. »

ζ'. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα λέγων τὴν στρατιὰν ἀνελάμβανε. Τοῖς δὲ Γαμαλεῦσι πρὸς ὀλίγον μὲν θαρρῆσαι τῷ κατορθώματι παρέστη, παραλόγως τε συμβάντι καὶ μεγάλως. Λογιζόμενοι δὲ ὕστερον ἀφῃρῆσθαι σφᾶς αὐτοὺς καὶ δεξιᾶς ἐλπίδα τό τε μὴ δύνασθαι διαφεύγειν ἐννοοῦντες (ἤδη γὰρ ἐπέλιπε τἀπιτήδεια), δεινῶς ἠθύμουν καὶ ταῖς ψυχαῖς ἀναπεπτώκεσαν· οὐ μὴν εἰς τὸ δυνατὸν ἠμέλουν σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ τὰ περιρρηχθέντα τοῦ τείχους οἱ γενναιότατοι καὶ τὰ μένοντα περισχόντες ἐφύλασσον οἱ λοιποί. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπιχωννύντων τὰ χώματα καὶ πάλιν πειρωμένων εἰσβολῆς, οἱ πολλοὶ διεδίδρασκον ἐκ τῆς πόλεως, κατά τε δυσβάτων φαράγγων, ᾗπερ οὐκ ἔκειντο φυλακαί, καὶ διὰ τῶν ὑπονόμων. Ὅσοι γε μὴν δέει τοῦ ληφθῆναι παρέμενον, ἐνδείᾳ διεφθείροντο· πανταχόθεν γὰρ τροφὴ τοῖς μάχεσθαι δυναμένοις συνηθροίζετο.

(ϛ'.) η'. Καὶ οἱ μὲν ἐν τοιούτοις πάθεσι διεκαρτέρουν. Οὐεσπασιανὸς δὲ πάρεργον ἐποιεῖτο τῆς πολιορκίας τοὺς τὸ Ἰταβύριον κατειληφότας ὄρος, ὅ ἐστι τοῦ μεγάλου πεδίου καὶ Σκυθοπόλεως μέσον· οὗ τὸ μὲν ὕψος ἐπὶ τριάκοντα σταδίους ἀνίσχει, μόλις προσβατὸν κατὰ τὸ προσάρκτιον κλίμα, πεδίον δέ ἐστιν ἡ κορυφὴ σταδίων ἓξ καὶ εἴκοσι, πᾶν τετειχισμένον. Ἤγειρε δὲ τοσοῦτον ὄντα τὸν περίβολον ὁ Ἰώσηπος ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις, τῇ τε ἄλλῃ χορηγούμενος ὕλῃ κάτωθεν καὶ ὕδατι· καὶ γὰρ τοῖς ἐποίκοις μόνον ἦν ὄμβριον. Πολλοῦ οὖν πλήθους ἐπὶ τούτου συνειλεγμένου, Οὐεσπασιανὸς Πλάκιδον σὺν ἱππεῦσιν ἑξακοσίοις πέμπει. Τούτῳ τὸ μὲν προσβαίνειν ἀμήχανον ἦν, ἐλπίδι δὲ δεξιῶν καὶ παρακλήσεως πρὸς εἰρήνην τοὺς πολλοὺς προσεκαλεῖτο· κατῄεσαν δὲ ἀντεπιβουλεύοντες. Ὅ τε γὰρ Πλάκιδος ὡμίλει πρᾳότερον, σπουδάζων αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ λαβεῖν, κἀκεῖνοι κατῄεσαν ὡς πειθόμενοι δῆθεν, ἵνα ἀφυλάκτῳ προσπέσωσιν. Ἐνίκα μέντοι τὸ Πλακίδου πανοῦργον. Ἀρξαμένων γὰρ τῶν Ἰουδαίων μάχης φυγὴν ὑποκρίνεται, καὶ διώκοντας ἑλκύσας ἐπὶ πολὺ τοῦ πεδίου τοὺς ἱππεῖς ἐπιστρέφει. Τρεψάμενος δὲ πλείστους μὲν αὐτῶν ἀναιρεῖ, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ὑποτεμόμενος εἴργει τῆς ἀνόδου. Καὶ οἱ μὲν τὸ Ἰταβύριον καταλιπόντες ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔφευγον, οἱ δὲ ἐπιχώριοι πίστεις λαβόντες (ἐπιλελοίπει δὲ αὐτοὺς τὸ ὕδωρ) τό τε ὄρος καὶ σφᾶς αὐτοὺς Πλακίδῳ παρέδοσαν.

(Ζ'.) θ'. Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Γαμάλας οἱ παραβολώτεροι μὲν φεύγοντες διελάνθανον, οἱ δὲ ἀσθενεῖς διεφθείροντο λιμῷ· τὸ μάχιμον δὲ ἀντεῖχε τῇ πολιορκίᾳ, μέχρι, δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι μηνὸς Ὑπερβερεταίου, τρεῖς τῶν ἀπὸ τοῦ πέμπτου καὶ δεκάτου τάγματος στρατιῶται περὶ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν ὑποδύντες τὸν προὔχοντα κατὰ τούτους πύργον ὑπορύσσουσιν ἡσυχῇ, τοῖς δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ φύλαξιν οὔτε προσιόντων αἴσθησις (νὺξ γὰρ ἦν) οὔτε

ibitis amissos, et vindicatum in eos a quibus perempti sunt. Mihi autem curæ erit, quemadmodum et nunc, in omni pugna vobis contra hostes præire, novissimusque inde discedere. »

7. Et ille quidem istiusmodi verbis recreabat exercitum. Tunc autem Gamalenses paulisper quidem fiduciam sumpserunt ex rebus feliciter valdeque præter omnem opinionem gestis. Postea vero reputantes sibi ipsis ablatam esse fœderis spem, cogitantesque quod minime possent effugere (jam enim victus eos defecerat), magna erant in anxietate, animique illis ceciderunt: suam tamen, quoad ejus fieri posset, salutem curabant: quippe fortissimi illorum muri partes diffractas, atque integrarum ambitum reliqui custodiebant. At quum Romani aggeres construerent, iterumque irruptionem facere niterentur, multi ex civitate per valles impervias, ubi nullæ erant excubiæ, et per cloacas diffugiebant. Ceterum quotquot præ metu ne caperentur manebant, inopia interibant: nam iis solum, qui pugnando erant, undique congerebatur alimentum.

(VI.) 8. Atque illi quidem in hujusmodi calamitatibus perdurabant. Vespasianus autem præter obsidionem succisivo opere eos adoritur, qui montem Itabyrium occupaverant, inter Campum magnum et Scythopolin medium: cujus quidem altitudo stadiis triginta adsurgit, septemtrionali latere fere inaccessa; in vertice autem planities viginti sex stadiorum patet, tota muro circumdata. Ceterum hunc circuitum tantum quadraginta diebus muniverat Josephus, cui et aliarum rerum copiam insuper et aquam suppeditabant loca inferiora: etenim incolis nulla erat præter pluvialem. Ingenti itaque in eum multitudine congregata, Vespasianus mittit Placidum cum equitibus sexcentis. Huic quidem nulla erat via qua montem ascenderet; fœderis autem culpæque deprecandæ spe multitudinem ad pacem hortabatur: et descendebant insidiandi animo. Nam et Placidus mitius cum illis colloquebatur, id agens ut eos in planitie caperet; atque illi tanquam dicto audientes descendebant, ut incautum adorirentur. Vicit tamen Placidi astutia. Cœpto enim a Judæis prælio, fugam simulat: quumque insequentes in multum campi pellexisset, equites in eos convertit. Quibus terga dantibus, plurimos quidem illorum interficit, reliquæ vero multitudini reditum in montem præcidit, adeo ut illi Itabyrio relicto Hierosolyma se fuga reciperent; indigenæ vero, quod summa aquarum penuria laborarent, et montem et se ipsos fide accepta Placido tradiderunt.

(VII.) 9. Verum ex Gamalensibus qui visi sunt audaciores fuga dispersi latebant, et turba imbellis fame peribat; pugnantium tamen manus obsidionem sustinebat, donec tres ex decimaquinta legione milites, circa matutinas vigilias, secundo et vicesimo die mensis Hyperberetæi, editissimam versus ipsos turrim subirent, eamque clam suffoderent, custodibus ei appositis, neque quum accederent (quippe nox erat) neque postquam adessent, quidquam sentientibus.

προσελθόντων ἐγένετο. Οἱ δὲ στρατιῶται φειδόμενοι τοῦ ψόφου πέντε τοὺς κραταιοτάτους ἐκκυλίσαντες τῶν λίθων, ὑποπηδῶσι· κατηρείπετο δὲ ὁ πύργος ἐξαίφνης μετὰ μεγίστου ψόφου. Καὶ συγκατακρημνίζονται μὲν οἱ φύλακες αὐτῷ, θορυβηθέντες δὲ οἱ κατὰ τὰς ἄλλας φυλακὰς ἔφευγον, καὶ πολλοὺς διεκπαίειν τολμῶντας οἱ Ῥωμαῖοι διέφθειραν, ἐν οἷς καὶ Ἰώσηπόν τις ὑπὲρ τὸ παρερρηγμένον τοῦ τείχους ἐκδιδράσκοντα βαλὼν ἀναιρεῖ. Τῶν δ' ἀνὰ τὴν πόλιν διασεισθέντων ὑπὸ τοῦ ψόφου διαδρομή τε ἦν καὶ πτοία πολλὴ, καθάπερ εἰσπεπτωκότων πάντων τῶν πολεμίων. Ἔνθα καὶ Χάρης κατακείμενος καὶ νοσηλευόμενος ἐκλείπει, πολὺ τοῦ δέους συνεργήσαντος εἰς θάνατον τῇ νόσῳ. Ῥωμαῖοί γε μὴν, μεμνημένοι τοῦ προτέρου πταίσματος, οὐκ εἰσέβαλον ἕως τρίτης καὶ εἰκάδος τοῦ προειρημένου μηνός.

ι'. Τίτος δὲ (ἤδη γὰρ παρῆν) ὀργῇ τῆς πληγῆς ἣν παρ' αὐτῶν ἐπλήγησαν ἀπόντος Ῥωμαῖοι τῶν ἱππέων ἐπιλέξας διακοσίους, πρὸς οἷς καὶ πεζοὺς, εἰσέρχεται εἰς τὴν πόλιν ἡσυχῇ. Καὶ παρελθόντος οἱ μὲν φύλακες αἰσθόμενοι μετὰ βοῆς ἐχώρουν ἐπὶ τὰ ὅπλα, δήλης δὲ τῆς εἰσβολῆς ταχέως καὶ τοῖς εἴσω γενομένης, οἱ μὲν ἁρπάζοντες τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἐπισυρόμενοι πρὸς τὴν ἄκραν ἀνέφευγον μετὰ κωκυτοῦ καὶ βοῆς, οἱ δὲ τὸν Τίτον ὑπαντιάζοντες ἀδιαλείπτως ἔπιπτον. Ὅσοι δὲ ἀπεκωλύθησαν ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἀναδραμεῖν, ὑπ' ἀμηχανίας εἰς τὰς τῶν Ῥωμαίων φρουρὰς ἐξέπιπτον. Ἄπειρος δὲ ἦν πανταχοῦ φονευομένων ὁ στόνος, καὶ τὸ αἷμα πᾶσαν ἐπέκλυζε τὴν πόλιν κατὰ πρανοῦς χεόμενον. Πρὸς δὲ τοὺς ἀναφεύγοντας εἰς τὴν ἄκραν ἐπεβοήθει Οὐεσπασιανὸς πᾶσαν εἰσαγαγὼν τὴν δύναμιν. Ἦν δὲ ἥ τε κορυφὴ πάντοθεν πετρώδης καὶ δύσβατος, εἰς ἄπειρον ὕψος ἐπηρμένη, καὶ πανταχόθεν τοῦ πλήθους κατέγεμε, περιειλημμένη κρημνοῖς, κατέτεμνόν τε ἐνταῦθα τοὺς προσβαίνοντας οἱ Ἰουδαῖοι, τούς τε ἄλλους βέλεσι καὶ πέτραις κατακυλινδοῦντες ἐκάκουν, αὐτοὶ δὲ δι' ὕψος ἦσαν δυσέφικτοι βέλεσι. Γίνεται δὲ πρὸς ἀπώλειαν αὐτῶν ἀντικρὺ θύελλα δαιμόνιος, ἣ τὰ μὲν Ῥωμαίων ἔφερεν εἰς αὐτοὺς βέλη, τὰ δὲ αὐτῶν ἀνέστρεφε καὶ πλάγια παρέσυρεν. Οὔτε δὲ τοῖς ἀποκρήμνοις ἐφίστασθαι διὰ τὴν βίαν ἐδύναντο τοῦ πνεύματος, μηδὲν ἑδραῖον ἔχοντες, οὔτε τοὺς προσβαίνοντας καθορᾶν. Ἐπαναβαίνουσι δὲ Ῥωμαῖοι, καὶ περισχόντες οὓς μὲν ἀμυνομένους ἔφθανον, οὓς δὲ χεῖρας προϊσχοντας. Ἐτόνου δὲ τὸν θυμὸν αὐτοῖς ἐπὶ πάντας ἡ μνήμη τῶν ἐπὶ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἀπολωλότων. Ἀπογινώσκοντες δὲ τὴν σωτηρίαν πανταχόθεν οἱ πολλοὶ περισχόμενοι τέκνα καὶ γυναῖκας ἑαυτοὺς κατεκρήμνιζον εἰς τὴν φάραγγα· βαθυτάτη δὲ αὕτη κατὰ τὴν ἄκραν ὑπώρυκτο. Συνέβη δὲ τὴν Ῥωμαίων ὀργὴν τῆς εἰς αὐτοὺς ἀπονοίας τῶν ἁλόντων πρᾳοτέραν φανῆναι. Τετρακισχίλιοι μέν γε ὑπὸ τούτων ἐσφάγησαν, οἱ δὲ ῥίψαντες ἑαυτοὺς ὑπὲρ πεντακισχιλίους ηὑρέθησαν· διεσώθη δὲ πλὴν δύο γυναικῶν οὐδείς. Τῆς Φιλίππου δὲ ἦσαν ἀδελφῆς θυγατέρες αὗται· αὐτὸς δ' ὁ Φίλιππος

Iidem autem milites, cavendo ne strepitus fieret, quinque saxis validissimis evolutis se proripiunt, subitoque turris cum ingenti fragore decidit. Et custodes quidem ejus una præcipitantur : qui vero alibi custodias agebant, perturbati fugiebant; multosque erumpere audentes occidere Romani, in quibus et Josephum, super partem muri dejectam excurrentem, quidam jaculo perimit. Ab iis autem qui in urbe erant, ex isto sonitu mente permotis, undique discursum est et valde trepidatum, tanquam hostes universi irruptionem fecissent. Tunc et Chares lecto decumbens inter curationem efflat animam, magno timore nonnihil faciente ut morbus ad mortem usque ingravesceret. Ceterum Romani, prioris cladis memores, ante vicesimam et tertiam diem mensis prædicti urbem non sunt ingressi.

10. Titus autem (quippe jam aderat) indignatione plagæ quam Romani ab ipsis se absente acceperant, delectis equitibus ducentis ac præterea peditibus, quiete in urbem intrat. Quem quum vigiles quidem prætergressum sensissent, ad arma cum clamore properabant. Cognito autem etiam ab iis qui intus erant introitu, alii quidem liberos rapientes et conjuges post se trahentes cum ululatu et exclamationibus in arcem refugiebant : alii vero Tito occurrentes sine ulla intermissione cadebant. Et quotquot prohibiti erant quominus in arcem se fuga reciperent, præ consilii inopia delabebantur in Romanorum præsidia. Atque creberrimi erant ubique morientium gemitus, ac cruor per loca prona effusus urbem omnem inferiorem inundabat. Ceterum contra eos, qui arcem fuga occupaverant, cum toto statim exercitu ibat Vespasianus. Erat autem vertex undique saxosus et accessu difficilis, in immensum editus, et ex omni parte multitudine plenus erat, præcipitiis circumdatus : unde adeuntes ad ipsos conficiebant Judæi, aliosque telis ac lapidibus devolutis male accipiebant, ad ipsos vero propter loci altitudinem nullæ pertingebant sagittæ. Ipsorum autem ad interitum divinitus plane immissa oritur procella, quæ Romanorum quidem tela in eos ferebat, ipsorum autem in obliquum trahens a Romanis avertebat. At neque in præruptis consistere valebant propter venti vehementiam, ut qui nihil stabile haberent, neque ad se accedentes prospicere. Romani autem ascendunt, quumque eis semet circumdedissent, alios quidem repugnantes, alios vero semet dedentes præveniebant. Illis vero in omnes iram intendebat recordatio illorum qui prima in impressione perierunt. Quo factum ut multi salutem desperantes filios et conjuges amplexi semetipsos in vallem præcipitarint, quæ juxta arcem in immensum suffossa erat. Evenit autem ut ipsorum in se qui capti fuerant immanitate lenior appareret Romanorum iracundia. Ab his enim quater mille perempti erant, quinquies vero mille et amplius reperti qui sese præcipites dederunt : nemo autem præter duas mulieres interitum effugit. Atque illæ Philippi sororis filiæ erant, ipse vero Philippus Jacimi cujusdam, viri nobilis,

Ἰακίμου τινὸς ἀνδρὸς ἐπισήμου, στρατάρχήσαντος Ἀγρίππα τῷ βασιλεῖ. Διεσώθησαν δὲ τὰς παρὰ τὴν ἅλωσιν ὀργὰς Ῥωμαίων λαθοῦσαι. Οὐδὲ γὰρ νηπίων ἐφείδοντο, πολλὰ δὲ ἕκαστος τότε ἁρπάζοντες ἐσφενδόνων ἀπὸ τῆς ἄκρας. Γάμαλα μὲν οὖν οὕτως ἑάλω τρίτῃ καὶ εἰκάδι μηνὸς Ὑπερβερεταίου, τῆς ἀποστάσεως ἀρξαμένης Γορπιαίου μηνὸς τετάρτῃ καὶ εἰκάδι.

ΚΕΦ. Β'.

Μόνη δὲ Γίσχαλα πολίχνη τῆς Γαλιλαίας ἀχείρωτος κατελείπετο, τοῦ μὲν πλήθους εἰρηνικὰ φρονοῦντος (καὶ γὰρ ἦσαν τὸ πλέον γεωργοὶ καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐλπίσιν ἀεὶ προσανέχοντες), παρεισεφθαρμένου δὲ αὐτοῖς οὐκ ὀλίγου λῃστρικοῦ τάγματος, ᾧ τινες καὶ τοῦ πολιτικοῦ συνενόσουν. Ἐνῆγε δὲ τούτους εἰς τὴν ἀπόστασιν καὶ συνεκρότει Λευίου τινὸς υἱὸς Ἰωάννης, γόης ἀνὴρ καὶ ποικιλώτατος τὸ ἦθος, πρόχειρος μὲν ἐλπίσαι μεγάλα, δεινὸς δὲ τῶν ἐλπισθέντων περιγενέσθαι, παντί τε ὢν δῆλος ἀγαπᾶν τὸν πόλεμον εἰς δυναστείας ἐπίθεσιν. Ὑπὸ τούτῳ τὸ στασιῶδες ἐν τοῖς Γισχάλοις ἐτέτακτο, δι' οὓς τυχὸν καὶ πρεσβευσάμενον περὶ παραδόσεως τὸ δημοτικὸν ἐν πολέμου μοίρᾳ τὴν Ῥωμαίων ἔφοδον ἐξεδέχετο. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐπὶ μὲν τούτους Τίτον ἐκπέμπει σὺν χιλίοις ἱππεῦσι, τὸ δέκατον δὲ τάγμα ἀπαίρει εἰς Σκυθόπολιν· αὐτὸς δὲ σὺν δυσὶ τοῖς λοιποῖς ἐπανῆλθεν εἰς Καισάρειαν, τοῦ τε συνεχοῦς καμάτου διδοὺς ἀνάπαυσιν αὐτοῖς καὶ δι' εὐθηνίαν τῶν πόλεων τά τε σώματα καὶ τὸ πρόθυμον ὑποθρέψειν οἰόμενος ἐπὶ τοὺς μέλλοντας ἀγῶνας. Οὐ γὰρ ὀλίγον ἑαυτῷ πόνον ἑώρα περὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις λειπόμενον, ἅτε δὴ βασιλείου μὲν οὔσης τῆς πόλεως καὶ προανεχούσης ὅλου τοῦ ἔθνους, συρρεόντων δὲ εἰς αὐτὴν τῶν ἐκ τοῦ πολέμου διαδιδρασκόντων. Τό γε μὴν φύσει ὀχυρὸν αὐτῆς, καὶ διὰ κατασκευὴν τειχῶν, ἀγωνίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐνεποίει· τὰ δὲ φρονήματα τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰς τόλμας δυσμεταχειρίστους καὶ δίχα τειχῶν ὑπελάμβανε. Διὸ δὴ τοὺς στρατιώτας καθάπερ ἀθλητὰς προήσκει τῶν ἀγώνων.

(Θ'.) β'. Τίτῳ δὲ προσιππασαμένῳ τοῖς Γισχάλοις εὐπετὲς μὲν ἦν ἐξ ἐφόδου τὴν πόλιν ἑλεῖν· εἰδὼς δὲ, εἰ βίᾳ ληφθείη, διαφθαρησόμενον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνέδην τὸ πλῆθος (ἦν δὲ αὐτῷ κόρος ἤδη φόνων) καὶ δι' οἴκτου τὸ πλέον ἀκρίτως συναπολούμενον τοῖς αἰτίοις, ἐβούλετο μᾶλλον ὁμολογίαις παραστήσασθαι τὴν πόλιν. Καὶ δὴ τοῦ τείχους ἀνδρῶν καταγέμοντος, οἳ τὸ πλέον ἦσαν ἐκ τοῦ διεφθαρμένου τάγματος, θαυμάζειν, ἔφη πρὸς αὐτοὺς, τίνι πεποιθότες, πάσης ἑαλωκυίας πόλεως, μόνοι τὰ Ῥωμαίων ὅπλα μένουσιν, ἑορακότες μὲν ὀχυρωτέρας πολλῷ πόλεις ὑπὸ μίαν προσβολὴν κατεστραμμένας, ἐν ἀσφαλείᾳ δὲ τῶν ἰδίων κτημάτων ἀπολαύοντας ὅσοι ταῖς Ῥωμαίων δεξιαῖς ἐπίστευσαν, ἃς καὶ νῦν προτείνειν αὐτοῖς, μηδὲν μνησικακῶν τῆς αὐθαδείας. Εἶναι γὰρ συγγνωστὸν ἐλευθερίας ἐλπίδα, μηκέτι μέντοι τὴν ἐν τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιμονήν. Εἰ

qui Agrippæ regis exercitui præfuerat. Evaserunt autem, quod iræ Romanorum in excidio sese subduxerant. Nec enim infantibus pepercerunt, multos vero singuli eo tempore raptos ex arce projiciebant. Atque ita quidem Gamala excisa erat, tertio et vicesimo die mensis Hyperberetæi, cœpta defectione a quarto et vicesimo die mensis Gorpiæi.

CAP. II. (VIII.)

Jamque solum Gischala Galilææ oppidum restabat indomitum; cujus quidem multitudo pacis studio tenebatur (etenim plerique agricolæ erant et ad speratos fructus semper attenti), verum non exigua latronum manus in eos perniciose irrepserat, quorum contagio nonnulli etiam de civitate corrupti erant. Hos autem ad defectionem impellebat atque incitabat Joannes Levi cujusdam filius, homo fallaciis plenus, variusque moribus, ad magna quidem speranda proclivis, et ad sperata assequenda plurimum valens, quemque omnes cognorant bellum amare dominatus occupandi desiderio. Ab illo apud Gischala stabat seditiosorum turba, quorum causa fortasse et populus, qui in eo erant ut de deditione legatos mitterent, Romanorum adventum tanquam prœliaturi exspectabant. At Vespasianus contra hos quidem Titum mittit cum equitibus mille, decimam vero legionem inde movet Scythopolin : cum reliquis autem duobus ipse Cæsaream regressus est, et continuis ex laboribus requiem illis concedens; et propter rerum in civitatibus abundantiam fore ratus, ut et corpora illis sobolescerent et animis daretur alacritas ad futura certamina. Nam laborem non exiguum sibi superesse videbat circa Hierosolyma, ut quæ et regalis quidem civitas esset, et genti universæ præemineret, et in quam confluerent quotquot ex bello effugerant. Porro quod urbs natura munita esset murisque circumdata, non mediocri affectus erat sollicitudine, præsertim quum virorum spiritum ac audaciam etiam sine muris expugnatu difficilem esse cogitaret. Quapropter milites tanquam athletas ante certamina curabat et exercebat.

(IX.) 2. Tito autem, quum equitando accessisset Gischala, facile quidem erat urbem prima aggressione capere; fore autem sciens ut populus a militibus, si vi capta esset civitas, perimeretur (ipse autem jam satiatus erat cædibus), miseransque multitudinem sine discrimine cum nocentibus interituram, malebat urbem certis conditionibus sibi deditum iri. Itaque quum mœnia hominum plena essent, quorum plerique perditæ factionis erant, ipsis dicebat se mirari, quonam freti consilio, omni alia urbe jam capta, soli Romanorum armis resisterent, quum quidem urbes vidissent multo munitiores primo statim impetu eversas; securos autem fortunis suis potiri, qui Romanorum fidei se credidissent : quam quidem etiam nunc se illis porrigere, ut qui vindictæ non studeret propter ipsorum insolentiam. Illis quippe condonandam esse libertatis spem, haud tamen perseverantiam in iis quæ fieri non possint. Quodsi ver-

γὰρ οὐ πεισθήσονται λόγοις φιλανθρώποις καὶ δεξιαῖς πίστεως, πειράσειν αὐτοὺς ἀφειδῆ τὰ ὅπλα, καὶ ὅσον οὐδέπω γνωσθήσεσθαι παιδιὰν ἐσόμενον τοῖς Ῥωμαίων μηχανήμασι τὸ τεῖχος, ᾧ πεποιθότες ἐπιδείκνυνται μόνοι Γαλιλαίων ὅτι εἰσὶν αὐθάδεις αἰχμάλωτοι.

γʹ. Πρὸς ταῦτα τῶν μὲν δημοτικῶν οὐ μόνον οὐκ ἀποκρίνεσθαί τινι μετῆν, ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβῆναι. Προδιείληπτο γὰρ ἅπαν τοῖς λῃστρικοῖς, καὶ φύλακες τῶν πυλῶν ἦσαν, ὡς μή τινες ἢ προέλθοιεν ἐπὶ τὰς σπονδάς, ἢ δέξαιντό τινας τῶν ἱππέων εἰς τὴν πόλιν. Ὁ δὲ Ἰωάννης αὐτός τε ἀγαπᾶν ἔφη τὰς προκλήσεις καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας ἢ πείσειν ἢ συναναγκάσειν· δεῖν μέντοι τὴν ἡμέραν αὐτὸν ἐκείνην (ἑβδομὰς γὰρ ἦν) χαρίζεσθαι τῷ Ἰουδαίων νόμῳ, καθ' ἣν ὥσπερ ὅπλα κινεῖν αὐτοῖς, οὕτω καὶ τὸ συντίθεσθαι περὶ εἰρήνης ἀθέμιτον. Οὐκ ἀγνοεῖν δὲ οὔτε Ῥωμαίους ὡς ἀργὴ πάντων αὐτοῖς ἐστιν ἡ τῆς ἑβδομάδος περίοδος. Ἐν δὲ τῷ παραβαίνειν αὐτὴν οὐχ ἧττον ἀσεβεῖν τῶν βιασθέντων τὸν βιασάμενον· φέρειν δ' ἐκείνῳ μὲν οὐδεμίαν βλάβην τὰ τῆς ὑπερθέσεως (τί γὰρ ἄν τις ἐν νυκτὶ βουλεύσαιτο δρασμοῦ πλέον; ἐξὸν περιστρατοπεδεύσαντα παραφυλάξαι), μέγα δὲ κέρδος αὐτοῖς τὸ μηδὲν παραβῆναι τῶν πατρίων ἐθῶν· πρέπειν δὲ τῷ παρὰ προσδοκίαν εἰρήνην χαριζομένῳ τοῖς σωζομένοις τηρεῖν καὶ τοὺς νόμους. Τοιούτοις ἐσοφίζετο τὸν Τίτον, οὐ τοσοῦτον τῆς ἑβδομάδος στοχαζόμενος, ὅσον τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας· ἐδεδοίκει δὲ ἐγκαταλειφθῆναι παραχρῆμα τῆς πόλεως ἁλούσης, ἐν νυκτὶ καὶ φυγῇ τὰς ἐλπίδας ἔχων τοῦ βίου. Θεοῦ δὲ ἦν ἔργον ἄρα τοῦ σώζοντος τὸν Ἰωάννην ἐπὶ τῷ τῶν Ἱεροσολύμων ὀλέθρῳ, τὸ μὴ μόνον πεισθῆναι Τίτον τῇ σκήψει τῆς ὑπερθέσεως, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως πορρωτέρω στρατοπεδεύσασθαι πρὸς Κυδυσσοῖς. Μεσόγειος δέ ἐστι Τυρίων κώμη καρτερά, διὰ μίσους ἀεὶ καὶ πολέμου Γαλιλαίοις, ἔχουσα πλῆθός τε οἰκητόρων καὶ τὴν ὀχυρότητα τῆς πρὸς τὸ ἔθνος διαφορᾶς ἐφόδια.

δʹ. Νυκτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης, οὐδεμίαν περὶ τῇ πόλει Ῥωμαίων ἑωρακὼς φυλακήν, τὸν καιρὸν ἁρπασάμενος, οὐ μόνον τοὺς περὶ αὐτὸν ὁπλίτας, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀργοτέρων συχνοὺς ἅμα ταῖς γενεαῖς ἀναλαβών, ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἔφευγε. Μέχρι μὲν οὖν εἴκοσι σταδίων οἷόν τε ἦν συνεξαγαγεῖν γυναικῶν καὶ παιδίων ὄχλον, ἀνθρώπῳ κατασπερχομένῳ τοῖς ὑπὲρ αἰχμαλωσίας καὶ τοῦ ζῆν φόβοις· περαιτέρω δὲ προκόπτοντος ἀπελείποντο, καὶ δειναὶ τῶν ἐωμένων ἦσαν αἱ ὀλοφύρσεις. Ὅσον γὰρ ἕκαστος τῶν οἰκείων ἐγίνετο πορρωτέρω, τοσοῦτον ἐγγὺς ὑπελάμβανεν εἶναι τῶν πολεμίων. Παρεῖναί τε ἤδη τοὺς αἰχμαλωτισομένους δοκοῦντες ἐπτόηντο, καὶ πρὸς τὸν ἀλλήλων ἐκ τοῦ δρόμου ψόφον ἐπεστρέφοντο, καθάπερ ἤδη παρόντων οὓς ἔφευγον· ἀνοδίαις τε ἐνέπιπτον οἱ πολλοί, καὶ περὶ τὴν λεωφόρον ἡ τῶν φθανόντων ἔρις συνέτριβε τοὺς πολλούς. Οἰκτρὸς δὲ γυναικῶν καὶ παιδίων ὄλεθρος ἦν, καί τινες πρὸς ἀνακλήσεις ἀνδρῶν τε καὶ συγγενῶν ἐθάρσησαν, μετὰ κωκυτῶν ἱκετεύου-

bis benignis fideique datæ non paruerint, arma experturos esse nemini parcentia, jamque cognituros machinis Romanorum ludum factum iri mœnia, quibus confisi soli ex Galilæis sese ostendant arrogantes esse captivos.

3. Ad ista nemini quidem popularium non modo non respondere, sed ne murum quidem licebat ascendere. Quippe totum latrones occupaverant, et custodes erant portis appositi, ne quis vel ad fœdus prodiret, aut equitum quenquam in civitatem reciperet. Joannes autem accipere se conditiones aiebat, atque renitentibus aut persuasurum aut necessitatem adhibiturum; oportere tamen ipsum diem illam (nam septima erat) Judæorum legi concedere, in qua uti illis arma movere, ita de pace aliquid constituere nefas sit. Nam et Romanos haud nescire, ipsos ab omni opere cessare quolibet septem dierum circuitu. Quod si aliter facerent, non minus qui cogerent, quam qui coacti agerent, impios esse, nullumque ipsi quidem ex mora fore dispendium (quid enim quisquam una nocte statuere posset, nisi ut fuga sibi consuleret? quum tamen ipsi liceret, castris circumpositis ea de re cavere), magnum autem ipsis lucrum esse nihil omnino contra leges patrias facere: illum vero decere, qui præter exspectationem det pacem, salvis etiam legem conservare. Ejusmodi verbis dolos nectebat Tito, non tantum septimæ diei religioni prospiciens, quantum suæ saluti: quippe verebatur, ne statim capta civitate solus destitueretur, qui omnem in noctu et fuga spem vitæ posuerat. A Deo autem erat profecto, Joannem in Hierosolymorum excidium servante, ut non solum Tito persuaderetur prætextu et procrastinatione, verum etiam ut longius ab urbe castra metaret, ad Cydyssa. Vicus autem est validus Tyriorum mediterraneus, semper infensus et infestus Galilæis, habens multitudinem incolarum, et munitionem opportunam dissidiis quæ illis cum ea gente intercedebant.

4. Nocte autem Joannes, quum nullas Romanorum excubias esse circa urbem animadvertisset, opportunitate arrepta, non solum his quos circa se habebat armatis, sed etiam plurimis qui nihil agebant cum familiis abductis, Hierosolyma fugiebat. Et usque ad viginti quidem stadia mulierum multitudinem secum ducere valebat, homo quem captivitatis et vitæ discriminis metus urgebat: quum vero ultra progrederetur, relinquebantur; relictorumque gravis erat luctus et lamentatio. Quanto enim quisque longius a suis aberat, tanto se hostibus propiorem esse credebat. Jamque adesse qui ipsos captivos facturi essent existimantes, animis consternati erant, atque subinde ad strepitum ex sui ipsorum cursu respectabant, tanquam instarent quos fugiebant: multique in loca invia incidebant, et, dum per viam contendebant quis alterum præveniret, multi proterebantur. Miserabilis autem erat feminarum et infantium interitus: et nonnullæ ad viros et propinquos clamorem tollere ausæ sunt, cum ejulatu supplicantes ut ipsas opperi-

σαι περιμένειν. Ἀλλ' ἐνίκα τὸ Ἰωάννου παρακέλευσμα, σώζειν ἑαυτοὺς ἐμβοῶντος καὶ καταφεύγειν, ἔνθα καὶ περὶ τῶν ἀπολειπομένων ἀμυνοῦνται Ῥωμαίους ἂν ἁρπαγῶσι. Τὸ μὲν οὖν τῶν διαδιδρασκόντων πλῆθος ὡς ἕκαστος ἰσχύος εἶχεν ἢ τάχους ἐσκέδαστο.

ε'. Τίτος δὲ μεθ' ἡμέραν ἐπὶ τὰς συνθήκας πρὸς τὸ τεῖχος παρῆν. Ἀνοίγει δὲ αὐτῷ τὰς πύλας ὁ δῆμος, καὶ μετὰ τῶν γενεῶν προσελθόντες ἀνευφήμουν ὡς εὐεργέτην καὶ φρουρᾶς ἐλευθερώσαντα τὴν πόλιν. Ἐδήλουν γὰρ ἅμα τὴν τοῦ Ἰωάννου φυγὴν, καὶ παρεκάλουν φείσασθαί τε αὐτῶν, καὶ παρελθόντα τοὺς ὑπολειπομένους τῶν νεωτεριζόντων κολάσαι. Ὁ δὲ, τὰς δεήσεις τοῦ δήμου ἐν δευτέρῳ θέμενος, μοῖραν ἔπεμπε τῶν ἱππέων, Ἰωάννην διώξουσαν. Οἱ τὸν μὲν οὐ καταλαμβάνουσιν (ἔφθη γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα διαφυγὼν), τῶν δὲ συναπαράντων ἀποκτείνουσι μὲν εἰς ἑξακισχιλίους, γύναια δὲ καὶ παιδία, τρισχιλίων ὀλίγον ἀποδέοντα, περιελάσαντες ἀνήγαγον. Ὁ δὲ Τίτος ἤχθετο μὲν ἐπὶ τῷ μὴ παραχρῆμα τιμωρήσασθαι τὸν Ἰωάννην τῆς ἀπάτης· ἱκανὸν δὲ ἀστοχήσαντι τῷ θυμῷ παραμύθιον ἔχων τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων καὶ τοὺς διεφθαρμένους, εἰσῄει τε ἀνευφημούμενος εἰς τὴν πόλιν· καὶ τοῖς στρατιώταις ὀλίγον τοῦ τείχους παρασπάσαι κελεύσας νόμῳ καταλήψεως, ἀπειλαῖς μᾶλλον ἢ κολάσει τοὺς ταράσσοντας τὴν πόλιν ἀνέστελλε· πολλοὺς γὰρ ἂν διὰ τὰ οἰκεῖα μίση καὶ διαφορὰς ἰδίας ἐνδείξασθαι τοὺς ἀναιτίους, εἰ διακρίνοι τοὺς τιμωρίας ἀξίους· ἄμεινον δὲ εἶναι μετέωρον ἐν φόβῳ τὸν αἴτιον καταλιπεῖν ἤ τινα τῶν οὐκ ἀξίων αὐτῷ συναπολεῖν. Τὸν μὲν γὰρ ἴσως καὶ σωφρονίσαι δέει κολάσεως, τὴν ἐπὶ τοῖς παρῳχηκόσι συγγνώμην αἰδούμενον· ἀδιόρθωτον δὲ τὴν ἐπὶ τοῖς παραναλωθεῖσι τιμωρίαν εἶναι. Φρουρᾷ μέντοι τὴν πόλιν ἠσφαλίσατο, δι' ἧς τούς τε νεωτερίζοντας ἐρέξειν καὶ τοὺς εἰρηνικὰ φρονοῦντας θαρραλεωτέρους καταλείψειν ἔμελλε. Γαλιλαία μὲν οὕτως ἑάλω πᾶσα, πολλοῖς ἱδρῶσι προγυμνάσασα Ῥωμαίους.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἐπὶ δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πρὸς τὴν εἴσοδον τοῦ Ἰωάννου ὁ πᾶς δῆμος ἐξεκέχυτο, καὶ περὶ ἕκαστον τῶν συμπεφευγότων μυρίος ὅμιλος συνηθροισμένος τὰς ἔξωθεν συμφορὰς ἀνεπυνθάνετο. Τῶν δὲ τὸ μὲν ἆσθμα θερμὸν ἔτι κοπτόμενον ἐδήλου τὴν ἀνάγκην. Ἠλαζονεύοντο δὲ κἂν κακοῖς, οὐ πεφευγέναι τοὺς Ῥωμαίους φάσκοντες, ἀλλ' ἥκειν πολεμήσοντες αὐτοὺς ἐξ ἀσφαλοῦς· ἀλογίστων γὰρ εἶναι καὶ ἀχρήστων παραβόλως προκινδυνεύειν περὶ Γίσχαλα καὶ πολίχνας ἀσθενεῖς, δέον τὰ ὅπλα καὶ τὰς ἀκμὰς ταμιεύεσθαι τῇ μητροπόλει καὶ συμφυλάσσειν. Ἔνθα δὴ παρεδήλουν τὴν ἅλωσιν τῶν Γισχάλων, καὶ τὴν λεγομένην εὐσχημόνως ὑποχώρησιν αὐτῶν οἱ πολλοὶ δρασμὸν ἐνενόουν. Ὡς μέντοι τὰ περὶ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ἠκούσθη, σύγχυσις οὐ μετρία κατέσχε τὸν δῆμον, καὶ μεγάλα τῆς ἑαυτῶν ἁλώσεως συνελογίζοντο τὰ τεκμήρια. Ἰωάννης

rentur. Sed pervincebat Joannis exhortatio, ut se ipsos servarent inclamantis, eoque confugerent unde vindicta fieri posset in Romanos si pignora ipsorum raperent. Et multitudo quidem eorum qui fugerant, pro suis quisque viribus ac celeritate dissipata est.

5. Titus vero luce facta ad muros se sistebat, ut conditiones ferret. Populus autem ei portas aperiunt, quumque ad eum cum liberis et conjugibus accessissent, et tanquam benefactori, et qui custodia civitatem liberasset, acclamabant. Simul enim Joannis fugam indicabant, et ut ipsis parceretur obsecrabant, ingressusque quotquot novarum rerum cupidi superessent pœna afficeret. Ille vero, posthabitis populi precibus, equitum cohortem ad Joannem persequendum mittebat, qui ipsum quidem non capiunt (prius enim Hierosolyma se fuga receperat), una autem fugientium ad sex quidem millia perimunt, mulierum vero ac infantum paulo minus quam tria millia circumagendo reducebant. Titus autem graviter quidem tulit quod non statim fraudis pœnas a Joanne exegerat: animo vero, quod spe deciderat, irato satis habens ad solatium captivorum et qui trucidati erant multitudinem, in urbem cum faustis acclamationibus ingreditur: quumque milites jussisset partem muri exiguam jure apprehensionis divellere, minitando magis quam puniendo civitatis perturbatores reprimebat: multos enim propter odia privata suasque inimicitias delatores innocentium fore, si pœna dignos discerneret: meliusque esse ut noxium metu suspensum relinqueret quam ut immeritum quenquam cum eo perderet. Quippe illum fortassis modestiorem futurum supplicii metu, præteritorum veniam sibi datam reverentem; sine causa vero morientium pœnas nullo modo corrigi posse. Præsidiis tamen civitatem circumdedit, quorum ope et novarum rerum cupidos coerceret et paci studentes fortius animatos esset relicturus. Et Galilæa quidem omnis ita subacta est, postquam multo sudore Romanos exercuisset.

CAP. III. (X.)

Quum primum vero Hierosolyma ingressus est Joannes, civitas omnis ad eum se effudit: et in ingentem turbam circa singulos, qui una confugerant, congregati, quas foris experti essent clades percontabantur. Illorum autem fervens quidem anhelitus, singultim tractus, necessitatem indicabat. Verumtamen etiam in malis sibi arrogabant, non Romanos se fugisse dicentes, sed venire ut cum illis ex loco tutiori pugnarent: inconsultorum enim atque inutilium esse hominum, temere pro Gischalis et invalidis oppidulis in periculum se conjicere, quum arma vigoremque oporteat pro metropoli recondere atque servare. Inde autem Gischalorum excidium referebant, et honestam quam simulabant discessionem suam multi fugam esse reputabant. Auditis autem quæ captivis acciderant, non mediocris populum occupabat confusio, atque inde certa excidii sui colligebant indicia. At Joannes, eorum quidem causa

δὲ ἐπὶ μὲν τοῖς καταλειφθεῖσιν ἧττον ἠρυθρία, περιιὼν δὲ ἑκάστους ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐνῆγε ταῖς ἐλπίσι, τὰ μὲν Ῥωμαίων ἀσθενῆ κατασκευάζων, τὴν δὲ οἰκείαν δύναμιν ἐξαίρων, καὶ κατειρωνευόμενος τῆς τῶν ἀπείρων ἀγνοίας, ὡς οὐδ' ἂν πτερὰ λαβόντες ὑπερβαῖέν ποτε Ῥωμαῖοι τὸ Ἱεροσολύμων τεῖχος, οἱ περὶ ταῖς τῶν Γαλιλαίων κώμαις κακοπαθοῦντες, καὶ πρὸς τοῖς ἐκεῖ τείχεσι κατατρίψαντες τὰς μηχανάς.

β'. Τούτοις τὸ πολὺ τῶν νέων προσδιεφθείρετο, καὶ πρὸς μὲν τὸν πόλεμον ἦρτο, τῶν δὲ σωφρονούντων καὶ γηραιῶν οὐκ ἦν ὅστις οὐ τὰ μέλλοντα προορώμενος ὡς ἤδη τῆς πόλεως οἰχομένης ἐπένθει. Ὁ μὲν οὖν δῆμος ἦν ἐν τοιαύτῃ συγχύσει· προδιέστη δὲ τὸ κατὰ τὴν χώραν πλῆθος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις στάσεως. Ὁ μὲν γὰρ Τίτος ἀπὸ Γισχάλων εἰς Καισάρειαν, Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀπὸ Καισαρείας εἰς Ἰάμνειαν καὶ Ἄζωτον ἀφικόμενος παρίσταταί τε αὐτὰς καὶ φρουροὺς ἐγκαταστήσας ὑπέστρεψε, πολὺ πλῆθος ἐπαγόμενος τῶν ἐπὶ δεξιᾷ προσκεχωρηκότων. Ἐκινεῖτο δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει ταραχὴ καὶ πόλεμος ἐμφύλιος, ὅσοι τε ἀπὸ Ῥωμαίων ἀνέπνεον, εἰς ἀλλήλους τὰς χεῖρας ἐπέστρεφον. Ἦν δὲ τῶν ἐρώντων τοῦ πολέμου πρὸς τοὺς ἐπιθυμοῦντας εἰρήνης ἔρις χαλεπή. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν οἰκίαις ἥπτετο τῶν μὴ ὁμονοούντων πάλαι τὸ φιλόνεικον, ἔπειτα ἀφηνιάζοντες ἀλλήλων οἱ φίλτατοι λαοὶ, καὶ συνιὼν ἕκαστος πρὸς τοὺς τὰ αὐτὰ προαιρουμένους, ἤδη κατὰ πλῆθος ἀντετάσσοντο. Καὶ στάσις μὲν ἦν πανταχοῦ, τὸ νεωτερίζον δὲ καὶ τῶν ὅπλων ἐπιθυμοῦν ἐπεκράτει νεότητι καὶ τόλμῃ γηραιῶν καὶ σωφρόνων. Ἐτράποντο δὲ πρῶτον μὲν εἰς ἁρπαγὰς ἕκαστοι τῶν ἐπιχωρίων, ἔπειτα συντασσόμενοι κατὰ λόχους ἐπὶ λῃστείαν τῶν κατὰ τὴν χώραν ὡς ὠμότητος καὶ παρανομίας ἕνεκεν μηδὲν αὐτοῖς Ῥωμαίων τοὺς ὁμοφύλους διαφέρειν, καὶ πολὺ τοῖς πορθουμένοις κουφοτέραν δοκεῖν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἅλωσιν.

(ΙΑ') γ'. Οἱ φρουροὶ δὲ τῶν πόλεων τὰ μὲν ὄκνῳ τοῦ κακοπαθεῖν, τὰ δὲ μίσει τοῦ ἔθνους, οὐδὲν ἢ μικρὰ προσήμυνον τοῖς κακουμένοις, μέχρι κόρῳ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἁρπαγῶν ἀθροισθέντες οἱ τῶν πανταχοῦ συνταγμάτων ἀρχιλῃσταὶ καὶ γενόμενοι πονηρίας στῖφος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παρεισφθείρονται, πόλιν ἀστρατήγητον, καὶ πατρίῳ μὲν ἔθει πᾶν ἀπαρατηρήτως δεχομένην τὸ ὁμόφυλον, τότε δὲ οἰομένων ἁπάντων τοὺς ἐπεισχεομένους πάντας ἀπ' εὐνοίας ἥκειν συμμάχους. Οἳ δὴ καὶ δίχα τῆς στάσεως ὕστερον ἐβάπτισαν τὴν πόλιν· πλήθει γὰρ ἀχρήστῳ καὶ ἀργῷ προεξανηλώθη τὰ τοῖς μαχίμοις διαρκεῖν δυνάμενα, καὶ πρὸς τῷ πολέμῳ στάσιν τε αὑτοῖς καὶ λιμὸν ἐπικατεσκεύασαν.

δ'. Ἄλλοι τε ἀπὸ τῆς χώρας λῃσταὶ παρελθόντες εἰς τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἔνδον προσλαβόντες χαλεπωτέρους οὐδέν τι τῶν δεινῶν παρίεσαν· οἵ γε οὐ μόνον ἁρπαγαῖς καὶ λωποδυσίαις τὴν τόλμαν ἐμέτρουν, ἀλλὰ καὶ μέχρι φόνων ἐχώρουν, οὐ νυκτὸς, ἢ λαθραίως, οὐδ' ἐπὶ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ φανερῶς καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ

quos reliquerat, minime erubescebat, singulos autem circumiens, ad bellum eos spe incitabat, res quidem Romanorum infirmas esse adstruens, propriasque vires extollens, et imperitorum inscitiæ illudens, haud fore dicens ut Romani, etiamsi alas sumpserint, Hierosolymorum mœnia unquam superarent, qui circa Galilæorum vicos tot malis conflictati essent, et in muris eorum machinas contriverint.

2. Istis corrupta erat magna pars juvenum, et ad bellum quidem animis sublatis ferebantur: e prudentibus vero et ætate provectis nemo erat qui non futurorum prospectu lugeret, quasi jam in eo esset urbs ut periret. Et populus quidem in ejusmodi erat confusione: antequam vero mota erat Hierosolymis seditio, per provinciam multitudo discordiis agitabatur. Nam Titus quidem a Gischalis Cæsaream, Vespasianus autem a Cæsarea Jamniam et Azotum profectus, utramque subigit, præsidiisque illic collocatis reversus est, magnam secum ducens eorum multitudinem qui fide data sese dediderant. Singulas autem civitates tumultus bellumque intestinum exagitabat: et quotquot a Romanorum vi respirarent, in se mutuo manus convertebant. Erat autem inter belli amatores et pacis cupidos gravis contentio. Ac primo quidem in familiis olim non consentientium accendebatur rixandi studium, deinde populi amicissimi inter se dissidentes, et ad eos quisque qui eadem secum sentirent convenientes, simul ac multitudinem coegerant sibi invicem aperte adversabantur. Et discordia quidem ubique gliscebat: rerum autem novarum atque armorum cupidi juventute et audacia prævalebant senibus et prudentibus. Primo autem rapiendi quidem licentiam exercebant indigenarum singuli; deinde compositis agminibus per regionem latrocinabantur, adeo ut immanitate et iniquitate, quod ad ipsos, nihil interesset inter Romanos et gentiles, iisque quos populabantur levius videretur exscindi a Romanis.

(XI.) 3. Civitatum vero custodes, partim quod gravatim ferrent sibi negotium facessi, partim ex odio in gentem, aut nulli aut minimo erant vexatis auxilio: adeo ut tandem turmarum ubique latronum principes, regionem diripiendo satiati, sese congregarent, atque in nequissimum agmen conflati, clam in Hierosolyma irreperent, civitatem, quæ tunc nullius imperio regebatur, et more patrio gentiles omnes, nemine qui eos observaret adhibito, recipiebat; tuncque eo magis, quod omnes putarent eos, qui sese in urbem infunderent, auxilium ei laturos venire ex benevolentia. Qui quidem, etiam sine seditione, postea calamitatibus urbem obruerunt: ab inerti quippe et inutili multitudine ea consumpta erant, quæ militibus alendis sufficerent, atque inde factum est ut præter bellum sibimet accerserent et seditionem et famem.

4. Quin et alii e regione latrones, quum in urbem venissent et atrociores qui in ea erant sibi adjunxissent, nihil mali gravioris non perpetrarunt. Illi enim non solum rapinis et spoliationibus metiebantur audaciam, sed etiam ad cædem usque grassabantur, non nocte, aut clam, aut forte obvios occidendo, sed palam et interdiu, et a nobilissimis

τῶν ἐπισημοτάτων καταρχόμενοι. Πρῶτον μὲν γὰρ Ἀντίπαν, ἄνδρα τοῦ βασιλείου γένους καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν δυνατώτατον, ὡς καὶ τοὺς δημοσίους θησαυροὺς πεπιστεῦσθαι, συλλαβόντες εἷρξαν· ἐπὶ τούτῳ Λευίαν τινὰ τῶν ἐπισήμων, καὶ Σωφᾶν υἱὸν Ῥαγουήλου· βασιλικὸν δὲ ἦν καὶ τούτων τὸ γένος· πρὸς δὲ τοὺς κατὰ τὴν χώραν προὔχειν δοκοῦντας. Δεινὴ δὲ κατάπληξις εἶχε τὸν δῆμον, καὶ καθάπερ κατειλημμένης τῆς πόλεως πολέμῳ τὴν καθ' αὑτὸν ἕκαστος σωτηρίαν ἠγάπα.

ε'. Τοῖς δὲ οὐκ ἀπέχρη τὰ δεσμὰ τῶν συνειλημμένων, οὐδὲ ἀσφαλὲς ᾤοντο μέχρι πολλοῦ δυνατοὺς ἄνδρας οὕτω φυλάσσειν (ἱκανοὺς μὲν γὰρ εἶναι καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν πρὸς ἄμυναν οὐκ ὀλιγάνδρους ὄντας)· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον ἐπαναστήσεσθαι τάχα κινηθέντα πρὸς τὴν παρανομίαν. Δόξαν οὖν ἀναιρεῖν αὐτούς, Ἰωάννην τινὰ πέμπουσι τὸν ἐξ αὐτῶν εἰς φόνους προχειρότατον· Δορκάδος οὗτος ἐκαλεῖτο παῖς κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶσσαν. Ὧ δέκα συνελθόντες εἰς τὴν εἱρκτὴν ξιφήρεις, ἀποσφάττουσι τοὺς συνειλημμένους. Παρανομήματι δ' ἐπὶ τηλικούτῳ μεγάλην ἀπεψεύδοντο πρόφασιν· διαλεχθῆναι γὰρ αὐτοὺς Ῥωμαίοις περὶ παραδόσεως τῶν Ἱεροσολύμων καὶ προδότας ἀνῃρηκέναι τῆς κοινῆς ἐλευθερίας ἔφασκον, κατ' ὀλίγον δ' ἐπηλαζονεύοντο τοῖς τολμήμασιν, ὡς εὐεργέται καὶ σωτῆρες τῆς πόλεως γεγενημένοι.

ς'. Συνέβη δὲ εἰς τοσοῦτον μὲν τὸν δῆμον ταπεινότητος καὶ δέους, ἐκείνους δὲ ἀπονοίας προελθεῖν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς εἶναι καὶ τὰς χειροτονίας τῶν ἀρχιερέων. Ἄκυρα γοῦν τὰ γένη ποιήσαντες ἐξ ὧν κατὰ διαδοχὰς οἱ ἀρχιερεῖς ἀπεδείκνυντο, καθίστασαν ἀσήμους καὶ ἀγενεῖς, ἵν' ἔχοιεν συνεργοὺς τῶν ἀσεβημάτων. Τοῖς γὰρ παρ' ἀξίαν ἐπιτυχοῦσι τῆς ἀνωτάτω τιμῆς ὑπακούειν ἦν ἀνάγκη τοῖς παρασχοῦσι. Συνέκρουον δὲ καὶ τοὺς ἐν τέλει ποικίλαις ἐπινοίαις καὶ λογοποιίαις, καιρὸν ἑαυτοῖς ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους τῶν κωλυόντων φιλονεικίαις ποιούμενοι, μέχρι τῶν εἰς ἀνθρώπους ὑπερεμπλησθέντες ἀδικημάτων ἐπὶ τὸ θεῖον μετήνεγκαν τὴν ὕβριν, καὶ μεμιασμένοις τοῖς ποσὶ παρῄεσαν εἰς τὸ ἅγιον.

(ΙΒ'.) ζ'. Ἐπανισταμένου δὲ αὐτοῖς ἤδη τοῦ πλήθους (ἐνῆγε γὰρ ὁ γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων Ἄνανος, ἀνὴρ σωφρονέστατος, καὶ τάχα ἂν διασώσας τὴν πόλιν, εἰ τὰς τῶν ἐπιβούλων χεῖρας ἐξέφυγεν), οἱ δὲ τὸν νεὼν τοῦ Θεοῦ φρούριον αὐτοῖς καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου ταραχῶν ποιοῦνται, καὶ καταφυγὴ καὶ τυραννεῖον ἦν αὐτοῖς τὸ ἅγιον· Παρεκίρνατο δὲ τοῖς δεινοῖς εἰρωνεία, τὸ τῶν ἐνεργουμένων ἀλγεινότερον. Ἀποπειρώμενοι γὰρ τῆς τοῦ δήμου καταπλήξεως καὶ τὴν αὑτῶν δοκιμάζοντες ἰσχὺν κληρωτοὺς ἐπεχείρησαν ποιεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς, οὔσης, ὡς ἔφαμεν, κατὰ γένος αὐτῶν τῆς διαδοχῆς. Ἦν δὲ πρόσχημα μὲν τῆς ἐπιβουλῆς ἔθος ἀρχαῖον, ἐπειδὴ καὶ πάλαι κληρωτὴν ἔφασαν εἶναι τὴν ἀρχιερωσύνην· τὸ δὲ ἀληθὲς τοῦ βεβαιοτέρου νόμου κατάλυ-

initium facientes. Etenim primum Antipam regii generis virum, et civium potentissimum, adeo ut thesauros publicos suæ fidei creditos haberet, comprehensum custodiæ tradiderunt; post hunc Leviam e nobilibus quendam, et Sopham Raguelis filium (erant autem et isti e stirpe regia), præstereaque omnes qui in regione aliis præstare videbantur. Verum populum gravis occupabat terror, et, quasi bello capta esset urbs, propria quisque salute contenti erant.

5. Latronibus autem non satis erat ut comprehensos vinculis tenerent, neque tutum arbitrabantur viros potentes diutius ita custodire (nam et ipsorum familias, utpote virorum non paucorum, satis esse ad vindictam); ac præterea insurrecturum fortasse populum iniquitate commotum. Quum igitur decretum esset eos occidere, Joannem quendam e suis, ad cædes promptissimum, mittunt: hic lingua patria Damæ filius vocatur. Quocum decem alii ingressi carcerem gladiis accincti, conclusos illic interficiunt. Sceleri autem tam immani causam non levem falso prætendebant, illos scilicet cum Romanis de traditione Hierosolymorum sermones habuisse, seque communis libertatis proditores interemisse dicebant, atque in facinoris audacia tantum non gloriabantur, quasi de civitate bene meriti fuissent eamque servassent.

6. Evenit autem populum quidem tam abjectum evadere et meticulosum, illos vero eo insolentiæ procedere, ut in eorum esset arbitrio etiam pontifices designare. Itaque familiarum jure abrogato, ex quibus per successionem creabantur pontifices, ignotos atque ignobiles constituunt, ut impiorum facinorum socios haberent. Illis enim, qui præter meritum summos adepti erant honores, necesse erat eis obtemperare, qui ipsos ad hos provexerant. Inter eos autem, qui in auctoritate erant, simultates ciebant variis commentis fictisque sermonibus, opportunitatem sibimet ex eorum qui ipsos prohiberent contentionibus captantes, donec, satis superque satiati injuriis hominibus illatis, in numen contumelias transtulerunt, pedibusque pollutis in locum sanctum introiere.

(XII.) 7. Jam vero populo contra illos incitato (namque eos impellebat Ananus, pontificum natu maximus, vir sapientissimus, et qui fortassis civitatem conservasset, si ex insidiatorum manibus effugisset), hi templum Dei sibi contra populi tumultus præsidium fecerunt, et locus sanctus ipsis refugium erat et tyrannidis domicilium. Acerbis autem malis admiscebatur etiam cavillatio, quæ præ ceteris eorum factis dolori erat. Tentando enim quanto metu populus teneretur, suasque vires explorando, sorte pontifices legere conati sunt, quum illis, ut diximus, ex familiis deberetur successio. Verum huic fraudi mos quidem antiquus obtendebatur (nam et olim pontificatum sorte deferri solitum fuisse dicebant), re autem vera legis erat abrogatio va-

σις, καὶ τέχνη πρὸς δυναστείαν, τὰς ἀρχὰς δι' αὐτῶν καθισταμένοις.

η'. Καὶ δὴ μεταπεμψάμενοι μίαν τῶν ἀρχιερατικῶν φυλὴν (Ἐνιαχεὶμ καλεῖται), διεκλήρουν ἀρχιερέα· λαγχάνει δ' ἀπὸ τύχης ὁ μάλιστα διαδείξας αὐτῶν τὴν παρανομίαν, Φαννίας τις ὄνομα, υἱὸς Σαμουήλου κώμης Ἄφθας, ἀνὴρ οὐ μόνον οὐκ ἐξ ἀρχιερέων, ἀλλ' οὐδ' ἐπιστάμενος σαφῶς τί ποτε ἦν ἀρχιερωσύνη δι' ἀγροικίαν· ἀπὸ γοῦν τῆς χώρας αὐτὸν ἄκοντα σύραντες, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς, ἀλλοτρίῳ κατεκόσμουν προσωπείῳ, τήν τε ἐσθῆτα περιτιθέντες τὴν ἱερὰν, καὶ τὸ τί δεῖ ποιεῖν ἐπὶ καιροῦ διδάσκοντες. Χλεύη δ' ἦν ἐκείνοις καὶ παιδιὰ τὸ τηλικοῦτον ἀσέβημα· τοῖς δὲ ἄλλοις ἱερεῦσιν, ἐπιθεωμένοις πόρρωθεν παιζόμενον τὸν νόμον, δακρύειν ἐπῄει, καὶ κατέστενον τὴν τῶν ἱερῶν τιμῶν κατάλυσιν.

θ'. Ταύτην τὴν τόλμαν αὐτῶν οὐκ ἤνεγκεν ὁ δῆμος, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τυραννίδος κατάλυσιν ὥρμηντο πάντες. Καὶ γὰρ οἱ προύχειν δοκοῦντες αὐτῶν, Γωρίων τε υἱὸς Ἰωσήπου καὶ ὁ Γαμαλιήλου Συμεὼν, παρεκρότουν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀθρόους καὶ κατ' ἰδίαν περιιόντες ἕκαστον ἤδη ποτὲ τίσασθαι τοὺς λυμεῶνας τῆς ἐλευθερίας, καὶ καθῆραι τῶν μιαιφόνων τὸ ἅγιον. Οἵ τε δοκιμώτατοι τῶν ἀρχιερέων, Γαμαλᾶ μὲν υἱὸς Ἰησοῦς, Ἀνάνου δὲ Ἄνανος, πολλὰ τὸν δῆμον εἰς νωθείαν κατονειδίζοντες ἐν ταῖς συνόδοις, ἐπήγειρον τοῖς ζηλωταῖς· τοῦτο γὰρ αὐτοὺς ἐκάλεσαν ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἀλλ' οὐχὶ ζηλώσαντες τὰ κάκιστα τῶν ἔργων καὶ ὑπερβαλόμενοι.

(ΙΓ'.) ι'. Καὶ δὴ συνελθόντος τοῦ πλήθους εἰς ἐκκλησίαν, καὶ πάντων ἀγανακτούντων μὲν ἐπὶ τῇ καταλήψει τῶν ἁγίων, ταῖς τε ἁρπαγαῖς, καὶ τοῖς πεφονευμένοις, οὔπω δὲ πρὸς τὴν ἄμυναν ὡρμημένων, τῷ δυσεπιχειρήτους, ὅπερ ἦν, τοὺς ζηλωτὰς ὑπολαμβάνειν, καταστὰς ἐν μέσοις ὁ Ἄνανος, καὶ πολλάκις εἰς τὸν ναὸν ἀπιδὼν, ἐμπλήσας τε τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων, « ἦ καλόν γε, « εἶπεν, ἦν ἐμοὶ τεθνάναι, πρὶν ἐπιδεῖν τὸν οἶκον τοῦ « Θεοῦ τοσούτοις ἄγεσι καταγέμοντα, καὶ τὰς ἀβάτους « καὶ ἁγίας χώρας ποσὶ μιαιφόνων στενοχωρουμένας. « Ἀλλὰ περικείμενος τὴν ἀρχιερατικὴν ἐσθῆτα, καὶ τὸ « τιμιώτατον καλούμενος τῶν σεβασμίων ὀνομάτων, ζῶ « καὶ φιλοψυχῶ, μηκέτι ὑπὲρ τοὐμοῦ γήρως ὑπομένων « εὐκλεᾶ θάνατον. Εἰ δὲ δὴ μόνος εἰμὶ, καὶ καθάπερ « ἐν ἐρημίᾳ, τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν ἐπιδώσω μόνην ὑπὲρ « τοῦ Θεοῦ. Τί γὰρ καὶ δεῖ ζῆν ἐν δήμῳ συμφορῶν « ἀναισθητοῦντι, καὶ παρ' οἷς ἀπόλωλεν ἡ τῶν ἐν χερσὶ « παθῶν ἀντίληψις; ἁρπαζόμενοι γοῦν ἀνέχεσθε, καὶ « τυπτόμενοι σιωπᾶτε, καὶ τοῖς φονευομένοις οὐδὲ ἐπι- « στένει τις ἀναφανδόν. Ὦ τῆς πικρᾶς τυραννίδος. « Τί δὲ μέμφομαι τοὺς τυράννους; μὴ γὰρ οὐκ ἐτράφη- « σαν ὑφ' ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας ἀνεξικακίας; μὴ γὰρ « οὐχ ὑμεῖς περιιδόντες τοὺς πρώτους συνισταμένους, « ἔτι δὲ ἦσαν ὀλίγοι, πλείους ἐποιήσατε τῇ σιωπῇ, καὶ « καθοπλιζομένων ἠρεμοῦντες καθ' ἑαυτῶν ἐπεστρέψατε

lidissimæ, commentumque ad potentiam consequendam ab iis adhibitum, qui suo arbitrio magistratus constituunt.

8. Itaque una generis pontificii tribu accita (cui nomen Eniachim), pontificem sorte eligebant: casuque sors obtigit homini, qui maxime eorum ostendebat iniquitatem, cuidam nomine Phanniæ, Samuelis filio, ex vico Aphtha, qui non solum non erat genere pontificio natus, sed qui etiam ob rusticitatem nec quid pontificatus esset omnino dignosceret. Hunc igitur invitum rure abstractum, aliena, ut in scena fieri solet, ornabant persona, tam eum sacra veste induentes, quam quid facto opus esset commode docentes. Illis autem risus lususque erat tantum flagitium; ceteris vero, sacerdotibus, quum procul spectarent legem ludibrio habitam, subiit lacrimare, honoresque sacrorum dissolutum iri ingemiscebant.

9. Hanc illorum audaciam non tulit populus, sed omnes quasi ad tyrannidis eversionem incitati erant. Etenim ex iis qui præstare videbantur, Gorion Josephi filius et Symeon Gamalielis, tam seorsum singulos circumeuntes quam simul universos in concionibus hortabantur, ut tandem aliquando libertatis perditores ultum irent, locumque sanctum ab hominibus sceleratis purgarent. Atque pontificum spectatissimi, Gamalæ quidem filius Jesus, Anani vero Ananus, multis populo segnitiem exprobrantes in cœtibus, excitabant in zelotas: ita enim ipsi se vocabant, quasi ob bonarum rerum studium, non vero ut qui operum flagitiosissima sibi imitanda proposuissent et superassent.

(XIII.) 10. Itaque in concionem populo congregato, et cunctis quidem indignantibus, quod loca sancta viderent occupata, omniaque rapinarum et cædium plena, nondum vero ad injurias ulciscendas properantibus, propterea quod zelotas oppugnatu difficiles esse (id quod erat) suspicabantur, quum in medio constitisset Ananus, et in templum sæpenumero respectasset, oculosque lacrimis opplesset, « equidem mihi, « inquit, satius esset mori quam Dei domicilium videre « piaculis tantis obrutum oppletumque, atque inaccessa et « sancta loca sceleratorum pedibus referta. Verumtamen « veste sacerdotali amictus, et nominum venerabilium ho- « noratissimum ferens, vivo, vitæ etiam cupidus, nec pro « senectute quidem mea mortem obiens gloriosam. Itaque « si solus sum, velutique in solitudine, animam meam « pro Deo solam profundam. Quorsum enim viverem in « medio populi calamitates suas minime sentientis, et « apud quos nemo est qui malis præsentibus occurret? si- « quidem spoliati injuriam toleratis, ac verberati tacetis, « neque palam quisquam ingemiscit. O acerbam domina- « tionem! Quid de tyrannis querar? numquid non a vobis « incrementum ceperunt, et a vestra malorum patientia? « numquid non, insuper eos habentes qui primi manus « conflarunt, quum adhuc pauci essent, silentio vestro nu- « merum eorum auxistis, atque dum illi armarentur quie- « scentes, in vosmetipsos arma vertistis, quum primos illo-

« τὰ ὅπλα, δέον τὰς πρώτας αὐτῶν ἐπικόπτειν ὁρμὰς, ὅτε λοιδορίαις καθήπτοντο τῶν συγγενῶν; ὑμεῖς δὲ ἀμελήσαντες ἐφ' ἁρπαγὰς παρωξύνατε τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ πορθουμένων οἴκων λόγος ἦν οὐδείς. Τοιγαροῦν αὐτοὺς ἥρπαζον τοὺς δεσπότας, καὶ συρομένοις διὰ μέσης τῆς πόλεως οὐδεὶς ἐπήμυνεν· οἱ δὲ καὶ δεσμοῖς ᾐκίσαντο τοὺς ὑφ' ὑμῶν προδοθέντας. Ἐῶ λέγειν πόσους καὶ ποταποὺς, ἀλλὰ ἀκαταιτιάτους, ἀκρίτους. Οὐδεὶς ἐβοήθησε τοῖς δεδεμένοις· ἀκόλουθον ἦν ἐπιδεῖν τοὺς αὐτοὺς φονευομένους. Ἐπείδομεν καὶ τοῦτο, καθάπερ ἐξ ἀγέλης ζώων ἀλόγων ἑλκομένου τοῦ κρατιστεύοντος ἀεὶ θύματος, οὐδὲ φωνήν τις ἀφῆκεν, οὐχ ὅπως ἐκίνησε τὴν δεξιάν. Φέρετε δὴ τοίνυν, φέρετε πατούμενα βλέποντες τὰ ἅγια, καὶ πάντας ὑποθέντες αὐτοὶ τοῖς ἀνοσίοις τοὺς τῶν τολμημάτων βαθμοὺς μὴ βαρύνεσθε τὴν ὑπεροχήν; καὶ γὰρ νῦν πάντως ἂν ἐπὶ μεῖζον προύκοψαν, εἴ τι τῶν ἁγίων καταλῦσαι μεῖζον εἶχον. Κεκράτηται μὲν οὖν τὸ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως, λεγέσθω γὰρ νῦν τὸ ἱερὸν ὡς ἄκρα τις ἢ φρούριον. Ἔχοντες δ' ἐπιτετειχισμένην τυραννίδα τοσαύτην, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὑπὲρ κορυφὴν βλέποντες, τί βουλεύεσθε καὶ τίσι τὰς γνώμας προσθάλπετε; Ῥωμαίους ἄρα περιμένετε, ἵν' ἡμῶν βοηθήσωσι τοῖς ἁγίοις; ἔχει μὲν οὕτω τὰ πράγματα τῇ πόλει, καὶ πρὸς τοσοῦτον ἥκομεν συμφορῶν, ἵνα ἡμᾶς ἐλεήσωσι καὶ πολέμιοι; Οὐκ ἐξαναστήσεσθε, ὦ τλημονέστατοι, καὶ πρὸς τὰς πληγὰς ἐπιστραφέντες, ὃ κἀπὶ τῶν θηρίων ἔστιν ἰδεῖν, τοὺς τύπτοντας ἀμυνεῖσθε; οὐκ ἀναμνησθήσεσθε τῶν ἰδίων ἕκαστος συμφορῶν, οὐδὲ, ἃ πεπόνθατε πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, τὰς ψυχὰς ἐπ' αὐτοὺς θήξετε πρὸς τὴν ἄμυναν; Ἀπόλωλεν ἄρα παρ' ὑμῖν τὸ τιμιώτατον τῶν παθῶν, καὶ φυσικώτατον, ἐλευθερίας ἐπιθυμία· φιλόδουλοι δὲ καὶ φιλοδέσποτοι γεγόναμεν, ὥσπερ ἐκ προγόνων τὸ ὑποτάσσεσθαι παραλαβόντες. Ἀλλ' ἐκεῖνοί γε πολλοὺς καὶ μεγάλους ὑπὲρ τῆς αὐτονομίας πολέμους διήνεγκαν, καὶ οὔτε τῆς Αἰγυπτίων οὔτε τῆς Μήδων δυναστείας ἡττήθησαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ κελευόμενον. Καὶ τί δεῖ τὰ τῶν προγόνων λέγειν; ἀλλ' ὁ νῦν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος, ἐῶ διελέγχειν πότερον λυσιτελὴς ὢν καὶ σύμφορος ἢ τοὐναντίον, τίνα δ' οὖν ἔχει πρόφασιν; οὐ τὴν ἐλευθερίαν; εἶτα τοὺς τῆς οἰκουμένης δεσπότας μὴ φέροντες τῶν ὁμοφύλων τυράννων ἀνεξόμεθα; Καίτοι τὸ μὲν τοῖς ἔξωθεν ὑπακούειν ἀνενέγκαι τις ἂν εἰς τὴν ἅπαξ ἡττήσασαν τύχην· τὸ δὲ τοῖς οἰκείοις εἴκειν πονηροῖς ἀγεννῶν ἐστι καὶ προαιρουμένων. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐμνήσθην Ῥωμαίων, οὐκ ἀποκρύψομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ὃ μεταξὺ τῶν λόγων ἐμπεσὸν ἐπέστρεψε τὴν διάνοιαν, ὅτι κἂν ἁλῶμεν ὑπ' ἐκείνοις (ἀπείη δὲ ἡ πεῖρα τοῦ λόγου), χαλεπώτερον οὐδὲν παθεῖν ἔχομεν ὧν ἡμᾶς διατεθείκασιν οὗτοι. Πῶς δ' οὐ δακρύων ἄξιον, ἐκείνων μὲν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ ἀναθήματα βλέπειν, τῶν δὲ ὁμοφύλων τὰ σκῦλα σεσυληκότων καὶ ἀνελόντων τὴν

« rum impetus comprimi oporteret, quando cognatos conviciis appetebant? Vos autem, de rebus parum solliciti, sceleratos ad rapinas faciendas incitastis, domibusque vastatis, illarum nullam rationem habuistis. Quapropter domini ipsi diripiebantur, quumque per mediam civitatem traherentur, nemo eis auxilio erat. Quin illi vinculis etiam eos cruciarunt, quos vos prodidistis. Mitto dicere quot fuerint et quales, sed a nemine accusatos, indemnatos. Vinctis nemo opem tulit : consequens erat ut eosdem occidi videremus. Hoc etiam aspeximus, velut ex armento pecorum optimo quoque semper ad sacrificium ducto, neque muttivit quisquam, multo minus dextram movit. Patiemini igitur, patiemini sancta conculcari videntes? quumque omnes ex facinoribus audacibus gradus nefariis istis hominibus subjeceritis, non ægre fertis eorum eminentiam? nunc enim profecto ad majora procederent, si quid locis sanctis majus evertendum haberent. Et civitatis quidem locus munitissimus occupatur : nunc enim templum appellator quasi arx quædam sive præsidium. Tanta igitur contra vos tyrannide munita, et inimicis supra verticem positis, ut videtis, quid vobiscum cogitatis, et quænam animi sententiis fovendis adhibetis? An Romanos exspectatis, ut locis nostrûm sanctis opitulentur? Itane quidem se habent civitatis res, eoque ventum est calamitatis, ut nostri miserturi sint etiam hostes? Non exsurgetis, o miserrimi, et vobismet ad plagas conversis, id quod et feras facere videre est, percutientes ulciscemini? Non suas quisque in memoriam revocabit calamitates, et, ante oculos positis quæ pertulerit, ad ultionem animos acuet? Periit apud vos quod affectuum omnium carissimum, quod maxime a natura est, libertatis desiderium; atque facti sumus servorum dominorumque amantes, quasi a majoribus subjici didicerimus. Atqui illi multa et magna pro libertate sua obierunt bella, et neque Ægyptiorum neque Medorum potentiæ cesserunt, dummodo ne imperata facerent. Et quid opus est de proavis dicere? Verum bellum, quod nunc cum Romanis gerimus (mitto dijudicare, utrum in rem nostram et commodum sit, an contra), quid palam habet causæ? nonne libertatem? Quid ergo, qui dominis totius terrarum orbis servire ægre ferimus, populares tyrannos tolerabimus? Quanquam extraneis quidem obtemperare est ut quis fortunæ aliquando vincenti acceptum referat : suis vero iisque improbis cedere, ignavos arguit et serviendi cupidos. At quoniam Romanorum semel meminerim, silentio non dissimulabo quod mihi inter loquendum in mentem venerit, eamque ad illos converterit : quod etiamsi ab his capti fuerimus (absit autem dicti experimentum), nihil nobis patiendum restat iis acerbius, quibus nos isti affecerunt. Quomodo autem non sit lacrimabile, illorum quidem in templo etiam donaria cernere, gentilium vero prædas spoliantium et diripientium metro-

« τῆς μητροπόλεως εὐγένειαν, καὶ πεφονευμένους ἄν-
« δρας, ὧν ἀπέσχοντο ἂν κἀκεῖνοι κρατήσαντες· καὶ
« Ῥωμαίους μὲν μηδέποτε ὑπερβῆναι τὸν ὅρον τῶν
« βεβήλων, μηδὲ παραβῆναί τι τῶν ἱερῶν ἐθῶν, πεφρι-
« κέναι δὲ πόρρωθεν ὁρῶντας τοὺς τῶν ἁγίων περιβό-
« λους· γεννηθέντας δέ τινας ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ, καὶ τρα-
« φέντας ὑπὸ τοῖς ἡμετέροις ἔθεσι, καὶ Ἰουδαίους κα-
« λουμένους, ἐμπεριπατεῖν μέσοις τοῖς ἁγίοις, θερμὰς
« ἔτι τὰς χεῖρας ἐξ ὁμοφύλων ἔχοντας φόνων. Εἶτα
« τίς δέδοικε τὸν ἔξωθεν πόλεμον καὶ τοὺς ἐν συγκρίσει
« πολλῷ τῶν οἰκείων ἡμῖν μετριωτέρους; καὶ γὰρ ἂν
« εἰ ἐτοίμους δεῖ τοῖς πράγμασι τὰς κλήσεις ἐφαρμόζειν,
« τάχα ἂν εὕροι τις Ῥωμαίους μὲν ἡμῖν ὁμοίως βεβαιω-
« τὰς τῶν νόμων, πολεμίους δὲ τοὺς ἔνδον. Ἀλλ' ὅτι μὲν
« ἐξώλεις οἱ ἐπίβουλοι τῆς ἐλευθερίας, καὶ πρὸς ἃ δε-
« δράκασιν οὐκ ἄν τις ἐπινοήσειε δίκην ἀξίαν κατ' αὐ-
« τῶν, οἶμαι πάντας ἥκειν πεπεισμένους οἴκοθεν, καὶ
« πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων παρωξύνθαι τοῖς ἔργοις ἐπ'
« αὐτοὺς ἃ πεπόνθατε. Καταπλήσσονται δὲ ἴσως οἱ
« πολλοὶ τό τε πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν τόλμαν, ἔτι δὲ
« καὶ τὴν ἐκ τοῦ τόπου πλεονεξίαν. Ταῦτα δὲ ὥσπερ
« συνέστη διὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν, καὶ νῦν αὐξη-
« θήσεται πλέον ὑπερθεμένων. Καὶ γὰρ τὸ πλῆθος
« αὐτοῖς ἐπιτρέφεται καθ' ἡμέραν, παντὸς πονηροῦ
« πρὸς τοὺς ὁμοίους αὐτομολοῦντος, καὶ τὴν τόλμαν
« ἐξάπτει μέχρι νῦν μηδὲν ἐμπόδιον· τῷ τε τόπῳ
« καθύπερθεν ὄντες χρήσαιντο καὶ μετὰ παρασκευῆς,
« ἂν ἡμεῖς χρόνον δῶμεν. Πιστεύσατε δὲ ὡς, ἐὰν
« προσβαίνωμεν ἐπ' αὐτοῖς, ἔσονται τῇ συνειδήσει τα-
« πεινότεροι καὶ τὸ πλεονέκτημα τοῦ ὕψους ὁ λογισμὸς
« ἀπολεῖ. Τάχα τὸ θεῖον ὑβρισμένον ἀναστρέψει κατ'
« αὐτῶν τὰ βαλλόμενα, καὶ τοῖς σφετέροις διαφθαρή-
« σονται βέλεσιν οἱ δυσσεβεῖς. Μόνον ὀφθῶμεν αὐτοῖς,
« καὶ καταλέλυνται. Καλὸν δὲ, κἂν προσῇ τις κίνδυ-
« νος, ἀποθνήσκειν πρὸς τοῖς ἱεροῖς πυλῶσι, καὶ τὴν
« ψυχὴν, εἰ καὶ μὴ πρὸ παίδων ἢ γυναικῶν, ἀλλ' ὑπὲρ
« τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων προέσθαι. Προστήσομαι δ'
« ἐγὼ γνώμῃ τε καὶ χειρὶ, καὶ οὔτε ἐπίνοιά τις ὑμῖν
« λείψει πρὸς ἀσφάλειαν ἐξ ἡμῶν οὔτε τοῦ σώματος
« ὄψεσθε φειδόμενον. »

ια'. Τούτοις ὁ Ἄνανος παρεκρότει τὸ πλῆθος ἐπὶ τοὺς ζηλωτὰς, οὐκ ἀγνοῶν μὲν ὡς εἶεν ἤδη δυσκατάλυτοι πλήθει τε καὶ νεότητι καὶ παραστήματι ψυχῆς, τὸ πλέον δὲ συνειδήσει τῶν εἰργασμένων· οὐ γὰρ ἐνδώσειν αὐτοὺς εἰς ἔσχατον συγγνώμην ἐφ' οἷς ἔδρασαν ἐλπίσαντας· ὅμως δὲ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν προῃρεῖτο μᾶλλον ἢ περιιδεῖν ἐν τοιαύτῃ τὰ πράγματα συγχύσει. Τὸ δὲ πλῆθος ἄγειν αὐτοὺς ἐβόα καθ' ὧν παρεκάλει· καὶ προκινδυνεύειν ἕκαστος ἦν ἑτοιμότατος.

(ΙΔ'.) ιβ'. Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ Ἄνανος κατέλεγέ τε καὶ συνέτασσε τοὺς ἐπιτηδείους πρὸς μάχην, οἱ ζηλωταὶ πυνθανόμενοι τὴν ἐπιχείρησιν (παρῆσαν γὰρ οἱ ἀγγέλλοντες αὐτοῖς πάντα τὰ παρὰ τοῦ δήμου) παροξύνονται, κἀκ τοῦ ἱεροῦ προπηδῶντες ἀθρόοι τε καὶ κατὰ λόγους οὐδενὸς ἐφεί-

« polim nobilissimam, cædesque virorum, quibus et illi vi-
« ctoriam adepti pepercissent; et Romanos quidem nun-
« quam transgredi ausos esse limitem profanorum, aut sa-
« crarum quidquam consuetudinum violare, locorum autem
« sanctorum ambitum procul aspectum perhorrescere :
« nonnullos vero quos tulit hæc regio, nostrisque in mo-
« ribus educatos, Judæosque vocatos, in medio locorum
« sanctorum deambulare, quum adhuc manus popularium
« cæde calidas haberent. Jam vero quis bellum externum
« metuat, hostesque præ nostratibus multo nobis æquio-
« res? nam si rebus aptanda sint propria vocabula, fortasse
« comperietur Romanos quidem leges æque ac nos ipsos con-
« servasse, hostes vero esse quos muris nostris inclusos habe-
« mus. Verum hos insidiatores libertatis exitio deberi, neque
« facinorum eorum dignam excogitari posse condemnatio-
« nem, puto omnes persuasum habuisse quum domo venire-
« tis, rebusque quas pertulistis, etiam antequam verbum
« facerem, in eos fuisse commotos. Plerique autem for-
« tasse multitudinem eorum et audaciam reformidant, et
« præterea quod loco superiores sint. Sed hæc ut vestra
« negligentia conflata sunt, nunc etiam in majus aucta erunt,
« si cunctabimur. Nam et numerus illorum quotidie cre-
« scit, nequissimo quoque ad sui similes profugiente, et
« inde accenditur audacia, quod nihil adhuc eis obstiterit;
« locoque, utpote superiores, adhibebunt armorum appa-
« ratus, si tempus differamus. Mihi credite, si adversus eos
« ascendamus, erunt conscientia humiliores, et loci celsioris
« beneficium cogitatione in nihilum recidet. Forsan et nu-
« men contumeliose habitum eorum in ipsos retorquebit
« missilia, suisque telis peribunt impii. Tantummodo ab
« illis conspiciamur, et dejecti erunt. Pulchrum autem,
« etiam si quid periculi adsit, ante sacras januas mori,
« animamque, etsi non pro liberis et conjugibus, pro Deo
« tamen locisque sanctis profundere. Ipse vobis adero
« tam manu quam consilio, neque quidquam desiderabitis
« quod a me vestram in securitatem excogitari potest, ne-
« que me corpori meo parcere videbitis. »

11. Istis contra zelotas populum hortabatur Ananus, non ignorans quidem eos jam expugnari vix posse, et quod multitudine valerent et juvenum robore animique fortitudine, maxime vero quod commissorum conscientia incitarentur; ut qui non sperarint sibi unquam concessum iri veniam illorum quæ perpetraverant : verumtamen quidvis potius perpeti maluit quam pati rerum statum ita confundi et perturbari. Populus autem clamabat ut in eos ducerentur, contra quos ipsos excitabat : et unusquisque se ostendebat ad pericula adeunda paratissimum.

(XIV.) 12. Sed dum Ananus delectum haberet, et pugnæ idoneos ordinaret instrueretque in prælium, zelotæ, cognito quod aggrediebantur (aderant enim qui omnia ipsis nunciarent quæ populus agitabat), irritati erant, et e templo prosilientes, modo per cuneos, modo simul universi, ne-

δοντο τῶν προστυγχανόντων. Ἀθροίζεται δ' ὑπ' Ἀνάνου ταχέως τὸ δημοτικὸν, πλήθει μὲν ὑπερέχον, ὅπλοις δὲ καὶ τῷ μὴ συγκεκροτῆσθαι λειπόμενον τῶν ζηλωτῶν. Τὸ πρόθυμον δὲ παρ' ἑκατέροις ἀνεπλήρου τὰ λείποντα, τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνειληφότων ὀργὴν ἰσχυροτέραν τῶν ὅπλων, τῶν δ' ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τόλμαν παντὸς πλήθους ὑπερέχουσαν. Καὶ οἱ μὲν ἀοίκητον ὑπολαμβάνοντες αὐτοῖς τὴν πόλιν, εἰ μὴ τοὺς λῃστὰς ἐκκόψειαν αὐτῆς, οἱ ζηλωταὶ δὲ, εἰ μὴ κρατοῖεν, οὐκ ἔστιν ἧστινος ὑστερήσειν τιμωρίας. Συνερρήγνυντο δὲ στρατηγούμενοι τοῖς πάθεσι, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ τὴν πόλιν καὶ πρὸ τοῦ ἱεροῦ λίθοις βάλλοντες ἀλλήλους, καὶ πόρρωθεν διακοντιζόμενοι, κατὰ δὲ τὰς τροπὰς οἱ κρατοῦντες ἐχρῶντο τοῖς ξίφεσι. Καὶ πολὺς ἦν ἑκατέρων φόνος τραυματίαι τε ἐγένοντο συχνοί. Καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ δήμου διεκόμιζον εἰς τὰς οἰκίας οἱ προσήκοντες, ὁ δὲ βληθεὶς τῶν ζηλωτῶν εἰς τὸ ἱερὸν ἀνῄει, καθαιμάσσων τὸ θεῖον ἔδαφος· καὶ μόνον ἄν τις εἴποι τὸ ἐκείνων αἷμα μιᾶναι τὰ ἅγια. Κατὰ μὲν οὖν τὰς συμβολὰς ἐκτρέχοντες ἀεὶ περιῆσαν οἱ λῃστρικοί· τεθυμωμένοι δὲ οἱ δημοτικοὶ καὶ πλείους ἀεὶ γινόμενοι, κακίζοντες τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ μὴ διδόντες τοῖς τρεπομένοις ἀναχώρησιν οἱ κατόπιν βιαζόμενοι, πᾶν μὲν ἐπιστρέφουσι τὸ σφέτερον εἰς τοὺς ἐναντίους, κἀκείνων μηκέτι ἀντεχόντων τῇ βίᾳ, κατὰ μικρὸν δὲ ἀναχωρούντων εἰς τὸ ἱερὸν, συνεισπίπτουσιν οἱ περὶ τὸν Ἄνανον. Τοῖς δὲ κατάπληξις ἐμπίπτει στερουμένοις τοῦ πρώτου περιβόλου, καὶ καταφυγόντες εἰς τὸ ἐνδότερον ταχέως ἀποκλείουσι τὰς πύλας. Τῷ δὲ Ἀνάνῳ προσβάλλειν μὲν οὐκ ἐδόκει τοῖς ἱεροῖς πυλῶσιν, ἄλλως τε κἀκείνων βαλλόντων ἄνωθεν· ἀθέμιτον δ' ἡγεῖτο, κἂν κρατήσῃ, μὴ προηγνευκότας εἰσάγειν τὸ πλῆθος. Διακληρώσας δ' ἐκ πάντων εἰς ἑξακισχιλίους ὁπλίτας καθίστησιν ἐπὶ ταῖς στοαῖς φρουρούς, διεδέχοντο δ' ἄλλοι τούτους, καὶ παντὶ μὲν ἦν ἀνάγκη παρεῖναι πρὸς τὴν φυλακὴν ἐκ περιόδου· πολλοὶ δὲ τῶν ἐν ἀξιώμασιν ἀφεθέντες ὑπὸ τῶν ἄρχειν δοκούντων, μισθούμενοι πενιχροτέρους ἀνθ' ἑαυτῶν ἐπὶ τὴν φρουρὰν ἔπεμπον.

(ΙΕ΄.) ιγ΄. Γίνεται δὲ τούτοις πᾶσιν ὀλέθρου παραίτιος Ἰωάννης, ὃν ἔφαμεν ἀπὸ Γισχάλων διαδρᾶναι, δολιώτατος ἀνὴρ καὶ δεινὸν ἔρωτα τυραννίδος ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρων, ὃς πόρρωθεν ἐπεβούλευε τοῖς πράγμασι. Καὶ δὴ τότε, τὰ τοῦ δήμου φρονεῖν ὑποκρινόμενος, συμπεριῄει μὲν τῷ Ἀνάνῳ, βουλευομένῳ τε σὺν τοῖς δυνατοῖς μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἐπιόντι τὰς φυλακάς· διήγγελλε δὲ τὰ ἀπόρρητα τοῖς ζηλωταῖς, καὶ πᾶν σκέμμα τοῦ δήμου, πρὶν καλῶς βουλευθῆναι, παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐγινώσκετο δι' αὐτοῦ. Μηχανώμενος δὲ τὸ μὴ δι' ὑποψίας ἐλθεῖν ἀμέτροις ἐχρῆτο ταῖς θεραπείαις εἴς τε τὸν Ἄνανον καὶ τοὺς τοῦ δήμου προεστῶτας. Ἐχώρει δ' εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τὸ φιλότιμον. Διὰ γὰρ τὰς ἀλόγους κολακείας μᾶλλον ὑπωπτεύετο, καὶ τὸ πανταχοῦ παρεῖναι μὴ καλούμενον ἔμφασιν προδοσίας τῶν ἀπορρήτων παρεῖχε. Συνεώρων μὲν γὰρ

mini obvio parcebant. Cito autem et Ananus populum congregabat, multitudine quidem superiorem, armis vero, et quod in agmina non conflati essent, zelotis inferiorem. Alacritas vero in utraque quod deerat parte supplebat: nam et cives iram armis validiorem conceperant, et qui de templo exierant, audaciam omni multitudine superiorem. Quippe illi quidem habitare se in civitate minime posse arbitrabantur, nisi ex ea excisi essent latrones; zelotæ vero, nisi vicissent, nullum non subituros esse supplicium. Confligebant autem inter se sub affectuum ductu et imperio, primo quidem in civitate et præ templo se invicem lapidibus impetentes, jaculisque eminus missis: si vero aliqua pars terga vertisset, victores gladiis rem gerebant. Et magna utrinque facta est cædes, multique vulnerati erant. Et saucios quidem e civibus in domos perferebant propinqui: zelotarum vero si quis ictus esset, in templum ascendebat, sacram humum cruore perfundens: adeo ut vere quis dixerit, loca sancta non alium quam illorum sanguinem polluisse. Et latrones quidem, quoties facto excursu prælium committerent, semper superiores erant. Civium autem vulgo ira incenso et in majus semper crescente, increpabant eos qui cederent, quique a tergo urgebant, viam fugientibus non aperiendo, universos quidem suos in hostes convertunt: quumque illi vim sistere non amplius potuissent, et paulatim in templum se reciperent, irrumpit una cum suis Ananus. Quo factum ut eos qui ambitum exteriorem amiserant, invaderet metus, quumque in interiorem confugissent, statim januas occludunt. Verum Anano in portas quidem sacras impressionem facere non placebat, quum alioqui hostes desuper tela jacerent: sed nefas esse existimabat, etiamsi vicisset, non lustratum prius populum introducere. Quum autem ex universis forte delegisset sex fere armatorum millia, eos in porticibus collocat ut custodiam agerent, aliique eos excipiebant, et necesse erat omnibus quidem in orbem excubiis adesse: multi vero ex primoribus, dimissi ab iis qui in imperio esse videbantur, pauperiores mercede conductos mittebant, qui vice ipsorum fungerentur in excubiis.

(XV.) 13. Istis autem omnibus exitio erat Joannes, quem e Gischalis profugisse diximus, vir summæ astutiæ, animumque gerens dominationis valde cupidum, qui jam olim reipublicæ insidiabatur. Adeoque tunc, eadem quæ populus sentire se simulans, cum Anano quidem ultro citroque commeabat, interdiu cum proceribus consultanti et nocte vigilias circumeunti: zelotis vero secreta enunciabat, atque illa de quibus populus deliberabat, priusquam bene consulta essent, per ipsum cognita erant inimicis. Quum autem id ageret, ut in suspicionem non veniret, immodicis obsequiis Ananum et populi principes demereri enixus est. Hoc vero placendi studium ei in contrarium cedebat. Nam ex absurdis adulationibus magis suspectus erat, idque ipsum, quod non accitus ubique adesset, indicio erat arcana ab illo prodita esse. Etenim animadvertebant inimicos universos quæ

αἰσθανομένους ἅπαντας τοὺς ἐχθροὺς τῶν παρ' αὐτοῖς βουλευμάτων, πιθανώτερος δ' οὐδεὶς ἦν Ἰωάννου πρὸς ὑποψίας τοῦ διαγγέλλειν. Ἀποσκευάσασθαι μὲν οὖν αὐτὸν οὐκ ἦν ῥᾴδιον, ὄντα τε δυνατὸν ἐκ πονηρίας καὶ ἄλλως οὐ τῶν ἀσήμων, ὑπεζωσμένον τε πολλοὺς τῶν συνεδρευόντων τοῖς ὅλοις. Ἐδόκει δὲ αὐτὸν ὅρκοις πιστώσασθαι πρὸς εὔνοιαν. Ὤμνυε δ' ὁ Ἰωάννης ἑτοίμως εὐνοήσειν τε τῷ δήμῳ καὶ μήτε βουλήν τινα μήτε πρᾶξιν προδώσειν τοῖς ἐχθροῖς, συγκαταλύσειν δὲ τοὺς ἐπιθεμένους καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄνανον πιστεύσαντες τοῖς ὅρκοις ἤδη χωρὶς ὑπονοίας εἰς τὰς συμβουλίας αὐτὸν παρελάμβανον· καὶ δὴ καὶ πρεσβευτὴν εἰσπέμπουσι πρὸς τοὺς ζηλωτὰς περὶ διαλύσεως. Ἦν γὰρ αὐτοῖς σπουδὴ τὸ παρ' αὐτοῖς μὴ μιᾶναι ἱερὸν, μηδέ τινα τῶν ὁμοφύλων ἐν αὐτῷ πεσεῖν.

ιδʹ. Ὁ δὲ, ὥσπερ τοῖς ζηλωταῖς ὑπὲρ εὐνοίας ὀμόσας, καὶ οὐ κατ' αὐτῶν, παρελθὼν εἴσω, καὶ καταστὰς εἰς μέσους, πολλάκις μὲν ἔφη κινδυνεῦσαι δι' αὐτοὺς, ἵνα μηδὲν ἀγνοήσωσι τῶν ἀπορρήτων, ὅσα κατ' αὐτῶν οἱ περὶ τὸν Ἄνανον ἐβουλεύσαντο· νῦν δὲ τὸν μέγιστον ἀναρρίπτειν κίνδυνον σὺν πᾶσιν αὐτοῖς, εἰ μή τις προσγένοιτο βοήθεια δαιμόνιος. Οὐ γὰρ ἔτι μέλλειν Ἄνανον, ἀλλὰ πείσαντα μὲν τὸν δῆμον πεπομφέναι πρέσβεις πρὸς Οὐεσπασιανὸν, ἵνα ἐλθὼν κατὰ τάχος παραλάβῃ τὴν πόλιν, ἁγνείαν δὲ παρηγγελκέναι κατ' αὐτῶν φυλάττειν εἰς τὴν ἑξῆς ἡμέραν, ἵνα ἢ κατὰ θρησκείαν εἰσελθόντες ἢ καὶ βιασάμενοι συμμίξωσιν αὐτοῖς. Οὐχ ὁρᾶν δὲ μέχρι τίνος ἢ τὴν φρουρὰν οἴσουσιν, ἢ παρατάξονται πρὸς τοσούτους. Προσετίθει δὲ ὡς αὐτὸς εἰσπεμφθείη, κατὰ Θεοῦ πρόνοιαν, ὡς πρεσβευτὴς ὑπὲρ διαλύσεως· τὸν γὰρ Ἄνανον ταύτας αὐτοῖς προτείνειν, ὅπως ἀνόπλοις ἐπέλθῃ. Δεῖν οὖν ἢ τῷ λόγῳ τοῦ ζῆν τοὺς φρουροῦντας ἱκετεύειν, ἢ πορίζεσθαί τινα παρὰ τῶν ἔξωθεν ἐπικουρίαν. Τοὺς δὲ, θαλπομένους ἐλπίδι συγγνώμης, εἰ κρατηθεῖεν, ἐπιλελῆσθαι τῶν ἰδίων τολμημάτων, ἢ νομίζειν ἅμα τῷ μετανοεῖν τοὺς δεδρακότας εὐθέως ὀφείλειν διηλλάχθαι καὶ τοὺς παθόντας. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἀδικησάντων διὰ μίσους πολλάκις γίνεσθαι καὶ τὴν μεταμέλειαν, τοῖς δὲ ἀδικηθεῖσι τὰς ὀργὰς ἐπ' ἐξουσίας χαλεπωτέρας. Ἐφεδρεύειν δὲ ἀεὶ ἐκείνοις φίλους καὶ συγγενεῖς τῶν ἀπολωλότων, καὶ δῆμον τοσοῦτον ὑπὲρ καταλύσεως νόμων καὶ δικαστηρίων τεθυμωμένον· ὅπου κἂν ᾖ τι μέρος ἐλεοῦν, ὑπὸ πλείονος ἂν αὐτὸ τοῦ διαγανακτοῦντος ἀφανισθῆναι.

ΚΕΦ. Δʹ.

Τοιαῦτα μὲν ἐποίκιλλεν ἀθρόως δεδισσόμενος. Καὶ τὴν ἔξωθεν βοήθειαν ἀναφανδὸν μὲν οὐκ ἐθάρρει λέγειν, ᾐνίσσετο δὲ τοὺς Ἰδουμαίους. Ἵνα δὲ καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῶν ζηλωτῶν ἰδίᾳ παροξύνῃ, τὸν Ἄνανον εἴς τε ὠμότητα διέβαλλε καὶ ἀπειλεῖν ἐκείνοις ἐξαιρέτως ἔλεγεν. Ἦσαν δὲ Ἐλεάζαρος υἱὸς Σίμωνος, ὃς δὴ καὶ

consulta ab ipsis essent intelligere, verisimileque erat in neminem potius quam in Joannem cadere posse proditionis suspicionem. Et ipsum quidem submovere haud facile erat, ut qui malitia plurimum valeret, ac præterea non ignobilis esset, et multorum qui in consilium de summa rerum adhibebantur, patrocinio succinctus. Visum est igitur ab eo benevolentiæ fidem jurejurando exigere. Jurare autem non dubitabat Joannes se et populi studiosum fore et nihil ab eo consultum factumve inimicis proditurum, et tam manu quam consilio una eversurum esse eos qui arma sumpserant. Itaque Ananus et qui ab eo stabant, fide jurijurando habita, jam nihil suspicantes suis cum consiliis interesse patiebantur : imo et ipsum ad zelotas legatum mittunt de sedandis discordiis. Nam curæ illis erat ne fanum suum pollueretur, neve quisquam in eo caderet Judæorum.

14. Ille vero quasi zelotis ex sua benevolentia juravisset, et non contra eos, quum ad illos ingressus esset et in medio constitisset, sæpe quidem se illorum causa periculum adiisse dicebat, ne quid secretorum ignorarent, quæ contra ipsos consilio agitarentur ab Anano sociisque : nunc autem maximum cum ipsis omnibus subiturum esse discrimen, nisi divinum quoddam præsto fuerit auxilium. Non amplius enim morari Ananum, sed, quum populo quidem id persuasisset, misisse legatos ad Vespasianum, ut ad capiendam civitatem quamprimum venire properaret; quin et lustrationem contra eos indixisse in diem sequentem, ut vel religionem simulando ingressi, aut etiam per vim cum iis manus consererent. Se autem non videre quamdiu aut obsidionem toleraturi, aut cum tot tantisque prælio congressuri sint. Se autem adjiciebat Dei providentia quasi legatum missum esse ad lites componendas : hoc enim præ se ferre Ananum, ut inermes ipsos adoriretur. Itaque oportere, si vitæ rationem haberent, aut obsidentibus supplicare, aut foris auxilium sibi quærere. Illos autem, qui veniæ spe, si victi fuerint, sibimet adulentur, facinorum quæ ausi sint haud meminisse, aut existimare simul ac maleficos commissorum pœnituerit, gravia passos oportere statim cum illis in gratiam redire. Sed injuriarum quidem auctores, etiamsi pœnitentiam agerent, sæpe invisos esse : læsosque, si potestatem nacti fuerint, ira magis excandescere. Quin et illis semper imminere cæsorum amicos cognatosque, et tantam populi multitudinem ex legum judiciorumque dissolutione valde irritatam : in qua si qui fuerint miseratione commoti, fieri ut majori cedant irascentium turbæ.

CAP. IV. (XV.)

Talia quidem vafre comminiscens terrorem universis incutiebat. Et quodnam foret externum auxilium, plane quidem et aperte dicere non audebat, Idumæos autem innuebat. Verum ut primores zelotarum privatim etiam commoveret, traducebat Ananum ut crudelem, eumque illis præcipue minas intentare dicebat. Erant autem

πιθανώτατος ἐδόκει τῶν ἐν αὐτοῖς νοῆσαί τε τὰ δέοντα καὶ τὰ νοηθέντα πρᾶξαι, Ζαχαρίας τε υἱὸς Φαλέκου, γένος ἐκ τῶν ἱερέων ἑκάτεροι. Οὗτοι πρὸς ταῖς κοιναῖς τὰς ἰδίας καθ' αὑτῶν ἀπειλὰς ἀκούσαντες, ἔτι δ' ὡς οἱ περὶ τὸν Ἄνανον δυναστείαν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι Ῥωμαίους ἐπικαλοῖντο (καὶ γὰρ τοῦτο Ἰωάννης προσεψεύσατο), μέχρι πολλοῦ μὲν ἠπόρουν τὸ τί χρὴ πράττειν εἰς ὀξὺν οὕτω καιρὸν συνεωσμένους. Παρεσκευάσθαι μὲν γὰρ τὸν δῆμον ἐπιχειρεῖν αὐτοῖς οὐκ εἰς μακράν, αὐτῶν δὲ τὸ σύντονον τῆς ἐπιβουλῆς ὑποτετμῆσθαι τὰς ἔξωθεν ἐπικουρίας· πάντα γὰρ ἂν φθῆναι παθεῖν, πρὶν καὶ πυθέσθαι τινὰ τῶν συμμάχων. Ἔδοξε δ' ὅμως ἐπικαλεῖσθαι τοὺς Ἰδουμαίους. Καὶ γράψαντες ἐπιστολὴν σύντομον ὡς Ἄνανος μὲν προδιδοίη Ῥωμαίοις τὴν μητρόπολιν ἐξαπατήσας τὸν δῆμον, αὐτοὶ δ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀποστάντες ἐν τῷ ἱερῷ φρουροῖντο, ὀλίγος δ' ἔτι χρόνος αὐτοῖς βραβεύει τὴν σωτηρίαν· εἰ δὲ μὴ βοηθήσουσιν ἐκεῖνοι κατὰ τάχος, αὐτοὶ μὲν ὑπ' Ἀνάνῳ τε καὶ τοῖς ἐχθροῖς, ἡ πόλις δ' ὑπὸ Ῥωμαίοις φθάσει γενομένη, τὰ δὲ πολλὰ τοῖς ἀγγέλοις ἐνετέλλοντο πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἰδουμαίων διαλέγεσθαι. Προεβλήθησαν δ' ἐπὶ τὴν ἀγγελίαν δύο τῶν δραστηρίων ἀνδρῶν, εἰπεῖν τε ἱκανοὶ καὶ πεῖσαι περὶ πραγμάτων, τὸ δὲ τούτων χρησιμώτερον, ὠκύτητι ποδῶν διαφέροντες. Τοὺς μὲν γὰρ Ἰδουμαίους αὐτόθεν ᾔδεισαν πεισθησομένους, ἅτε θορυβῶδες καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀεί τε μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα καὶ μεταβολαῖς χαῖρον, πρὸς ὀλίγην δὲ κολακείαν τῶν δεομένων τὰ ὅπλα κινοῦν, καὶ καθάπερ εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπειγόμενον. Ἔδει δὲ τάχους εἰς τὴν ἀγγελίαν, εἰς ὃ μηδὲν ἐλλείποντες προθυμίας οἱ πεμφθέντες (ἐκαλεῖτο δ' αὐτῶν Ἀνανίας ἑκάτερος), καὶ δὴ πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἰδουμαίων παρῆσαν.

(ΙϚ'.) β'. Οἱ δέ, πρὸς τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰ ῥηθέντα παρὰ τῶν ἀφιγμένων ἐκπλαγέντες, ὥσπερ ἐμμανεῖς περιέθεόν τε τὸ ἔθνος καὶ διεκήρυσσον τὴν στρατείαν. Ἤθροιστο δ' ἡ πληθὺς τάχιον τοῦ παραγγέλματος καὶ πάντες ὡς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῆς μητροπόλεως ἥρπαζον τὰ ὅπλα· συνταχθέντες δ' εἰς δύο μυριάδας, παραγίνονται πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα, χρώμενοι τέσσαρσιν ἡγεμόσιν, Ἰωάννῃ τε καὶ Ἰακώβῳ παισὶ Σωσᾶ, πρὸς δὲ τούτοις ἦν Σίμων υἱὸς Καθλᾶ, καὶ Φινέας Κλουσώθ.

γ'. Τὸν δ' Ἄνανον ἡ μὲν ἔξοδος τῶν ἀγγέλων, ὥσπερ καὶ τοὺς φύλακας, ἔλαθεν, ἡ δ' ἔφοδος τῶν Ἰδουμαίων οὐκέτι. Προγνοὺς γὰρ ἀπέκλεισέ τε τὰς πύλας αὐτοῖς καὶ διὰ φυλακῆς εἶχε τὰ τείχη. Καθ' ἅπαν γε μὴν αὐτοὺς ἐκπολεμεῖν οὐκ ἔδοξεν, ἀλλὰ λόγοις πείθειν πρὸ τῶν ὅπλων. Στὰς οὖν ἐπὶ τὸν ἀντικρὺς αὐτῶν πύργον ὁ μετὰ Ἄνανον γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων Ἰησοῦς « πολλῶν ἔφη καὶ ποικίλων τὴν πόλιν κατεσχηκότων θορύβων ἐν οὐδενὶ θαυμάσαι τὴν τύχην οὕτως ὡς τὸ συμπράττειν τοῖς πονηροῖς καὶ τὰ παράδοξα. Παρεῖναι γὰρ ὑμᾶς ἀνθρώποις ἐξωλεστάτοις μετὰ τοσαύτης προθυμίας ἐπαμυνοῦντας καθ' ἡμῶν, μεθ' ὅσης εἰκὸς ἦν ἐλ-

Eleazarus Simonis filius, qui etiam inter illos plurimum valere videbatur et ad excogitanda quæ opus erant et ad eadem exsequenda, itemque Zacharias Phaleci filius, utrique a sacerdotibus oriundi. Hi quum, præter ea quæ universis, etiam sibi intentata mala audivissent, quodque Anani factio potentiæ sibi comparandæ causa Romanos accerseret (nam et hoc Joannes improbe finxerat), diu quidem quid agerent dubitabant, in tantas temporis angustias compulsi. Quippe populum quidem brevi in eo fore ut ipsos aggrederentur, auxiliorumque accitorum spem sibi præcisam esse insidiarum celeritate : omnia enim ipsos prius passuros esse quam auxiliarium quisquam ista resciscerct. Verumtamen ut Idumæi advocarentur optimum visum est. Quumque brevem scripsissent epistolam, quod circumvento populo Ananus vellet Romanis metropolin prodere, ipsi autem facta pro libertate defectione in templo obsiderentur, et non liceret nisi ad breve adhuc tempus sibimet salutem promittere; ac nisi mature auxilio venirent, ipsos quidem ab Anano atque inimicis, civitatem vero a Romanis in potestatem redactum iri; multa etiam nunciis mandabant, quæ loquerentur ad principes Idumæorum. Propositi autem erant qui nuncii mitterentur duo viri impigri, qui de rebus agendis dicendo valebant accommodate ad persuadendum, et, quod magis in rem illorum erat, pedum velocitate præstabant. Nam Idumæos sine mora parituros esse probe noverant, utpote gentem tumultuosam et ordinis impatientem, ad motus intentam semper et mutationibus gaudentem, ad modicam vero eorum qui supplicant adulationem arma moventem, et ad prælia quasi ad festum properantem. Opus autem erat celeritate ad nuncium perferendum : quam ad rem nihil alacritatis deerat missis (uterque autem Ananias vocabatur), adeoque brevi se sistebant Idumæorum principibus.

(XVI.) 2. Illi vero epistola verbisque eorum qui venerant attoniti, furiosorum more gentem percursabant, et militiam denunciabant. Congregata autem est multitudo citius quam præceptum erat, omnesque quasi pro libertate metropoleos arma corripiebant, ordinatoque exercitu ad duo millia, adveniunt Hierosolyma cum ducibus quattuor, Joanne et Jacobo Sosæ filiis, ac præterea Simone Cathlæ et Phinea Clusothi filiis.

3. Nunciorum autem profectio Ananum quidem itemque vigiles ejus latuerat, haud vero Idumæorum adventus. Hoc enim ante cognito, portas eis claudit et muris custodes adhibebat. Ceterum nequaquam ei visum est cum illis dimicare, sed verbis persuadere potius quam armis rem gerere. Jesus igitur, post Ananum pontificum natu maximus, quum in turri illis adversa constitisset, « nihil se adeo mirari inquit quam quod, urbe tot tantisque tumultibus agitata, ita fors tulerit, ut improbis ex inopinato subveniretur. Quippe vos perditissimis hominibus contra nos subsidium laturos adesse, idque tanta alacritate, quantam adhiberi haud par erat, ne tum quidem si contra barbaros

« θεῖν, οὐδὲ τῆς μητροπόλεως καλούσης ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Καὶ εἰ μὲν ἑώρων τὴν σύνταξιν ὑμῶν ἐξ ὁμοίων τοῖς καλέσασιν ἀνδρῶν, οὐκ ἂν ἄλογον τὴν ὁρμὴν ὑπελάμβανον· οὐδὲν γὰρ οὕτω συνίστησι τὰς εὐνοίας ὡς τρόπων συγγένεια· νῦν δὲ, εἰ μέν τις αὐτοὺς ἐξετάζοι καθ' ἕνα, μυρίων ἕκαστος εὑρεθήσεται θανάτων ἄξιος· τὰ γὰρ ἀθύρματα καὶ καθάρματα τῆς χώρας ὅλης κατασωτευσάμενα τὰς ἰδίας οὐσίας, καὶ προγυμνάσαντα τὴν ἀπόνοιαν ἐν ταῖς πέριξ κώμαις τε καὶ πόλεσι, τελευταῖα λεληθότως παρεισέρρευσαν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν· λῃσταὶ, δι' ὑπερβολὴν ἀσεβημάτων μιαίνοντες καὶ τὸ ἀβέβηλον ἔδαφος, οὓς ὁρᾶν ἔστι νῦν ἀδεεῖς ἐμμεθυσκομένους τοῖς ἁγίοις καὶ τὰ σκῦλα τῶν πεφονευμένων καταναλίσκοντας εἰς τὰς ἀπλήστους γαστέρας. Τὸ δὲ ὑμέτερον πλῆθος καὶ τὸν κόσμον τῶν ὅπλων ὁρᾶν ἔστιν οἷος ἔπρεπε καλούσης ὑμᾶς τῆς μητροπόλεως κοινῷ βουλευτηρίῳ συμμάχους κατ' ἀλλοφύλων. Τί ἂν οὖν εἴποι τοῦτό τις ἢ τύχης ἐπήρειαν, ὅταν λογάσι πονηροῖς αὔτανδρον ἔθνος ὁρᾷ συνασπίζον αὐτοῖς; Μέχρι πολλοῦ μὲν ἀπορῶ τί δή ποτε καὶ τὸ κινῆσαν ὑμᾶς οὕτω ταχέως ἐγένετο. Μὴ γὰρ ἂν δίχα μεγάλης αἰτίας ἀναλαβεῖν τὰς πανοπλίας ὑπὲρ λῃστῶν καὶ κατὰ δήμου συγγενοῦς. Ἐπεὶ δὲ ἠκούσαμεν Ῥωμαίους καὶ προδοσίαν (ταῦτα γὰρ ὑμῶν ἐθορύβουν τινὲς ἀρτίως, καὶ τῆς μητροπόλεως ἐπ' ἐλευθερώσει παρεῖναι), πλέον τῶν ἄλλων τολμημάτων ἐθαυμάσαμεν τοὺς ἀλιτηρίους τῆς περὶ τὸ ψεῦδος ἐπινοίας. Ἄνδρας γὰρ φύσει φιλελευθέρους, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τοῖς ἔξωθεν πολεμίοις μάχεσθαι παρεσκευασμένους οὐκ ἐνῆν ἄλλως ἐξαγριῶσαι καθ' ἡμῶν ἢ λογοποιήσαντας προδοσίαν τῆς ποθουμένης ἐλευθερίας. Ἀλλ' ὑμᾶς γε χρὴ σκέπτεσθαι τούς τε διαβάλλοντας καὶ καθ' ὧν, συνάγειν τε τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐκ τῶν ἐπιπλάστων λόγων, ἀλλ' ἐκ τῶν κοινῶν πραγμάτων. Τί γὰρ δὴ καὶ παθόντες ἂν ἡμεῖς Ῥωμαίοις προσπωλοῦμεν ἑαυτοὺς νῦν, παρὸν ἢ μηδὲ ἀποστῆναι τὸ πρῶτον, ἢ προσχωρῆσαι ταχέως ἀποστάντας, ὄντων ἔτι τὸν πέριξ ἀπορθήτων; Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲ βουλομένοις διαλύσασθαι ῥᾴδιον, ὅτε Ῥωμαίους μὲν ὑπερόπτας πεποίηκεν ὑποχείριος ἡ Γαλιλαία, φέρει δ' αἰσχύνην ἡμῖν θανάτου χαλεπωτέραν, τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς ὄντας ἤδη πλησίον· καὶ ἔγωγε κατ' ἐμαυτὸν μὲν ἂν εἰρήνην προτιμήσαιμι θανάτου· πολεμούμενος δ' ἅπαξ καὶ συμβαλὼν, θάνατον εὐκλεᾶ τοῦ ζῆν αἰχμάλωτος. Πότερον δέ φασιν ἡμᾶς, τοὺς τοῦ δήμου προεστῶτας, πέμψαι κρύφα πρὸς Ῥωμαίους, ἢ καὶ τῶν δῆμον κοινῇ ψηφισάμενον; εἰ μὲν ἡμᾶς, εἰπάτωσαν τοὺς πεμφθέντας φίλους, τοὺς διακονήσαντας τὴν προδοσίαν οἰκέτας. Ἐφωράθη τις ἀπιών; ἀνακομιζόμενος ἑάλω; γραμμάτων γεγόνασιν ἐγκρατεῖς; Πῶς δὲ τοὺς μὲν τοσούτους πολίτας ἐλάθομεν, οἷς κατὰ πᾶσαν ὥραν συναναστρεφόμεθα; τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ φρουρουμένοις, καὶ μηδ' εἰς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ προελθεῖν δυναμένοις ἐγνώσθη τὰ κατὰ τὴν χώραν λαθραίως

« vos accivisset metropolis. Et si quidem viderem exercitum vestrum similem esse horum hominum qui vos advocarunt, hunc impetum non vesanum existimarem; nihil enim æque benevolentiam conciliat ac morum cognatio : nunc vero illi quidem, si quis eorum singulos exploraverit, mille mortibus digni reperientur : quippe ludibria et purgamenta omnis regionis, luxu absumptis patrimoniis suis factoque audaciæ suæ temerariæ in vicis et civitatibus circumcirca experimento, tandem in urbem sacram clam se infuderunt; latrones, qui scelerum immanitate solum non profanum polluerunt, quos nunc videre est impune inter sacra sese inebriantes, et in ventres insatiabiles peremptorum spolia insumentes. Vestram autem multitudinem et armorum apparatum cernere est qualem esse deceret, si publico vos consilio metropolis vocaret in auxilium contra alienigenas. Quid igitur hoc esse quis dixerit, nisi fortunæ injuriam quum videat gentem universam sceleratorum colluvioni opitulantem? Jamdudum quidem dubitavi quidnam fuerit quod vos tam cito commoverit. Haud enim temere pro latronibus et adversus cognatum populum arma sumere voluistis. At quoniam de Romanis et proditione nonnihil audivimus (istis enim nonnulli vestrûm nunc obstrepunt, et metropoleos liberandæ ergo se adesse clamant), sceleratos istos magis ob hoc mendacii commentum mirati sumus, quam ob alia quæ ausi sunt. Nam viros natura libertatis amantes, adeoque cum externis hostibus pugnare paratissimos, non alia de causa contra nos efferare potuerant, quam libertatis tantopere expetitæ proditionem fingendo. Sed vos sane oportet considerare quinam sint qui calumnias adhibent et contra quos, fidemque veritatis ex rerum communium intuitu, non ex fictis sermonibus colligere. Etenim quam ob causam nos Romanis nosmet nunc dedimus, quum ab initio licuerit aut ab illis non defecisse, aut post defectionem cito cum illis redire in gratiam, priusquam circa nos omnia vastarentur? Namque jam, ne volentibus quidem nobis res componere facile est, quum Romanos superbos fecerit Galilæa sub jugum missa, et in ignominiam cedat morte graviorem, illos officiis demereri cum jam in propinquo sint. Et ego quidem, quod ad me attinet, pacem morti præferrem, semel autem bello appetitus, manibusque consertis, mortem gloriosam mallem quam captivi vitam agere. Verum utrum nos, populi principes, aiunt, clam misisse ad Romanos, aut etiam totum populum communi suffragio? Si quidem nos, nominatim proferant amicos quos miserimus, qui servi fuerint proditionis ministri. Num quis in itinere deprehensus est? rediens captus est? literas nacti sunt? Quo modo autem tantam quidem civium multitudinem lateremus, quibuscum omni hora versamur? paucis vero, atque hic inclusis, qui de templo ne in civitatem quidem prodire possent, quo pacto sunt cognita quæ occulta extra civitatem fierent? Verum

« ἐνεργούμενα; Νῦν δ' ἔγνωσαν ὅτι δεῖ δοῦναι δίκας τῶν τετολμημένων· ἕως δ' ἦσαν ἀδεεῖς αὐτοὶ, προδότης ἡμῶν οὐδεὶς ὑπωπτεύετο. Εἰ δὲ ἐπὶ τὸν δῆμον ἀναφέρουσι τὴν αἰτίαν, ἐν φανερῷ δήπουθεν ἐβουλεύσαντο (οὐδεὶς γὰρ ἀπεστάτει τῆς ἐκκλησίας), ὥστε τάχιον ἂν τῆς μηνύσεως ἔσπευσεν ἡ φήμη πρὸς ὑμᾶς φανερωτέρα. Τί δέ; οὐχὶ καὶ πρέσβεις ἔδει πέμπειν ψηφισομένους τὰς διαλύσεις; καὶ τίς ὁ χειροτονηθεὶς, εἰπάτωσαν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δυσθανατούντων καὶ πλησίον οὔσας τὰς τιμωρίας διακρουομένων σκῆψίς ἐστιν. Εἰ γὰρ δὴ καὶ προδοθῆναι τὴν πόλιν εἵμαρται, μόνους ἂν τολμῆσαι καὶ τοῦτο τοὺς διαβάλλοντας, ὧν τοῖς τολμήμασιν ἓν μόνον λείπει, προδοσία. Χρὴ δὲ ὑμᾶς, ἐπειδήπερ ἅπαξ πάρεστε μετὰ τῶν ὅπλων, τὸ μὲν δικαιότατον, ἀμύνειν τῇ μητροπόλει, καὶ συνεξαίρειν τοὺς τὰ δικαστήρια καταλύσαντας τυράννους, οἳ πατήσαντες τοὺς νόμους ἐπὶ τοῖς αὐτῶν ξίφεσι πεποίηνται τὰς κρίσεις. Ἄνδρας γοῦν ἀκαταιτιάτους τῶν ἐπιφανῶν ἐκ μέσης τῆς ἀγορᾶς ἁρπάσαντες δεσμοῖς τε προσηκίσαντο καὶ μηδὲ φωνὴν μηδὲ ἱκεσίαν ἀνασχόμενοι διέφθειραν. Ἔξεστι δ' ὑμῖν παρελθοῦσιν εἴσω μὴ πολέμου νόμῳ θεάσασθαι τὰ τεκμήρια τῶν λεγομένων, οἴκους ἠρημωμένους ταῖς ἐκείνων ἁρπαγαῖς, καὶ γύναια καὶ γενεὰς τῶν ἀπεσφαγμένων μελανειμονούσας, κωκυτὸν δὲ καὶ θρῆνον ἀνὰ τὴν πόλιν ὅλην. Οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς οὐ γέγευται τῆς τῶν ἀνοσίων καταδρομῆς· οἵ γε ἐπὶ τοσοῦτον ἐξώκειλαν ἀπονοίας, ὥστε μὴ μόνον ἐκ τῆς χώρας καὶ τῶν ἔξωθεν πόλεων ἐπὶ τὸ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλὴν ὅλου τοῦ ἔθνους μετενεγκεῖν τὴν ληστρικὴν τόλμαν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερόν. Ὁρμητήριον γοῦν αὐτοῖς τοῦτο καὶ καταφυγὴ, ταμιεῖόν τε τῶν ἐφ' ἡμᾶς παρασκευῶν γέγονεν. Ὁ δὲ ὑπὸ τῆς οἰκουμένης προσκυνούμενος χῶρος καὶ τοῖς ἀπὸ περάτων γῆς ἀλλοφύλοις ἀκοῇ τετιμημένος, ὑπὸ τῶν παραγεννηθέντων ἐνθάδε θηρίων καταπατεῖται. Νεανιεύονται δ' ἐν ταῖς ἀπογνώσεσιν ἤδη, δήμους τε δήμοις καὶ πόλεις πόλεσι συγκρούειν, καὶ κατὰ τῶν ἰδίων σπλάγχνων τὸ ἔθνος στρατολογεῖν. Ἀνθ' ὧν τὸ μὲν κάλλιστον καὶ πρέπον, ὡς ἔφην, ὑμῖν, συνεξαίρειν τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἀπάτης ἀμυνομένους, ὅτι συμμάχους ἐτόλμησαν καλεῖν οὓς ἔδει τιμωροὺς δεδιέναι. Εἰ δὲ αἰδεῖσθε τὰς τῶν τοιούτων ἐπικλήσεις, ἀλλά τοι πάρεστι θεμένοις τὰ ὅπλα καὶ παρελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν σχήματι συγγενῶν, ἀναλαβεῖν τὸ μέσον συμμάχων τε καὶ πολεμίων ὄνομα, δικαστὰς γενομένους. Καίτοι λογίσασθε πόσον κερδήσουσιν ἐφ' ὁμολογουμένοις καὶ τηλικούτοις κρινόμενοι παρ' ὑμῖν οἱ τοῖς ἀκαταιτιάτοις μηδὲ λόγου μεταδόντες. Λαμβανέτωσαν δ' οὖν ταύτην ἐκ τῆς ὑμετέρας ἀφίξεως τὴν χάριν. Εἰ δὲ οὔτε συναγανακτεῖν ἡμῖν οὔτε κρίνειν δοκεῖ, τρίτον ἐστὶ καταλιπεῖν ἑκατέρους, καὶ μήτε ταῖς ἡμετέραις ἐπεμβαίνειν συμφοραῖς μήτε τοῖς ἐπιβούλοις τῆς μητροπόλεως

« nunc resciverunt, quia facinorum supplicia luenda ipsis sunt; at tantisper dum nihil esset quod vererentur, nemo nostrûm in proditionis suspicionem veniebat. Sin vero in populum culpam conjiciant, dicendum eos palam ea de re deliberasse (nemo enim aberat concilio), adeoque fama manifestior quolibet indicio celerius ad vos pervenisset. Quid vero? nonne et legatos mittere oportebat ad pactiones sanciendas? et quis designatus fuerit, dicant. Sed hæc quidem male pereuntium et instantes pœnas evitare cupientium causationes sunt. Quin etiam si civitatem proditum iri in fatis esset, id quoque ipsos solos qui nos criminantur ausuros esse, quorum facinoribus unum tantum deest malum, proditio. Vos autem oportet, quia semel cum armis adestis, subsidium (quod quidem justissimum est) metropoli ferre, et unà nobiscum tyrannos tollere, qui judicia sublatum iverunt, qui calcatis legibus res gladiis suis dijudicarunt. Viros quippe nobiles, quos nemo accusavit, ex medio raptos foro vinculis cruciarunt, deinde nihil vocem aut preces eorum morantes neci tradiderunt. Licet autem vobis, non belli lege ingressis, signa et indicia eorum quæ modo dixi intueri, domos rapinis illorum desolatas, peremptorum conjuges et familias veste lugubri indutas, quin et per totam civitatem luctum et lamentationem. Nemo enim reperitur qui impiorum non expertus sit incursus. Quippe eo vesanæ insolentiæ devenerunt, ut audaciam latrocinalem non solum ex provincia et aliis civitatibus in hanc, quæ expressa totius gentis facies est et caput, transferant, verum etiam ex civitate in templum. Hoc nimirum illis receptaculum factum est et perfugium, et promptuarium eorum quæ in vos comparata sunt. Atque locus qui adoratur per orbem universum, et ab alienigenis usque a terræ finibus fama et traditione honoratur, a feris apud nos natis conculcatur. In rerum etiam desperatione jam exsultant, populum populo, civitatem civitati committi, gentemque exercitum colligere sua viscera dilaniaturum, quum e contra pulcerrimum esset, vosque, ut dixi, deceret, nobiscum tollere sceleratos, etiam ob ipsam hanc fraudem illos ulciscentes, quod in auxilium vos vocare ausi fuerint, quos metuere vindices debuissent. Quodsi ejusmodi hominum advocationem reveremini, attamen licet vobis, armis depositis et cognatorum habitu civitatem ingressis, medium inter hostes atque auxiliares nomen assumere, vosmet judices faciendo. Verum reputate quantum e re illorum erit, de manifestis et tam magnis criminibus apud vos judicio sisti, qui hominibus non accusatis ne verbum quidem facere permiserunt. Ferant igitur hanc ex vestro adventu gratiam. Sin vero neque nobiscum indignari, neque judicare vultis, tertium restat, ut relictis utrisque, nec nostris calamitatibus insultetis nec cum insidiatoribus metropoleos maneatis. Nam si

« συμμένειν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα Ῥωμαίοις « ὑποπτεύετε διειλέχθαι τινὰς, παρατηρεῖν ἔξεστι τὰς « ἐφόδους· κἂν τι τῶν διαβεβλημένων ἔργων διακαλύ« πτηται, τότε φρουρεῖν τὴν μητρόπολιν ἐλθόντας, κο« λάζειν τε τοὺς αἰτίους πεφωραμένους· οὐ γὰρ ἂν « ὑμᾶς φθάσειαν οἱ πολέμιοι τῇ πόλει προσῳκημένους. « Εἰ δὲ οὐδὲν ὑμῖν τούτων εὔγνωμον ἢ μέτριον δοκεῖ, « μὴ θαυμάζετε τὰ κλεῖθρα τῶν πυλῶν, ἕως ἂν φέρητε « τὰ ὅπλα. »

δ΄. Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε. Τῶν δὲ Ἰδουμαίων οὐδὲν τὸ πλῆθος προσεῖχεν, ἀλλὰ τεθύμωτο μὴ τυχὸν ἑτοίμης τῆς εἰσόδου· καὶ διηγανάκτουν οἱ στρατηγοὶ πρὸς ἀπόθεσιν τῶν ὅπλων, αἰχμαλωσίαν ἡγούμενοι τὸ κελευόντων τινῶν αὐτὰ ῥῖψαι. Σίμων δὲ υἱὸς Καθλᾶ τῶν ἡγεμόνων εἷς, μόλις τὸν τῶν οἰκείων καταστείλας θόρυβον, καὶ στὰς εἰς ἐπήκοον τοῖς ἀρχιερεῦσιν « οὐκέτι θαυμάζειν ἔφη φρουρουμένων ἐν τῷ ἱερῷ τῶν προμάχων τῆς ἐλευθερίας, εἴ γε καὶ τῷ ἔθνει κλείουσί τινες ἤδη τὴν κοινὴν πόλιν, καὶ Ῥωμαίους μὲν εἰσδέχεσθαι παρασκευάζονται, τάχα καὶ στεφανώσαντες τὰς πύλας, Ἰδουμαίοις δὲ ἀπὸ τῶν πύργων διαλέγονται, καὶ τὰ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ὅπλα κελεύουσι ῥῖψαι. Μὴ πιστεύοντες δὲ τοῖς συγγενέσιν τὴν τῆς μητροπόλεως φυλακὴν τοὺς αὐτοὺς δικαστὰς ποιοῦνται τῶν διαφόρων, καὶ κατηγοροῦντές τινων, ὡς ἀποκτείνειαν ἀκρίτους, αὐτοὶ καταδικάζοιεν ὅλου τοῦ ἔθνους ἀτιμίαν· τὴν γοῦν ἅπασι τοῖς ἀλλοφύλοις ἀναπεπετασμένην εἰς θρησκείαν πόλιν τοῖς οἰκείοις νῦν ἀποτετειχίσθαι. Πάνυ γὰρ ἐπὶ σφαγὰς ἐσπεύδομεν καὶ τὸν κατὰ τῶν ὁμοφύλων πόλεμον, οἱ διὰ τοῦτο ταχύναντες, ἵνα ἀτυχήσαντας ὑμᾶς τηρήσωμεν ἐλευθέρους. Τοιαῦτα μέντοι καὶ πρὸς τῶν φρουρουμένων ἠδίκησθε, καὶ πιθανὰς οὕτως ὑποψίας, οἶμαι, καὶ κατ' ἐκείνων συνελέξατε. Ἔπειτα τῶν ἔνδον φρουρᾷ κρατοῦντες, ὅσοι κήδονται τῶν κοινῶν πραγμάτων, καὶ τοῖς συγγενεστάτοις ἔθνεσιν ἀθρόοις ἀποκλείσαντες μὲν τὴν πόλιν, ὑβριστικὰ δὲ οὕτω προστάγματα κελεύοντες, τυραννεῖσθαι λέγετε, καὶ τὸ τῆς δυναστείας ὄνομα τοῖς ὑφ' ὑμῶν τυραννουμένοις περιάπτετε. Τίς ἂν ἐνέγκαι τὴν εἰρωνείαν τῶν λόγων, ἀφορῶν εἰς τὴν ἐναντιότητα τῶν πραγμάτων, εἰ μὴ καὶ νῦν ὑμᾶς ἀποκλείουσιν Ἰδουμαῖοι τῆς μητροπόλεως, οὓς αὐτοὶ τῶν πατρίων ἱερῶν εἴργετε; Μέμψαιτ' ἄν τις εἰκότως τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ πολιορκουμένους, ὅτι θαρσήσαντες τοὺς προδότας κολάζειν, οὓς ὑμεῖς ἄνδρας ἐπισήμους καὶ ἀκαταιτιάτους λέγετε διὰ τὴν κοινωνίαν, οὐκ ἀφ' ὑμῶν ἤρξαντο, καὶ τὰ καιριώτατα τῆς προδοσίας μέρη προαπέκοψαν. Ἀλλ' εἰ κἀκεῖνοι τῆς χρείας ἐγένοντο μαλακώτεροι, τηρήσωμεν Ἰδουμαῖοι τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς κοινῆς πατρίδος προπολεμήσωμεν, ἅμα τούς τε ἔξωθεν ἐπιόντας καὶ τοὺς ἔνδον προδιδόντας ἀμυνόμενοι πολεμίους. Ἐνθάδε πρὸ τῶν τειχῶν μενοῦμεν ἐν τοῖς ὅπλοις, ἕως ἂν Ῥωμαῖοι κάμωσι προσέχοντες ὑμῖν, ἢ ὑμεῖς ἐλεύθερα φρονήσαντες μεταβάλησθε. »

« vel maxime quenquam nostrûm suspicamini cum Romanis « colloquutum, licet aditus observare, quumque factum aliquod, quale objicitur, apparuerit, tunc demum venire « ut metropolim tueamini, et in criminis convictos animad« vertatis : non enim est ut hostes vos præveniant urbi « adeo propinquos. Quod si horum nihil gratum vobis acce« ptumque aut moderatum videatur, ne miremini portas « clausas esse, quamdiu arma feratis. »

4. Hujusmodi quidem verba loquebatur Jesus. Idumæorum autem multitudo nequaquam animum advertebat, sed ira incensa erat, quod non paratum habuisset introitum : ducesque valde indignabantur arma deponere, captivitatem esse existimantes alicujus ad imperium ea projicere. Unus autem e ducibus, Simon Cathlæ filius, quum vix suorum tumultum sedasset, et in loco constitisset unde a pontificibus exaudiri posset, « non jam mirari se ait quod in templo obsiderentur libertatis propugnatores, quum nonnulli urbem jam claudant universæ genti communem, et Romanos quidem, fortasse etiam portis coronatis, recipere parati sint, cum Idumæis vero ex turribus colloquantur, eosque arma pro libertate capta projicere jubeant. Consanguineis autem custodiam metropoleos non credentes, ipsos Idumæos controversiarum arbitros fieri volunt, quosdamque accusando, quod cives judicio non condemnatos occiderint, ipsi gentem omnem ignominia condemnant, ut qui urbem, alienigenis universis religionis ergo patentem, cognatis præcluserint. Sane enim ad cædes veniebamus et ad gerendum cum gentilibus bellum, qui ob hoc adesse properavimus, ut vos in adversis servaremus liberos. Pari scilicet modo vos etiam hi quos obsidetis læsere, tamque veri similes, ut puto, suspiciones in illos quoque collegistis. Deinde ex iis qui intus sunt custodia tenentes quibuscunque curæ erat respublica, et urbe genti conjunctissimæ in universum occlusa, adeoque contumeliose imperata nos facere jubentes, dicitis vos tyrannide premi, nomenque dominatus iis, qui vos tyrannos patiuntur, imponitis. Quis hanc in verbis cavillationem ferat, quum omnia contra ac dicitis facta videat, nisi et nunc Idumæi vos metropoli excludant, quos ipsi a patriis sacris arcetis? Merito quis eos incusaverit qui in templo obsidentur, quod quum ausi essent plectere proditores, quos, utpote scelerum socios, viros nobiles et ne accusatos quidem perhibetis, non a vobis inceperint et proditores summos præciderint. Sed licet illi molliores fuerint quam oportebat, nos Idumæi domicilium Dei servemus, et pro communi patria propugnemus, hostesque, tam foris irruentes quam intus prodentes, ulciscamur. Hic ante muros armati manebimus, donec aut Romani fessi sint vos exspectando, aut vos præ libertatis studio mutemini. »

ε'. Τούτοις τὸ μὲν τῶν Ἰδουμαίων ἐπεβόα πλῆθος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀθυμῶν ἀνεχώρει, τοὺς μὲν Ἰδουμαίους μηδὲν φρονοῦντας ὁρῶν μέτριον, διχόθεν δὲ τὴν πόλιν πολεμουμένην. Ἦν δὲ οὐδὲ τοῖς Ἰδουμαίοις ἐν ἠρεμίᾳ τὰ φρονήματα· καὶ γὰρ τεθύμωντο πρὸς τὴν ὕβριν εἰρχθέντες τῆς πόλεως, καὶ τὰ τῶν ζηλωτῶν ἰσχυρὰ δοκοῦντες, ὡς οὐδὲν ἐπαμύνοντας ἑώρων, ἠπόρηντο, καὶ μετενόουν πολλοὶ τὴν ἄφιξιν. Ἡ δὲ αἰδὼς τοῦ τέλεον ἀπράκτους ὑποστρέφειν ἐνίκα τὴν μεταμέλειαν, ὥστε μένειν αὐτόθι πρὸ τοῦ τείχους κακῶς αὐλιζομένους. (ΙΖ'.) Διὰ γὰρ τῆς νυκτὸς ἀμήχανος ἐκρήγνυται χειμὼν, ἄνεμοί τε βίαιοι σὺν ὄμβροις λαβροτάτοις, καὶ συνεχεῖς ἀστραπαὶ, βρονταί τε φρικώδεις, καὶ μυκήματα σειομένης τῆς γῆς ἐξαίσια. Πρόδηλον δ' ἦν ἐπ' ἀνθρώπων ὀλέθρῳ τὸ κατάστημα τῶν ὅλων συγκεχυμένον· καὶ οὐχὶ μικροῦ τις ἂν εἰκάσαι συμπτώματος τὰ τέρατα.

ς'. Μία δὲ τοῖς Ἰδουμαίοις καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει παρέστη δόξα, τοῖς μὲν, ὀργίζεσθαι τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ στρατείᾳ καὶ οὐκ ἂν διαφυγεῖν ἐπενεγκόντας ὅπλα τῇ μητροπόλει, τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἄνανον νενικηκέναι χωρὶς παρατάξεως, καὶ τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν στρατηγεῖν. Κακοὶ δε ἦσαν ἄρα τῶν μελλόντων στοχασταὶ, καὶ κατεμαντεύοντο τῶν ἐχθρῶν ἃ τοῖς ἰδίοις αὐτῶν ἐπῄει παθεῖν. Οἱ μὲν γὰρ Ἰδουμαῖοι συσπειραθέντες τοῖς σώμασιν ἀλλήλους ἀντέθαλπον, καὶ τοὺς θυρεοὺς ὑπὲρ κεφαλῆς συμφράξαντες ἧττον ἐκακοῦντο τοῖς ὑετοῖς· οἱ δὲ ζηλωταὶ μᾶλλον τοῦ καθ' αὐτοὺς κινδύνου ὑπὲρ ἐκείνων ἐβασανίζοντο, καὶ συνελθόντες ἐσκόπουν εἴ τινα μηχανὴν αὐτοῖς ἀμύνης ἐπινοήσειαν. Τοῖς μὲν οὖν θερμοτέροις ἐδόκει μετὰ τῶν ὅπλων βιάζεσθαι τοὺς παραφυλάσσοντας· ἔπειτα δὲ εἰσπεσόντας εἰς μέσον τῆς πόλεως ἀναφανδὸν ἀνοίγειν τοῖς συμμάχοις τὰς πύλας· τούς τε γὰρ φύλακας εἴξειν πρὸς τὸ ἀδόκητον αὐτῶν τεταραγμένους, ἄλλως τε καὶ τοὺς πλείονας αὐτῶν ὄντας ἀνόπλους καὶ πολέμων ἀπείρους, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν δυσσύνακτον ἔσεσθαι τὸ πλῆθος κατειλημμένον ὑπὸ τοῦ χειμῶνος εἰς τὰς οἰκίας. Εἰ δὲ καί τις γένοιτο κίνδυνος, πρέπειν αὐτοῖς πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ἢ περιιδεῖν τοσοῦτον πλῆθος δι' αὐτοὺς αἰσχρῶς ἀπολλύμενον. Οἱ δὲ συνετώτεροι βιάζεσθαι μὲν ἀπεγίνωσκον, ὁρῶντες οὐ μόνον τὴν ἑαυτῶν φρουρὰν πληθύουσαν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς πόλεως τεῖχος διὰ τοὺς Ἰδουμαίους ἐπιμελῶς φυλασσόμενον, ᾤοντό τε πανταχοῦ τὸν Ἄνανον παρεῖναι, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν ἐπισκέπτεσθαι τὰς φυλακάς. Ὃ δὴ ταῖς μὲν ἄλλαις νυξὶν οὕτως εἶχεν, ἀνείθη δὲ κατ' ἐκείνην, οὔτι κατὰ τὴν Ἀνάνου ῥᾳθυμίαν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἀπόλοιτο, καὶ τὸ πλῆθος τῶν φυλάκων, στρατηγούσης τῆς εἱμαρμένης ἤδη. Καὶ δὴ τῆς νυκτὸς προκοπτούσης καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπακμάζοντος κοιμίζει μὲν τοὺς ἐπὶ τῇ στοᾷ φρουροὺς, τοῖς ζηλωταῖς δὲ ἐπίνοιαν ἐμβάλλει τῶν ἱερῶν αἴροντας πριόνων ἐκτεμεῖν τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν. Συνήργησε δὲ αὐτοῖς πρὸς τὸ μὴ κατακουσθῆναι

5. His dictis Idumæi quidem acclamabant universi. Jesus autem anxius tristisque discessit, quum Idumæos nihil moderati sentire, et duplici bello civitatem urgeri videret. Verum nec Idumæis quiescebant animi : nam indigne ferebant contumeliam, quod essent civitate prohibiti, et, quum zelotarum vires non exiguas esse crediderint, postquam nihil eos sibi auxiliari posse viderunt, in dubio esse cœpere, multosque adventus sui pœnitebat. Pudor autem nulla re prorsus gesta redeundi pœnitudinem superabat, adeo ut illic manere decreverint, licet ante muros male se haberent in castris. (XVII.) Nocte enim gravissima erumpit tempestas, ventusque violentus cum imbre vehementi conjunctus et crebra fulgura, horrendaque tonitrua, et ingentes terræ concussæ mugitus. Manifestum vero erat hominum in exitium mundi statum fuisse conturbatum : eratque ut quis conjiceret ea non vulgares portendere calamitates.

6. Una autem tam Idumæis quam intra urbem positis erat opinio, illis quidem, irasci Deum expeditionis causa, nec se posse evadere qui adversus metropolim arma tulerint, Anano vero suisque, victoriam sibi obtigisse sine prœlio, Deumque pro se pugnare. At mali erant profecto futurorum conjectores, et quæ sui passuri essent fore vaticinabantur ut hostibus acciderent. Nam Idumæi quidem conglobatis corporibus se invicem refocillabant, conjunctisque super capita clypeis non multum nocebantur pluvia : zelotæ autem magis sollicitudine de illis quam suo periculo cruciabantur; atque congregati dispiciebant an quid machinationis excogitari posset quo illis succurrerent. Et fervidioribus quidem visum est armis correptis adortum ire custodes; dein, quum in medium civitatis irruissent, palam auxiliatoribus portas aperire : nam et custodes cessuros esse ex improviso eorum impetu perturbatos, præsertim quod majori ex parte inermes essent minimeque in bellis exercitati; et cives aliquammultos difficulter colligi posse utpote in domos propter tempestatem conclusos. Quin et si quid periculi sit, vel quodvis pati satius esse quam negligere tantam multitudinem ipsorum causa fœde pereuntem. At prudentiores vi quidem rem gerere abnuebant, quod non solum custodiam sibi majorem adhibitam viderent, sed etiam urbis mœnia propter Idumæos diligenter custodita; et ubique adesse Ananum, omnique hora vigilias invisere existimabant. Id quod ceteris quidem noctibus ita fieri solebat, illa vero omissum, non Anani desidia, sed ut ille ipse et custodum manus interirent fati ductu et imperio. Quippe quum multa nox esset et ingravesceret tempestas, dormitum quidem dimittuntur custodes in porticu : zelotis vero cogitatio injicitur ut captis sacrorum serris portarum vectes dissecarent. Illis autem plurimum con-

τὸν ψόφον ὅ τε τῶν ἀνέμων ἦχος καὶ τὸ τῶν βροντῶν ἐπάλληλον.

ζ΄. Διαλαθόντες δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ παραγίνονται πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ τοῖς αὐτοῖς πρίοσι χρώμενοι τὴν κατὰ τοὺς Ἰδουμαίους ἀνοίγουσι πύλην. Τοῖς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐμπίπτει ταραχὴ, τοὺς περὶ τὸν Ἄνανον ἐπιχειρεῖν οἰηθεῖσι, καὶ πᾶς ἐπὶ τοῦ ξίφους ἔσχε τὴν δεξιὰν ὡς ἀμυνούμενος· ταχέως δὲ γνωρίσαντες τοὺς ἥκοντας εἰσῄεσαν. Εἰ μὲν οὖν ἐτράποντο ἐπὶ τὴν πόλιν, οὐδὲν ἐκώλυεν ἂν ἀπολωλέναι τὸν δῆμον αὐτανδρον, οὕτως εἶχον ὀργῆς· νῦν δὲ πρώτους τοὺς ζηλωτὰς ἔσπευδον τῆς φρουρᾶς ἐξελέσθαι, δεομένων πολλὰ καὶ τῶν εἰσδεξαμένων, μὴ περιιδεῖν δι' οὓς ἦλθον ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς, μηδὲ αὐτοῖς χαλεπώτερον ἐπισεῖσαι τὸν κίνδυνον· τῶν μὲν γὰρ φρουρῶν ἁλόντων ῥᾴδιον αὐτοῖς εἶναι χωρεῖν ἐπὶ τὴν πόλιν· εἰ δὲ ἅπαξ ταύτην προκινήσειαν, οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνων κρατῆσαι· πρὸς γὰρ τὴν αἴσθησιν συντάξασθαι αὐτοὺς καὶ τὰς ἀνόδους ἀποφράξειν.

ΚΕΦ. Ε΄.

Συνεδόκει ταῦτα τοῖς Ἰδουμαίοις, καὶ διὰ τῆς πόλεως ἀνέβαινον πρὸς τὸ ἱερὸν, μετέωροί τε οἱ ζηλωταὶ τὴν ἄφιξιν αὐτῶν ἐκαραδόκουν. Καὶ παριόντων εἴσω καὶ αὐτοὶ θαρροῦντες προῄεσαν ἐκ τοῦ ἐνδοτέρου ἱεροῦ· μιγέντες δὲ τοῖς Ἰδουμαίοις προσέβαλλον ταῖς φυλακαῖς. Καὶ τινὰς μὲν τῶν προκοιτούντων ἀπέσφαξαν κοιμωμένους, πρὸς δὲ τὴν τῶν ἐγρηγορότων βοὴν διανέστη πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ μετ' ἐκπλήξεως ἁρπάζοντες τὰ ὅπλα πρὸς τὴν ἄμυναν ἐχώρουν. Ἕως μὲν οὖν μόνους τοὺς ζηλωτὰς ἐπιχειρεῖν ὑπελάμβανον, ἐθάρρουν ὡς τῷ πλήθει περιεσόμενοι· κατιδόντες δὲ ἔξωθεν ἐπεισχεομένους ἄλλους, ᾔσθοντο τὴν εἰσβολὴν τῶν Ἰδουμαίων. Καὶ τὸ μὲν πλέον αὐτῶν ἅμα ταῖς ψυχαῖς κατέβαλλε τὰ ὅπλα, καὶ πρὸς οἰμωγαῖς ἦν· φραξάμενοι δὲ ὀλίγοι τῶν νέων γενναίως ἐδέχοντο τοὺς Ἰδουμαίους, καὶ μέχρι πολλοῦ τὴν ἀργοτέραν πληθὺν ἔσκεπον. Οἱ δὲ κραυγῇ διεσήμαινον τοῖς κατὰ τὴν πόλιν τὰς συμφοράς. Κἀκείνων ἀμῦναι μὲν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ὡς ἔμαθον εἰσπεπτωκότας τοὺς Ἰδουμαίους, ἄγαν δὲ ἀντεβόων καὶ ἀντωδύροντο, καὶ πολὺς γυναικῶν κωκυτὸς ἠγείρετο, ἐκινδύνευόν τε ἕκαστοι τῶν φυλάκων. Οἱ δὲ ζηλωταὶ τοῖς Ἰδουμαίοις συνεπηλάλαζον, καὶ τὴν ἐκ πάντων βοὴν ὁ χειμὼν ἐποίει φοβερωτέραν. Ἐφείδοντό τε οὐδενὸς Ἰδουμαῖοι, φύσει τε ὠμότατοι φονεύειν ὄντες καὶ τῷ χειμῶνι κεκακωμένοι κατὰ τῶν ἀποκλεισάντων ἐχρῶντο τοῖς ὅπλοις, ἦσαν δὲ ὅμοιοι τοῖς ἱκετεύουσι καὶ τοῖς ἀμυνομένοις· καὶ πολλοὺς, τήν τε συγγένειαν ἀναμιμνήσκοντας καὶ δεομένους τοῦ κοινοῦ ἱεροῦ λαβεῖν αἰδῶ, διήλαυνον τοῖς ξίφεσιν. Ἦν δὲ φυγῆς μὲν οὐδεὶς τόπος οὐδὲ σωτηρίας ἐλπίς· συνωθούμενοι δὲ περὶ ἀλλήλους κατεκόπτοντο, καὶ τὸ πλέον ἐκβιαζόμενοι (ὡς οὐκέτι ἦν ὑποχωρήσεως τόπος, ἐπῄεσαν δ' οἱ φονεύοντες) ὑπ' ἀμηχανίας κα-

tulit, ut sonus non audiretur, ventorum fremitus et crebrorum tonitruum fragor.

7. Clam itaque fano egressi ad murum veniunt, iisdemque serris adhibitis portam Idumæos versus aperiunt. Illos autem primo quidem occupat pavor, Ananum cum suis moliri aliquid suspicatos; et unusquisque gladium dextra prehendit, eo animo ut vim arceret : his vero qui ad se venerant statim agnitis, introibant. Quodsi tum ad civitatem se vertissent, nihil obstabat quominus populus universus interiisset : tanta ira ferebantur; nunc vero ita accidit ut primo zelotas custodia eximere festinarent, etiam iis obnixe id postulantibus qui illos intromiserint, ne negligerent malis obsessos quorum gratia venerint, neque his gravius periculum impingerent : captis enim custodibus, nullo negotio posse et ipsos in civitatem impetum facere; sin vero semel ea concitaretur, haud fore ut cives superarentur, quippe qui, si illos senserint, se in aciem collecturi et ascensum illis sint obstructuri.

CAP. V. (XVII.)

Ista itidem Idumæis placebant, ascendebantque in templum per civitatem, et adventum eorum suspensis animis exspectabant zelotæ. Quumque ingressi essent, illi etiam e fano interiori confidenter prodierunt, mixtique Idumæis custodes adoriebantur. Et nonnullos quidem excubantium, quos somnus oppresserat, jugularunt, ad clamorem vero expergefactorum omnis excitata est multitudo, armaque non sine stupore corripientes ad sui defensionem properabant. Et quamdiu quidem solos zelotas ipsos aggredi existimarent, animos sumebant, ut qui eos numero superaturi essent : ubi vero foris alios effundi viderunt, Idumæos irrupisse senserunt. Et major quidem pars eorum arma deponebant simul atque animis dejecti erant, et ad ejulatus se conferebant : pauci vero juvenum muniti fortiter excipiebant Idumæos, diuque inertiorem multitudinem protegebant. Alii vero clamore suo iis qui in urbe erant calamitates indicabant. Illorumque auxilio nemo venire ausus est, cognito Idumæos irruisse; sed vicissim magnos clamores tollebant et lamentationes, multusque mulierum ululatus edebatur; et unusquisque custodum in periculo erant. Zelotæ autem una cum Idumæis clamorem sustulerunt, magisque horribiles tempestas faciebat omnium vociferationes. Ac nemini parcebant Idumæi, utpote naturæ immanitate proni ad cædes, et ex tempestate male habiti arma in eos vertebant qui ipsos excluserant, itidemque infensi erant supplicantibus et pugnantibus; et multos, tam cognationis eos admonentes quam orantes ut commune fanum revererentur, gladiis transfigebant. Nullus autem fugæ quidem locus erat, neque salutis spes : eundem vero in locum coacti concidebantur, majorique ex parte eo vi compulsi, quum non esset quo se reciperent, et in eos irruerent interfectores, etiam præ consilii inopia in civitatem se præcipitabant,

τεχρήμνιζον ἑαυτοὺς εἰς τὴν πόλιν, οἰκτρότερον ἔμοιγε δοκεῖ οὗ διέφευγον ὀλέθρου τὸν αὐθαίρετον ὑπομένοντες. Ἐπεκλύσθη δὲ τὸ ἔξωθεν ἱερὸν πᾶν αἵματι, καὶ νεκροὺς ὀκτακισχιλίους καὶ πεντακοσίους ἡ ἡμέρα κατελάμβανεν.

(ΙΗ'.) β'. Οὐκ ἐκορέσθησαν δὲ τούτοις οἱ θυμοὶ τῶν Ἰδουμαίων, ἀλλ' ἐπὶ τὴν πόλιν τραπόμενοι πᾶσαν μὲν οἰκίαν διήρπαζον, ἔκτεινον δὲ τὸν περιτυχόντα. Καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος αὐτοῖς ἐδόκει παρανάλωμα, τοὺς δ' ἀρχιερεῖς ἀνεζήτουν, καὶ κατ' ἐκείνων ἦν τοῖς πλείστοις ἡ φορὰ, ταχέως δὲ ἁλόντες διεφθείροντο, καὶ τοῖς νεκροῖς αὐτῶν ἐπιστάντες, τὸν μὲν Ἄνανον τῆς πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας, τὸν δὲ Ἰησοῦν τῶν ἀπὸ τοῦ τείχους λόγων ἐπέσκωπτον. Προῆλθον δὲ εἰς τοσοῦτον ἀσεβείας, ὥστε καὶ ἀτάφους ῥῖψαι, καίτοι τοσαύτην Ἰουδαίων περὶ τὰς ταφὰς πρόνοιαν πεποιημένων, ὥστε καὶ τοὺς ἐκ καταδίκης ἀνασταυρουμένους πρὸ δύντος ἡλίου καθελεῖν τε καὶ θάπτειν. Οὐκ ἂν ἁμάρτοιμι δὲ εἰπὼν ἁλώσεως ἄρξαι τῇ πόλει τὸν Ἀνάνου θάνατον, καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀνατραπῆναι τὸ τεῖχος, καὶ διαφθαρῆναι τὰ πράγματα Ἰουδαίοις, ἐν ᾗ τὸν ἀρχιερέα καὶ ἡγεμόνα τῆς ἰδίας σωτηρίας αὐτῶν ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως εἶδον ἀπεσφαγμένον. Ἦν γὰρ δὴ τά τε ἄλλα σεμνὸς ὁ ἀνὴρ καὶ δικαιότατος, καὶ παρὰ τὸν ὄγκον τῆς τε εὐγενείας καὶ τῆς ἀξίας καὶ ἧς εἶχε τιμῆς ἠγαπηκὼς τὸ ἰσότιμον καὶ πρὸς τοὺς ταπεινοτάτους· φιλελεύθερος δὲ ἐκτόπως, καὶ δημοκρατίας ἐραστὴς, πρό τε τῶν ἰδίων λυσιτελῶν τὰ κοινῇ συμφέροντα ἀεὶ τιθέμενος, καὶ περὶ παντὸς ποιούμενος τὴν εἰρήνην (ἄμαχα γὰρ ᾔδει τὰ Ῥωμαίων), προσκοπούμενος δὲ ὑπ' ἀνάγκης καὶ κατὰ τὸν πόλεμον, ὅπως, εἰ μὴ διαλύσαιντο Ἰουδαῖοι δεξιῶς, διαφθείροιντο. Καθόλου δὲ εἰπεῖν, ζῶντος Ἀνάνου, πάντως ἂν διελύθησαν. Δεινὸς γὰρ ἦν εἰπεῖν τε καὶ πεῖσαι τὸν δῆμον· ἤδη δ' εἰ ἐχειρώτο καὶ τοὺς ἐμποδίζοντας, ἢ πολεμοῦντας· πλείστην ἂν τριβὴν Ῥωμαίοις παρέσχον ὑπὸ τοιούτῳ στρατηγῷ. Παρέζευκτο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Ἰησοῦς, αὐτοῦ μὲν λειπόμενος κατὰ σύγκρισιν, προὔχων δὲ τῶν ἄλλων. Ἀλλ', οἶμαι, κατακρίνας ὁ Θεὸς ὡς μεμιασμένης τῆς πόλεως ἀπώλειαν, καὶ πυρὶ βουλόμενος ἐκκαθαρθῆναι τὰ ἅγια, τοὺς ἀντεχομένους αὐτῶν καὶ φιλοστοργοῦντας περιέκοπτεν. Οἱ δὲ πρὸ ὀλίγου τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα περικείμενοι, καὶ τῆς κοσμικῆς θρησκείας κατάρχοντες, προσκυνούμενοί τε τοῖς ἐκ τῆς οἰκουμένης παραβάλλουσιν εἰς τὴν πόλιν, ἐρριμμένοι γυμνοὶ, βορὰ κυνῶν καὶ θηρίων, ἐβλέποντο. Αὐτὴν ἐπ' ἐκείνοις στενάξαι ἂν τοῖς ἀνδράσι δοκῶ τὴν ἀρετὴν, ὀλοφυρομένην ὅτι τοσοῦτον ἥττητο τῆς κακίας. Ἀλλὰ γὰρ τὸ μὲν Ἀνάνου καὶ Ἰησοῦ τέλος τοιοῦτον ἀπέβη.

(ΙΘ'.) γ'. Μετὰ δὲ ἐκείνους οἵ τε ζηλωταὶ καὶ τῶν Ἰδουμαίων τὸ πλῆθος τὸν λαὸν, ὥσπερ ἀνοσίων ζώων ἀγέλην ἐπιόντες, ἔσφαζον. Καὶ τὸ μὲν εἰκαῖον ἐφ' οὗ καταληφθείη τόπου διεφθείρετο, τοὺς δὲ εὐγενεῖς καὶ νέους συλλαμβάνοντες εἰς εἱρκτὴν κατέκλειον δεδεμέ-

exitium voluntarium subeuntes eo quod effugiebant, ut mihi videtur, miserabilius. Templum autem omne exterius sanguine inundabatur, quumque dies illucesceret, inventa sunt cæsorum octo millia et quingenti viri.

(XVIII.) 2. Istis vero non satiati erant Idumæi ira accensi, sed in urbem conversi domos omnes diripiebant, et obvium quemque perimebant. Et ceteræ quidem multitudinis cædem supervacaneam ducebant, pontifices vero perquirebant, et in illos plerique impetu ferebantur, captosque statim occidebant; quumque super eorum cadavera constitissent, nunc Anano populi benevolentiam, nunc Jesu quæ de muro dixerat exprobrabant. Eo autem impietatis processerunt, ut etiam insepultos eos abjecerint, quanquam tanta Judæis erat cura sepulturæ, ut etiam post damnationem cruci affixos ante solis occasum tollerent et humarent. Non autem erraverim, si initium urbis excidii ab Anani morte factum esse dixero, et ab illo inde die muros everti remque publicam Judæorum pessumdari cœptam, quo pontificem qui præerat eorum saluti in media civitate trucidatum viderunt. Erat autem et alias vir venerabilis summeque justus, et præter nobilitatis et dignitatis et honorum quibus auctus erat amplitudinem, se æquabilem et infimis parem præstare amaverat; porro libertatis supra modum fautor, popularisque regiminis amator, et bonum publicum iis quæ sibimet prodessent semper præferens; et pacem maximi faciens, ut qui norit Romanos non posse expugnari, ac prospexerit necesse esse ut bello perirent, nisi res cum Romanis sollerter componerent, Judæi. Ne multa, si vixisset Ananus, haud dubie ad compositionem res venissent. Nam plurimum dicendo valebat, et ad populum persuadendum; jamque si eos etiam subegisset qui ipsi impedimento erant, aut belli desiderio tenebantur, multum negotii sub ejusmodi duce facessissent Romanis. Huic junctus erat Jesus, illo quidem, si conferantur, inferior, ceteris vero præstantior. At certe Deum puto, quum urbem pollutam exitio dare decerneret, flammisque loca sancta purgari vellet, consulto defensores eorum quique ea diligerent amputasse. Itaque qui paullo ante veste sacra amicti et publicæ religioni præerant, et ex terrarum orbe in urbem commeantibus venerabiles habebantur, nudi, foras ejecti in canum et ferarum escam, conspiciebantur. Virtus ipsa mihi visa est super viris istis gemuisse, cum lamentatione quod adeo victa esset a malitia. At enim Ananus quidem et Jesus vitæ exitum hujuscemodi habuerunt.

(XIX.) 3. Post illos vero multi tam zelotæ quam Idumæi populum veluti animalium profanorum gregem adorti jugulabant. Et vulgus quidem, ubicunque deprehensum, trucidabatur; nobiles vero et adolescentes quotquot caperent vinctos in carcerem concludebant, fore sperantes ut nonnullos nece

νους, κατ' ἐλπίδα τοῦ προστεθήσεσθαί τινας αὐτοῖς τὴν ἀναίρεσιν ὑπερτιθέμενοι. Προσέσχε δὲ οὐδείς, ἀλλὰ πάντες τοῦ τάξασθαι μετὰ τῶν πονηρῶν κατὰ τῆς πατρίδος προείλοντο τὸν θάνατον. Δεινὰς δὲ τῆς ἀρνήσεως αἰκίας ὑπέμενον, μαστιγούμενοί τε καὶ στρεβλούμενοι· μετὰ δὲ τὸ μηκέτ' ἀρκεῖν τὸ σῶμα ταῖς βασάνοις μόλις ἠξιοῦντο τοῦ ξίφους. Οἱ συλληφθέντες δὲ μεθ' ἡμέραν ἀνῃροῦντο νύκτωρ καὶ τοὺς νεκροὺς ἐκφοροῦντες ἐρρίπτουν, ὡς ἑτέροις εἴη δεσμώταις τόπος. Ἦν δὲ τοσαύτη τοῦ δήμου κατάπληξις, ὡς μηδένα τολμῆσαι μήτε κλαίειν φανερῶς τὸν προσήκοντα νεκρὸν μήτε θάπτειν, ἀλλὰ λαθραῖα μὲν ἦν αὐτῶν κατακεκλεισμένων τὰ δάκρυα καὶ μετὰ περισκέψεως, μή τις ἐπακούσῃ τῶν ἐχθρῶν, ἔστενον· ἴσα γὰρ τοῖς πενθουμένοις ὁ πενθήσας εὐθὺς ἔπασχε. Νύκτωρ δὲ κόνιν αἴροντες χεροῖν ὀλίγην ἐπερρίπτουν τοῖς σώμασι, καὶ μεθ' ἡμέραν εἴ τις παράβολος. Μύριοι δὲ καὶ δισχίλιοι τῶν εὐγενῶν νέων οὕτω διεφθάρησαν.

δ'. Οἱ δὲ ἤδη διαμεμισηκότες τὸ φονεύειν ἀνέδην εἰρωνεύοντο δικαστήρια καὶ κρίσεις. Καὶ δή τινα τῶν ἐπιφανεστάτων ἀποκτεῖναι προθέμενοι Ζαχαρίαν υἱὸν Βαρούχου (παρώξυνε δ' αὐτοὺς τὸ λίαν τἀνδρὸς μισοπόνηρον καὶ φιλελεύθερον· ἦν δὲ καὶ πλούσιος, ὥστε μὴ μόνον ἐλπίζειν τὴν ἁρπαγὴν τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ προσαποσκευάσεσθαι δυνατὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν αὐτῶν κατάλυσιν), συγκαλοῦσιν ἐξ ἐπιτάγματος ἑβδομήκοντα τῶν ἐν τέλει δημοτῶν, εἰς σχῆμα δικαστῶν ἔρημον ἐξουσίας· καὶ τοῦ Ζαχαρίου κατηγόρουν ὡς ἐνδιδοίη τὰ πράγματα Ῥωμαίοις, καὶ περὶ προδοσίας διαπέμψαιτο πρὸς Οὐεσπασιανόν. Ἦν δὲ οὔτε ἔλεγχός τις τῶν κατηγορουμένων οὔτε τεκμήριον, ἀλλ' αὐτοὶ πεπεῖσθαι καλῶς ἔφασαν, καὶ τοῦτ' εἶναι πίστιν τῆς ἀληθείας ἠξίουν. Ὅ γε μὴν Ζαχαρίας συνιδὼν μηδεμίαν αὐτῷ καταλειπομένην σωτηρίας ἐλπίδα (κεκλῆσθαι γὰρ κατ' ἐνέδραν εἰς εἱρκτήν, οὐκ ἐπὶ δικαστήριον), ἐποιήσατο τὴν τοῦ ζῆν ἀπόγνωσιν οὐκ ἀπαρρησίαστον, ἀλλὰ καταστὰς τὸ μὲν πιθανὸν τῶν κατηγορουμένων διεχλεύασε, καὶ διὰ βραχέων ἀπελύσατο τὰς ἐπιφερομένας αἰτίας. Εἶτα δὲ τὸν λόγον εἰς τοὺς κατηγόρους ἀποστρέψας ἑξῆς πάσας αὐτῶν διεξῄει τὰς παρανομίας, καὶ πολλὰ περὶ τῆς συγχύσεως κατωλοφύρατο τῶν πραγμάτων. Οἱ ζηλωταὶ δὲ ἐθορύβουν καὶ μόλις τῶν ξιφῶν ἀπεκράτουν, τὸ σχῆμα καὶ τὴν εἰρωνείαν τοῦ δικαστηρίου μέχρι τέλους παῖξαι προαιρούμενοι, καὶ ἄλλως πειράσαι θέλοντες τοὺς δικαστάς, εἰ παρὰ τὸν αὐτῶν κίνδυνον μνησθήσονται τοῦ δικαίου. Φέρουσι δ' οἱ ἑβδομήκοντα τῷ κρινομένῳ τὰς ψήφους ἀπολύσεως, καὶ σὺν αὐτῷ προείλοντο τεθνάναι μᾶλλον ἢ τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ λαβεῖν τὴν ἐπιγραφήν. Ἤρθη δὲ βοὴ τῶν ζηλωτῶν πρὸς τὴν ἀπόλυσιν, καὶ πάντων μὲν ἦν ἀγανάκτησις ἐπὶ τοῖς δικασταῖς, ὡς μὴ συνιεῖσι τὴν εἰρωνείαν τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἐξουσίας· δύο δὲ τῶν τολμηροτάτων προσπεσόντες ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ διαφθείρουσι τὸν Ζαχαρίαν, καὶ πεσόντι ἐπιχλευάζοντες ἔφασαν, « καὶ παρ' ἡμῶν τὴν ψῆφον

dilata sibi adjungerent. At nemo illis auscultabat, sed mori omnes malebant quam in improbis numerari contra patriam conspirantibus. Graves autem angores sustinebant quod ab illis stare recusarent, flagris et tormentis vexati: quumque corpus non amplius ferendo esset cruciatus, vix eos dignati sunt gladio. Quos vero die cepissent, nocte interficiebant, mortuosque efferentes foras projiciebant, ut locus esset aliis in vincula conjectis. Tantus autem populum pavor occupaverat atque formido, ut nec ausus esset quisquam affines mortuos palam deflere, neque sepelire; sed occultæ quidem erant conclusorum lacrimæ, neque gemebant nisi cautione adhibita, ne quis inimicorum eos audiret: paria namque his quos lugebant illico patiebantur qui luctus edidissent. Nocte vero terram exiguam manibus sublatam corporibus injiciebant, et interdiu si quis fortius fuisset animatus. Atque duodecim millia nobilium juvenum ad hunc modum perierunt.

4. Illi autem jam cædes confertas perosi judicum consessus judiciaque per irrisionem agebant. Itaque quum illustrium quendam Zachariam Baruchi filium interficere sibi proposuissent (illos enim irritabat quod malitiam odio haberet et libertatem amaret; itemque locuples erat, ut non solum fortunarum ejus direptionem sperarent, sed et virum e medio tollerent, qui ad illorum potestatem evertendam plurimum conferre potuit), convocant ex præcepto septuaginta e plebeiorum primoribus judicum specie absque auctoritate, et Zachariam accusant, ut qui vellet res eorum prodere Romanis, et ad Vespasianum proditionis causa miserit. Quorum autem accusabatur nec probatio erat ulla nec indicium, sed de illis sibi plane persuasum esse dixerunt, atque hoc satis esse volebant ad fidem veritati impetrandam. Zacharias autem, quum intellexisset nullam sibi relictam esse salutis spem, ut qui per insidias in carcerem accitus esset, non ad judicium, in vitæ desperatione dicendi libertate non abstinuit, sed in medio constitutus, verisimilitudinem eorum de quibus accusabatur irrisit, paucisque objecta sibi crimina diluit. Deinde oratione in accusatores conversa, omnes eorum iniquitates ordine persequitur, multumque lamentatus est rerum perturbationem. Zelotæ autem obstrepebant, et vix a gladiis temperabant, speciem et simulationem judicii ad finem agere cupientes, et judices insuper experiri volentes, an quum in periculo versentur, justitiæ forent memores. Septuaginta vero vocatum in judicium sententiis suis absolvunt, et cum eo mori maluerunt quam ut sibi interitus ejus adscriberetur. Illo autem absoluto clamor sublatus est a zelotis, et universi judicibus irascebantur, ut qui simulationem datæ sibi potestatis non intelligerent: duo vero ex audacissimis Zachariam in medio templo adorti interficiunt, cæsoque illu-

« ἔχεις, καὶ βεβαιοτέραν ἀπόλυσιν· » ῥίπτουσί τε αὐτὸν εὐθέως ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κατὰ τῆς ὑποκειμένης φάραγγος. Τοὺς δὲ δικαστὰς πρὸς ὕβριν ἀπεστραμμένοις τοῖς ξίφεσι τύπτοντες ἐξέωσαν τοῦ περιβόλου, δι' ἓν τοῦτο φεισάμενοι τῆς σφαγῆς αὐτῶν, ἵνα σκεδασθέντες ἀνὰ τὴν πόλιν ἄγγελοι πᾶσι τῆς δουλείας γένωνται.

(Κ'.) ε'. Τοῖς δὲ Ἰδουμαίοις ἤδη τῆς παρουσίας μετέμελε καὶ προσίστατο τὰ πραττόμενα. Συναγαγὼν δὲ αὐτούς τις ἀπὸ τῶν ζηλωτῶν κατ' ἰδίαν ἐλθὼν ἐνεδείκνυτο τὰ συμπαρανομηθέντα τοῖς καλέσασι, καὶ τὰ κατὰ τῆς μητροπόλεως διεξῄει· « παρατάσσεσθαι μὲν γὰρ ὡς ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων προδιδομένης Ῥωμαίοις τῆς μητροπόλεως, ηὑρηκέναι δὲ προδοσίας μὲν τεκμήριον οὐδὲν, τοὺς δὲ ἐκείνην ὑποκρινομένους φυλάττεσθαι καὶ πολέμου καὶ τυραννίδος ἔργα τολμῶντας. Προσήκειν μὲν οὖν αὐτοῖς διακωλύειν ἀπ' ἀρχῆς· ἐπειδὴ δ' ἅπαξ εἰς κοινωνίαν ἐμφυλίου φόνου προσέπεσον, ὅρον γοῦν ἐπιθεῖναι τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ μὴ παραμένειν χορηγοῦντας ἰσχὺν τοῖς καταλύσασι τὰ πάτρια. Καὶ γὰρ εἴ τινες χαλεπαίνουσι τῷ κλεισθῆναι τὰς πύλας καὶ τὴν εἴσοδον, ἀλλὰ τοὺς εἴρξαντας τετιμωρῆσθαι, καὶ τεθνάναι μὲν Ἄνανον, διεφθάρθαι δὲ ἐπὶ μιᾶς νυκτὸς ὀλίγου δεῖν πάντα τὸν δῆμον. Ἐφ' οἷς τῶν μὲν οἰκείων πολλοὺς αἰσθάνεσθαι μετανοοῦντας, τῶν ἐπικαλεσαμένων δὲ ὁρᾶν ἄμετρον τὴν ὠμότητα, μηδὲ δι' οὓς ἐσώθησαν αἰδουμένων. Ἐν ὄμμασι γοῦν τῶν συμμάχων τὰ αἴσχιστα τολμᾶν, καὶ τὰς ἐκείνων παρανομίας Ἰδουμαίοις προσάπτεσθαι, μέχρις ἂν μήτε κωλύῃ τις μήτε χωρίζηται τῶν δρωμένων. Δεῖν οὖν (ἐπειδὴ διαβολὴ μὲν πέφηνε τὰ τῆς προδοσίας, ἔφοδος δὲ Ῥωμαίων οὐδεμία προσδοκᾶται, δυναστεία τε ἐπιτετείχισται τῇ πόλει δυσκατάλυτος) αὐτοὺς ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου, καὶ τοῦ μὴ κοινωνεῖν τοῖς φαύλοις ἁπάντων ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν φενακισθέντες μετάσχοιεν. »

ΚΕΦ. Ϛ'.

Τούτοις δὲ πεισθέντες οἱ Ἰδουμαῖοι, πρῶτον μὲν λύουσι τοὺς ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις, περὶ δισχιλίους δημότας· οἳ παραχρῆμα φυγόντες ἐκ τῆς πόλεως ἀφικνοῦνται πρὸς Σίμωνα, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν· ἔπειτα ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. Καὶ συνέβη τὸν χωρισμὸν αὐτῶν γενέσθαι παρὰ δόξαν ἀμφοτέροις. Ὅ τε γὰρ δῆμος ἀγνοῶν τὴν μετάνοιαν ἐθάρρησε πρὸς ὀλίγον, ὡς ἐχθρῶν κεκουφισμένος, οἵ τε ζηλωταὶ μᾶλλον ἐπανίστησαν, οὐχ ὡς ὑπὸ συμμάχων καταλειφθέντες, ἀλλ' ἀπηλλαγμένοι τῶν δυσωπούντων καὶ διατρεπόντων παρανομεῖν. Οὐκέτι γοῦν μέλλησις ἢ σκέψις ἦν τῶν ἀδικημάτων, ἀλλ' ὀξυτάταις μὲν ἐχρῶντο ταῖς ἐπινοίαις εἰς ἕκαστα, τὰ δοχθέντα δὲ τάχιον καὶ τῆς ἐπινοίας ἐνήργουν. Μάλιστα δ' ἐπ' ἀνδρείαν τε καὶ εὐγένειαν ἐφόνων, τὴν μὲν φθόνῳ λυμαινόμενοι, τὸ δὲ γενναῖον δέει· μόνην γὰρ αὐτῶν ἀσφάλειαν ὑπελάμβανον, τὸ μηδένα τῶν δυνατῶν καταλι-

dentes dicebant, « et a nobis suffragium habes, firmioremque « absolutionem » : cumque statim de templo in subjectam vallem projiciunt. Judices autem in contumeliam gladiorum dorsis ferientes templi ambitu pepulerunt, quum ob hoc unum ab illorum cæde abstinuissent, ut per civitatem disjecti apud omnes fierent servitutis nuncii.

(XX.) 5. Verum Idumæos jam se venisse pœnitebat, eisque displicebant quæ facta erant. Quum autem congregati essent a quodam zelota, qui ad eos clam venerat, hic omnia indicabat quæ nefarie fecerint una cum iis qui ipsos acciverint, quæque contra metropolim gesta fuerint oratione persequebatur : « arma quippe eos cepisse, quasi metropolis a pontificibus proderetur Romanis, reperisse autem nullum proditionis indicium : illos vero qui eam finxerint ab ipsis defendi, et belli facinora patrare ausos et tyrannidis. Et ipsorum quidem fuisse ab initio eos prohibere : quoniam vero acciderit ut cædis civilis aliquando cum illis participes essent, jam peccandi finem facere eos oportere, neque longius manere ad vires illis suppeditandas qui res patrias perditum iverint. Nam si qui portas sibi occlusas introitumque in urbem obstructum graviter ferant, pœnas ab illis qui ipsos excluserint esse repetitas, atque obiisse quidem Ananum, una vero nocte populum fere omnem esse consumptum. Quarum rerum multos e suis pœnitere ipsos sentire, pariterque videre immanem illorum crudelitatem qui ipsos acciverint, ne servatores quidem suos reverentium. Adeoque dum in auxiliatorum conspectu fœdissima facere non dubitent, illorum quoque injurias Idumæis imputari, quam diu nemo illis obsistat aut a perpetratis se abstineat. Debere igitur (quoniam certum sit improbe conficta esse omnia de proditione, neque Romanorum exspectari adventum, urbemque munitam esse potentia expugnatu difficili) ipsos domum discedere, et deserendo malorum societatem sese excusatum ire de omnibus quorum participes se fecerint ab illis decepti. »

CAP. VI. (XX.)

Istis inducti Idumæi primum quidem eos qui erant in custodiis solvunt, ad duo circiter millia populariun, qui statim relicta civitate ad Simonem se conferunt, de quo paullo infra dicemus : deinde domum ex Hierosolymis abierunt. Atque eorum discessus utrisque improvisus accidit et inopinatus. Nam et populus, nescii quod illos factorum pœnituerit, ad breve tempus fiduciam sumpserunt, quasi inimicis levati : et zelotæ eo magis ex adverso insurrexerunt, quasi ab auxiliaribus non deserti essent, sed ab iis liberati, qui eorum retunderent reprimerentque insolentiam. Itaque non mora aliqua interposita aut deliberatione injurias faciebant, sed summam celeritatem adhibentes in singulis excogitandis, quicquid illis visum est ipsa cogitatione citius peragebant. Maxime autem virorum fortium atque nobilium cædem sitiebant; hos quidem exitio dantes ex invidia, illos vero præ metu : haud aliam enim sibi securitatem fore existimabant quam ut nemo ex optimatibus su-

πεῖν. Ἀνῃρέθη γοῦν σὺν πολλοῖς ἑτέροις καὶ Γωρίων, ἀξιώματι μὲν καὶ γένει προύχων, δημοκρατικὸς δὲ καὶ φρονήματος ἐλευθερίου μεστὸς, εἰ καί τις ἕτερος Ἰουδαίων. Ἀπώλεσε δ' αὐτὸν ἡ παρρησία μάλιστα πρὸς τοῖς ἄλλοις πλεονεκτήμασιν. Οὐδὲ ὁ Περαίτης Νίγερ αὐτῶν τὰς χεῖρας διέφυγεν, ἀνὴρ ἄριστος ἐν τοῖς πρὸς Ῥωμαίους πολέμοις γενόμενος· ὃς καὶ βοῶν πολλάκις τάς τε ὠτειλὰς ἐπιδεικνὺς διὰ μέσης ἐσύρετο τῆς πόλεως. Ἐπεὶ δὲ ἔξω τῶν πυλῶν ἤχτο, τὴν σωτηρίαν ἀπογνοὺς περὶ ταφῆς ἱκέτευεν· οἱ δὲ προαπειλήσαντες ἧς ἐπεθύμει μάλιστα γῆς μὴ μεταδώσειν αὐτῷ τὸν φόνον ἐνήργουν. Ἀναιρούμενος δὲ ὁ Νίγερ τιμωροὺς Ῥωμαίους αὐτοῖς ἐπηράσατο, λιμόν τε καὶ λοιμὸν ἐπὶ τῷ πολέμῳ καὶ πρὸς ἅπασι τὰς ἀλλήλων χεῖρας. Ἃ δὴ πάντα κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκύρωσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ δικαιότατον, ὅτι γεύσασθαι τῆς ἀλλήλων ἀπονοίας ἔμελλον οὐκ εἰς μακρὰν στασιάσαντες. Νίγερ μὲν οὖν ἀνῃρημένος τοὺς περὶ τῆς καταλύσεως αὐτῶν φόβους ἐπεκούφισε. Τοῦ λαοῦ δὲ μέρος οὐδὲν ἦν, ᾧ μὴ πρὸς ἀπώλειαν ἐπενοεῖτο πρόφασις. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν διενεχθέν τινι πάλαι διέφθαρτο, τὸ δὲ μὴ προσκροῦσαν κατ' εἰρήνην ἐπικαίρους ἐλάμβανε τὰς αἰτίας· καὶ ὁ μὲν μηδὲ ὅλως αὐτοῖς προσιὼν ὡς ὑπερήφανος, ὁ προσιὼν δὲ μετὰ παρρησίας ὡς καταφρονῶν, ὁ θεραπεύων δὲ ὡς ἐπίβουλος ὑπωπτεύετο. Μία τ' ἦν τῶν τε μεγίστων καὶ τῶν μετριωτάτων ἐγκλημάτων τιμωρία, θάνατος· καὶ διέφυγεν οὐδεὶς, εἰ μὴ σφόδρα τις ἦν ταπεινὸς, ἢ δι' ἀγένειαν, ἢ διὰ τύχην.

(ΚΑ'.) β'. Ῥωμαίων δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἡγεμόνες, ἕρμαιον ἡγούμενοι τὴν στάσιν τῶν πολεμίων, ὥρμηντο πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὸν Οὐεσπασιανὸν ἤπειγον ὡς ἂν ὄντα κύριον τῶν ὅλων, φάμενοι πρόνοιαν Θεοῦ σύμμαχον σφίσι τῷ τετράφθαι τοὺς ἐχθροὺς κατ' ἀλλήλων· εἶναι μέντοι τὴν ῥοπὴν ὀξεῖαν, καὶ ταχέως Ἰουδαίους ὁμονοήσειν, ἢ κοπιάσαντας ἐν τοῖς ἐμφυλίοις κακοῖς, ἢ μετανοήσαντας. Οὐεσπασιανὸς δὲ πλεῖστον αὐτοὺς ἔφη τοῦ δέοντος ἁμαρτάνειν, ὥσπερ ἐν θεάτρῳ χειρῶν τε καὶ ὅπλων ἐπίδειξιν ποιήσασθαι γλιχομένους οὐκ ἀκίνδυνον, ἀλλὰ μὴ τὸ συμφέρον καὶ τὸ ἀσφαλὲς σκοποῦντας. « Εἰ μὲν γὰρ εὐθέως ὁρμήσαιεν ἐπὶ τὴν πόλιν, αἴτιοι ὁμονοίας ἔσεσθαι τοῖς πολεμίοις, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἀκμάζουσαν ἐπ' αὐτοὺς ἐπιστρέφειν· εἰ δὲ περιμένοιεν, ὀλιγωτέροις χρήσεσθαι, δαπανηθεῖσιν ἐν τῇ στάσει. Στρατηγεῖν μὲν γὰρ ἄμεινον αὐτοῦ τὸν Θεὸν, ἀκονιτὶ Ἰουδαίους Ῥωμαίοις παραδιδόντα, καὶ τὴν νίκην ἀκινδύνως τῇ στρατιᾷ χαριζόμενον. Ὥστε χρῆναι διαφθειρομένων χερσὶν οἰκείαις τῶν ἐχθρῶν, καὶ τῷ μεγίστῳ κακῷ στάσει χρωμένων, θεατὰς μᾶλλον αὐτοὺς ἀποκαθῆσθαι τῶν κινδύνων ἢ θανατῶσιν ἀνθρώποις καὶ λελυσσηκόσι κατ' ἀλλήλων χεῖρα μίσγειν. Εἰ δέ τις οἴεται τὴν δόξαν τῆς νίκης ἑωλοτέραν ἔσεσθαι δίχα μάχης, γνώτω τοῦ διὰ τῶν ὅπλων σφαλεροῦ τὸ μεθ' ἡσυχίας κατόρθωμα λυσιτελέστερον. Καὶ γὰρ οὐχ ἧττον εὐκλεεῖς οἴεσθαι χρὴ τῶν κατὰ χεῖρα λαμ-

peresset. Itaque occisus est cum multis aliis Gorion, dignitate quidem et genere præstans, popularis vero regiminis fautor, animoque de libertate sollicito præditus, si quis alius e Judæis. Eum autem inter cetera quibus eminebat maxime perdidit loquendi libertas. Neque Niger Peraita manus eorum effugit, vir qui in bellis contra Romanos strenuissime se gessit. Ille, licet clamorem sæpe tolleret, et vulnerum cicatrices ostenderet, per mediam civitatem trahebatur. Postquam vero se extra portas duci videret, desperata salute, orabat atque obsecrabat ut sepulturæ mandaretur : illi autem, quum prius minas jactassent, se eum humari (id quod maxime desiderabat) non passuros esse, cædem efficiebant. Verum quum in eo esset Niger ut occideretur, Romanos eis ultores imprecatus est, et ut præter bellum accederet fames et pestilentia, et ad hæc omnia ut mutuis ipsorum manibus caderent. Quæ sane universa contra improbos rata habuit Deus, et, quod justissimum, effecit ut non multo post orta dissensione sui ipsorum amentiam invicem experturi essent. Et Niger quidem occisus metu eos levavit ne tolleretur ipsorum potestas. Plebis autem pars nulla erat, cujus ad interitum non aliqua excogitaretur occasio. Nam alii quidem, quod jam dudum ipsorum aliquibus restitissent, interempti erant : aliis vero, qui nihil pacis tempore offenderant, prout commodum visum est, affingebantur crimina : et qui eos quidem omnino non adiret, pro superbo; qui vero paullo liberius ad eos accederet, pro contemptore; quique obsequiis eos demereri studebat, pro insidiatore habebatur. Atque una et gravissimorum criminum et levissimorum pœna, mors erat : neque evasit quisquam nisi admodum esset humilis, aut ignobilitate, aut forte fortuna.

(XXI.) 2. Romanorum autem alii quidem duces universi, hostium dissensionem sibi lucro inopino esse existimantes, incitati erant ad urbem oppugnandam; et Vespasianum, qui summæ rerum præerat, urgebant, dicentes Dei providentiam ipsis favere, hostium manibus in sese conversis; veruntamen in præcipiti stare mutationem, et Judæos inter se cito consensuros, aut malis civilibus defatigatos aut ad pœnitudinem redactos. At Vespasianus eis respondebat, ipsos de iis quæ fieri oporteat vehementer errare, cupientes tanquam in theatro quantum armis ac manibus possent ostentare, idque cum periculo; non autem quid in rem suam esset et ex tuto secum reputantes. « Nam si e vestigio quidem impetum in urbem facerent, ipsos in causa fore ut hostes in gratiam redirent, ac in ipsos vires eorum etiam nunc vigentes conversuros : sin vero diem de die exspectarent, cum paucioribus congressuros esse, multis seditione consumptis. Deum quippe ipso præstantiorem esse ducem, Judæos sine labore Romanis tradentem, nulloque cum periculo victoriam exercitui dantem. Proinde, quum suis manibus se perimant inimici, et malorum maximo seditione laborent, debere potius ipsos periculorum spectatores considere, quam cum hominibus mori cupientibus et in se invicem sævientibus manus conserere. Si quis autem existimet victoriæ gloriam sine prælio habitum iri viliorem, sciat magis e re sua esse quiete quod susceperint perficere quam incertam armorum aleam experiri. Neque enim minus iis, qui manibus pulchre decertarunt, laude digni censendi sunt qui continentia

« ἔχεις, καὶ βεβαιοτέραν ἀπόλυσιν· » ῥίπτουσί τε αὐτὸν εὐθέως ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κατὰ τῆς ὑποκειμένης φάραγγος. Τοὺς δὲ δικαστὰς πρὸς ὕβριν ἀπεστραμμένοις τοῖς ξίφεσι τύπτοντες ἐξέωσαν τοῦ περιβόλου, δι' ἓν τοῦτο φεισάμενοι τῆς σφαγῆς αὐτῶν, ἵνα σκεδασθέντες ἀνὰ τὴν πόλιν ἄγγελοι πᾶσι τῆς δουλείας γένωνται.

(Κ'.) ε'. Τοῖς δὲ Ἰδουμαίοις ἤδη τῆς παρουσίας μετέμελε καὶ προσίστατο τὰ πραττόμενα. Συναγαγὼν δὲ αὐτούς τις ἀπὸ τῶν ζηλωτῶν κατ' ἰδίαν ἐλθὼν ἐνεδείκνυτο τὰ συμπαρανομηθέντα τοῖς καλέσασι, καὶ τὰ κατὰ τῆς μητροπόλεως διεξῄει· « παρατάσσεσθαι μὲν γὰρ ὡς ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων προδιδομένης Ῥωμαίοις τῆς μητροπόλεως, ηὑρηκέναι δὲ προδοσίας μὲν τεκμήριον οὐδέν, τοὺς δὲ ἐκείνην ὑποκρινομένους φυλάττεσθαι καὶ πολέμου καὶ τυραννίδος ἔργα τολμῶντας. Προσήκειν μὲν οὖν αὐτοῖς διακωλύειν ἀπ' ἀρχῆς· ἐπειδὴ δ' ἅπαξ εἰς κοινωνίαν ἐμφυλίου φόνου προσέπεσον, ὅρον γοῦν ἐπιθεῖναι τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ μὴ παραμένειν χορηγοῦντας ἰσχὺν τοῖς καταλύσασι τὰ πάτρια. Καὶ γὰρ εἴ τινες χαλεπαίνουσι τῷ κλεισθῆναι τὰς πύλας καὶ τὴν εἴσοδον, ἀλλὰ τοὺς εἴρξαντας τετιμωρῆσθαι, καὶ τεθνάναι μὲν Ἄνανον, διεφθάρθαι δὲ ἐπὶ μιᾶς νυκτὸς ὀλίγου δεῖν πάντα τὸν δῆμον. Ἐφ' οἷς τῶν μὲν οἰκείων πολλοὺς αἰσθάνεσθαι μετανοοῦντας, τῶν ἐπικαλεσαμένων δὲ ὁρᾶν ἄμετρον τὴν ὠμότητα, μηδὲ δι' οὓς ἐσώθησαν αἰδουμένων. Ἐν ὄμμασι γοῦν τῶν συμμάχων τὰ αἴσχιστα τολμᾶν, καὶ τὰς ἐκείνων παρανομίας Ἰδουμαίοις προσάπτεσθαι, μέχρις ἂν μήτε κωλύῃ τις μήτε χωρίζηται τῶν δρωμένων. Δεῖν οὖν (ἐπειδὴ διαβολὴ μὲν πέφηνε τὰ τῆς προδοσίας, ἔφοδος δὲ Ῥωμαίων οὐδεμία προσδοκᾶται, δυναστεία τε ἐπιτετείχισται τῇ πόλει δυσκατάλυτος) αὐτοὺς ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου, καὶ τοῦ μὴ κοινωνεῖν τοῖς φαύλοις ἁπάντων ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν φενακισθέντες μετάσχοιεν. »

ΚΕΦ. Ϛ'.

Τούτοις δὲ πεισθέντες οἱ Ἰδουμαῖοι, πρῶτον μὲν λύουσι τοὺς ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις, περὶ δισχιλίους δημότας· οἳ παραχρῆμα φυγόντες ἐκ τῆς πόλεως ἀφικνοῦνται πρὸς Σίμωνα, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν· ἔπειτα ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. Καὶ συνέβη τὸν χωρισμὸν αὐτῶν γενέσθαι παρὰ δόξαν ἀμφοτέροις. Ὅ τε γὰρ δῆμος ἀγνοῶν τὴν μετάνοιαν ἐθάρρησε πρὸς ὀλίγον, ὡς ἐχθρῶν κεκουφισμένος, οἵ τε ζηλωταὶ μᾶλλον ἐπανίστησαν, οὐχ ὡς ὑπὸ συμμάχων καταλειφθέντες, ἀλλ' ἀπηλλαγμένοι τῶν δυσωπούντων καὶ διατρεπόντων παρανομεῖν. Οὐκέτι γοῦν μέλλησις ἢ σκέψις ἦν τῶν ἀδικημάτων, ἀλλ' ὀξυτάταις μὲν ἐχρῶντο ταῖς ἐπινοίαις εἰς ἕκαστα, τὰ δοχθέντα δὲ τάχιον καὶ τῆς ἐπινοίας ἐνήργουν. Μάλιστα δ' ἐπ' ἀνδρείαν τε καὶ εὐγένειαν ἐφόνων, τὴν μὲν φθόνῳ λυμαινόμενοι, τὸ δὲ γενναῖον δέει· μόνην γὰρ αὐτῶν ἀσφάλειαν ὑπελάμβανον, τὸ μηδένα τῶν δυνατῶν καταλι-

dentes dicebant, « et a nobis suffragium habes, firmioremque « absolutionem » : cumque statim de templo in subjectam vallem projiciunt. Judices autem in contumeliam gladiorum dorsis ferientes templi ambitu pepulerunt, quum ob hoc unum ab illorum cæde abstinuissent, ut per civitatem disjecti apud omnes fierent servitutis nuncii.

(XX.) 5. Verum Idumæos jam se venisse pœnitebat, eisque displicebant quæ facta erant. Quum autem congregati essent a quodam zelota, qui ad eos clam venerat, hic omnia indicabat quæ nefarie fecerint una cum iis qui ipsos acciverint, quæque contra metropolim gesta fuerint oratione persequebatur : « arma quippe eos cepisse, quasi metropolis a pontificibus proderetur Romanis, reperisse autem nullum proditionis indicium : illos vero qui eam finxerint ab ipsis defendi, et belli facinora patrare ausos et tyrannidis. Et ipsorum quidem fuisse ab initio eos prohibere : quoniam vero acciderit ut cædis civilis aliquando cum illis participes essent, jam peccandi finem facere eos oportere, neque longius manere ad vires illis suppeditandas qui res patrias perditum iverint. Nam si qui portas sibi occlusas introitumque in urbem obstructum graviter ferant, pœnas ab illis qui ipsos excluserint esse repetitas, atque obiisse quidem Ananum, una vero nocte populum fere omnem esse consumptum. Quarum rerum multos e suis pœnitere ipsos sentire, pariterque videre immanem illorum crudelitatem qui ipsos acciverint, ne servatores quidem suos reverentium. Adeoque dum in auxiliatorum conspectu fœdissima facere non dubitent, illorum quoque injurias Idumæis imputari, quam diu nemo illis obsistat aut a perpetratis se abstineat. Debere igitur (quoniam certum sit improbe conficta esse omnia de proditione, neque Romanorum exspectari adventum, urbemque munitam esse potentia expugnatu difficili) ipsos domum discedere, et deserendo malorum societatem sese excusatum ire de omnibus quorum participes se fecerint ab illis decepti. »

CAP. VI. (XX.)

Istis inducti Idumæi primum quidem eos qui erant in custodiis solvunt, ad duo circiter millia popularium, qui statim relicta civitate ad Simonem se conferunt, de quo paullo infra dicemus : deinde domum ex Hierosolymis abierunt. Atque eorum discessus utrisque improvisus accidit et inopinatus. Nam et populus, nescii quod illos factorum pœnituerit, ad breve tempus fiduciam sumpserunt, quasi inimicis levati : et zelotæ eo magis ex adverso insurrexerunt, quasi ab auxiliaribus non deserti essent, sed ab iis liberati, qui eorum retunderent reprimerentque insolentiam. Itaque non mora aliqua interposita aut deliberatione injurias faciebant, sed summam celeritatem adhibentes in singulis excogitandis, quicquid illis visum est ipsa cogitatione citius peragebant. Maxime autem virorum fortium atque nobilium cædem sitiebant; hos quidem exitio dantes ex invidia, illos vero præ metu : haud aliam enim sibi securitatem fore existimabant quam ut nemo ex optimatibus su-

πεῖν. Ἀνῃρέθη γοῦν σὺν πολλοῖς ἑτέροις καὶ Γωρίων, ἀξιώματι μὲν καὶ γένει προύχων, δημοκρατικὸς δὲ καὶ φρονήματος ἐλευθερίου μεστὸς, εἴ καί τις ἕτερος Ἰουδαίων. Ἀπώλεσε δ' αὐτὸν ἡ παρρησία μάλιστα πρὸς τοῖς ἄλλοις πλεονεκτήμασιν. Οὐδὲ ὁ Περαίτης Νίγερ αὐτῶν τὰς χεῖρας διέφυγεν, ἀνὴρ ἄριστος ἐν τοῖς πρὸς Ῥωμαίους πολέμοις γενόμενος· ὃς καὶ βοῶν πολλάκις τάς τε ὠτειλὰς ἐπιδεικνὺς διὰ μέσης ἐσύρετο τῆς πόλεως. Ἐπεὶ δὲ ἔξω τῶν πυλῶν ἦκτο, τὴν σωτηρίαν ἀπογνοὺς περὶ ταφῆς ἱκέτευεν· οἱ δὲ προαπειλήσαντες ἧς ἐπεθύμει μάλιστα γῆς μὴ μεταδώσειν αὐτῷ τὸν φόνον ἐνήργουν. Ἀναιρούμενος δὲ ὁ Νίγερ τιμωροὺς Ῥωμαίους αὐτοῖς ἐπηράσατο, λιμόν τε καὶ λοιμὸν ἐπὶ τῷ πολέμῳ καὶ πρὸς ἅπασι τὰς ἀλλήλων χεῖρας. Ἃ δὴ πάντα κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκύρωσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ δικαιότατον, ὅτι γεύσασθαι τῆς ἀλλήλων ἀπονοίας ἔμελλον οὐκ εἰς μακρὰν στασιάσαντες. Νίγερ μὲν οὖν ἀνῃρημένος τοὺς περὶ τῆς καταλύσεως αὐτῶν φόβους ἐπεκούφισε. Τοῦ λαοῦ δὲ μέρος οὐδὲν ἦν, ᾧ μὴ πρὸς ἀπώλειαν ἐπενοεῖτο πρόφασις. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν διενεχθέν τινι πάλαι διέφθαρτο, τὸ δὲ μὴ προσκροῦσαν κατ' εἰρήνην ἐπικαίρους ἐλάμβανε τὰς αἰτίας· καὶ ὁ μὲν μηδὲ ὅλως αὐτοῖς προσιὼν ὡς ὑπερήφανος, ὁ προσιὼν δὲ μετὰ παρρησίας ὡς καταφρονῶν, ὁ θεραπεύων δὲ ὡς ἐπίβουλος ὑπωπτεύετο. Μία τ' ἦν τῶν τε μεγίστων καὶ τῶν μετριωτάτων ἐγκλημάτων τιμωρία, θάνατος· καὶ διέφυγεν οὐδεὶς, εἰ μὴ σφόδρα τις ἦν ταπεινὸς, ἢ δι' ἀγένειαν, ἢ διὰ τύχην.

(ΚΑ'.) β'. Ῥωμαίων δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἡγεμόνες, ἕρμαιον ἡγούμενοι τὴν στάσιν τῶν πολεμίων, ὥρμηντο πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὸν Οὐεσπασιανὸν ἤπειγον ὡς ἂν ὄντα κύριον τῶν ὅλων, φάμενοι πρόνοιαν Θεοῦ σύμμαχον σφίσι τῷ τετράφθαι τοὺς ἐχθροὺς κατ' ἀλλήλων· εἶναι μέντοι τὴν ῥοπὴν ὀξεῖαν, καὶ ταχέως Ἰουδαίους ὁμονοήσειν, ἢ κοπιάσαντας ἐν τοῖς ἐμφυλίοις κακοῖς, ἢ μετανοήσαντας. Οὐεσπασιανὸς δὲ πλεῖστον αὐτοὺς ἔφη τοῦ δέοντος ἁμαρτάνειν, ὥσπερ ἐν θεάτρῳ χειρῶν τε καὶ ὅπλων ἐπίδειξιν ποιήσασθαι γλιχομένους οὐκ ἀκίνδυνον, ἀλλὰ μὴ τὸ συμφέρον καὶ τὸ ἀσφαλὲς σκοποῦντας. « Εἰ μὲν γὰρ εὐθέως ὁρμήσαιεν ἐπὶ τὴν πόλιν, αἴτιοι ὁμονοίας ἔσεσθαι τοῖς πολεμίοις, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἀκμάζουσαν ἐπ' αὐτοὺς ἐπιστρέφειν· εἰ δὲ περιμένοιεν, ὀλιγωτέροις χρήσεσθαι, δαπανηθεῖσιν ἐν τῇ στάσει. Στρατηγεῖν μὲν γὰρ ἄμεινον αὐτοῦ τὸν Θεὸν, ἀκονιτὶ Ἰουδαίους Ῥωμαίοις παραδιδόντα, καὶ τὴν νίκην ἀκινδύνως τῇ στρατιᾷ χαριζόμενον. Ὥστε χρῆναι διαφθειρομένων χερσὶν οἰκείαις τῶν ἐχθρῶν, καὶ τῷ μεγίστῳ κακῷ στάσει χρωμένων, θεατὰς μᾶλλον αὐτοὺς ἀποκαθῆσθαι τῶν κινδύνων ἢ θανατῶσιν ἀνθρώποις καὶ λελυσσηκόσι κατ' ἀλλήλων χεῖρα μίσγειν. Εἰ δέ τις οἴεται τὴν δόξαν τῆς νίκης ἑωλοτέραν ἔσεσθαι δίχα μάχης, γνώτω τοῦ διὰ τῶν ὅπλων σφαλεροῦ τὸ μεθ' ἡσυχίας κατόρθωμα λυσιτελέστερον. Καὶ γὰρ οὐχ ἧττον εὐκλεεῖς οἴεσθαι χρὴ τῶν κατὰ χεῖρα λαμ-

peresset. Itaque occisus est cum multis aliis Gorion, dignitate quidem et genere præstans, popularis vero regiminis fautor, animoque de libertate sollicito præditus, si quis alius e Judæis. Eum autem inter cetera quibus eminebat maxime perdidit loquendi libertas. Neque Niger Peraita manus eorum effugit, vir qui in bellis contra Romanos strenuissime se gessit. Ille, licet clamorem sæpe tolleret, et vulnerum cicatrices ostenderet, per mediam civitatem trahebatur. Postquam vero se extra portas duci videret, desperata salute, orabat atque obsecrabat ut sepulturæ mandaretur : illi autem, quum prius minas jactassent, se eum humari (id quod maxime desiderabat) non passuros esse, cædem efficiebant. Verum quum in eo esset Niger ut occideretur, Romanos eis ultores imprecatus est, et ut præter bellum accederet fames et pestilentia, et ad hæc omnia ut mutuis ipsorum manibus caderent. Quæ sane universa contra improbos rata habuit Deus, et, quod justissimum, effecit ut non multo post orta dissensione sui ipsorum amentiam invicem experturi essent. Et Niger quidem occisus metu eos levavit ne tolleretur ipsorum potestas. Plebis autem pars nulla erat, cujus ad interitum non aliqua excogitaretur occasio. Nam alii quidem, quod jam dudum ipsorum aliquibus restitissent, interempti erant : aliis vero, qui nihil pacis tempore offenderant, prout commodum visum est, affingebantur crimina : et qui eos quidem omnino non adiret, pro superbo ; qui vero paullo liberius ad eos accederet, pro contemptore; quique obsequiis eos demereri studebat, pro insidiatore habebatur. Atque una et gravissimorum criminum et levissimorum pœna, mors erat : neque evasit quisquam nisi admodum esset humilis, aut ignobilitate, aut forte fortuna.

(XXI.) 2. Romanorum autem alii quidem duces universi, hostium dissensionem sibi lucro inopino esse existimantes, incitati erant ad urbem oppugnandam ; et Vespasianum, qui summæ rerum præerat, urgebant, dicentes Dei providentiam ipsis favere, hostium manibus in sese conversis ; veruntamen in præcipiti stare mutationem, et Judæos inter se cito consensuros, aut malis civilibus defatigatos aut ad pœnitudinem redactos. At Vespasianus eis respondebat, ipsos de iis quæ fieri oportat vehementer errare, cupientes tanquam in theatro quantum armis ac manibus possent ostentare, idque cum periculo ; non autem quid in rem suam esset et ex tuto secum reputantes. « Nam si e vestigio quidem impetum in urbem facerent, ipsos in causa fore ut hostes in gratiam redirent, ac in ipsos vires eorum etiam nunc vigentes conversuros : sin vero diem de die exspectarent, cum paucioribus congressuros esse, multis seditione consumptis. Deum quippe ipso præstantiorem esse ducem, Judæos sine labore Romanis tradentem, nulloque cum periculo victoriam exercitui dantem. Proinde, quum suis manibus se perimant inimici, et malorum maximo seditione laborent, debere potius ipsos periculorum spectatores considere, quam cum hominibus mori cupientibus et in se invicem sævientibus manus conserere. Si quis autem existimet victoriæ gloriam sine prælio habitum iri viliorem, sciat magis e re sua esse quiete quod susceperint perficere quam incertam armorum aleam experiri. Neque enim minus iis, qui manibus pulchre decertarunt, laude digni censendi sunt qui continentia

πρῶν τοὺς ἐγκρατείᾳ καὶ συνέσει τὰ ἴσα διαπράξαντας. Ἅμα μέντοι μειουμένων τῶν πολεμίων καὶ τὴν αὐτοῦ στρατιὰν, ἀναληφθεῖσαν ἐκ τῶν συνεχῶν πόνων, ἐρρωμενέστερον ἄξειν· ἄλλως τε καὶ τῶν στοχαζομένων τῆς περὶ τὴν νίκην λαμπρότητος οὐ τοῦτον εἶναι τὸν καιρόν. Οὐ γὰρ περὶ κατασκευὴν ὅπλων ἢ τειχῶν, οὐδὲ περὶ συλλογὴν ἐπικούρων, Ἰουδαίους ἀσχολεῖσθαι, καὶ τὴν ὑπέρθεσιν ἔσεσθαι κατὰ τῶν διδόντων, ἀλλ' ἐμφυλίῳ πολέμῳ καὶ διχονοίᾳ τραχηλιζομένους καθ' ἡμέραν οἰκτρότερα πάσχειν, ὧν ἂν ἐπελθόντες αὐτοὶ διαθεῖεν αὐτοὺς ἁλόντας. Εἴτε οὖν τὸ ἀσφαλὲς τις σκοποίη, χρῆναι τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἀναλισκομένους ἐᾷν, εἴτε τὸ εὐκλεέστερον τοῦ κατορθώματος, οὐ δεῖν τοῖς οἴκοι νοσοῦσιν ἐπιχειρεῖν. Ῥηθήσεσθαι γὰρ εὐλόγως, οὐχ αὐτῶν τὴν νίκην, ἀλλὰ τῆς στάσεως. »

(ΚΒ'.) γ'. Ταῦτα Οὐεσπασιανῷ λέγοντι συνῄνουν οἱ ἡγεμόνες, καὶ παραχρῆμα τὸ στρατηγικὸν τῆς γνώμης ἀνεφαίνετο. Πολλοὶ δὲ καθ' ἡμέραν ηὐτομόλουν, τοὺς ζηλωτὰς διαδιδράσκοντες. Χαλεπὴ δὲ ἦν ἡ φυγὴ, φρουραῖς διειληφότων τὰς διεξόδους πάσας, καὶ τὸν ἐν αὐταῖς ὁπωσοῦν ἁλισκόμενον ὡς πρὸς Ῥωμαίους ἀπιόντα διαχρωμένων. Ὅ γε μὴν χρήματα δοὺς ἐξηφίετο, καὶ μόνος ἦν ὁ μὴ διδοὺς προδότης· ὥστε κατελείπετο, τῶν εὐπόρων τὴν φυγὴν ὠνουμένων, μόνους ἐναποσφάττεσθαι τοὺς πένητας. Νεκροὶ δὲ κατὰ τὰς λεωφόρους πάσας ἐσωρεύοντο παμπληθεῖς, καὶ πολλοὶ τῶν ὡρμημένων αὐτομολεῖν πάλιν τὴν ἔνδον ἀπώλειαν ᾑροῦντο· τὸν γὰρ ἐπὶ τῆς πατρίδος θάνατον ἐλπὶς ταφῆς ἐποίει δοκεῖν μετριώτερον. Οἱ δὲ εἰς τοσοῦτον ὠμότητος ἐξώκειλαν, ὡς μήτε τοῖς ἔνδον ἀναιρουμένοις μήτε τοῖς ἀνὰ τὰς ὁδοὺς μεταδοῦναι γῆς, ἀλλὰ, καθάπερ συνθήκας πεποιημένοι τοῖς τῆς πατρίδος συγκαταλῦσαι καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, ἅμα τε τοῖς εἰς ἀνθρώπους ἀδικήμασι συμμιᾶναι καὶ τὸ θεῖον, ὑφ' ἡλίῳ τοὺς νεκροὺς μυδῶντας ἀπέλειπον. Τοῖς δὲ θάπτουσι τινὰ τῶν προσηκόντων, ὃ καὶ τοῖς αὐτομολοῦσιν, ἐπιτίμιον θάνατος ἦν· καὶ δεῖσθαι παραχρῆμα ταφῆς ἔδει τὸν ἑτέρῳ χαριζόμενον. Καθόλου τε εἰπεῖν, οὐδὲν οὕτως ἀπωλώλει χρηστὸν πάθος ἐν ταῖς τότε συμφοραῖς ὡς ἔλεος. Ἃ γὰρ ἐχρῆν οἰκτείρειν, ταῦτα παρώξυνε τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ζώντων ἐπὶ τοὺς ἀνῃρημένους, ἀπὸ δὲ τῶν νεκρῶν ἐπὶ τοὺς ζῶντας τὰς ὀργὰς μετέφερον· καὶ δι' ὑπερβολὴν δέους ὁ περιὼν τοὺς προληφθέντας ὡς ἀναπαυσαμένους ἐμακάριζεν, οἵ τε ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις αἰκιζόμενοι κατὰ σύγκρισιν καὶ τοὺς ἀτάφους ἀπέφαινον εὐδαίμονας. Κατεπατεῖτο μὲν οὖν πᾶς αὐτοῖς θεσμὸς ἀνθρώπων, ἐγελᾶτο δὲ τὰ θεῖα, καὶ τοὺς τῶν προφητῶν θεσμοὺς ὥσπερ ἀγυρτικὰς λογοποιίας ἐχλεύαζον. Πολλὰ δὲ οὗτοι περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας προεθέσπισαν, ἃ παραβάντες οἱ ζηλωταὶ, καὶ τὴν κατὰ τῆς πατρίδος προφητείαν τέλους ἠξίωσαν. Ἦν γὰρ δή τις παλαιὸς λόγος ἀνδρῶν ἐνθέων, τότε τὴν πόλιν ἁλώσεσθαι καὶ καταφλέξεσθαι τὸ ἁγιώτατον νόμῳ πολέμου, στάσις ἐὰν κατασκήψῃ καὶ χεῖρες οἰκεῖαι

atque prudentia paria gesserint. Simul autem ac hostibus aliquid de viribus minuatur, etiam milites suos, ex continuis laboribus recreatos, ductum iri valentiores; præterea-que, si qui sibi proponerent victoriæ claritudinem, non hoc idoneum esse tempus. Nec enim armis fabricandis murisve, neque auxiliis colligendis operam dare Judæos, foreque ut mora contra illos faciat qui eam interponant; imo vero bello civili et dissidiis vexatos quotidie miserabiliora pati quam quibus ab ipsis eos adortis capti afficerentur. Proinde, sive quis ad securitatem attenderit, oportere eos, qui semet consumptum eant, missos facere; sive ad rerum præclare gestarum gloriam, nequaquam manus intestino morbo laborantibus afferendas esse. Fore quippe ut dicatur, idque non sine causa, victoriam non illis acceptam deberi, sed seditioni. »

(XXII.) 3. Vespasiano verba ista facienti assenserunt duces moxque apparuit quam recte senserit imperator. Multi in dies singulos transfugiebant, zelotarum ex custodia semet subducentes. Difficile autem erat fugam capere, quod exitus omnes custodibus obsiderentur, et quicunque in illis quoquo modo deprehensus fuisset, quasi ad Romanos abiret, interficeretur. Ceterum qui pretio se potuit redimere, dimittebatur, isque solus pro proditore habebatur qui nihil daret: quo factum est ut, ditioribus fugam redimentibus, soli pauperiores jugularentur. Mortui autem per omnes vicos magna multitudine in cumulos aggesti erant: plurimique etiam qui se in fugam conjecerant, animo mutato in civitate diem supremum obire cupiebant: nam sepulturæ spes faciebat ut satius videretur in patria mori. Eo autem crudelitatis deventum est ut neque iis qui in urbe occisi erant, neque iis qui per vias, humari concederetur, sed quasi cum patriis legibus etiam naturæ jura dissolvere pepigissent, suaque in homines injustitia Dei quoque numen polluere, mortuos sub dio putrescentes relinquebant. Sepelientibus autem propinquorum quenquam idem quod transfugis supplicium erat, mors: statimque sepultura egebat qui alterum sepultura affecerat. In summa, nulla bona animi affectio adeo exstincta erat in istis calamitatibus ac misericordia. Quæ enim miseranda erant, illa ipsa nefarios irritabant, et a vivis quidem in occisos, a mortuis vero in vivos iracundiam transferebant: et ingens adeo metus omnes occupaverat ut eos qui prius occubuerant pro beatis, quod requieverant, laudarent superstites; quique in carceribus vexati erant et cruciati, etiam insepultos, si cum illis conferrentur, felices prædicabant. Et ab illis quidem omne jus humanum conculcabatur, divina autem deridebantur, et prophetarum oracula ut præstigiatorum commenta subsannabant. Multa autem illi de virtute et vitio vaticinati sunt, quæ isti zelotæ quum secure violarent, effecerunt ut prophetia quæ adversus patriam fuerat concepta exitum sortiretur. Vetus enim virorum numine afflatorum sermo quidam erat, tum urbem captum iri et locum sanctissimum conflagraturum jure belli, ubi seditio invaserit, et indigenarum manus polluerint sacratum Deo

προμιάνωσι τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος. Οἷς οὐκ ἀπιστήσαντες οἱ ζηλωταὶ διακόνους ἑαυτοὺς ἐπέδοσαν.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ἤδη δὲ Ἰωάννῃ τυραννιῶντι τὸ πρὸς ὁμοίους ἰσότιμον ἠδοξεῖτο, καὶ κατ' ὀλίγους προσποιούμενος τῶν πονηροτέρων ἀφηνίαζε τοῦ συντάγματος. Ἀεὶ δὲ τοῖς μὲν τῶν ἄλλων δόγμασιν ἀπειθῶν, τὰ δὲ αὐτοῦ προστάσσων δεσποτικώτερον, δῆλος ἦν μοναρχίας ἀντιποιούμενος. Εἶχον δὲ αὐτῷ τινες μὲν δέει, τινὲς δὲ κατ' εὔνοιαν (δεινὸς γὰρ ἦν ἀπάτῃ καὶ δόλῳ προσαγαγέσθαι), πολλοὶ δὲ πρὸς ἀσφαλείας ἡγούμενοι τῆς αὐτῶν τὰς αἰτίας ἤδη τῶν τολμωμένων ἐφ' ἕνα καὶ μὴ πολλοὺς ἀναφέρεσθαι. Τό γε μὴν δραστήριον αὐτοῦ, κατά τε χεῖρα καὶ κατὰ γνώμην, δορυφόρους εἶχεν οὐκ ὀλίγους. Πολλὴ δὲ μοῖρα τῶν ἀντικαθισταμένων ἀπελείπετο, παρ' οἷς ἴσχυε μὲν καὶ φθόνος, δεινὸν ἡγουμένων ὑποτετάχθαι τῷ πρὶν ἰσοτίμῳ· τὸ πλέον δὲ εὐλάβεια τῆς μοναρχίας ἀπέτρεπεν. Οὔτε γὰρ καταλύσειν ῥᾳδίως ἤλπιζον αὐτὸν ἅπαξ κρατήσαντα, καὶ καθ' ἑαυτῶν πρόφασιν ἕξειν τὸ τὴν ἀρχὴν ἀντιπρᾶξαι· προῃρεῖτο δὲ ἢ πολεμῶν ἕκαστος ὁτιοῦν παθεῖν ἢ δουλεύσας ἑκουσίως ἐν ἀνδραπόδου μοίρᾳ παραπολέσθαι. Διαιρεῖται μὲν οὖν ἡ στάσις ἐκ τούτων, καὶ τοῖς ἐναντιωθεῖσιν Ἰωάννης ἀντεβασίλευσεν. Ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς διὰ φυλακῆς ἦν, καὶ οὐδὲν ἢ μικρὸν εἴ ποτε διηκροβολίζοντο τοῖς ὅπλοις· ἤριζον δὲ κατὰ τοῦ δήμου καὶ πότεροι πλείονα λείαν ἀνάξουσιν ἀντεφιλονείκουν. Ἐπεὶ δὲ ἡ πόλις τρισὶ τοῖς μεγίστοις κακοῖς ἐχειμάζετο, πολέμῳ καὶ τυραννίδι καὶ στάσει, κατὰ σύγκρισιν μετριώτερον ἦν τοῖς δημοτικοῖς ὁ πόλεμος. Ἀμέλει διαδιδράσκοντες ἐκ τῶν οἰκείων ἔφευγον πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ἧς ἀπήλπισαν ἐν τοῖς ἰδίοις σωτηρίας ἠξιοῦντο.

(ΚΔ'.) β'. Τέταρτον δὲ ἄλλο κακὸν ἐκινεῖτο πρὸς τὴν τοῦ ἔθνους κατάλυσιν. Φρούριον ἦν οὐ πόρρω Ἱεροσολύμων καρτερώτατον, ὑπὸ τῶν ἀρχαίων βασιλέων εἴς τε ὑπέκθεσιν κτήσεως ἐν πολέμου ῥοπαῖς καὶ σωμάτων ἀσφάλειαν κατεσκευασμένον, ὃ ἐκαλεῖτο Μασάδα. Τοῦτο κατειληφότες οἱ προσαγορευόμενοι σικάριοι τέως μὲν τὰς πλησίον χώρας κατέτρεχον, οὐδὲν πλέον τῶν ἐπιτηδείων ποριζόμενοι· δέει γὰρ ἀνεστέλλοντο τῆς πλείονος ἁρπαγῆς· ὡς δὲ τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν ἠρεμοῦσαν, στάσει δὲ καὶ τυραννίδι ἰδίᾳ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους ἐπύθοντο διῃρημένους, ἁδροτέρων ἥπτοντο τολμημάτων. Καὶ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων, ἣν ἄγουσιν Ἰουδαῖοι σωτήρια ἐξόδου τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας, ἀνεθέντες εἰς τὴν πάτριον γῆν, κατῆλθον νύκτωρ, τοὺς ἐμποδὼν ὄντας διαλαθόντες, καὶ πολίχνην τινὰ κατατρέχουσι καλουμένην Ἐγγαδδί. Ἐν ᾗ τὸ μὲν ἀμύνεσθαι δυνάμενον, πρὶν ὅπλων ἅψασθαι καὶ συνελθεῖν, φθάσαντες ἐσκέδασαν, καὶ τῆς πόλεως ἐξέβαλον, τὸ δὲ φυγεῖν ἧττον ὄν, γύναιά τε καὶ παῖδας, ὑπὲρ ἑπτακοσίους ἀναιροῦσιν· ἔπειτα τούς τε οἴκους ἐξε-

locum. Quibus licet fidem non detraherent zelotæ, ipsi tamen se earum rerum ministros præbuerunt.

CAP. VII. (XXIII.)

Joannes autem, quum jam tyrannidem affectaret, eundem cum æqualibus suis honorem accipere dedignabatur; paulatimque e nequioribus quosdam sibi adjungens eorum factioni se subducebat. Quum autem semper aliorum quidem consultis non obtemperaret, quæ vero ipsi visa essent imperiosius juberet, palam erat ipum velle dominatum sibi soli asserere. Eique se sociabant nonnulli quidem metu, alii vero ex benevolentia (miram quippe scientiam habebat alios ad se alliciendi fraude et dolo), plurimique quod ad securitatem suam facere existimabant, ut facinorum quæ patrarentur causæ uni potius quam multis adscriberentur. Ad hæc, quia manu strenuus erat et consilio, non paucos habebat satellites. Magna autem pars contrariæ factionis eum deserebat, nonnulli quidem præ invidia, grave ducentes ei subjici quem paullo ante parem habuerant, plurimi vero sibi caventes ab unius dominatu. Eum enim, si semel rerum potiretur, haud facile deturbari posse existimabant, illudque ipsis objecturum esse, quod primum ei restiterint. Proinde quisque bello potius quidvis pati malebat quam voluntariam serviendo servitutem pro mancipiis male perire. Et ex istis quidem divisa est factio, et Joannes in contraria dissentientibus parte pro rege se gessit. Sed inter ipsos quidem munita erant omnia custodibus; nihilque aut parum agebatur, si quando in velitatione armis se lacesserent: contra plebeculam vero acriter pugnabant, et utrinque contentio erat quinam prædam majorem abducerent. Quum autem tribus maximis malis vexaretur civitas, bello et tyrannide et seditione, præ ceteris populo levius videbatur bellum. Itaque relictis familiaribus suis ad alienigenas profugiebant, et apud Romanos salutem, quam inter suos desperaverant, assequebantur.

2. (XXVI.) Quartum vero præterea malum coortum est gentis in exitium. Castellum erat haud procul ab Hierosolymis validissimum, a priscis regibus et ad opes reponendas in belli periculis et ad corporum tutamen ædificatum, quod vocabatur Masada. Illud quum Sicarii qui appellabantur occupassent, tunc quidem in vicinam regionem excursiones faciebant, nihil aliud præter necessaria sibimet quærentes, quippe metu a rapinis amplioribus continebantur: at quum primum Romanorum exercitum otium agere audirent, et Judæos Hierosolymitanos ex seditione et injusta dominatione divisos, majora facinora aggrediebantur. Atque die festo Azymorum (qui agitur a Judæis ob salutem acceptam quum ex Ægyptiorum servitute liberati in terram patriam remitterentur) noctu descenderunt, clam eos qui ipsis obstarent, et in oppidulum quoddam nomine Engaddi impetum faciunt. In qua eos qui resistendo erant, priusquam arma caperent et convenirent, subito disperserunt et civitate ejecerunt: eos vero qui fugere non poterant, mulieres ac liberos, supra septingentos interficiunt: deinde quum ædes compilassent,

σκευασμένοι καὶ τῶν καρπῶν τοὺς ἀκμαίους ἁρπάσαντες ἀνήνεγκαν εἰς τὴν Μασάδαν. Καὶ οἱ μὲν ἐληίζοντο πάσας τὰς περὶ τὸ φρούριον κώμας, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθουν ἅπασαν, προσδιαφθειρομένων αὐτοῖς καθ' ἡμέραν ἑκασταχόθεν οὐκ ὀλίγων. Ἐκινεῖτο δὲ καὶ τὰ ἄλλα τῆς Ἰουδαίας κλίματα τότε τέως ἠρεμοῦν λῃστρικόν. Καθάπερ δὲ ἐν σώματι τοῦ κυριωτάτου φλεγμαίνοντος πάντα τὰ μέλη συνενόσει· διὰ γοῦν τὴν ἐν μητροπόλει στάσιν καὶ ταραχὴν ἄδειαν ἔσχον οἱ κατὰ τὴν χώραν πονηροὶ τῶν ἁρπαγῶν, καὶ τὰς οἰκείας ἕκαστοι κώμας ἁρπάσαντες, ἔπειτα εἰς τὴν ἐρημίαν ἀφίσταντο· συναθροιζόμενοί τε καὶ συνομνύμενοι κατὰ λόχους, στρατιᾶς μὲν ὀλιγώτεροι, πλείους δὲ λῃστηρίου, προσέπιπτον ἱεροῖς καὶ πόλεσι. Καὶ κακοῦσθαι μὲν συνέβαινεν, ἐφ' οὓς ἂν ὁρμήσειαν ὡς ἐν πολέμῳ καταλειφθέντας· φθάνεσθαι δὲ τὰς ἀμύνας ὡς λῃστῶν ἅμα ταῖς ἁρπαγαῖς ἀποδιδρασκόντων. Οὐδὲν δὲ μέρος ἦν τῆς Ἰουδαίας, ὃ μὴ τῇ προανεχούσῃ πόλει συναπώλλυτο.

(ΚΕ'.) γ'. Ταῦτα Οὐεσπασιανῷ παρὰ τῶν αὐτομόλων διηγγέλλετο. Καίπερ γὰρ φρουρούντων τὰς ἐξόδους τῶν στασιαστῶν ἁπάσας, καὶ διαφθειρόντων τοὺς ὁπωσοῦν προσιόντας, ὅμως ἦσαν οἳ διελάνθανον καὶ καταφεύγοντες εἰς τοὺς Ῥωμαίους τὸν στρατηγὸν ἐνῆγον ἀμῦναι τῇ πόλει, καὶ τὰ τοῦ δήμου περισῶσαι λείψανα· διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιαν ἀνῃρῆσθαί τε τοὺς πολλοὺς καὶ κινδυνεύειν τοὺς περιόντας. Ὁ δὲ οἰκτείρων ἤδη τὰς συμφορὰς αὐτῶν τὸ μὲν δοκεῖν ἐκπολιορκήσων ἀνίσταται τὰ Ἱεροσόλυμα, τὸ δ' ἀληθὲς ἀπαλλάξων πολιορκίας. Ἔδει δὲ προκαταστρέψασθαι τὰ λειπόμενα, καὶ μηδὲν ἔξωθεν ἐμπόδιον τῇ πολιορκίᾳ καταλιπεῖν. Ἐλθὼν γοῦν ἐπὶ τὰ Γάδαρα μητρόπολιν τῆς Περαίας καρτεράν, τετράδι Δύστρου μηνὸς εἴσεισιν εἰς τὴν πόλιν. Καὶ γὰρ ἔτυχον οἱ δυνατοὶ λάθρα τῶν στασιωτῶν πρεσβευσάμενοι πρὸς αὐτὸν περὶ παραδόσεως, πόθῳ τε εἰρήνης καὶ διὰ τὰς οὐσίας· πολλοὶ δὲ τὰ Γάδαρα κατῴκουν πλούσιοι. Τούτων τὴν πρεσβείαν ἠγνοήκεσαν οἱ διάφοροι, πλησίον δὲ ἤδη ὄντος Οὐεσπασιανοῦ διεπύθοντο. Καὶ κατασχεῖν μὲν αὐτοὶ τὴν πόλιν ἀπέγνωσαν δύνασθαι, τῶν τε ἔνδον ἐχθρῶν πλήθει λειπόμενοι καὶ Ῥωμαίους ὁρῶντες οὐ μακρὰν τῆς πόλεως· φεύγειν δὲ κρίναντες ἠδόξουν ἀναιμωτὶ καὶ μηδεμίαν παρὰ τῶν αἰτίων εἰσπραξάμενοι τιμωρίαν. Συλλαβόντες δὴ τὸν Δόλεσον (οὗτος γὰρ ἦν οὐ μόνον ἀξιώματι καὶ γένει τῆς πόλεως πρῶτος, ἀλλ' ἐδόκει καὶ τῆς πρεσβείας αἴτιος), κτείνουσί τε αὐτὸν καὶ δι' ὑπερβολὴν ὀργῆς νεκρὸν αἰκισάμενον διέδραν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐπιούσης δὲ ἤδη τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ὅ τε δῆμος τῶν Γαδάρων, μετ' εὐφημίας τὸν Οὐεσπασιανὸν εἰσδεξάμενοι, δεξιὰς παρ' αὐτοῦ πίστεως ἔλαβον, καὶ φρουρὰν ἱππέων τε καὶ πεζῶν πρὸς τὰς τῶν φυγάδων καταδρομάς· τὸ γὰρ τεῖχος αὐτοὶ πρὶν ἀξιῶσαι Ῥωμαίους καθεῖλον, ὅπως εἴη πίστις αὐτοῖς τοῦ τὴν εἰρήνην ἀγαπᾶν τὸ μηδὲ βουληθέντας πολεμεῖν.

fructusque jam maturos diripuissent, prædam in Masadam retulerunt. Et illi quidem omnes circa castellum vicos et regionem omnem depopulabantur, non parvo undique perditorum numero ad eos in dies singulos confluente. Simul etiam per reliquos Judææ tractus concitati sunt latrones, qui eousque quieverant. Ac quemadmodum in corpore, si quod præcipuum est inflammatur, una ægrotabant membra cuncta: itaque propter urbis seditionem et tumultum qui foris erant nequissimi prædandi arripuerunt licentiam; atque singuli, ubi vicos quos inhabitabant diripuerunt, mox in solitudinem se recipiebant: quumque in agmina congregarentur et conjurarent, exercitu quidem pauciores, plures vero quam manus latrocinalis, in loca sacra et oppida irruebant. Atque eveniebat ut male quidem mulctarentur ab iis in quos impetum fecerant, id quod bello victis solet accidere; interdum autem pœnas prævenirent, latronum more cum spoliis aufugientes. Nulla autem pars Judææ erat quæ simul cum urbe eminentissima non interibat.

(XXV.) 3. Ista Vespasiano a transfugis narrabantur. Nam licet exitus omnes custodirent, et quotquot ad illos quoquo modo accederent e vestigio interficerent seditiosi, erant tamen qui clam elapsi et ad Romanos se recipientes imperatorem incitabant ut opem civitati ferret, et conservatum iret populi reliquias: nam multos, quod bene Romanis vellent, periisse, et superstites in periculo esse. Ille autem, jam tum miserans eorum calamitates, castra movit tanquam Hierosolyma obsessurus, re autem vera ut obsidione liberaret. Oportebat autem ut, priusquam id ageret, quod reliquum erat eversum iret, nihilque a tergo relinqueret quod obsidionem impediret. Quum igitur venisset Gadara, metropolim Peraæ validam, quarta die mensis Dystri civitatem ingreditur. Jam enim optimates, clam seditiosos, legatos ad eum de deditione miserant, tam pacis desiderio, quam suis facultatibus metuentes: multi quippe locupletes Gadara habitabant. Quum autem hanc legationem plane ignorassent diversa sentientes, tum demum de ea appropinquante Vespasiano nonnihil resciverunt. Et ipsi quidem civitatem se retinere posse desperabant, utpote et inimicis qui intus erant numero inferiores, et Romanos non longe ab urbe conspicientes: quum autem fugere decrevissent, sine sanguine id facere, nullaque a noxiis pœna repetita, parum honestum ducebant. Itaque Doleso comprehenso (namque is non dignitate solum ac nobilitate civitatis princeps erat, sed etiam legationis auctor videbatur), et ipsum morte afficiunt et mortuo ex iræ vehementia male indigneque accepto, ex urbe diffugerunt. Eo autem accedente Romano exercitu, Gadarensium populus, quum Vespasianum faustis acclamationibus in urbem recepissent, et fidem ab eo acceperunt, et equitum peditumque præsidium contra fugitivorum excursus: nam ipsi muros demoliti erant, priusquam id peterent Romani, ut sibi fides haberetur quod pacem diligerent, ut qui ne vellent quidem bellum movere.

δ'. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς διαδράντας ἐκ τῶν Γαδάρων Πλάκιδον σὺν ἱππεῦσι πεντακοσίοις καὶ πεζοῖς τρισχιλίοις πέμπει· μετὰ δὲ τῆς ἄλλης στρατιᾶς αὐτὸς ὑπέστρεψεν εἰς Καισάρειαν. Οἱ δὲ φυγάδες ὡς αἰφνίδιον τοὺς διώκοντας ἱππεῖς ἐθεάσαντο, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, εἴς τινα κώμην συνειλοῦνται, Βηθενναβρὶν προσαγορευομένην. Ἐν ᾗ νέων πλῆθος οὐκ ὀλίγον εὑρόντες, καὶ τοὺς μὲν ἑκόντας, τοὺς δὲ βίᾳ καθοπλίσαντες, εἰκαίως προπηδῶσιν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πλάκιδον. Οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἐμβολὴν ὀλίγον εἶξαν, ἅμα καὶ προκαλέσασθαι τεχνιτεύοντες αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους πορρωτέρω. Λαβόντες δὲ εἰς ἐπιτήδειον περιήλαυνόν τε καὶ κατηκόντιζον, καὶ τοὺς μὲν φυγάδας αὐτῶν οἱ ἱππεῖς ὑπετέμνοντο, τὰς συμπλοκὰς δὲ τὸ πεζὸν εὐτόνως διέφθειρον. Οὐ μέντοι πλεῖόν τι τόλμης ἐπιδεικνύμενοι οἱ Ἰουδαῖοι διεφθείροντο. Πεπυκνωμένοις γὰρ προσπίπτοντες τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ταῖς πανοπλίαις ὥσπερ τετειχισμένοις, αὐτοὶ μὲν οὐχ ηὕρισκον βέλους παράδυσιν, οὐδὲ ηὐτόνουν ῥῆξαι τὴν φάλαγγα, περιεπείροντο δὲ τοῖς ἐκείνων βέλεσι, καὶ τοῖς ἀγριωτάτοις παραπλήσιοι θηρίοις ὥρμων ἐπὶ τὸν σίδηρον. Διεφθείροντο δὲ οἱ μὲν κατὰ στόμα παιόμενοι τοῖς ξίφεσιν, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἱππέων σκεδαννύμενοι.

ε'. Σπουδὴ γὰρ ἦν τῷ Πλακίδῳ τὰς ἐπὶ τὴν κώμην ὁρμὰς αὐτῶν διακλείειν, καὶ συνεχῶς παρελαύνων κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, ἔπειτα ἐπιστρέφων ἅμα καὶ τοῖς βέλεσι χρώμενος, εὐστόχως ἀνῄρει τοὺς πλησιάζοντας, καὶ δέει τοὺς πόρρωθεν ἀνέστρεφε, μέχρι βίᾳ διεκπαίοντες οἱ γενναιότατοι πρὸς τὸ τεῖχος διέφυγον. Ἀπορία δὲ εἶχε τοὺς φύλακας. Οὔτε γὰρ ἀποκλεῖσαι τοὺς ἀπὸ τῶν Γαδάρων ὑπέμενον διὰ τοὺς σφετέρους, καὶ δεξάμενοι συναπολεῖσθαι προσεδόκων. Ὃ δὴ καὶ συνέβη· συνωσθέντων γὰρ αὐτῶν εἰς τὸ τεῖχος, παρ' ὀλίγον μὲν οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς συνεισέπεσον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ φθασάντων ἀποκλεῖσαι τὰς πύλας προσβαλὼν ὁ Πλάκιδος καὶ μέχρι δείλης γενναίως ἀγωνισάμενος τοῦ τείχους καὶ τῶν ἐν τῇ κώμῃ ἐκράτει. Τὰ μὲν οὖν ἀργὰ πλήθη διεφθείρετο· φυγὴ δὲ ἦν τῶν δυνατωτέρων, τὰς δὲ οἰκίας οἱ στρατιῶται διήρπασαν, καὶ τὴν κώμην ἐνέπρησαν. Οἱ δὲ διαδράντες ἐξ αὐτῆς τοὺς κατὰ τὴν χώραν συνανέστησαν, καὶ τὰς μὲν αὐτῶν συμφορὰς ἐξαίροντες ἐπὶ μεῖζον, τὴν δὲ Ῥωμαίων στρατιὰν πᾶσαν ἐπιέναι λέγοντες, πάντας πανταχόθεν ἐξέσεισαν τῷ δέει. Γενόμενοί τε παμπληθεῖς ἔφευγον ἐπὶ Ἱεριχοῦντος. Αὕτη γὰρ ἔτι μόνη τὰς ἐλπίδας αὐτῶν ἔθαλπε τῆς σωτηρίας, καρτερὰ τείχει τε καὶ πλήθει οἰκητόρων τυγχάνουσα. Πλάκιδος δὲ τοῖς ἱππεῦσι καὶ ταῖς προαγούσαις εὐπραγίαις τεθαρρηκὼς εἵπετο, καὶ μέχρι μὲν Ἰορδάνου τοὺς ἀεὶ καταλαμβανομένους ἀνῄρει· συνελάσας δὲ πρὸς τὸν ποταμὸν πᾶν τὸ πλῆθος, εἰργομένους ὑπὸ τοῦ ῥεύματος (τραφὲν γὰρ ὑπ' ὄμβρων ἄβατον ἦν) ἀντικρὺ παρετάσσετο. Παρώξυνε δὲ ἡ ἀνάγκη πρὸς μάχην τοὺς φυγῆς τόπον οὐκ ἔχοντας· καὶ ταῖς ὄχθαις ἐπὶ μήκιστον παρεκτείνοντες σφᾶς αὐτοὺς ἐδέχοντο τὰ βέλη καὶ τὰς τῶν

4. Vespasianus ad Gadarensium perfugas persequendos mittit Placidum cum equitibus quingentis et tribus peditum millibus : ipse autem cum reliquo exercitu Cæsaream reversus est. At fugitivi, postquam equites repente a tergo insequentes viderant, priusquam ad manus venirent, in vicum quendam, cui nomen Bethennabris, colliguntur. Ubi reperta non parva juvenum multitudine, hisque partim ex voluntate sua, partim vi armatis, temere contra Placidum ejusque milites prosiliunt. Illi autem ad primum quidem impetum paululum recesserunt, ea arte eoque consilio ut simul eos longius a muro provocarent. Quumque in locum opportunum adducti essent, eos circumequitabant et jaculis configebant : et ex illis quidem quotquot fugerent succidebant equites, manus vero conserentium magnam stragem edebant pedites. Sane nihil aliud agentes nisi ut suam ostenderent audaciam, peribant Judæi. Nam dum confertos adoriuntur Romanos armisque non secus ac muro septos, ipsi quidem omnia telis impervia inveniebant, nec aciem ulla vi frangere poterant, illorum autem undique transfigebantur telis, et similiter ac feræ immanissimæ in ferrum ruebant. Atque sternebantur alii gladiis ora percussi, alii ab equitibus dissipati.

5. Curæ autem erat Placido eis fugam in vicum intercludere, et assidue ea parte equitatu prætervectus, deinde cursu reflexo tela vibrans, proximos certo ictu perimebat, et remotiores sui metu avertebat, donec tandem fortiores vi erumpentes ad murum evaderent. In incerto autem erant custodes quid agerent. Neque enim ferebant ut Gadarensium perfugæ suorum causa excluderentur; et si eos recepissent, una cum his se perituros exspectabant. Id quod contigit : illis enim ad murum compulsis, parum aberat quin Romanorum equites cum illis irrupissent. Verumenimvero, quum portas jam præclusissent, Placidus, facta impressione pugnaque acri commissa, muro pariter ac vico potiebatur. Et vulgus quidem iners cæsum est : potentiores vero in fugam se conjiciebant, militesque domos diripiebant et vicum igni vastabant. Qui vero inde evaserant, et ruris incolas in fugam concitarunt, et, dum suas calamitates in majus extollerent, dicerentque totum Romanorum adventare exercitum, omnes undique metu concusserunt. Quumque in ingentem aucti essent numerum, Hierichuntem versus fugiebant. Sola enim hæc etiam tunc eorum spem salutis fovebat, quod esset bene communita populoque abundaret. At Placidus, equitibus fretus rebusque ante prospere gestis, eos insequebatur, et usque ad Jordanem quidem omnes, ut quosque assequeretur, perimebat : quum autem ad amnem universam compulisset multitudinem, vi fluminis trajectu prohibitam (auctum enim imbribus vadari non poterat), ex adverso aciem instruebat. Necessitas autem Gadarenses ad pugnam adegit, quod fugæ locum non haberent : prætentique quam longissime ad ripas, tela excipiebant incursusque equitum, qui ipsorum multos ferientes

ἱππέων ἐμβολάς, οἳ πολλοὺς αὐτῶν παίοντες εἰς τὸ ῥεῦμα κατέβαλον. Καὶ τὸ μὲν ἐν χερσὶν αὐτῶν διαφθαρὲν μύριοι πεντακισχίλιοι, τὸ δὲ βιασθὲν ἐμπηδῆσαι ἀκουσίως εἰς τὸν Ἰορδάνην πλῆθος ἄπειρον ἦν. Ἑάλωσαν δὲ περὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους, λεία τε παμπληθὴς ὄνων τε καὶ προβάτων καὶ καμήλων καὶ βοῶν.

ς'. Ἰουδαίοις μὲν οὖν οὐδὲν ἐλάττων ἥδε ἡ πληγὴ προσπεσοῦσα καὶ μείζων ἔδοξεν ἑαυτῆς, διὰ τὸ μὴ μόνον τὴν χώραν ἅπασαν δι' ἧς ἔφευγον πληρωθῆναι φόνου, μηδὲ νεκροῖς διαβατὸν γενέσθαι τὸν Ἰορδάνην, ἐμπλησθῆναι δὲ τῶν σωμάτων καὶ τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην, εἰς ἣν παμπληθεῖς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ κατεσύρησαν. Πλάκιδος δὲ δεξιᾷ τύχῃ χρώμενος ὥρμησεν ἐπὶ τὰς πέριξ πολίχνας τε καὶ κώμας, καταλαμβανόμενός τε Ἄβιλα καὶ Ἰουλιάδα καὶ Βησιμὼθ, τάς τε μέχρι τῆς Ἀσφαλτίτιδος πάσας, ἐγκαθίστησιν ἑκάστῃ τοὺς ἐπιτηδείους τῶν αὐτομόλων. Ἔπειτα σκάφεσιν ἐπιβήσας τοὺς στρατιώτας ἀναιρεῖ τοὺς εἰς τὴν λίμνην καταφυγόντας. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Περαίαν προσεχώρησεν ἢ ἑάλω πάντα, μέχρι Μαχαιροῦντος.

ΚΕΦ. Η'.

Ἐν δὲ τούτῳ τὸ περὶ τὴν Γαλατίαν ἀγγέλλεται κίνημα, καὶ Οὐίνδιξ ἅμα τοῖς δυνατοῖς τῶν ἐπιχωρίων ἀφεστὼς Νέρωνος, περὶ ὧν ἐν ἀκριβεστέροις ἀναγέγραπται. Οὐεσπασιανὸν δὲ ἐπήγειρεν εἰς τὴν ὁρμὴν τοῦ πολέμου τὰ ἠγγελμένα, προορώμενον ἤδη τοὺς μέλλοντας ἐμφυλίους πολέμους, καὶ τὸν ὅλης κίνδυνον τῆς ἡγεμονίας, ἐν ᾧ προειρηνεύσας τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν, ἐπικουφίσειν ᾤετο τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν φόβους. Ἕως μὲν οὖν ἐπεῖχεν ὁ χειμὼν, τὰς ὑπηγμένας διησφαλίζετο κώμας τε καὶ πολίχνας φρουραῖς, δεκαδάρχας μὲν κώμαις ἐγκαθιστὰς, ἑκατοντάρχας δὲ πόλεσι· πολλὰ δὲ ἀνῴκιζε καὶ τῶν πεπορθημένων. Ὑπὸ δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος ἀναλαβὼν τὸ πλέον τῆς δυνάμεως, ἤγαγεν ἀπὸ τῆς Καισαρείας ἐπὶ Ἀντιπατρίδος. Ἔνθα δυσὶν ἡμέραις καταστησάμενος τὴν πόλιν, τῇ τρίτῃ προῄει πορθῶν καὶ καίων τὰς πέριξ πάσας. Καταστρεψάμενος δὲ τὰ περὶ τὴν Θαμνᾶ τοπαρχίαν, ἐπὶ Λύδδων καὶ Ἰαμνείας ἐχώρει. Καὶ προκεχειρωμέναις ἑκατέραις ἐγκαταστήσας οἰκήτορας τῶν προσκεχωρηκότων ἱκανοὺς, εἰς Ἀμμαοῦντα ἀφικνεῖται. Καταλαβόμενος δὲ τὰς ἐπὶ τὴν μητρόπολιν αὐτῶν εἰσβολὰς στρατόπεδόν τε τειχίζει καὶ τὸ πέμπτον ἐν αὐτῇ τάγμα καταλιπὼν πρόσεισι μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπὶ τὴν Βεθλεπτηφῶν τοπαρχίαν. Πυρὶ δὲ αὐτήν τε καὶ τὴν γειτνιῶσαν ἀνελὼν, καὶ τὰ πέριξ τῆς Ἰδουμαίας φρούρια τοῖς ἐπικαίροις τόποις ἐπετείχισε· καταλαβόμενος δὲ δύο κώμας τὰς μεσαιτάτας τῆς Ἰδουμαίας, Βήταριν καὶ Καφάρτοβαν, κτείνει μὲν ὑπὲρ μυρίους, αἰχμαλωτίζεται δὲ ὑπὲρ χιλίους, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἐξελάσας ἐγκαθίστησι τῆς ἰδίας δυνάμεως οὐκ ὀλίγην, οἳ κατατρέχοντες ἐπόρθουν ἅπασαν τὴν ὀρεινήν. Αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως ὑπέστρεφεν εἰς Ἀμμαοῦντα, ὅθεν διὰ τῆς

in flumen dejiciebant. Et manibus quidem ipsorum cæsa erant quindecim millia; multitudo vero illorum, qui velint nolint in Jordanem desilire coacti sunt, infinita erat. Præterea capta sunt duo millia et ducenti, cum præda ingenti asinorum et ovium, itemque camelorum et boum.

6. Et Judæis quidem hæc clades inflicta superioribus licet par fuerit, ipsamnet tamen superare existimabatur, non solum quod regio omnis qua fugerant cædis plena esset, et Jordanes præ mortuis transiri non posset, sed et lacus Asphaltitis corporibus oppleretur magno numero in eum a fluvio delatis. Placidus autem, secunda fortuna usus, in oppida proxima et vicos contendit, captisque Abila et Juliade et Besimoth, omnibusque ad lacum Asphaltitin usque, idoneos ex transfugis in singulis collocat. Deinde, milite scaphis imposito, eos qui in lacum perfugerant perimit. Et quæ in Peræa quidem erant, omnia usque ad Machæruntem aut accessere Romanis aut capta sunt.

CAP. VIII. (XXVI.)

Dum hæc autem aguntur, motus in Gallia nunciantur, quodque Vindex una cum potentibus e popularibus suis a Nerone defecisset: de quibus alibi accuratius perscriptum est. Vespasianum vero ad bellum celerius conficiendum incitarunt quæ nunciata erant, jam tunc futura bella civilia totiusque imperii pericula prospicientem, quum, si partes Orientis ante pacasset, fore existimaret ut Italiam metu levaret. Et quamdiu quidem hiems prævalebat, operam dabat ut vicos et oppida quæ subegerat præsidiis muniret, decurionibus quidem per vicos collocatis, per urbes vero centurionibus; quin et multa eorum quæ fuerant vastata instaurabat. Veris autem sub initium cum majori exercitus parte Cæsarea profectus est Antipatridem: ubi biduo in componenda civitate consumpto tertia die inde movit, populans et exurens vicos omnes finitimos. Quumque in potestatem suam quæ in toparchia erant Thamnitica redegisset, in Lydda et Jamniam procedebat. Et quum utraque subacta esset, constitutis illic ex deditiis habitatoribus qui sufficerent, ad Ammauntem inde ventum; occupatoque ad metropolim eorum aditu, et castra muro circumdat, et cum cetera manu, quinta ibidem legione relicta, in Bethleptephorum toparchiam se confert. Quum autem eam et vicinam regionem igni corrupisset, simulque castella quidem circa Idumæam locis opportunis muniisset, duos vero vicos in media Idumæa cepisset, Betarim et Caphartobam, supra decem millia hominum perimit, et plus quam mille captivos abducit; exactaque inde cetera multitudine, non parvam militum suorum manum ibi constituit, qui incursionibus loca montana omnia vastabant. Ipse autem cum reliquo exercitu Ammauntem rediit, unde per Samaritidem et juxta

Σαμαρείτιδος καὶ παρὰ τὴν Νεάπολιν καλουμένην, Μαβορθὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, καταβὰς εἰς Κορέαν δευτέρᾳ Δαισίου μηνὸς στρατοπεδεύεται, τῇ δὲ ἑξῆς εἰς Ἱεριχοῦντα ἀφικνεῖται, καθ' ἣν αὐτῷ συμμίσγει Τραϊανὸς εἷς τῶν ἡγεμόνων, τὴν ἐκ τῆς Περαίας ἄγων δύναμιν, ἤδη τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κεχειρωμένων.

(ΚΖ'.) β'. Τὸ μὲν οὖν πολὺ πλῆθος ἐκ τῆς Ἱεριχοῦντος φθάσαν τὴν ἔφοδον αὐτῶν εἰς τὴν ἄντικρυς Ἱεροσολύμων ὀρεινὴν διαπεφεύγει, καταλειφθὲν δὲ οὐκ ὀλίγον διαφθείρεται. Τὴν δὲ πόλιν ἔρημον κατειλήφεσαν, ἥτις ἵδρυται μὲν ἐν πεδίῳ, ψιλὸν δὲ ὑπέρκειται αὐτῆς καὶ ἄκαρπον ὄρος μήκιστον· κατὰ μὲν τὸ βόρειον κλίμα μέχρι τῆς Σκυθοπολιτῶν γῆς ἐκτείνεται, κατὰ δὲ τὸ μεσημβρινὸν μέχρι τῆς Σοδομιτῶν χώρας καὶ τῶν περάτων τῆς Ἀσφαλτίτιδος· ἔστι δὲ ἀνώμαλόν τε πᾶν καὶ ἀοίκητον διὰ τὴν ἀγονίαν. Ἀντίκειται δὲ τούτῳ τὸ περὶ Ἰορδάνην ὄρος, ἀρχόμενον ἀπὸ Ἰουλιάδος καὶ τῶν βορείων κλιμάτων, παρατεῖνον δὲ εἰς μεσημβρίαν ἕως Σομόρρων, ἥπερ ὁρίζει τὴν Πέτραν τῆς Ἀραβίας. Ἐν τούτῳ δὲ ἐστὶ καὶ τὸ Σιδηροῦν καλούμενον ὄρος, μηκυνόμενον μέχρι τῆς Μωαβίτιδος. Ἡ μέση δὲ τῶν δύο ὀρέων χώρα τὸ Μέγα πεδίον καλεῖται, ἀπὸ κώμης Γινναβρὶν διῆκον μέχρι τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης. Ἔστι δ' αὐτοῦ μῆκος μὲν σταδίων τριάκοντα καὶ διακοσίων, εὖρος δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ μέσον ὑπὸ τοῦ Ἰορδάνου τέμνεται, λίμνας τε ἔχει τήν τε Ἀσφαλτῖτιν καὶ τὴν Τιβεριέων, φύσιν ἐναντίας. Ἡ μὲν γὰρ ἁλμυρώδης καὶ ἄγονος, ἡ Τιβεριέων δὲ γλυκεῖα καὶ γόνιμος. Ἐκπυροῦται δὲ ὥρᾳ θέρους τὸ πεδίον, καὶ δι' ὑπερβολὴν αὐχμοῦ περιέχει νοσώδη τὸν ἀέρα· πᾶν γὰρ ἄνυδρον, πλὴν τοῦ Ἰορδάνου, παρὸ καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις φοινικῶνας εὐθαλεστέρους καὶ πολυφορωτέρους εἶναι συμβέβηκεν, ἧττον δὲ τοὺς πόρρω κεχωρισμένους.

γ'. Παρὰ μέντοι τὴν Ἱεριχοῦντα ἐστὶ πηγὴ δαψιλής τε καὶ πρὸς ἀρδείας λιπαρωτάτη, παρὰ τὴν παλαιὰν ἀναβλύζουσα πόλιν, ἣν Ἰησοῦς ὁ Ναυῆ παῖς, στρατηγὸς Ἑβραίων, πρώτην εἷλε γῆς Χαναναίων δορίκτητον. Ταύτην τὴν πηγὴν λόγος ἔχει κατ' ἀρχὰς οὐ μόνον γῆς καὶ δένδρων καρποὺς ἀπαμβλύνειν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν γονάς, καθόλου τε πᾶσιν εἶναι νοσώδη τε καὶ φθαρτικήν· ἐξημερωθῆναι δὲ καὶ γενέσθαι τοὐναντίον ὑγιεινοτάτην τε καὶ γονιμωτάτην ὑπὸ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου. Γνώριμος δ' ἦν οὗτος Ἠλία καὶ διάδοχος, ὃς ἐπιξενωθεὶς τοῖς κατὰ τὴν Ἱεριχοῦντα, περισσὸν δή τι φιλοφρονησαμένων αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, αὐτούς τε ἀμείβεται καὶ τὴν χώραν αἰωνίῳ χάριτι ἐδωρήσατο. Προελθὼν γὰρ ἐπὶ τὴν πηγὴν καὶ καταβαλὼν εἰς τὸ ῥεῦμα πλῆρες ἁλῶν ἀγγεῖον κεράμου, ἔπειτα εἰς οὐρανὸν δεξιὰν ἀνατείνας δικαίαν, καὶ πηγῇ σπονδὰς μειλικτηρίους χεόμενος, τὴν μὲν ᾐτεῖτο μαλάξαι τὸ ῥεῦμα, καὶ γλυκυτέρας φλέβας ἀνοῖξαι, τὸν δὲ ἐγκεράσασθαι τῷ ῥεύματι γονιμωτέρους ἀέρας, δοῦναί τε ἅμα καὶ καρπῶν εὐθηνίαν τοῖς ἐπιχωρίοις καὶ τέκνων διαδο-

Neapolim quæ vocatur, Mabortha vero ab indigenis, descendit in Coream, ibique castra metatur die secundo Dæsii mensis; et postridie Hierichuntem pervenit, ubi Trajanus e ducibus unus ei occurrit, copias e Peræa agens, qui trans Jordanem habitabant nuper subactis.

(XXVII.) 2. Et magna quidem multitudo, priusquam venerint Romani, ex Hierichunte in regionem montanam Hierosolymis adversam diffugerant; non pauci autem, qui remanserunt, perimuntur. Quo factum ut urbem desertam offenderint, quæ in planitie sita est, cuique imminet mons nudus ac sterilis longissimus: qui versus boream Scythopolitarum usque ad terram protenditur, ad austrum vero usque ad Sodomorum regionem et fines lacus Asphaltidis; est autem totus asper et inæqualis, et ob sterilitatem incultus manet. Isti ex adverso opponitur mons qui ad Jordanem situs incipit versus boream ab Juliade, et porrigitur versus austrum usque ad Somorron, quæ Petram Arabiæ determinat. In eo est mons qui Ferreus dicitur, in longum protensus usque ad Moabitidem. Quæ vero inter duos illos montes interjacet regio Campus magnus dicitur, a vico Ginnabri ad lacum usque Asphaltitin pertingens. Est autem longitudo ejus triginta et ducentorum stadiorum, latitudo vero centum et viginti: et medius quidem secatur a Jordane, et lacus habet Asphaltitin et Tiberiadis, natura contrarios. Nam ille quidem salsus est et sterilis, Tiberiensis vero dulcis et fœcundus. Æstivo autem tempore multum torretur campus, et ob nimiam ardoris vehementiam aere circumfunditur insalubri et morbifero: totus enim aridus est præter oras Jordanis; quamobrem et palmas ejus ripis adsitas florentiores esse contigit et fertiliores, minus vero quæ longe remotæ sunt.

3. At prope Hierichuntem fons est copiosus rigandisque arvis uberrimus, juxta urbem veterem scaturiens, quam Jesus Nave filius, Hebræorum exercitus dux, primam cepit jure belli in Chananæorum terra. Hunc fontem olim ferunt non solum terræ et arborum fructus, sed et mulierum fœtus perdere solitum, in universumque omnibus morbos et perniciem adferre; postea vero mansuevisse, contraque saluberrimum et fœcundissimum factum esse ab Elissæo vate. Hic autem Eliæ discipulus erat et successor, qui, Hierichuntinorum hospitio usus et non vulgari comitate ab hominibus exceptus, et ipsis et regioni gratiam referebat æternam. Ad fontem quippe progressus, quum lagenam fictilem salis plenam in profluentem aquam misisset, deinde dextram justam ad cœlum levasset, et in fontem blande funderet libamina, ipsum quidem precabatur, ut fluentum emolliret et dulciores aquarum venas aperiret; Deum vero, ut fœcundioribus auris flumina temperaret, tamque ubertatem fructuum quam liberorum successionem daret indi-

χὴν, μηδὲ ἐπιλιπεῖν αὐτοῖς τὸ τούτων γεννηματικὸν ὕδωρ, ἕως μένουσι δίκαιοι. Ταύταις ταῖς εὐχαῖς, πολλὰ προχειρουργήσας ἐξ ἐπιστήμης, ἔτρεψε τὴν πηγὴν, καὶ τὸ πρὶν ὀρφανίας αὐτοῖς καὶ λιμοῦ παραίτιον ὕδωρ ἐκ τότε εὐτεκνίας καὶ κόρου χορηγὸν κατέστη. Τοσαύτην γοῦν ἐν ταῖς ἀρδείαις ἔχει δύναμιν, ὡς εἰ καὶ μόνον ἐφάψαιτο τῆς χώρας, νοστιμώτερον εἶναι τῶν μέχρι κόρου χρονιζόντων· παρὸ καὶ τῶν μὲν δαψιλέστερον χρωμένων ἡ ὄνησίς ἐστιν ὀλίγη, τούτου δὲ τοῦ ὀλίγου δαψιλής. Ἄρδει γοῦν πλέον τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ πεδίον μὲν ἔπεισιν ἑβδομήκοντα σταδίων μῆκος, εὖρος δὲ εἴκοσιν, ἐπιτρέφει τε ἐν αὐτῷ παραδείσους καλλίστους τε καὶ πυκνοτάτους· τῶν δὲ φοινίκων ἐπαρδομένων γένη πολλὰ, ταῖς γεύσεσι καὶ ταῖς παρηγορίαις διάφορα. Τούτων οἱ πιότεροι πατούμενοι, καὶ μέλι δαψιλὲς ἀνιᾶσιν, οὐ πολλῷ τοῦ λοιποῦ χεῖρον· καὶ μελιττοτρόφος δὲ ἡ χώρα. Φέρει δὲ καὶ ὀποβάλσαμον, ὃ δὴ τιμιώτατον τῶν τῇδε καρπῶν, κύπρον τε καὶ μυροβάλανον, ὡς οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν τινα εἰπόντα θεῖον εἶναι τὸ χωρίον, ἐν ᾧ δαψιλῆ τὰ σπανιώτατα καὶ κάλλιστα γεννᾶται. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων αὐτῷ καρπῶν ἕνεκεν οὐκ ἂν ῥᾳδίως τι παραβληθείη κλίμα τῆς οἰκουμένης· οὕτω τὸ καταβληθὲν πολύχουν ἀναδίδωσιν. Αἴτιον δέ μοι δοκεῖ τὸ θερμὸν τῶν ἀέρων καὶ τὸ τῶν ὑδάτων εὔγονον, τῶν μὲν προκαλουμένων τὰ φυόμενα καὶ διαχεόντων, τῆς δὲ ἰκμάδος ῥιζούσης ἕκαστον ἰσχυρῶς καὶ χορηγούσης τὴν ἐν θέρει δύναμιν. Περικαὲς δέ ἐστιν οὕτω τὸ χωρίον ὡς μηδένα ῥᾳδίως προϊέναι. Τὸ δὲ ὕδωρ πρὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἀντλούμενον, ἔπειτα ἐξαιθριασθὲν, γίνεται ψυχρότατον, καὶ τὴν ἐναντίαν πρὸς τὸ περιέχον φύσιν λαμβάνει· χειμῶνος δὲ ἀνάπαλιν χλιαίνεται, καὶ τοῖς ἐμβαίνουσι γίνεται προσηνέστατον. Ἔστι δὲ καὶ τὸ περιέχον οὕτως εὔκρατον ὡς λινοῦν ἀμφιέννυσθαι τοὺς ἐπιχωρίους, νιφομένης τῆς ἄλλης Ἰουδαίας. Ἀπέχει δὲ Ἱεροσολύμων μὲν σταδίους ἑκατὸν πεντήκοντα, τοῦ δὲ Ἰορδάνου ἑξήκοντα. Καὶ τὸ μὲν μέχρι Ἱεροσολύμων αὐτῆς ἔρημον καὶ πετρῶδες, τὸ δὲ μέχρι τοῦ Ἰορδάνου καὶ τῆς Ἀσφαλτίτιδος χθαμαλώτερον μὲν, ἔρημον δὲ ὁμοίως καὶ ἄκαρπον. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ Ἱεριχοῦντα εὐδαιμονεστάτην οὖσαν ἀποχρώντως δεδήλωται.

δ'. Ἄξιον δὲ ἀφηγήσασθαι καὶ τὴν φύσιν τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης, ἥτις ἐστὶ πικρὰ μὲν, ὡς ἔφην, καὶ ἄγονος, ὑπὸ δὲ κουφότητος καὶ τὰ βαρύτατα τῶν εἰς αὐτὴν ῥιφέντων ἀναφέρει, καταδῦναι δὲ εἰς τὸν βυθὸν οὐδὲ ἐπιτηδεύσαντα ῥᾴδιον. Ἀφικόμενος γοῦν καθ' ἱστορίαν ἐπ' αὐτὴν Οὐεσπασιανὸς ἐκέλευσέ τινας τῶν νεῖν οὐκ ἐπισταμένων, δεθέντας ὀπίσω τὰς χεῖρας, ῥιφῆναι κατὰ τοῦ βυθοῦ· καὶ συνέβη πάντας ἐπινήξασθαι, καθάπερ ὑπὸ πνεύματος ἄνω βιαζομένους. Ἔστι δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἡ τῆς χρόας μεταβολὴ θαυμάσιος· τρὶς γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τὴν ἐπιφάνειαν ἀλλάσσεται, καὶ πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀνταυγεῖ ποικίλως· τῆς μέντοι ἀσφάλτου κατὰ πολλὰ μέρη βώλους μέλανας

genis, nec eos aqua prolifica deficeret quamdiu justi manerent. Ad has preces, ex disciplina manibus quoque multa operatus, fontem immutavit; et aqua, quæ antea illis causa erat orbitatis ac famis, ex illo tempore felicem et numerosam suppeditabat prolem. Denique tanta vi pollet in rigationibus, ut si vel modo attigerit terram, salubrior sit aquis quæ ad satietatem usque in agro morantur. Quamobrem qui largius ea utuntur, exiguum inde emolumentum habent; qui vero parcius, maximum. Amplius enim quam fontes ceteri omnes spatium irrigat, et per campum quidem labitur septuaginta stadiis longum, viginti vero latum, atque in eo alit hortos amœnissimos et frequentissimos, palmarum item varia sapore et appellatione genera. Ex istis pinguiores pressæ etiam mel emittunt copiosum, quod suavitate alteri vix cedit : quanquam et mellis altrix est illa regio. Quin et fert opobalsamum (qui pretiosissimus est omnium qui illic sunt fructuum, cyprum item, et myrobalanum, ita ut qui divinum dixerit illum terræ tractum, non valde aberraverit, utpote quæ alibi sunt pretiosissima et rarissima, copiose istic nascantur. Sed neque aliorum fructuum respectu tellus ulla per orbem universum ei fuerit facile comparanda; adeo quod satum est multiplicatum reddit. Causa autem mihi videtur esse aeris calor, et aquarum fœcunditas, quum ille quæ nata fuerint proliciat atque diffundat, liquor autem faciat ut singula firmiter radices agant, viresque æstivo tempore suppeditet. Adeo autem perusta est illa regio, ut nemo facile sub divum egrediatur. Aqua autem ante solis ortum hausta et aeri exposita frigescit, naturamque aeri ambienti contrariam sumit : hieme vero tepescit, et mitissima fit illis qui in eam merguntur. Quin et tanta est aeris circumfusi temperies, ut, quum in aliis Judææ partibus ningit, hic linea veste utantur indigenæ. Distat autem Hierosolymis centum et quinquaginta stadiis, ab Jordane vero sexaginta : totumque inde usque ad Hierosolyma spatium desertum est et saxosum, ad Jordanem vero et lacum Asphaltitin humilius quidem est solum, æque tamen desertum atque infrugiferum. Sed de Hierichunte, quam felicissima sit, satis dictum est.

4. Operæ autem pretium est etiam lacus Asphaltitis naturam enarrare, qui amarus est, ut dixi, ac infœcundus, præ levitate autem etiam quæ gravissima sunt in eum injecta fluitant, demergique in profundum ne industria quidem facile quis possit. Nam et Vespasianus, quum visendi ejus gratia illuc veniret, jussit quosdam nandi inscios, vinctis post terga manibus, in altum projici : et omnibus evenit ut quasi spiritus vi sursum repulsi supernatarent. Ad hæc mirabilis est coloris ipsius mutatio; quippe ter singulis diebus superficiem vertit, et ad solis radios varie resplendet : multis tamen locis evomit nigras bituminis glebas, quæ de

ἀναδίδωσιν, αἳ δὲ ἐπινήχονται τό τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος ταύροις ἀκεφάλοις παραπλήσιαι. Προσελαύνοντες δὲ οἱ τῆς λίμνης ἐργάται, καὶ δρασσόμενοι τοῦ συνεστῶτος ἕλκουσιν εἰς τὰ σκάφη· πληρώσασι δὲ ἀποκόπτειν οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ δι' εὐτονίαν προσήρτηται τῷ μηρύματι τὸ σκάφος, ἕως ἂν ἐμμηνίῳ γυναικῶν αἵματι καὶ οὔρῳ διαλύσωσιν αὐτήν, οἷς μόνοις εἴκει. Καὶ χρήσιμος δὲ οὐ μόνον εἰς ἁρμονίας νεῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄκεσιν σωμάτων· εἰς πολλὰ γοῦν τῶν φαρμάκων παραμίσγεται. Ταύτης τῆς λίμνης μῆκος μὲν ὀγδοήκοντα καὶ πεντακόσιοι στάδιοι, καθὸ δὴ μέχρι Ζοάρων τῆς Ἀραβίας ἐκτείνεται, εὖρος δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Γειτνιᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτῇ, πάλαι μὲν εὐδαίμων γῆ καρπῶν τε ἕνεκα καὶ τῆς κατὰ πόλεις περιουσίας, νῦν δὲ κεκαυμένη πᾶσα. Φασὶ δὲ ὡς δι' ἀσέβειαν οἰκητόρων κεραυνοῖς κατεφλέγη. Ἔστι γοῦν ἔτι λείψανα τοῦ θείου πυρὸς, καὶ πέντε μὲν πόλεων ἰδεῖν σκιὰς, ἔτι δὲ κἀν τοῖς καρποῖς σποδιὰν ἀναγεννωμένην, οἳ χρόαν μὲν ἔχουσι τοῖς ἐδωδίμοις ὁμοίαν, δρεψαμένων δὲ χερσὶν εἰς καπνὸν ἀναλύονται καὶ τέφραν. Τὰ μὲν δὴ περὶ τὴν Σοδομῖτιν μυθευόμενα τοιαύτην ἔχει πίστιν ἀπὸ τῆς ὄψεως.

ΚΕΦ. Θ'.

Ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς, πανταχόσε περιτειχίζων τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἔν τε τῇ Ἱεριχοῖ καὶ ἐν Ἀδίδοις ἐγείρει στρατόπεδα, καὶ φρουρὰς ἀμφοτέραις ἐγκαθίστησιν ἔκ τε τοῦ Ῥωμαϊκοῦ καὶ συμμαχικοῦ τάγματος. Πέμπει δὲ καὶ εἰς Γέρασα Λούκιον Ἄννιον, παραδοὺς μοῖραν ἱππέων καὶ συχνοὺς πεζῶν. Ὁ μὲν οὖν ἐξ ἐφόδου ἑλὼν τὴν πόλιν ἀποτείνει μὲν χιλίους τῶν νέων, ὅσοι μὴ διαφυγεῖν ἔφθασαν, γενεὰς δὲ ᾐχμαλωτίσατο, καὶ τὰς κτήσεις διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἐπέτρεψεν· ἔπειτα τὰς οἰκίας ἐμπρήσας ἐπὶ τὰς πέριξ κώμας ἐχώρει. Φυγαὶ δὲ ἦσαν τῶν δυνατῶν καὶ φθοραὶ τῶν ἀσθενεστέρων· τὸ καταλειφθὲν δὲ πᾶν ἐνεπίμπρατο, καὶ διειληφότος τοῦ πολέμου τήν τε ὀρεινὴν ὅλην καὶ τὴν πεδιάδα πᾶσαν, οἱ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τὰς ἐξόδους ἀφῄρηντο. Τοὺς μὲν γὰρ αὐτομολεῖν προαιρουμένους οἱ ζηλωταὶ παρεφυλάσσοντο, τοὺς δὲ οὔπω τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντας εἶργεν ἡ στρατιὰ, πανταχόθεν τὴν πόλιν περιέχουσα.

(ΚΘ'.) β'. Οὐεσπασιανῷ δὲ εἰς Καισάρειαν ἐπιστρέψαντι καὶ παρασκευαζομένῳ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπ' αὐτῶν τῶν Ἱεροσολύμων ἐξελαύνειν ἀγγέλλεται Νέρων ἀνῃρημένος, τρισκαίδεκα βασιλεύσας ἔτη καὶ ἡμέρας ὀκτώ. Περὶ οὗ λέγειν ὃν τρόπον εἰς τὴν ἀρχὴν ἐξύβρισε, πιστεύσας τὰ πράγματα τοῖς πονηροτάτοις, Νυμφιδίῳ καὶ Τιγελλίνῳ, τοῖς γε ἀναξίοις τῶν ἐξελευθέρων, καὶ ὡς ὑπὸ τούτων ἐπιβουλευθεὶς κατελείφθη μὲν ὑπὸ τῶν φυλάκων ἁπάντων, διαδρὰς δὲ σὺν τέσσαρσι τῶν πιστῶν ἀπελευθέρων, ἐν τοῖς προαστείοις ἑαυτὸν ἀνεῖλε· καὶ ὡς οἱ καταλύσαντες αὐτὸν μετ' οὐ πολὺν χρόνον δίκας ἔδοσαν, τόν τε κατὰ τὴν Γαλα-

super fluitant, et figura et magnitudine tauris capite truncatis non absimiles. Ad eas vero quum lacus exercitores accedunt, aggestas concretasque ad se in scaphas attrahunt : non autem facile ab iis qui eas impleverint abscindi possunt, sed grumis adhæret alveus propter tenacitatem, donec ea menstruo mulierum sanguine et lotio dissolvatur, quibus solis cedit. Est autem hoc bitumen non modo ad compagines navium accommodatum, sed et ad corporum curationem : unde et multis medicamentis admiscetur. Lacus hujus longitudo quingentorum et octoginta stadiorum est, qua sane usque ad Zoara Arabiæ extenditur; latitudo centum et quinquaginta stadiis patet. Huic autem terra Sodomitica vicina est, olim quidem regio beata, quod frugibus abundaret et multis urbibus dictincta esset; nunc vero tota exusta est. Fertur autem eam ob incolarum impietatem fulminibus conflagrasse. Itaque et adhuc ignis a Deo immissi reliquias, et oppidorum quinque istic videre licet umbram et imaginem : insuper et in fructibus cineres renascentes, qui specie quidem et colore edulibus similes sunt, manibus autem decerptæ in favillam et cinerem resolvuntur. Atque his quidem, de terra Sodomitica narratis, ejusmodi fides habetur ex testibus oculatis.

CAP. IX. (XXVIII.)

At Vespasianus, quum circumquaque cingeret Hierosolymitanos, et apud Hierichuntem et Adida exstruit castella, et præsidia utrisque ex Romanis pariter ac sociis imponit. Mittit autem Gerasa L. Annium, equitatus parte multisque peditibus ei traditis. Et ille quidem quum primo impetu urbem cepisset, mille juvenum, qui fugam facere non occupaverant, interficit; familias vero captivas abduxit, et militibus facultates diripere permisit : incensis deinde domibus, vicos proximos petebat. Potentes autem fugiebant et imbecilliores peribant, quæque relicta erant universa flammis absumpta; cumque bellum totam regionem montanam omnemque campestrem pervasisset, iis qui Hierosolymis degebant interclusi erant exitus. Nam qui transfugere quidem cupiebant, eos zelotæ observabant; qui vero nondum favebant Romanis, eos coercebat exercitus, urbi ex omni parte circumdatus.

(XXIX.) 2. Vespasiano autem Cæsaream reverso parantique copias suas omnes adversus Hierolyma educere, nunciatur Nero peremptus, quum per annos tredecim et dies octo imperasset. De quo memorare quemadmodum imperium dehonestaverit, rerum administrationem Nymphidio et Tigillino, viris nequissimis et libertorum indignissimis, committendo, quodque ab illis petitus insidiis, ab omnibus quidem satellibus relictus fuerit, cum quattuor vero libertis fidelibus in suburbanum fugerit, ibique semet occiderit; quodque non multo post tempore pœnas dederint qui eum sustulerunt; bellumque per Galliam quo pacto desie-

τίαν πόλεμον ὡς ἐτελεύτησε, καὶ πῶς Γάλβας ἀποδειχθεὶς αὐτοκράτωρ εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθεν ἐκ τῆς Ἱσπανίας, καὶ ὡς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν αἰτιαθεὶς ἐπὶ ταπεινοφροσύνῃ ἐδολοφονήθη κατὰ μέσην τὴν Ῥωμαίων ἀγοράν, ἀπεδείχθη τε αὐτοκράτωρ Ὄθων, τήν τε τούτου στρατείαν ἐπὶ τοὺς Οὐϊτελλίου στρατηγοὺς καὶ κατάλυσιν, ἔπειτα τοὺς κατὰ Οὐϊτέλλιον ταράχους, καὶ τὴν περὶ τὸ Καπετώλιον συμβολήν, ὅπως τε Ἀντώνιος Πρῖμος καὶ Μουκιανὸς, διαφθείραντες Οὐϊτέλλιον καὶ τὰ Γερμανικὰ τάγματα, κατέστειλαν τὸν ἐμφύλιον πόλεμον· πάντα ταῦτα διεξιέναι μὲν ἐπ' ἀκριβὲς παρῃτησάμην, ἐπειδὴ δι' ὄχλου πᾶσίν ἐστι, καὶ πολλοῖς Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων ἀναγέγραπται. Συναφείας δὲ ἕνεκα τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ μὴ διηρτῆσθαι τὴν ἱστορίαν κεφαλαιωδῶς ἕκαστον ἐπεσημηνάμην. Οὐεσπασιανὸς τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον ἀνεβάλλετο τὴν τῶν Ἱεροσολύμων στρατείαν, καραδοκῶν πρὸς τίνα ῥέψει τὸ κρατεῖν μετὰ Νέρωνα. Αὖθις δὲ Γάλβαν ἀκούσας αὐτοκράτορα, πρὶν ἐπιστεῖλαί τι περὶ τοῦ πολέμου κἀκεῖνον, οὐκ ἐπεχείρει· πέμπει δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν υἱὸν Τίτον, ἀσπασόμενόν τε καὶ ληψόμενον τὰς περὶ Ἰουδαίων ἐντολάς. Τῆς αὐτῆς δὲ αἰτίας ἅμα Τίτῳ καὶ Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς πρὸς Γάλβαν ἔπλει, καὶ διὰ τῆς Ἀχαΐας (χειμῶνος γὰρ ἦν ὥρα) μακραῖς ναυσὶ περιπλεόντων, φθάνει Γάλβας ἀναιρεθεὶς, μετὰ μῆνας ἑπτὰ καὶ ἴσας ἡμέρας· ἐξ οὗ τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν Ὄθων, ἀντιποιούμενος τῶν πραγμάτων. Ὁ μὲν οὖν Ἀγρίππας εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικέσθαι διέγνω, μηδὲν ὀρρωδήσας πρὸς τὴν μεταβολήν· Τίτος δὲ κατὰ δαιμόνιον ὁρμὴν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Συρίαν ἔπλει, καὶ κατὰ τάχος εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται πρὸς τὸν πατέρα. Καὶ οἱ μὲν μετέωροι περὶ τῶν ὅλων ὄντες, ὡς ἂν σαλευομένης τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ὑπερεώρων τὴν ἐπὶ Ἰουδαίους στρατείαν, καὶ διὰ τὸν περὶ τῆς πατρίδος φόβον τὴν ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους ὁρμὴν ἄωρον ἐνόμιζον.

(Λ'.) γ'. Ἐπανίστατο δὲ ἄλλος τοῖς Ἱεροσολύμοις πόλεμος. Υἱὸς ἦν Γιώρα, Σίμων τις Γερασηνὸς τὸ γένος, νεανίας, πανουργίᾳ μὲν ἡττώμενος Ἰωάννου τοῦ προκατέχοντος ἤδη τὴν πόλιν, ἀλκῇ δὲ σώματος καὶ τόλμῃ διαφέρων, δι' ἣν καὶ ὑπὸ Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως φυγαδευθεὶς ἐξ ἧς ἦρχε τοπαρχίας Ἀκραβατηνῆς πρὸς τοὺς κατειληφότας τὴν Μασάδαν λῃστὰς παραγίνεται. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἦν αὐτοῖς δι' ὑποψίας, εἰς τὸ κατωτέρω γοῦν φρούριον ἐπέτρεψαν αὐτῷ παρελθεῖν ἅμα ταῖς γυναιξὶν, ἃς ἄγων ἧκεν, αὐτοὶ τὸ ὑψηλότερον οἰκοῦντες. Αὖθις δὲ διὰ συγγένειαν ἠθῶν, καὶ ὅτι πιστὸς ἐδόκει, συμπροενόμευε γοῦν αὐτοῖς ἐξιὼν, καὶ συνεπόρθει τὰ περὶ τὴν Μασάδαν· οὐ μὴν ἐπὶ τὰ μείζω παρακαλῶν ἔπειθεν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν ἔθει ὄντες τῷ φρουρίῳ, καθάπερ φωλεοῦ χωρίζεσθαι μακρὰν ἐδεδοίκεσαν, ὁ δὲ τυραννιῶν καὶ μεγάλων ἐφιέμενος, ἐπειδὴ καὶ τὴν Ἀνάνου τελευτὴν ἤκουσεν, εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀφίσταται, καὶ προκηρύξας δούλοις μὲν ἐλευθερίαν,

rit, et quo modo Galba creatus Imperator Romam redierit ex Hispania, utque a militibus incusatus, tanquam humilioris esset animi, in medio foro Romano ex insidiis fuerit occisus, et Otho declaratus Imperator, qui et expeditionem fecit contra Vitellii duces, et sublatus est; dein ut turbæ excitatæ fuerint contra Vitellium, et pugna in Capitolio commissa; et quemadmodum Antonius Primus et Mucianus, quum Vitellium interfecissent et Germanicas legiones, bellum civile compresserint; ista omnia accurate quidem narrare recusavi, quod omnibus molesta sint, et a multis Græcorum pariter ac Romanorum perscripta fuerint. Ordinis autem rerum continuandi gratia, ac ne intercisa foret historia, summatim singula indicavi. Vespasianus igitur primo quidem expeditionem in Hierosolyma differebat, exspectans cuinam post Neronem obtingeret imperare. Deinde ubi Galbam imperatorem factum esse audivit, nihil contra Judæos aggrediebatur, priusquam et ille aliquid de bello in mandatis daret: mittit autem ad eum Titum filium suum, et salutatum, et ut mandata de Judæis acciperet. Eandem ob causam una cum Tito rex etiam Agrippa ad Galbam navigabat; dumque Achaiam (hiems quippe erat) longis navibus prætervehuntur, interfici Galbam contigit, post septem menses totidemque dies quam imperasset: unde proxime imperium suscepit Otho, rerum administrationem sibimet vindicans. Et Agrippa quidem, rerum mutatione nihil deterritus, Romam pergere statuit: Titus vero divino impulsu a Græcia in Syriam navibus trajiciebat, et celeritate adhibita Cæsaream pervenit ad patrem. Et illi quidem, rerum exspectatione suspensi, quasi fluctuante Romano imperio, insuper habebant militiam obire contra Judæos, metuque de patria solliciti impetum facere in alienigenas haud opportunum ducebant.

(XXX.) 3. Aliud autem Hierosolymis erumpebat bellum. Erat quidam Simon Gioræ filius genere Gerasenus, juvenis astutia quidem inferior Joanne qui in urbe dominatum habebat, corporis autem viribus et audacia præstantior, ob quam ex Acrabatena toparchia quam tenebat pulsus ab Anano pontifice, ad latrones se recipit qui Masadam occupaverant. Et primo quidem suspectus erat illis, adeo ut ei in inferius duntaxat castellum cum mulieribus quas secum adduxerat, transire permiserint, dum ipsi superiora incolerent. Rursus autem propter morum conjunctionem, quodque fidus esse videretur, etiam cum illis populatum exibat, simulque vastabat quæcunque circa Masadam erant; non tamen eis, dum ad majora incitaret, persuadebat. Nam isti quidem castello assueti, longius ab eo, tanquam latibulo, discedere metuebant: ille vero, dominatum affectans magnorumque appetens, postquam et Ananum obiisse audiverat, inde movet in loca montana, ac voce præconum

γέρας δὲ ἐλευθέροις, τοὺς πανταχόθεν πονηροὺς συνήθροιζεν.

δ'. Ὡς δὲ ἦν αὐτῷ καρτερὸν ἤδη τὸ σύνταγμα, τὰς ἀνὰ τὴν ὀρεινὴν κώμας κατέτρεχεν· ἀεὶ δὲ προσγινομένων αὐτῷ πλειόνων, ἐθάρρει καταβαίνειν εἰς τὰ χθαμαλώτερα. Κἀπειδὴ πόλεσιν ἤδη φοβερὸς ἦν, πολλοὶ πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν εὔροιαν τῶν κατορθωμάτων ἐφθείροντο δυνατοί· καὶ οὐκέτι ἦν δούλων μόνον οὐδὲ λῃστῶν στρατὸς, ἀλλὰ καὶ δημοτικῶν οὐκ ὀλίγων, ὡς πρὸς βασιλέα πειθαρχούντων. Κατέτρεχε δὲ τήν Ἀκραβατηνὴν τοπαρχίαν καὶ τὰ μέχρι τῆς μεγάλης Ἰδουμαίας. Κατὰ γὰρ κώμην τινὰ καλουμένην Ναῒν τεῖχος κατασκευάσας ὥσπερ φρουρίῳ πρὸς ἀσφάλειαν ἐχρῆτο· κατὰ δὲ τὴν Φαρὰν προσαγορευομένην φάραγγα, πολλὰ μὲν ἀνευρύνας σπήλαια, πολλὰ δὲ εὑρὼν ἕτοιμα, ταμιείοις ἐχρῆτο θησαυρῶν καὶ τῆς λείας ἐκδοχείοις· ἀνετίθει δὲ καὶ τοὺς ἁρπαζομένους εἰς αὐτὰ καρποὺς, οἵ τε πολλοὶ τῶν λόχων δίαιταν εἶχον ἐν ἐκείνοις· δῆλος δὲ ἦν τό τε σύνταγμα προγυμνάζων καὶ τὰς παρασκευὰς κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων.

ε'. Ὅθεν οἱ ζηλωταὶ, δείσαντες αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ προλαβεῖν βουλόμενοι τὸν κατ' αὐτῶν τρεφόμενον, ἐξίασι μετὰ τῶν ὅπλων οἱ πλείους. Ὑπαντιάζει δὲ Σίμων, καὶ παραταξάμενος, συχνοὺς μὲν αὐτῶν ἀναιρεῖ, συνελαύνει δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς τὴν πόλιν. Οὔπω δὲ θαρρῶν τῇ δυνάμει τοῦ μὲν τοῖς τείχεσι προσβαλεῖν ἀπετράπη, χειρώσασθαι δὲ πρότερον τὴν Ἰδουμαίαν ἐπεβάλετο. Καὶ δὴ δισμυρίους ἔχων ὁπλίτας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς ὅρους αὐτῆς. Οἱ δὲ ἄρχοντες τῶν Ἰδουμαίων κατὰ τάχος ἀθροίσαντες ἐκ τῆς χώρας τὸ μαχιμώτατον, περὶ πεντακισχιλίους καὶ δισμυρίους, τοὺς δὲ πολλοὺς ἐάσαντες φρουρεῖν τὰ σφέτερα διὰ τὰς τῶν ἐν Μασάδᾳ σικαρίων καταδρομὰς, ἐδέχοντο τὸν Σίμωνα πρὸς τοῖς ὅροις. Ἔνθα συμβαλὼν αὐτοῖς καὶ δι' ὅλης πολεμήσας ἡμέρας οὔτε νενικηκὼς οὔτε νενικημένος διεκρίθη. Καὶ ὁ μὲν εἰς τὴν Ναῒν, οἱ δὲ Ἰδουμαῖοι διελύθησαν ἐπ' οἴκου. Καὶ μετ' οὐ πολὺ Σίμων μείζονι δυνάμει πάλιν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ὥρμητο· στρατοπεδευσάμενος δὲ κατά τινα κώμην, ἣ Θεκωὲ καλεῖται, πρὸς τοὺς ἐν Ἡρωδείῳ φρουροὺς, ὅπερ ἦν πλησίον, Ἐλεάζαρόν τινα τῶν ἑταίρων ἔπεμψε, πείσοντα παραδοῦναι τὸ ἔρυμα. Τοῦτον οἱ φύλακες ἑτοίμως ἐδέξαντο, τὴν αἰτίαν ἀγνοοῦντες δι' ἣν ἥκοι· φθεγξάμενον δὲ περὶ παραδόσεως ἐδίωκον σπασάμενοι τὰ ξίφη, μέχρι φυγῆς τόπον οὐκ ἔχων ἔρριψεν ἀπὸ τοῦ τείχους ἑαυτὸν εἰς τὴν ὑποκειμένην φάραγγα. Καὶ ὁ μὲν αὐτίκα τελευτᾷ, τοῖς δὲ Ἰδουμαίοις, ἤδη κατορρωδοῦσι τὴν ἰσχὺν τοῦ Σίμωνος, ἔδοξε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν κατασκέψασθαι τὴν στρατιὰν τῶν πολεμίων.

ς'. Εἰς τοῦτο δὲ ὑπηρέτην ἑαυτὸν ἑτοίμως ἐπεδίδου Ἰάκωβος, εἷς τῶν ἡγεμόνων, προδοσίαν ἐνθυμούμενος. Ὁρμήσας γοῦν ἀπὸ τῆς Ἀλούρου (κατὰ γὰρ ταύτην συνήθροιστο τὴν κώμην τότε τῶν Ἰδουμαίων τὸ στράτευμα), παραγίνεται πρὸς Σίμωνα, καὶ πρώτην αὐτῷ πα-

servis libertate promissa, itemque liberis præmio, improbos, quos undique poterat, congregabat.

4. Quum autem jam validas conflasset copias, regionis montanæ vicos incursibus vastabat; quotidieque pluribus sese ei adjungentibus, audebat etiam in planitiem descendere. Ac postquam jam factus est civitatibus terribilis, multi ex optimatibus, ejus potentia sollicitati et prosperis rerum successibus, ad eum malo suo se conferebant : adeoque non amplius servorum tantum aut latronum exercitus erat, sed multorum de populo, ei tanquam regi obedientium. Excursiones autem faciebat in Acrabatenam toparchiam et in majorem usque Idumæam. Nam ad vicum quendam, cui nomen Nain, quum murum exstruxisset, pro castello in sui securitatem habebat : in valle autem nuncupata Pharan, quum multas quidem laxiores fecisset speluncas, multas vero paratas invenisset, in illis thesauros suos recondebat prædasque recipiebat; etiam direptos fructus illic reponebat, multique e cohortibus suis vitam in illis agebant : minimeque dubitabatur quin copias suas præexerceret et apparatus faceret ut Hierosolyma aggrederetur.

5. Unde insidias ejus veriti zelotæ, et prævenire eum qui contra se viribus crescebat cupientes, plerique armati egrediuntur. His autem Simon occurrit, commissoque prælio multos quidem illorum occidit, reliquos vero in urbem compellit. At nondum viribus fidens, a murorum oppugnatione deterrebatur : atque antequam id faceret, Idumæam subjugare cogitabat. Itaque cum viginti armatorum millibus ad fines ejus properabat. Idumæorum autem principes, pugnacissimis ad viginti quinque millia magna celeritate e regione congregatis, reliquis vero ut sua tuerentur relictis propter sicariorum in Masada excursiones, Simonem ad fines suos excipiebant. Ubi eo illis congresso, quum per totum diem pugnatum esset, dubium erat utrum victor an victus discesserit. Et ille quidem in Nain vicum, Idumæi vero domum regressi sunt. Non multo autem post Simon cum majoribus copiis in eorum regionem iterum irrupit : castrisque in quodam vico, cui nomen Thecoe, positis, ad custodes Herodei, quod non longe aberat, Eleazarum suorum quendam sociorum misit, ut munimentum traderent persuasurum. Hunc sine mora recepere custodes, causæ nescii cur venisset : quum autem de traditione loquutus esset, strictis gladiis eum persequebantur : donec fugæ locum non reperiens, de muro in vallem subjectam sese projecit. Et ille quidem statim moritur; Idumæis autem Simonis vires formidantibus placuit, priusquam acie congrederentur, explorare hostium copias.

6. Ad hoc autem se ministrum alacriter offerebat Jacobus, unus e principibus, de proditione cogitans. Itaque ab Aluro profectus (in hoc quippe vico coiverat Idumæorum exercitus), ad Simonem venit; primumque se patriam suam ei proditurum esse paciscitur, fide jurejurando accepta,

ραδώσειν συντίθεται τὴν αὐτοῦ πατρίδα, λαβὼν ὅρκους ὡς ἀεὶ τίμιος ὢν διατελέσει, συνεργήσειν δὲ ὑπέσχετο καὶ περὶ τῆς ὅλης Ἰδουμαίας. Ἐφ᾽ οἷς ἑστιαθεὶς φιλοφρόνως ὑπὸ τοῦ Σίμωνος καὶ λαμπραῖς ἐπαρθεὶς ὑποσχέσεσιν, ἐπειδήπερ εἰς τοὺς σφετέρους ὑπέστρεψεν, τὸ μὲν πρῶτον πολλαπλασίονα τὴν στρατιὰν τοῦ Σίμωνος ἐψεύδετο· ἔπειτα δεξιούμενος τούς τε ἡγεμόνας καὶ κατ᾽ ὀλίγους πᾶν τὸ πλῆθος ἐνῆγεν ὥστε δέξασθαι τὸν Σίμωνα, καὶ παραδοῦναι δίχα μάχης αὐτῷ τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν. Ἅμα δὲ ταῦτα διαπραττόμενος καὶ Σίμωνα δι᾽ ἀγγέλων ἐκάλει, σκεδάσειν ὑπισχνούμενος τοὺς Ἰδουμαίους. Ὃ δὴ παρέσχεν. Ὡς γὰρ ἦν ἤδη πλησίον ἡ στρατιὰ, πρῶτος ἀναπηδήσας ἐπὶ τὴν ἵππον, μετὰ τῶν συνδιεφθαρμένων ἔφευγε. Πτοία δὲ ἐμπίπτει παντὶ τῷ πλήθει, καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν λυθέντες ἐκ τῆς τάξεως ἀνεχώρουν ἕκαστοι πρὸς τὰ ἴδια.

(ΛΑ΄.) ζ΄. Σίμων δὲ παρὰ δόξαν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν εἰσήλασεν ἀναιμωτὶ, καὶ προσβαλὼν ἀδοκήτως πρώτην αἱρεῖ τὴν πόλιν Χεβρὼν, ἐν ᾗ πλείστης ἐκράτησε λείας, πάμπολυν δὲ διήρπασε καρπόν· ὡς δέ φασιν οἱ ἐπιχώριοι τὴν Χεβρὼν, οὐ μόνον τῶν τῇδε πόλεων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Μέμφεως ἀρχαιοτέραν· δισχίλια γοῦν αὐτῇ καὶ τριακόσια ἔτη συνηρίθμητο. Μυθεύουσι δὲ αὐτὴν καὶ οἰκητήριον Ἀβράμου τοῦ Ἰουδαίων προγόνου γεγονέναι μετὰ τὴν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας ἀπανάστασιν, τούς τε παῖδας αὐτοῦ λέγουσι καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον ἔνθεν· ὧν καὶ τὰ μνημεῖα μέχρι τοῦ νῦν ἐν τῇδε τῇ πολίχνῃ δείκνυται, πάνυ καλῆς μαρμάρου καὶ φιλοτίμως εἰργασμένα. Δείκνυται δὲ ἀπὸ σταδίων ἓξ τοῦ ἄστεως Τερέβινθος μεγίστη, καὶ φασὶ τὸ δένδρον ἀπὸ τῆς κτίσεως μέχρι νῦν διαμένειν. (ΛΒ΄.) Ἔνθεν ὁ Σίμων διὰ πάσης ἐχώρει τῆς Ἰδουμαίας, οὐ μόνον κώμας καὶ πόλεις πορθῶν, λυμαινόμενος δὲ καὶ τὴν χώραν. Δίχα γὰρ τῶν ὁπλιτῶν τέσσαρες αὐτῷ συνείποντο μυριάδες, ὡς μηδὲ τῶν ἐπιτηδείων ἐξαρκούντων πρὸς τὸ πλῆθος. Προσῆν δὲ ταῖς χρείαις ὠμότης τε αὐτοῦ καὶ πρὸς τὸ γένος ὀργή· δι᾽ ἃ μᾶλλον ἐξερημοῦσθαι συνέβαινε τὴν Ἰδουμαίαν. Καθάπερ δὲ ὑπὸ τῶν ἀκρίδων κατόπιν ὕλην ἔστιν ἰδεῖν ἐψιλωμένην πᾶσαν, οὕτω τὸ κατὰ νώτου τῆς Σίμωνος στρατιᾶς ἐρημία κατελείπετο· καὶ τὰ μὲν ἐμπιπράντες, τὰ δὲ κατασκάπτοντες, πᾶν δὲ τὸ πεφυκὸς ἀνὰ τὴν χώραν ἢ συμπατοῦντες ἠφάνιζον ἢ νεμόμενοι, καὶ τὴν ἐνεργὸν ὑπὸ τῆς πορείας σκληροτέραν ἐποίουν τῆς ἀκάρπου. Καθόλου τε εἰπεῖν, οὐδὲ σημεῖόν τι κατελείπετο τοῖς πορθουμένοις τοῦ γεγονέναι.

η΄. Ταῦτα πάλιν τοὺς ζηλωτὰς ἐπήγειρε, καὶ φανερῶς μὲν ἀντιπαρατάξασθαι κατέδεισαν, προλοχίσαντες δὲ ἐν ταῖς παρόδοις ἁρπάζουσι τοῦ Σίμωνος τὴν γυναῖκα, καὶ τῆς περὶ αὐτὴν θεραπείας συχνούς· ἔπειτα ὡς αὐτὸν ᾐχμαλωτισμένοι τὸν Σίμωνα, γεγηθότες εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεψαν, καὶ ὅσον οὐδέπω προσεδόκων καταθέμενον τὰ ὅπλα περὶ τῆς γυναικὸς ἱκετεύσειν.

quod semper in honore haberetur, operamque suam de tota Idumæa additurum pollicebatur. Quas ob res humaniter a Simone convivio exceptus, splendidisque elatus promissis, ubi ad suos rediit, primo Simonis exercitum multo majorem esse mentiebatur: deinde et principes benigne alloquens et universam fere multitudinem seorsum, ut Simonem reciperent suadebat, eique sine pugna rerum summam permitterent. Simul autem hoc agens, etiam Simonem ipsum per nuncios accersebat, Idumæos se dissipaturum promittens. Quod et præstitit. Nam quum jam appropinquaret exercitus, equum primus inscendit, et cum iis quos corruperat fugam capessebat. Multitudinem autem omnem occupat pavor, et priusquam manus consererent, domum quisque suam ordinibus solutis discesserunt.

(XXXI.) 7. Simon vero præter opinionem sine sanguine intravit Idumæam, factaque ex improviso impressione, primo capit urbem Chebronem, in qua maxima præda potitus est, multosque fructus diripuit: Chebron autem indigenæ ferunt non ejus terræ modo civitatibus, sed et Memphi in Ægypto antiquiorem; quippe anni ejus ad duo millia et trecentos computantur. Narrant etiam in ea habitasse Abramum Judæorum progenitorem, postquam e Mesopotamia migraverit, ejusque liberos hinc in Ægyptum descendisse; quorum monumenta etiam nunc cernuntur in hoc ipso oppido, pulcherrimo exstructa marmore et opere elegantissimo. Cernitur etiam sexto ab urbe stadio Terebinthus maxima, dicuntque arborem a creatione mundi usque hæc tempora permanere. (XXXII.) Inde Simon totam pervadebat Idumæam, non solum urbes et vicos depopulans, sed et omnem regionem vastans. Nam præter gravis armaturæ milites, quadraginta eum millia sequebantur, ut multitudini haud suppeterent necessaria. Ad hanc autem rerum inopiam accedebat ejus crudelitas et in nationem excandescentia: unde contigit Idumæam eo magis ad vastitatem redigi. Et quemadmodum post locustas cernere est silvas frondibus nudatas, sic etiam qua Simonis transisset exercitus, a tergo solitudinem relinquebat: et alia quidem comburendo, alia vero diruendo, et quicquid in regione e terra provenerit calcibus conterendo delebant aut depascendo; perque terram cultam incedendo faciebant eam sterili duriorem: verboque ut expediam, ne signum quidem ullum supererat in vastatis, quod aliquando culta fuerint.

8. Ista iterum zelotis stimulos admovebant, et palam quidem adversa acie congredi formidarunt; insidiis vero in viarum angustiis præstructis, Simonis uxorem rapiunt, multosque qui ei obsequium præstabant: deinde quasi ipsum Simonem captum tenerent, in civitatem lætabundi redierunt, et continuo exspectabant armis eum depositis pro uxore ipsis supplicaturum. Illius autem animum non subit-

Τὸν δὲ οὐχ ἔλεος εἴσεισιν, ἀλλ' ὀργὴ περὶ τῆς ἡρπασμένης· καὶ πρὸς τὸ τεῖχος τῶν Ἱεροσολύμων ἐλθὼν, καθάπερ τὰ τρωθέντα τῶν θηρίων ἐπειδὴ τοὺς τρώσαντας οὐ κατέλαβεν, ἐφ' οὓς ηὗρε τὸν θυμὸν ἠφίει. Ὅσοι γοῦν λαχανείας ἕνεκεν ἢ φρυγανισμοῦ προεληλύθεισαν ἔξω πυλῶν, ἀνόπλους καὶ γέροντας, συλλαμβάνων ᾐκίζετο, καὶ διέφθειρε δι' ὑπερβολὴν ἀγανακτήσεως, μονονουχὶ καὶ νεκρῶν γευόμενος τῶν σωμάτων. Πολλοὺς δὲ καὶ χειροκοπήσας, εἰσέπεμπε καταπλήξασθαι τοὺς ἐχθροὺς ἅμα, καὶ διαστῆσαι τὸν δῆμον ἐπιχειρῶν πρὸς τοὺς αἰτίους. Ἐντέταλτο δὲ αὐτοῖς λέγειν ὅτι Σίμων Θεὸν ὄμνυσι τὸν πάντων ἔφορον, εἰ μὴ θᾶττον ἀποδώσουσιν αὐτῷ τὴν γυναῖκα, ῥήξας τὸ τεῖχος, τοιαῦτα διαθήσειν πάντας τοὺς κατὰ τὴν πόλιν, μηδεμιᾶς φεισάμενος ἡλικίας, μηδὲ ἀπὸ τῶν ἀναιτίων διακρίνας τοὺς αἰτίους. Τούτοις οὐ μόνον ὁ δῆμος, ἀλλὰ καὶ οἱ ζηλωταὶ καταπλαγέντες ἀποπέμπουσιν αὐτῷ τὴν γυναῖκα, καὶ τότε μὲν ἐκμειλιχθεὶς ὀλίγον, ἀνεπαύσατο τοῦ συνεχοῦς φόνου.

(ΛΓ'.) θ'. Οὐ μόνον δὲ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν στάσις ἦν καὶ πόλεμος ἐμφύλιος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς Ἰταλίας. Ἀνῄρητο μὲν γὰρ κατὰ μέσην τὴν Ῥωμαίων ἀγορὰν Γάλβας, ἀποδεδειγμένος δὲ αὐτοκράτωρ Ὄθων, ἐπολέμει Οὐϊτελλίῳ βασιλειῶντι (τοῦτον γὰρ ᾕρητο τὰ κατὰ Γερμανίαν τάγματα)· καὶ γενομένης συμβολῆς κατὰ Βηδριακὸν τῆς Γαλατίας πρός τε Οὐάλεντα καὶ Καικίνναν τοὺς Οὐϊτελλίου στρατηγοὺς, τῇ πρώτῃ μὲν ἡμέρᾳ περιῆν Ὄθων, τῇ δευτέρᾳ δὲ τὸ Οὐϊτελλίου στρατιωτικόν· καὶ πολλοῦ φόνου γενομένου διεχρήσατο μὲν Ὄθων ἑαυτὸν, ἐν Βρεξέλλῳ τὴν ἧτταν πυθόμενος, ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς μῆνας κρατήσας τῶν πραγμάτων. Προσεχώρησε δὲ τοῖς Οὐϊτελλίου στρατηγοῖς καὶ τοῦ Ὄθωνος ἡ στρατιὰ, καὶ κατέβαινεν αὐτὸς εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ τῆς δυνάμεως. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Οὐεσπασιανὸς, ἀναστὰς ἐκ τῆς Καισαρείας πέμπτῃ Δαισίου μηνὸς, ὥρμησεν ἐπὶ τὰ μηδέπω κατεστραμμένα τῶν τῆς Ἰουδαίας χωρίων. Ἀναβὰς δὲ εἰς τὴν ὀρεινὴν αἱρεῖ δύο τοπαρχίας, τήν τε Γοφνιτικὴν καὶ τὴν Ἀκραβατηνὴν καλουμένην, μεθ' ἃς Βηθηλᾶ τε καὶ Ἐφραὶμ πολίχνια, οἷς φρουροὺς ἐγκαταστήσας μέχρις Ἱεροσολύμων ἱππάζετο. Φθορὰ δὲ ἦν πολλῶν καταλαμβανομένων, καὶ συχνοὺς ᾐχμαλωτίζετο. Κερεάλιος δὲ αὐτῷ τῶν ἡγεμόνων, μοῖραν ἱππέων καὶ πεζῶν ἀναλαβὼν, τὴν ἄνω καλουμένην Ἰδουμαίαν ἐπόρθει, καὶ Καφεθρὰ μὲν ψευδοπολίχνιον ἐξ ἐφόδου λαβὼν ἐμπίπρησιν, ἑτέραν δὲ καλουμένην Καφαραβὶν προσβαλὼν ἐπολιόρκει· πάνυ δὲ ἦν ἰσχυρὸν τὸ τεῖχος· καὶ τρίψεσθαι προσδοκῶντι πλείω χρόνον αἰφνιδίως ἀνοίγουσιν οἱ ἔνδον τὰς πύλας, καὶ μεθ' ἱκετηριῶν προσελθόντες αὑτοὺς παρέδοσαν. Κερεάλιος δὲ τούτους παραστησάμενος ἐπὶ Χεβρὼν ἑτέρας πόλεως ἀρχαιοτάτης ἐχώρει· κεῖται δὲ, ὡς ἔφην, αὕτη κατὰ τὴν ὀρεινὴν, οὐ πόρρω Ἱεροσολύμων· βιασάμενος δὲ τὰς εἰσόδους τὸ μὲν ἐγκαταληφθὲν πλῆθος ἡβηδὸν ἀναιρεῖ, τὸ δὲ ἄστυ καταπίμπρησι.

misericordia, sed ira ob raptam: quumque ad muros Hierosolymitanos venisset, ferarum sauciarum ad instar ob percussores elapsos furentium, in obvios quosque animi atrocitatem effundebat. Quotquot igitur ad olera aut sarmenta colligenda pedes portis efferrent, inermes senesque, correptos cruciabat, et ex vehementi indignatione occidebat, ut tantum non mortuorum cadaveribus degustandis parceret. Præterea multos abscissis manibus in urbem mittebat, eo animo ut simul terrorem inimicis incuteret, et ut populum in seditionem contra eos qui in culpa erant concitaret. Illis quippe in mandatis dederat ut dicerent Simonem jurare per Deum, qui omnibus præest, fore, nisi cito ipsi conjugem redderent, ut perruptis muris simili pœna afficeret quotquot intra urbem essent, nemini cujuscunque ætatis parcens, nec quidquam discriminis inter insontes sontesque faciens. Ad ista non modo populus, sed etiam zelotæ metu perculsi uxorem ei remittunt. Quo facto ad lenitatem quidem aliquantulum mitigatus, a continua cæde requievit.

(XXXIII.) 9. Verum non solum per Judæam erat seditio et bellum civile, sed etiam in Italia. Nam in medio quidem Romanorum foro interemptus erat Galba, Otho autem Imperator declaratus adversus Vitellium imperium affectantem bellum gerebat (hunc enim elegerant legiones Germanicæ); quumque ad manus ventum esset cum Valente et Cæcinna Vitellii ducibus apud Bedriacum Galliæ, primo die Otho superior erat, altero Vitelliani: multaque cæde facta, semet apud Brixellum interfecit Otho, simulac rescivit suorum cladem, diebus duobus tribusque mensibus rerum potitus. Hinc Othonis etiam milites Vitellii ducibus sese adjunxerunt; et ipse cum exercitu Romam descendebat. Interea autem et Vespasianus quinto die Dæsii mensis Cæsarea movit, contenditque in Judææ loca nondum eversa. Quumque montana ascendisset, duas toparchias capit, unam Gophniticam, et alteram Acrabatenam vocatam, et post has Bethela et Ephraim oppida; ibique præsidiis collocatis usque Hierosolyma equitabat. Magna autem deprehensorum edita erat strages, multosque captivos agebat. At Cerealis unus ex illius ducibus cum equitum parte et peditum Idumæam quæ dicitur superior vastabat; et Caphethram quidem, quæ urbem simulabat, primo impetu captam incendit; alteram vero, nomine Capharabin, adortus obsidebat (mœnibus autem perquam validis cincta erat), ibique diutius se moraturum exspectanti subito qui intus erant portas aperiunt, quumque supplices accessissent, semet tradiderunt. At Cerealis, quum eos in potestatem suam redegisset, Chebronem ibat urbem alteram antiquissimam: sita autem erat, uti dixi, in montanis, haud procul ab Hierosolymis. Quum autem vi in eam irrupisset, multitudinem illic deprehensam cum puberibus occidit, civitatem vero exurit. Omnibusque

Καὶ πάντων ἤδη κεχειρωμένων πλὴν Ἡρωδείου καὶ Μασάδας καὶ Μαχαιροῦντος (ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν λῃστῶν κατείληπτο), σκοπὸς ἤδη τὰ Ἱεροσόλυμα προὔκειτο Ῥωμαίοις.

(ΛΔʹ.) ιʹ. Ὁ δὲ Σίμων ὡς ἐρρύσατο παρὰ τῶν ζηλωτῶν τὴν γυναῖκα, πάλιν ἐπὶ τὰ λείψανα τῆς Ἰδουμαίας ὑπέστρεφε· καὶ περιελαύνων πανταχόθεν τὸ ἔθνος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλοὺς φεύγειν συνηνάγκασεν. Εἵπετο δὲ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ κυκλωσάμενος αὖθις τὸ τεῖχος, ὅντινα λάβοι τῶν προϊόντων κατὰ τὴν χώραν ἐργατῶν, διέφθειρεν. Ἦν δὲ τῷ δήμῳ Σίμων μὲν ἔξωθεν Ῥωμαίων φοβερώτερος, οἱ ζηλωταὶ δὲ ἔνδον ἑκατέρων χαλεπώτεροι. Κἀν τούτοις ἐπίνοια κακῶν καὶ τόλμα τὸ σύνταγμα τῶν Γαλιλαίων διέφθειρε. Τόν τε γὰρ Ἰωάννην παρῆγον εἰς ἰσχὺν οὗτοι, κἀκεῖνος αὐτοὺς ἐξ ἧς περιεποιήσατο δυναστείας ἠμείβετο, πάντα ἐπιτρέπων δρᾷν ὧν ἕκαστος ἐπεθύμει. Πόθοι δὲ ἦσαν ἁρπαγῆς ἀπλήρωτοι καὶ τῶν πλουσίων οἴκων ἔρευνα, φόνος τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὕβρεις ἐπαίζοντο, μεθ' αἵματος δὲ τὰ συληθέντα κατέπινον, καὶ μετὰ ἀδείας ἐνεθηλυπάθουν τῷ κόρῳ, κόμας συνθετιζόμενοι, καὶ γυναικείας ἐσθῆτας ἀναλαμβάνοντες, καταντλούμενοι δὲ μύροις, καὶ πρὸς εὐπρέπειαν ὑπογράφοντες ὀφθαλμούς. Οὐ μόνον δὲ κόσμον, ἀλλὰ καὶ πάθη γυναικῶν ἐμιμοῦντο, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἀσελγείας ἀθεμίτους ἡδονὰς ἐπενόησαν· ἐνηλινδοῦντο δὲ ὥσπερ πορνείῳ τῇ πόλει καὶ πᾶσαν ἀκαθάρτοις ἐμίαναν ἔργοις. Γυναικιζόμενοι δὲ τὰς ὄψεις ἐφόνων ταῖς δεξιαῖς, θρυπτόμενοι δὲ τοῖς βαδίσμασιν ἐπιόντες ἐξαπίνης ἐγίνοντο πολεμισταὶ, τά τε ξίφη προφέροντες ἀπὸ τῶν βεβαμμένων χλανίδων τὸν προστυχόντα διήλαυνον. Τοὺς ἀποδιδράσκοντας δὲ Ἰωάννην Σίμων φονικώτερος ἐξεδέχετο, καὶ διαφυγών τις τὸν ἐντὸς τείχους τύραννον ὑπὸ τοῦ πρὸ πυλῶν διεφθείρετο. Πᾶσα δὲ φυγῆς ὁδὸς τοῖς αὐτομολεῖν πρὸς Ῥωμαίους βουλομένοις ἀπεκέκοπτο.

ιαʹ. Διεστασιάζετο δὲ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἡ δύναμις, καὶ πᾶν ὅσον ἦν Ἰδουμαῖον ἐν αὐτῇ χωρισθὲν ἐπεχείρει τῷ τυράννῳ, φθόνῳ τε τῆς ἰσχύος αὐτοῦ καὶ μίσει τῆς ὠμότητος. Συμβαλόντες δὲ ἀναιροῦσί τε πολλοὺς τῶν ζηλωτῶν καὶ συνελαύνουσι τοὺς λοιποὺς εἰς τὴν βασιλικὴν αὐλὴν κατασκευασθεῖσαν ὑπὸ Γραπτῆς (συγγενὴς δὲ ἦν αὕτη τοῦ τῶν Ἀδιαβηνῶν βασιλέως Ἰζάτου)· συνεισπίπτουσι δὲ οἱ Ἰδουμαῖοι, κἀκεῖθεν εἰς τὸ ἱερὸν περιώσαντες τοὺς ζηλωτὰς, ἐφ' ἁρπαγὴν ἐτράποντο τῶν Ἰωάννου χρημάτων· κατὰ γὰρ τὴν προειρημένην αὐλὴν αὐτός τε ἦν κἀκεῖ τὰ λάφυρα τῆς τυραννίδος κατέθετο. Ἐν δὲ τούτῳ τὸ κατὰ τὴν πόλιν ἐσκεδασμένον πλῆθος τῶν ζηλωτῶν εἰς τὸ ἱερὸν πρὸς τοὺς διαπεφευγότας ἠθροίσθη, καὶ κατάγειν αὐτοὺς παρεσκευάζετο Ἰωάννης ἐπί τε τὸν δῆμον καὶ τοὺς Ἰδουμαίους. Τοῖς δὲ οὐχ οὕτω τὴν ἔφοδον αὐτῶν καταδεῖσαι παρέστη μαχιμωτέροις οὖσιν, ὡς τὴν ἀπόνοιαν, μὴ νύκτωρ ἐκ τοῦ ἱεροῦ παρεισδύντες αὐτούς τε διαφθείρωσι καὶ τὸ ἄστυ καταπρήσωσι. Συνελθόντες οὖν μετὰ τῶν ἀρχιερέων

jam occupatis, præter Herodium et Masadam et Machæruntem, quæ a latronibus tenebantur, tum propositum erat Romanis Hierosolyma aggredi.

(XXXIV.) 10. Simon autem, ubi uxorem a zelotis recuperavit, iterum ad reliquias Idumææ reversus est, et undique gentem depopulans, plerosque compulit Hierosolyma se recipere. Quos et ipse persequutus est usque ad urbem; ac deinde, quum muro se circumdedisset, quoscunque operariorum ex agris advenientes caperet, interficiebat. Eratque populo foris quidem Simon Romanis terribilior, intus vero zelotæ utrisque graviores. Interque hæc malorum excogitatio audaciæ conjuncta Galilæorum exercitum corrupit. Namque Joannem ad potentiam isti provehebant, atque ille eis, pro imperio quod adeptus est, vicissim omnia quæ desiderarent facere permittebat. Insatiabilis autem erat rapinarum cupiditas, domorumque locupletum perscrutatio, atque virorum cædes et feminarum injuriæ pro ludo habebantur, spoliaque cum sanguine devorabant, et impune muliebria patiebantur ad satietatem, compositos gerentes capillos, et amictum femineum induti, unguentis etiam delibuti, quoque magis placerent oculos fuco et cerussa illinentes. Non solum autem ornatum, verum etiam quæ mulieribus accidunt imitabantur, nimiaque lascivia voluptates illicitas excogitarunt; in urbe autem tanquam in lupanari volutabantur, totamque facinoribus impuris polluebant. Sed feminarum ad instar vultus componentes, dextris cædem patrabant, fractoque gressu incedentes subita incursione bellatores evadebant, gladiisque e conchyliatis chlamydibus eductis obvium quemque transfigebant. Eos autem qui Joannem fugerant excipiebat sævior in cædibus Simon, quique tyrannum intra muros evaserat, ab eo qui ante portas erat occidebatur. Omnis vero fugæ via ad Romanos transire cupientibus erat præclusa.

11. Seditionem autem contra Joannem movebat exercitus, et omnes in eo Idumæi dissentientes a ceteris aliquid moliebantur contra tyrannum, quod ejus aut potentiæ inviderant aut crudelitatem oderant. Pugna autem congressi multos zelotarum perimunt, ceterosque in aulam regiam a Grapte ædificatam (erat autem illa Izatæ regis Adiabenorum consanguinea) compellunt; una vero irrumpunt Idumæi, atque inde in templum pulsis zelotis se convertunt ad pecunias Joannis diripiendas: nam in regia prædicta et ipse degebat, et tyrannidis spolia deposuerat. Interea autem quamplurimi zelotæ, qui per civitatem dispersi erant, sese ad eos qui in templum fugerant aggregarunt; eosque Joannes adversus populum et Idumæos educere parabat. Istis autem, ut qui pugna plus possent, non tam impetus eorum metuendus erat, quam ne rerum desperatione de templo urbem noctu ingrederentur, ipsosque pariter occiderent atque urbem concremarent. Itaque quum coiissent una cum pontificibus, con-

ἐβουλεύοντο τίνα χρὴ τρόπον φυλάξασθαι τὴν ἐπίθεσιν. Θεὸς δὲ ἄρα τὰς γνώμας αὐτῶν εἰς κακὸν ἔτρεψε, καὶ χαλεπώτερον ἀπωλείας ἐπενόησαν τὸ πρὸς σωτηρίαν φάρμακον. Ἵνα γοῦν καταλύσωσιν Ἰωάννην, ἔκριναν δέχεσθαι Σίμωνα καὶ μεθ' ἱκετηριῶν δεύτερον εἰσαγαγεῖν ἑαυτοῖς τύραννον. Ἐπεραίνετο δὲ ἡ βουλή. Καὶ τὸν ἀρχιερέα Ματθίαν πέμψαντες ἐδέοντο Σίμωνος εἰσελθεῖν, ὃν πολλὰ ἔδεισαν. Συμπαρεκάλουν δὲ οἱ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων τοὺς ζηλωτὰς φεύγοντες, πόθῳ τῶν οἴκων καὶ τῶν κτημάτων. Ὁ δὲ, αὐτοῖς ὑπερηφάνως κατανεύσας τὸ δεσπόζειν, εἰσέρχεται μὲν ὡς ἀπαλλάξων τῶν ζηλωτῶν τὴν πόλιν, σωτὴρ ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ κηδεμὼν εὐφημούμενος· παρελθὼν δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἐσκόπει τὰ περὶ τῆς ἑαυτοῦ δυναστείας, καὶ τοὺς καλέσαντας οὐχ ἧττον ἐχθροὺς ἐνόμιζεν ἢ καθ' ὧν ἐκέκλητο.

ιβ'. Σίμων μὲν οὕτως ἐνιαυτῷ τρίτῳ τοῦ πολέμου Ξανθικῷ μηνὶ Ἱεροσολύμων ἐγκρατὴς ἐγένετο· Ἰωάννης δὲ καὶ τὸ τῶν ζηλωτῶν πλῆθος εἰργόμενον τῶν ἐξόδων τοῦ ἱεροῦ καὶ τὰ τῆς πόλεως ἀπολωλεκότες (παραχρῆμα γὰρ τὰ ἐκείνων οἱ περὶ τὸν Σίμωνα διήρπασαν), ἐν ἀπόρῳ τὴν σωτηρίαν εἶχον. Προσέβαλλε δὲ τῷ ἱερῷ Σίμων, τοῦ δήμου βοηθοῦντος. Κἀκεῖνοι, καταστάντες ἐπὶ τῶν στοῶν καὶ τῶν ἐπάλξεων, ἠμύνοντο τὰς προσβολάς· συχνοὶ δὲ ἔπιπτον τῶν περὶ Σίμωνα καὶ πολλοὶ τραυματίαι κατεφέροντο· ῥᾳδίως γὰρ ἐξ ὑπερδεξίου τὰς βολὰς οἱ ζηλωταὶ καὶ οὐκ ἀστόχους ἐποιοῦντο. Πλεονεκτοῦντες δὲ τῷ τόπῳ, καὶ πύργους ἔτι προσκατεσκεύασαν τέσσαρας μεγίστους, ὡς ἀφ' ὑψηλοτέρων ποιοῖντο τὰς ἀφέσεις, τὸν μὲν κατὰ τὴν ἀνατολικὴν καὶ βόρειον γωνίαν, τὸν δὲ τοῦ ξυστοῦ καθύπερθεν, τὸν δὲ τρίτον κατὰ γωνίαν ἄλλην ἀντικρὺ τῆς κάτω πόλεως, ὁ δὲ λοιπὸς ὑπὲρ τὴν κορυφὴν κατεσκεύαστο τῶν παστοφορίων· ἔνθα τῶν ἱερέων εἷς ἐξ ἔθους ἱστάμενος ἑκάστην ἑβδομάδα εἰσιοῦσαν προεσήμαινε σάλπιγγι δείλης, καὶ τελεσθεῖσαν αὖθις περὶ ἑσπέραν, ὅτε μὲν ἀνεργεῖν τῷ λαῷ καταγγέλλων, ὅτε δὲ ἔργων ἔχεσθαι. Διέστησαν δὲ ἐπὶ τῶν πύργων ὀξυβελεῖς τε καὶ λιθοβόλους μηχανὰς, τούς τε τοξότας καὶ σφενδονήτας. Ἔνθα δὴ τὰς μὲν προσβολὰς ὀκνηροτέρας ἐποιεῖτο ὁ Σίμων, μαλακιζομένων αὐτῷ τῶν πλειόνων, ἀντεῖχε δὲ ὅμως περιουσίᾳ δυνάμεως· τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ὀργάνων βέλη πορρωτέρω φερόμενα τοὺς πολλοὺς τῶν μαχομένων ἀνῄρει.

ΚΕΦ. Ι'.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν περιέσχε καὶ τὴν Ῥώμην πάθη χαλεπά. Παρῆν μὲν γὰρ ἀπὸ Γερμανίας Οὐϊτέλλιος ἅμα τῷ στρατιωτικῷ πολὺ πλῆθος ἐπισυρόμενος ἕτερον, μὴ χωρούμενος δὲ τοῖς ἀποδεδειγμένοις εἰς τοὺς στρατιώτας περιβόλοις ὅλην ἐποιήσατο τὴν Ῥώμην στρατόπεδον καὶ πᾶσαν οἰκίαν ὁπλιτῶν ἐπλήρωσεν. Οἱ δὲ ἀήθεσιν ὀφθαλμοῖς τὸν Ῥωμαίων πλοῦτον θεασάμενοι, καὶ περιλαμφθέντες πάντοθεν ἀργύρῳ τε καὶ χρυσῷ, τὰς ἐπιθυμίας μόλις κατεῖχον, ὥστε μὴ ἐφ' ἁρπαγὰς

sultabant quo pacto sibimet de impetu caverent. At Deus profecto faciebat ut illis suæ sententiæ male cederent, et remedium ad salutem excogitarent interitu acerbius. Quippe ut Joannem deturbarent, Simonem recipere statuerunt, et cum precibus alterum in urbem introducere tyrannum. Atque ita decreto obtemperatur : missoque Matthia pontifice, Simonem ut intraret obsecrabant, quem multum metuerant. Simul cum rogabant etiam Hierosolymitæ qui fugerant zelotas, domus quisque suæ et possessionum desiderio. Ille autem eis cum arrogantia pollicitus se in illis dominari velle, quasi civitatem quidem zelotis liberaturus ingreditur ; cui a populo tanquam servatori curatorique læte acclamatum est : ubi vero cum suis copiis introierat, de iis dispiciebat quæ ad potentiam suam facerent; et qui eum acciverant non minus pro inimicis habebat, quam eos contra quos fuerat accitus.

12. Ita quidem Simon belli anno tertio mense Xanthico Hierosolymorum factus erat dominus. Joannes autem cum multitudine zelotarum templo exire prohibitus, amissis etiam quæ in civitate habebant, (nam statim res eorum Simon cum suis diripuerat), salutem desperare cœperunt. Ac Simon, populo adjuvante, impressionem faciebat in templum. Illi autem, quum in porticibus perque propugnacula constitissent, impetum propulsabant : multique ex Simonis parte cadebant, multique saucii deferebantur : nam facile e locis superioribus ictuque certissimo tela conjiciebant zelotæ. At quamvis loco plus possent, turres tamen quattuor maximas insuper ædificarunt, ut magis ex alto missilia torquerent, unam quidem ad orientalem angulum et borealem, alteram vero super Xystum, tertiamque ad alium angulum e regione civitatis inferioris, reliqua autem supra verticem Pastophoriorum erat exstructa : ubi unus de sacerdotibus pro more astans clangore tubæ vespertino diem quemlibet septimum ineuntem præsignificabat, rursusque ad vesperam eundem desiisse, et quando feriari oporteret indicans, et quando operi incumbere. Per turres autem dispositæ erant scorpiones et ballistæ, itemque sagittarii et funditores. Itaque tunc Simon segnius quidem ferebatur ad impressiones faciendas, quod suorum plerique de impetu suo remitterent, ex copiarum tamen abundantia resistebat : tela autem machinis emissa e longinquo pugnantium multos perimebant.

CAPUT X. (XXXV.)

At per idem tempus Romam etiam gravia circumsistebant mala. Aderat enim ex Germania Vitellius cum exercitu, aliam præterea ingentem multitudinem post se trahens : et quum excipi non potuerit spatiis militi destinatis, Romam universam pro castris habebat, omnemque domum armatis opplevit. Illi autem quum Romanorum divitias oculis rebus ejusmodi insuetis conspexissent, et undique circumfusi essent argenti aurique splendore, vix cupiditatem continebant, ne ad rapinas se converterent, suisque desideriis

τρέπεσθαί τε καὶ τοὺς ἐμποδὼν γινομένους ἀναιρεῖν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τούτοις ἦν.

(ΛϚ΄.) β΄. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ὡς τὰ πλησίον Ἱεροσολύμων καταστρεψάμενος ὑπέστρεψεν εἰς Καισάρειαν, ἀκούει τὰς κατὰ τὴν Ῥώμην ταραχὰς καὶ Οὐϊτέλλιον αὐτοκράτορα. Τοῦτο οὖν αὐτὸν, καίπερ ἄρχεσθαι καθάπερ ἄρχειν καλῶς ἐπιστάμενον, εἰς ἀγανάκτησιν προήγαγε, καὶ τὸν μὲν ὡς ἐρήμου καταμανέντα τῆς ἡγεμονίας ἠδόξει δεσπότην, περιαλγήσας δὲ τῷ πάθει καρτερεῖν τὴν βάσανον οὐχ οἷόστε ἦν, καὶ τῆς πατρίδος πορθουμένης ἑτέροις προσασχολεῖν πολέμοις. Ἀλλ' ὅσον ὁ θυμὸς ἤπειγεν ἐπὶ τὴν ἄμυναν, τοσοῦτον εἶργεν ἡ ἔννοια τοῦ διαστήματος· πολλὰ γὰρ φθάσαι πανουργήσασαν τὴν τύχην, πρὶν αὐτὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν περαιωθῆναι, καὶ ταῦτα χειμῶνος ὥρᾳ πλέοντα, σφαδάζουσαν ἤδη κατεῖχε τὴν ὀργήν.

γ΄. Συνιόντες δὲ οἵ τε ἡγεμόνες καὶ οἱ στρατιῶται καθ' ἑταιρίαν, φανερῶς ἤδη μεταβολὴν ἐβουλεύοντο, καὶ διαγανακτοῦντες ἐβόων, ὡς « οἱ μὲν ἐπὶ τῆς Ῥώμης στρατιῶται τρυφῶντες καὶ μηδὲ ἀκούειν πολέμου φήμην ὑπομένοντες διαχειροτονοῦσιν οἷς βούλονται τὴν ἡγεμονίαν, καὶ πρὸς ἐλπίδα λημμάτων ἀποδεικνύουσιν αὐτοκράτορας, αὐτοὶ δὲ διὰ τοσούτων κεχωρηκότες πόνων, καὶ γηρῶντες ὑπὸ τοῖς κράνεσιν, ἑτέροις χαρίζονται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ταῦτα τὸν ἀξιώτερον ἄρχειν παρ' αὐτοῖς ἔχοντες· ᾧ τίνα δικαιοτέραν ποτὲ τῆς εἰς αὐτοὺς εὐνοίας ἀποδώσειν ἀμοιβὴν, εἰ τὴν νῦν καταπρόοιντο; τοσούτῳ δὲ εἶναι Οὐεσπασιανὸν ἡγεμονεύειν Οὐϊτελλίου δικαιότερον, ὅσῳ καὶ αὐτοὺς τῶν ἐκεῖνον ἀποδειξάντων. Οὐ γὰρ δὴ μικροτέρους τῶν ἀπὸ Γερμανίας διενηνοχέναι πολέμους, οὐδὲ τῶν ἐκεῖθεν καταγόντων τὸν τύραννον ἡττῆσθαι τοῖς ὅπλοις. Ἀγῶνος δ' ἐνδεήσειν οὐδέν· οὐ γὰρ τὴν σύγκλητον ἢ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἀνέξεσθαι τῆς Οὐϊτελλίου λαγνείας ἀντὶ τῆς Οὐεσπασιανοῦ σωφροσύνης· οὐδὲ ἀντὶ μὲν ἡγεμόνος ἀγαθοῦ τύραννον ὠμότατον, ἄπαιδα δὲ ἀντὶ πατρὸς αἱρήσεσθαι προστάτην. Μέγιστον γὰρ δὴ πρὸς ἀσφάλειαν εἰρήνης εἶναι τὰς γνησίους τῶν βασιλέων ὑπεροχάς. Εἴτε οὖν ἐμπειρίᾳ γήρως προσήκει τὸ ἄρχειν, Οὐεσπασιανὸν αὐτοὺς ἔχειν, εἴτε νεότητος ἀλκῇ, Τίτον· καρπώσεσθαι γὰρ τῆς παρ' ἀμφοῖν ἡλικίας τὸ ὠφέλιμον. Χορηγήσειν δὲ οὐ μόνον αὐτοὺς τότε τὴν ἰσχὺν τοῖς ἀποδειχθεῖσιν, ἅτε τρία τάγματα καὶ τὰς παρὰ τῶν βασιλέων συμμαχίας ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ συνεργήσειν τά τε πρὸς ἕω πάντα καὶ τῆς Εὐρώπης ὅσα τῶν ἀπὸ Οὐϊτελλίου φόβων κεχώρισται, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς Ἰταλίας δὲ συμμάχους, ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ καὶ παῖδα ἕτερον, ὧν τῷ μὲν προσθήσεσθαι πολλοὺς τῶν ἐν ἀξιώματι νέων, τὸν δὲ καὶ τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν πεπιστεῦσθαι, μέρος οὐκ ὀλίγον εἰς ἐπιβολὴν ἡγεμονίας. Καθόλου τε ἂν βραδύνωσιν αὐτοὶ, τάχα τὴν σύγκλητον ἀποδείξειν τὸν ὑπὸ τῶν συντετηρηκότων στρατιωτῶν ἀτιμούμενον. »

δ΄. Τοιαῦτα κατὰ συστροφὰς οἱ στρατιῶται διελάλουν· ἔπειτα συναθροισθέντες καὶ παρακροτήσαντες ἀλλήλους

obstantes occiderent. Et in Italia quidem ita se res habebant.

(XXXVI.) 2. Vespasianus autem, quum, omnibus in vicinia Hierosolymorum eversis, Cæsaream revertisset, audiit tumultus Romæ ortos, et Vitellium factum Imperatorem. Hoc etiam ipsi, licet imperium pati æque ac bene imperare posset, indignationem commovit; eumque, qui in imperium tanquam desertum furore incitatus erat, dominum dedignabatur: dolore autem percitus cruciatum ferre non poterat, neque aliis vacare bellis, quum patria vastaretur. Verumtamen quantum ira impellebatur ad ulciscendum, tantum cogitatio de locorum intervallo eum reprimebat. Nam quod multa fortuna versatilis posset nova facere, priusquam ad Italiam, præsertim hiemis tempore, trajecturus esset, hoc ipsum jam crescentem iracundiam cohibebat.

3. Duces autem militesque per sodalitia coeuntes aperte jam de mutatione consultabant, et cum indignatione vociferabantur, « milites Romæ constitutos, et in deliciis agentes, quique ne famam quidem belli audire sustineant, imperium pro lubitu designare, et spe quæstus Imperatores creare; ipsos vero post tot labores exactos, et sub galeis senescentes, aliis condonare potestatem, idque quum apud se digniorem habeant qui imperet. Quam justiorem unquam ejus in ipsos benevolentiæ gratiam relaturos, si hanc quæ nunc penes ipsos sit omiserint? Tanto autem Vespasianum quam Vitellium imperare justius esse, quanto illis, qui hunc declararunt, ipsi præstent. Non enim se minora pertulisse bella, quam qui in Germania militarint; neque illis, qui tyrannum inde deducant, in armis deteriores esse. Nihil autem opus fore dimicatione: non enim senatum populumve Romanum libidines Vitellii præ modestia Vespasiani laturos esse; neque pro bono Imperatore tyrannum crudelissimum, aut liberis carentem pro patre præsidem electuros. Etenim maxime ad pacis securitatem facere veram in regnantibus præstantiam. Ergo sive senectutis experientiæ debeatur imperium, habere se Vespasianum; sive adolescentiæ viribus, Titum: ex amborum enim ætate quod sit commodum decerpturos. Ipsos vero non solum vires iis tunc suppeditaturos esse, quos declaraverint, ut qui tres legiones regumque habeant auxilia; sed et ad ipsorum societatem perducturos esse omnia quæ ad orientem et quicquid Europæ extra metum Vitellii constitutum sit, atque insuper qui in Italia sese ipsis adjuncturi sint, Vespasiani fratrem alterumque filium, quorum alterum quidem multos juvenes dignitate præstantes sociatum ire, alteri vero etiam urbis commissam esse custodiam; id quod magni momenti sit ad imperium capessendum. In summa si ipsi moras necterent, senatum fortasse eum creaturum Imperatorem, quem imperii conservatores milites dehonestarunt. »

4. Hujusmodi verba in circulis inter se faciebant milites: deinde congregati seque invicem adhortati Vespasianum

ἀναγορεύουσι τὸν Οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορα, καὶ σώζειν τὴν κινδυνεύουσαν ἡγεμονίαν παρεκάλουν. Τῷ δὲ φροντὶς μὲν ἦν πάλαι περὶ τῶν ὅλων, οὔτι γε μὴν αὐτὸς ἄρχειν προῄρητο, τοῖς μὲν ἔργοις ἑαυτὸν ἄξιον ἡγούμενος, προκρίνων δὲ τῶν ἐν λαμπρότητι κινδύνων τὴν ἐν ἰδιώταις ἀσφάλειαν. Ἀρνουμένῳ δὲ μᾶλλον οἱ ἡγεμόνες ἐπέκειντο, καὶ περιχυθέντες οἱ στρατιῶται ξιφήρεις ἀναιρεῖν αὐτὸν ἠπείλουν, εἰ μὴ βούλοιτο ζῆν ἀξίως. Πολλὰ δὲ πρὸς αὐτοὺς διατεινάμενος ἐξ ὧν διωθεῖτο τὴν ἀρχήν, τελευταῖον, ὡς οὐκ ἔπειθεν, εἴκει τοῖς ὀνομάσασι.

(ΛΖ'.) ε'. Προτρεπομένων δὲ αὐτὸν ἤδη Μουκιανοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων εἰς αὐτοκράτορα, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἄγειν βοώσης αὐτὴν ἐπὶ πᾶν τὸ ἀντίπαλον, αὐτὸς πρῶτον τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας εἴχετο πραγμάτων, εἰδὼς πλεῖστον τῆς ἡγεμονίας μέρος τὴν Αἴγυπτον οὖσαν διὰ τὴν τοῦ σίτου χορηγίαν (ἧς κρατήσας, εἰ παρέλκοι καὶ βίᾳ, καθαιρήσειν ἤλπιζεν Οὐϊτέλλιον· οὐ γὰρ ἀνέξεσθαι πεινῆσαν ἐπὶ Ῥώμης τὸ πλῆθος), τά δύο τε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τάγματα προσποιήσασθαι βουλόμενος. Ἐνεθυμεῖτο δὲ καὶ πρόβλημα τὴν χώραν ἔχειν τῶν ἀπὸ τῆς τύχης ἀδήλων· ἔστι γὰρ κατά τε γῆν δυσέμβολος καὶ τὰ πρὸς θάλασσαν ἀλίμενος, κατὰ μὲν ἑσπέραν προβεβλημένη τὰ ἄνυδρα τῆς Λιβύης, κατὰ δὲ μεσημβρίαν τὴν διορίζουσαν ἀπὸ Αἰθιόπων τὴν Συήνην καὶ τοὺς ἀπλώτους τοῦ ποταμοῦ καταράκτας, ἀπὸ δὲ τῆς ἀνατολῆς ἔτι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἀναχεομένην μέχρι Κοπτοῦ, βόρειον δὲ τεῖχος αὐτῇ ἥ τε μέχρι Συρίας γῆ καὶ τὸ καλούμενον Αἰγύπτιον πέλαγος, πᾶν ἄπορον ὅρμων. Τετείχισται μὲν οὕτως ἡ Αἴγυπτος πάντοθεν· τὸ μεταξὺ δὲ Πηλουσίου καὶ Συήνης μῆκος αὐτῆς σταδίων δισχιλίων, ὅ τε ἀπὸ τῆς Πλινθίνης ἀνάπλους εἰς τὸ Πηλούσιον σταδίων τρισχιλίων ἑξακοσίων. Ὁ δὲ Νεῖλος ἀναπλεῖται μέχρι τῆς Ἐλεφάντων καλουμένης πόλεως, ὑπὲρ ἣν εἴργουσι προσωτέρω χωρεῖν οὓς προειρήκαμεν καταράκτας. Δυσπρόσιτος δὲ λιμὴν ναυσὶ καὶ κατ' εἰρήνην Ἀλεξανδρείας· στενός τε γὰρ εἴσπλους καὶ πέτραις ὑφάλοις τὸν ἐπ' εὐθὺ καμπτόμενος δρόμον. Καὶ τὸ μὲν ἀριστερὸν αὐτοῦ μέρος πέφρακται χειροκμήτοις σκέλεσιν, ἐν δεξιᾷ δὲ ἡ προσαγορευομένη Φάρος νησὶς πρόκειται, πύργον ἀνέχουσα μέγιστον, ἐκπυρσεύοντα τοῖς καταπλέουσιν ἐπὶ τριακοσίους σταδίους, ὡς ἐν νυκτὶ πόρρωθεν ὁρμίζοιντο πρὸς τὴν δυσχέρειαν τοῦ κατάπλου. Περὶ ταύτην τὴν νησῖδα καταβέβληται χειροποίητα τείχη μέγιστα· προσαρασσόμενον δὲ τούτοις τὸ πέλαγος καὶ τοῖς ἄντικρυς ἕρκεσιν ἀμφαγνυμένον ἐκτραχύνει τὸν πόρον καὶ σφαλερὰν διὰ στενοῦ τὴν εἴσοδον ἀπεργάζεται· ὁ μέντοι γε λιμὴν ἔνδον ἀσφαλέστατος, καὶ τριάκοντα σταδίων τὸ μέγεθος, εἰς ὃν τά τε λείποντα τῇ χώρᾳ πρὸς εὐδαιμονίαν κατάγεται καὶ τὰ περισσεύοντα τῶν ἐπιχωρίων ἀγαθῶν εἰς πᾶσαν μερίζεται τὴν οἰκουμένην.

ϛ'. Ἐφίετο μὲν οὖν εἰκότως τῶν ταύτῃ πραγμάτων Οὐεσπασιανὸς εἰς βεβαίωσιν τῆς ὅλης ἡγεμονίας.

declarant Imperatorem, eumque obsecrabant ut imperium in periculo constitutum servaret. Illi autem olim quidem curæ erat rerum summa, ceterum de imperio minime cogitaverat; factis quidem semet eo dignum existimans, privatæ vero vitæ securitatem præferens clarioris fortunæ periculis. Refraganti autem magis instabant tribuni, et milites strictis ensibus circumfusi eum interficere minabantur, ni vellet cum dignitate vivere. Multum autem illis reluctans, ut imperii molem suis e cervicibus depelleret, tandem, quum illis persuadere non posset, cedit iis qui Imperatoris nomine eum salutaverant.

(XXXVII.) 5. Jam vero Muciano ceterisque tribunis ut semet pro Imperatore gereret eum hortantibus, et reliquo exercitu eum inclamante ut ipsos in hostes quoscunque infestos duceret, primo rebus Alexandrinis occupandis procurandisque intentus erat, ut qui nosset maximam partem imperii esse Ægyptum, quod frumentum suppeditet (qua re potitus Vitellium imperio, si illud ad se vi traheret, deturbaturum esse sperabat; non enim famem toleraturum esse populum Romanum), quodque duas apud Alexandriam legiones sibi adjungere cupiebat. Præterea cogitabat propugnaculo sibi fore illam regionem adversus incerta fortunæ. Nam et terra difficilis accessu, marique importuosa est: ab occidente quidem loca arida Libyæ prætenta habet; a meridie vero Syenen, quæ eam ab Æthiopia dirimit, et invias navibus fluvii cataractas; itemque ab oriente mare Rubrum ad Copton usque diffusum; a septemtrione vero munimentum habet terram ad Syriam usque protensam, et pelagus quod dicitur Ægyptium, portubus ubique destitutum. Ita quidem Ægyptus ex omni parte munita est: inter Pelusium vero et Syenen per duo millia stadiorum porrigitur, atque a Plinthino in Pelusium navigatio est stadiorum trium millium et sexcentorum. Nilus autem ad urbem usque Elephantinen vocatam navigatur: ultra quam cataractæ, de quibus diximus, progredi non sinunt. Portus autem Alexandriæ, etiam in pace, navibus aditu difficilis est: etenim angustus ejus est introitus, saxisque sub mari latentibus a cursu directo deflexus. Et læva quidem ejus pars brachiis septa est arte fabricatis: a dextra vero insula Pharus appellata objicitur, turrim maximam sustinens, quæ ad trecenta usque stadia lumen appellentibus emittit, ut nocte procul stationem habeant ob navigandi difficultatem. Circa hanc autem insulam manuum opera moles exstructæ sunt maximæ, quibus allisum pelagus et adversis septis circumfractum asperiorem facit transitum, ingressumque per angustias reddit periculosum: intus tamen portus ipse tutissimus est, et triginta stadiorum amplitudinis, in quem et ea devehuntur quæ terra ista ad felicitatem desiderat, et quicquid e bonis illius propriis redundat, per totum terrarum orbem distribuitur.

6. Itaque minime mirandum est Vespasianum rerum istarum potiri quæsiisse ad totius imperii firmamentum.

Ἐπιστέλλει δ' οὖν εὐθὺς τῷ διέποντι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Τιβερίῳ Ἀλεξάνδρῳ, δηλῶν τὸ τῆς στρατιᾶς πρόθυμον καὶ ὡς αὐτὸς, ὑποδὺς ἀναγκαίως τὸ βάρος τῆς ἡγεμονίας, συνεργὸν αὐτὸν καὶ βοηθὸν προσλαμβάνει. Παραναγνοὺς δὲ τὴν ἐπιστολὴν Ἀλέξανδρος προθύμως τά τε τάγματα καὶ τὸ πλῆθος εἰς αὐτὸν ὥρκωσεν. Ἑκάτεροι δὲ ἀσμένως ὑπήκουσαν, τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκ τῆς ἐγγὺς στρατηγίας εἰδότες. Καὶ ὁ μὲν πεπιστευμένος ἤδη τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν προπαρεσκεύαζεν αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἄφιξιν. Τάχιον δὲ ἐπινοίας διήγγελλον αἱ φῆμαι τὸν ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς αὐτοκράτορα, καὶ πᾶσα μὲν πόλις ἑώρταζεν, εὐαγγέλια δὲ καὶ θυσίας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπετέλει. Τὰ δὲ κατὰ Μυσίαν καὶ Παννονίαν τάγματα, μικρῷ πρόσθεν κεκινημένα πρὸς τὴν Οὐϊτελλίου τόλμαν, μείζονι χαρᾷ Οὐεσπασιανῷ τὴν ἡγεμονίαν ὤμνυον. Ὁ δὲ ἀναζεύξας ἀπὸ Καισαρείας εἰς Βηρυτὸν παραγίνεται, ἔνθα πολλαὶ μὲν ἀπὸ τῆς Συρίας αὐτῷ, πολλαὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν πρεσβεῖαι συνήντων, στεφάνους παρ' ἑκάστης πόλεως καὶ συγχαρτικὰ προσφέρουσαι ψηφίσματα. Παρῆν δὲ καὶ Μουκιανὸς ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγεμὼν, τὸ πρόθυμον τῶν δήμων καὶ τοὺς κατὰ πόλιν ὅρκους ἀπαγγέλλων.

(ΛΗ'.) ζ'. Προχωρούσης δὲ πανταχοῦ κατὰ νοῦν τῆς τύχης καὶ τῶν πραγμάτων συννενευκότων ἐκ πλείστου μέρους, ἤδη παρίστατο τῷ Οὐεσπασιανῷ νοεῖν ὡς οὐ δίχα δαιμονίου προνοίας ἅψαιτο τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ δικαία τις εἱμαρμένη περιάγοι τὸ κρατεῖν τῶν ὅλων ἐπ' αὐτόν. Ἀναμιμνήσκεται γὰρ τά τε ἄλλα σημεῖα (πολλὰ δὲ αὐτῷ ἐγεγόνει πανταχοῦ προφαίνοντα τὴν ἡγεμονίαν) καὶ τὰς τοῦ Ἰωσήπου φωνὰς, ὃς αὐτὸν ἔτι ζῶντος Νέρωνος αὐτοκράτορα προσειπεῖν ἐθάρρησεν. Ἐξεπέπληκτο δὲ τὸν ἄνδρα δεσμώτην ἔτι ὄντα παρ' αὐτῷ, καὶ προσκαλεσάμενος Μουκιανὸν ἅμα τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι καὶ φίλοις πρῶτον μὲν αὐτοῦ τὸ δραστήριον ἐκδιηγεῖτο καὶ ὅσα τοῖς Ἰωταπάτοις δι' αὐτὸν ἔκαμεν, ἔπειτα τὰς μαντείας, ἃς αὐτὸς μὲν ὑπώπτευσε τότε πλάσμα τοῦ δέους, ἀποδειχθῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου καὶ τῶν πραγμάτων θείας. « Αἰσχρὸν οὖν, ἔφη, τὸν προθεσπίσαντά μοι τὴν ἀρχὴν καὶ διάκονον τῆς τοῦ Θεοῦ φωνῆς, ἔτι αἰχμαλώτου τάξιν ἢ δεσμώτου τύχην ὑπομένειν. » Καὶ καλέσας τὸν Ἰώσηπον λυθῆναι κελεύει. Τοῖς μὲν οὖν ἡγεμόσιν ἐκ τῆς εἰς τὸν ἀλλόφυλον ἀμοιβῆς λαμπρὰ καὶ περὶ αὐτῶν ἐλπίζειν παρέστη, συνὼν δὲ τῷ πατρὶ Τίτος, « δίκαιον, ὦ πάτερ, ἔφη, « τοῦ Ἰωσήπου καὶ τὸ ὄνειδος ἀφαιρεθῆναι σὺν τῷ « σιδήρῳ· γενήσεται γὰρ ὅμοιος τῷ μὴ δεθέντι τὴν ἀρ« χὴν, ἂν αὐτοῦ μὴ λύσωμεν, ἀλλὰ κόψωμεν τὰ δεσμά· » τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν μὴ δεόντως δεθέντων πράττεται. Συνεδόκει δὲ ταῦτα, καὶ παρελθών τις πελέκει διέκοψε τὴν ἅλυσιν. Ὁ δὲ Ἰώσηπος εἰληφὼς περὶ τῶν προειρημένων γέρας τὴν ἐπιτιμίαν ἤδη καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἀξιόπιστος ἦν.

Proinde statim ad Tiberium Alexandrum, qui Ægyptum et Alexandriam administrabat, literas mittit, quibus indicabat et militum promptam in se voluntatem, et quod ipse, ex necessitate onus imperii subiens, ipsum administrum et adjutorem sibi assumeret. Alexander autem, quum recitasset literas, prompto statim animo et legiones et populum ad fidem ei præstandam jurejurando adegit. Id quod ab utrisque lubenti animo factum est, ut qui viri virtutem norint ex rebus illius ductu in vicinia gestis. Atque ille quidem, quum jam ipsi credita essent quæ ad imperium spectabant, etiam quæ adventui necessaria erant præparabat. Citius autem quam existimari potuit fama nunciabat in Oriente Vespasianum esse Imperatorem: et omnis quidem civitas dies festos agebat, nec non nuncii præmia dabat, et sacra pro ejus salute faciebat. Legiones autem apud Mysiam et Pannoniam, paullo ante ob Vitellii audaciam in tumultus concitatæ, majore cum gaudio imperium Vespasiano jurejurando confirmabant. Ille vero profectus Cæsarea Berytum veniebat, ubi multæ quidem e Syria, insuper et multæ ab aliis provinciis legationes ei obviam factæ sunt, coronas et gratulatoria decreta a singulis civitatibus afferentes. Quin et Mucianus aderat provinciæ præses, pronam in eum populorum voluntatem et juramenta per urbes ei jurata annuncians.

(XXXVIII.) 7. Quum autem ubique votis illius obsecundaret fortuna, resque omni fere ex parte ad illum propenderent, tum cogitare cœpit Vespasianus quod non sine numinis providentia manum admoverit imperio, sed justa quædam fati ratio ad ipsum deduxerit rerum omnium principatum. Ipsi enim in memoriam veniunt et alia signa (nam multa ipsi contigerant imperium præmonstrantia) quæque ei dixerat Josephus, qui vivente adhuc Nerone ausus erat eum appellare Imperatorem. Attonitus autem hærebat, quod hominem adhuc in vinculis apud se teneret; advocatoque Muciano cum ceteris tribunis et amicis, primum quidem ejus strenuitatem enarrabat, quantumque in Jotapatis expugnandis propter ipsum laborasset; deinde vaticinationes, quas ipse quidem tunc suspicatus esset timoris causa confictas, tempus autem rerumque eventum divinas esse demonstrasse. Tumque inhonestum esse aiebat ut qui sibi augurasset imperium, vocisque Dei minister exstitisset, adhuc captivi loco haberetur, vinctique fortunam subiret. Quumque Josephum vocasset, solvi jubet. Atque hoc facto tribuni, ex ea gratia, quam alienigenæ retulisset, præclara etiam de se speranda esse arbitrabantur. Titus vero, qui patri aderat, « justum est, inquit, o pater, una cum ferro « etiam probro Josephum solvi. Perinde enim erit ac si nun« quam vinctus fuisset, si vincula non solverimus sed disse« cuerimus: » quod utique in eos usurpatur qui per injuriam vincti sunt. Eadem Vespasiano placebant: et quidam in medium prodiens securi catenam dissecuit. Josephus autem, pro his quæ prædixerat, existimationis illæsæ præmio donatus, de futuris jam dignus cui crederetur habebatur.

ΚΕΦ. ΙΑ΄.

Οὐεσπασιανὸς δὲ ταῖς πρεσβείαις χρηματίσας, καὶ καταστησάμενος ἑκάστοις τὰς ἀρχὰς δικαίως καὶ διὰ τῶν ἀξίων, εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικνεῖται. Καὶ βουλευόμενος ποῖ χρὴ τρέπεσθαι, προὐργιαίτερα τῆς εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὁρμῆς τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην ἔκρινε, τὴν μὲν βέβαιον οὖσαν ὁρῶν, τὰ δὲ ὑπὸ Οὐϊτελλίου ταρασσόμενα. Πέμπει δὴ Μουκιανὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν, παραδοὺς ἱππέων τε καὶ πεζῶν συχνὴν δυνάμιν. Ὁ δὲ διὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ἀκμὴν δείσας τὸ πλεῖν, πεζῇ τὴν στρατιὰν ἦγε διὰ Καππαδοκίας καὶ Φρυγίας.

(ΜΑ΄.) β΄. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Ἀντώνιος Πρῖμος, ἀναλαβὼν τὸ τρίτον τάγμα τῶν κατὰ Μυσίαν (ἔτυχε δὲ ἡγεμονεύων αὐτόθι), Οὐϊτελλίῳ παραταξόμενος ἠπείγετο. Οὐϊτέλλιος δὲ αὐτῷ συναντήσοντα μετὰ πολλῆς δυνάμεως Καικίνναν Ἀλιηνὸν ἐκπέμπει, μέγα θαρρῶν τῷ ἀνδρὶ διὰ τὴν ἐπ' Ὄθωνι νίκην. Ὁ δὲ ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐλαύνων διὰ τάχους περὶ Κρεμῶνα τῆς Γαλατίας τὸν Ἀντώνιον καταλαμβάνει· μεθόριος δέ ἐστιν ἡ πόλις αὕτη τῆς Ἰταλίας. Κατιδὼν δὲ ἐνταῦθα τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων καὶ τὴν εὐταξίαν, συμβάλλειν μὲν οὐκ ἐθάρρει, σφαλερὰν δὲ τὴν ἀναχώρησιν λογιζόμενος προδοσίαν ἐβουλεύετο. Συναγαγὼν δὲ τοὺς ὑφ' αὑτὸν ἑκατοντάρχους καὶ χιλιάρχους, ἐνῆγε μεταβῆναι πρὸς τὸν Ἀντώνιον, ταπεινῶν μὲν τὰ Οὐϊτελλίου πράγματα, τὴν Οὐεσπασιανοῦ δὲ ἰσχὺν ἐπαίρων, καὶ παρ' ᾧ μὲν εἶναι λέγων μόνον τῆς ἀρχῆς ὄνομα, παρ' ᾧ δὲ τὴν δυνάμιν, καὶ αὐτοὺς δὲ ἄμεινον προλαβόντας τὴν ἀνάγκην ποιῆσαι χάριν, καὶ μέλλοντας ἡττᾶσθαι τοῖς ὅπλοις ταῖς γνώμαις τὸν κίνδυνον φθάσαι· Οὐεσπασιανὸν μὲν γὰρ ἱκανὸν εἶναι χωρὶς αὐτῶν προσκτήσασθαι καὶ τὰ λείποντα, Οὐϊτέλλιον δὲ οὐδὲ σὺν αὐτοῖς τηρῆσαι τὰ ὄντα.

γ΄. Πολλὰ τοιαῦτα λέγων ἔπεισε καὶ πρὸς τὸν Ἀντώνιον αὐτομολεῖ μετὰ τῆς δυνάμεως. Τῆς δὲ αὐτῆς νυκτὸς ἐμπίπτει μετάνοια τοῖς στρατιώταις καὶ δέος τοῦ προπέμψαντος εἰ κρείττων γένοιτο· σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη, τὸν Καικίνναν ὥρμησαν ἀνελεῖν. Κἂν ἐπράχθη τὸ ἔργον αὐτοῖς, εἰ μὴ προσπίπτοντες οἱ χιλίαρχοι καθικέτευσαν αὐτούς. Οἱ δὲ τοῦ κτείνειν μὲν ἀπέσχοντο, δήσαντες δὲ τὸν προδότην, οἷοί τε ἦσαν πέμπειν Οὐϊτελλίῳ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πρῖμος αὐτίκα τοὺς σφετέρους ἀνίστησι καὶ μετὰ τῶν ὅπλων ἦγεν ἐπὶ τοὺς ἀποστάντας. Οἱ δὲ παραταξάμενοι πρὸς ὀλίγον μὲν ἀντέσχον, αὖθις δὲ τραπέντες ἔφευγον εἰς τὴν Κρεμῶνα. Καὶ τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν Πρῖμος ὑποτέμνεται τὰς εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν πολὺ πλῆθος κυκλωσάμενος πρὸ τῆς πόλεως διαφθείρει, τῷ δὲ λοιπῷ συνεισπεσὼν διαρπάσαι τὸ ἄστυ τοῖς στρατιώταις ἐφῆκεν. Ἔνθα δὴ πολλοὶ μὲν τῶν ξένων ἔμποροι, πολλοὶ δὲ τῶν ἐπιχωρίων ἀπώλοντο, πᾶσα δὲ ἡ Οὐϊτελλίου στρατιά, μυριάδες τρεῖς ἀνδρῶν καὶ διακόσιοι. Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Μυσίας Ἀντώνιος τετρακισχιλίους

CAP. XI. (XL.)

Vespasianus autem, quum responsum legationibus reddidisset, et juste pro cujusque meritis præfecturas singulis assignasset, Antiochiam pervenit. Atque secum cogitans quo primum se verteret, magis e re sua esse judicabat, quæ Romæ agerentur curare, quam Alexandriam contendere, quod illam quidem sibi firmam videret, res autem Romanas a Vitellio perturbatas. Mittit igitur in Italiam Mucianum cum multis equitum peditumque copiis. Ille vero, hieme adulta navigare veritus, pedestri itinere per Cappadociam et Phrygiam ducit exercitum.

(XLI.) 2. Inter hæc autem et Antonius Primus cum legione tertia ex iis quæ in Mysia erant (illam enim regebat provinciam) cum Vitellio acie congredi properabat. At ipsi occursurum cum magna manu Cæcinnam Alienum mittit Vitellius, multum viro huic fidens, quod Othonis copias fuderat. Ille vero Roma quam celerrime proficiscens circa Cremonam Galliæ offendit Antonium : illa enim urbs est in finibus Italiæ. Quum autem illic conspexisset hostium multitudinem bonumque ordinem, prælio quidem cum illis congredi non audebat; discessum autem periculosum reputans, de proditione deliberabat. Convocatis igitur centurionibus et tribunis sibi subditis, ut transirent ad Antonium suadebat, Vitellii quidem res deprimens, Vespasiani autem vires extollens; dicensque illum nomen imperii tantum, hunc vero potestatem habere, ipsisque satius esse gratia anticipare necessitatem, quumque futurum esset ut armis superarentur, voluntate periculum prævenire : nam Vespasianum quidem bene posse etiam sine ipsis reliqua sibi adjicere, Vitellium vero ne cum ipsis quidem parta tueri et conservare.

3. Hujusmodi multa loquutus persuasit, et cum milite transfugit ad Antonium. Eadem vero nocte milites facti pœnitebat, et inde metuebant ne ille superior esset qui ipsos miserat; eductisque gladiis interemptum iverunt Cæcinnam. Idque fecissent, nisi tribuni ad pedes provoluti illis supplicassent. Quamobrem cæde quidem se abstinuerunt : in eo autem erant ut proditorem vinctum ad Vitellium mitterent. Ista quum audivisset Primus, suos confestim excitat, armatosque ducebat in eos qui defecerant. Illi autem instructi ad prælium paulisper quidem resistebant : mox autem loco pulsi Cremonam perfugiebant. At Primus cum equitibus suis omnes eis aditus præcidit, et magnam quidem eorum multitudinem undique circumclusam ante urbem perimit; adortus autem reliquos, militibus permisit urbem diripere. In qua hospitum quidem multi mercatores, multi etiam indigenarum perierunt, totusque Vitellii exercitus, virorum triginta millia et ducenti. Quin et Antonius eorum quos ex Mysia adduxerat quattuor millia et

ἀποβάλλει καὶ πεντακοσίους. Λύσας δὲ τὸν Καικίνναν πέμπει πρὸς Οὐεσπασιανὸν ἀγγελοῦντα τὰ πεπραγμένα. Καὶ ὃς ἐλθὼν ἀπεδέχθη τε ὑπ' αὐτοῦ καὶ τὰ τῆς προδοσίας ὀνείδη ταῖς παρ' ἐλπίδα τιμαῖς ἐπεκάλυψεν.

(ΜΒ'.) δ'. Ἀνεθάρσει δὲ ἤδη καὶ κατὰ τὴν Ῥώμην Σαβῖνος, ὡς πλησίον Ἀντώνιος ὢν ἀπηγγέλλετο· καὶ συναθροίσας τὰ τῶν νυκτοφυλάκων στρατιωτῶν τάγματα νύκτωρ καταλαμβάνει τὸ Καπετώλιον. Μεθ' ἡμέραν δὲ αὐτῷ πολλοὶ τῶν ἐπισήμων προσεγένοντο, καὶ Δομετιανὸς ὁ τοῦ ἀδελφοῦ παῖς, μεγίστη μοῖρα τῶν εἰς τὸ κρατεῖν ἐλπίδων. Οὐϊτελλίῳ δὲ Πρίμου μὲν ἐλάττων φροντὶς ἦν, τεθύμωτο δὲ ἐπὶ τοὺς συναποστάντας τῷ Σαβίνῳ, καὶ διὰ τὴν ἔμφυτον ὠμότητα διψῶν αἵματος εὐγενοῦς τοῦ στρατιωτικοῦ τὴν συγκατελθοῦσαν αὐτῷ δύναμιν ἐπαφίησι τῷ Καπετωλίῳ. Πολλὰ μὲν οὖν ἔκ τε ταύτης καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ μαχομένων ἐτολμήθη· τέλος δὲ τῷ πλήθει περιόντες οἱ ἀπὸ τῆς Γερμανίας ἐκράτησαν τοῦ λόφου. Καὶ Δομετιανὸς δὲ σὺν πολλοῖς τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων δαιμονιώτερον διασώζεται· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἅπαν κατεκόπη, καὶ Σαβῖνος ἀναχθεὶς ἐπὶ Οὐϊτέλλιον ἀναιρεῖται, διαρπάσαντές τε οἱ στρατιῶται τὰ ἀναθήματα τὸν ναὸν ἐμπιπρᾶσι. Καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν εἰσελαύνει μὲν Ἀντώνιος μετὰ τῆς δυνάμεως, ὑπήντων δὲ οἱ Οὐϊτελλίου, καὶ τριχῇ κατὰ τὴν πόλιν συμβαλόντες ἀπώλοντο πάντες. Προέρχεται δὲ μεθύων ἐκ τοῦ βασιλείου Οὐϊτέλλιος καὶ δαψιλέστερον ὥσπερ ἐν ἐσχάτοις τῆς ἀσώτου τραπέζης κεκορεσμένος· συρεὶς δὲ διὰ τοῦ πλήθους καὶ παντοδαπαῖς αἰκίαις ἐξυβρισθεὶς ἐπὶ μέσης τῆς Ῥώμης ἀποσφάττεται, μῆνας ὀκτὼ κρατήσας καὶ ἡμέρας πέντε. Ὃν εἰ συνέβη πλείω χρόνον βιῶσαι, ἐπιλιπεῖν αὐτοῦ τῇ λαγνείᾳ τὴν ἡγεμονίαν οἶμαι. Τῶν δὲ ἄλλων νεκρῶν ὑπὲρ πέντε μυριάδας ἠριθμήθησαν. Ταῦτα μὲν οὖν τρίτῃ μηνὸς Ἀπελλαίου πέπρακτο. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Μουκιανὸς εἴσεισι μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ τοὺς σὺν Ἀντωνίῳ παύσας τοῦ κτείνειν (ἔτι γὰρ ἐξερευνώμενοι τὰς οἰκίας πολλοὺς μὲν τῶν Οὐϊτελλίου στρατιωτῶν, πολλοὺς δὲ τῶν δημοτικῶν ὡς ἐκείνου ἀνῄρουν, φθάνοντες τῷ θυμῷ τὴν ἀκριβῆ διάγνωσιν), καὶ προαγαγὼν τὸν Δομετιανὸν συνίστησι τῷ πλήθει μέχρι τῆς τοῦ πατρὸς ἀφίξεως ἡγεμόνα. Ὁ δὲ δῆμος ἀπηλλαγμένος ἤδη τῶν φόβων αὐτοκράτορα Οὐεσπασιανὸν εὐφήμει καὶ ἅμα τήν τε τούτου βεβαίωσιν ἑώρταζε καὶ τὴν Οὐϊτελλίου κατάλυσιν.

ε'. Εἰς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀφιγμένῳ τῷ Οὐεσπασιανῷ τὰ ἀπὸ τῆς Ῥώμης εὐαγγέλια ἧκε, καὶ πρέσβεις ἐκ πάσης τῆς ἰδίας οἰκουμένης συνηδόμενοι· μεγίστη τε οὖσα μετὰ τὴν Ῥώμην ἡ πόλις στενοτέρα τοῦ πλήθους ἠλέγχετο. Κεκυρωμένης δὲ ἤδη τῆς ἀρχῆς ἁπάσης καὶ σεσωσμένων παρ' ἐλπίδα Ῥωμαίοις τῶν πραγμάτων, Οὐεσπασιανὸς ἐπὶ τὰ λείψανα τῆς Ἰουδαίας τὸν λογισμὸν ἐπέστρεφεν. Αὐτὸς μέντοι εἰς τὴν Ῥώμην ὥρμητο λήξαντος τοῦ χειμῶνος ἀνάγεσθαι, καὶ τάχος

quingentos amittit. Cæcinnam autem vinculis solutum ad Vespasianum mittit, rerum gestarum nuncium. Qui quum venisset, et ab illo benigne exceptus est, et proditionis ignominiam ab eo insperatis honoribus obtectam habuit.

(XLII.) 4. Jam vero animos resumebat etiam Romæ Sabinus, postquam ei nunciatum erat appropinquare Antonium; collectisque vigilum cohortibus nocte occupat Capitolium. Prima autem luce multi nobilium ad eum confluebant, interque eos Domitianus fratris filius, in quo spes maxima illis sita erat victoriæ obtinendæ. At Vitellius quidem de Primo minus sollicitus erat, incensus autem in eos qui cum Sabino defecerant, et, pro ingenita crudelitate nobilium sanguinem sitiens, militum manum quæ cum ipso descenderat immittit in Capitolium. Et acriter quidem inter eam illosque qui templum tenebant audacterque pugnatum est: tandem vero Germani, ut qui multitudine superiores, colle potiti sunt. Domitianus autem cum multis Romanorum nobilium fato diviniori interitum effugiebat, reliqua vero multitudo omnis cæsa erat; et Sabinus ad Vitellium ductus interficitur: milites que quum donaria omnia diripuissent, templum succendunt. Tumque postero die Antonius quidem cum exercitu in urbem irruit, eum vero Vitellii milites excipiunt, et tribus in locis commisso intra urbem prælio omnes interiere. Ceterum ebrius de palatio prodit Vitellius, et largiter ut in extremis prodigæ mensæ expletus: per populum vero tractus, omnique contumeliarum genere divexatus in media Roma trucidatur, quum octo menses et dies quinque imperasset: quem si diutius vivere contigisset, ejus luxuriæ ne imperium quidem sufficere potuisse arbitror. Celerorum vero cæsorum numerata erant supra quinquaginta millia. Et hæc quidem gesta sunt die tertio mensis Apellæi. Sequenti autem die Mucianus cum exercitu ingreditur, et Antonii militibus a cæde repressis (adhuc enim, dum perscrutantur domos, de populo plurimos, quasi ab illo stetissent, occidebant, ira impediente quominus eos accurate dignoscerent), productoque Domitiano, eum populo commendat, usque dum pater veniret, imperium administraturum. Atqui populus, jam timore solutus, faustis vocibus Vespasiano acclamat Imperatori; atque ob illum in imperio confirmatum et Vitellium deturbatum festos dies agebat.

5. Quum autem Vespasianus Alexandriam venisset, læta ei Roma nunciabantur; legatique aderant ex toto terrarum orbe jam suo, ei congratulantes: atque urbs, post Romam maxima, multitudini nimis angusta esse comperta est. Firmato autem jam universo imperio, rebusque populo Romano præter spem conservatis, Vespasianus in Judææ reliquias animum intendit. Ipse tamen extrema hieme Romam proficisci parabat; et quamprimum res Alexandriæ

τὰ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διώκει· τὸν δὲ υἱὸν Τίτον μετὰ τῆς ἐκκρίτου δυνάμεως ἀπέστειλεν ἐξαιρήσοντα τὰ Ἱεροσόλυμα. Ὁ δὲ προελθὼν πεζῇ μέχρι Νικοπόλεως (εἴκοσι δὲ αὕτη διέχει τῆς Ἀλεξανδρείας σταδίους), κἀκεῖθεν ἐπιβήσας τὴν στρατιὰν μακρῶν πλοίων ἀναπλεῖ διὰ τοῦ Νείλου κατὰ τὸν Μενδήσιον νομὸν μέχρι πόλεως Θμούεως. Ἐκεῖθεν δὲ ἀποβὰς ὁδεύει, καὶ κατὰ πολίχνην τινὰ Τάνιν αὐλίζεται. Δεύτερος αὐτῷ σταθμὸς Ἡρακλέους πόλις, καὶ τρίτος Πηλούσιον γίνεται. Δυσὶ δὲ ἡμέραις ἐνταῦθα τὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν, τῇ τρίτῃ διέξεισι τὰς ἐμβολὰς τοῦ Πηλουσίου, καὶ προελθὼν σταθμὸν ἕνα διὰ τῆς ἐρήμου, πρὸς τῷ τοῦ Κασίου Διὸς ἱερῷ στρατοπεδεύεται, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κατὰ τὴν Ὀστρακίνην. Οὗτος ὁ σταθμὸς ἦν ἄνυδρος· ἐπεισάκτοις δὲ ὕδασιν οἱ ἐπιχώριοι χρῶνται. Μετὰ ταῦτα πρὸς Ῥινοκορούροις ἀναπαύεται, κἀκεῖθεν εἰς Ῥάφειαν προελθὼν σταθμὸν τέταρτον (ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη Συρίας ἀρχή), τὸ πέμπτον ἐν Γάζῃ τίθεται στρατόπεδον, μεθ' ἣν εἰς Ἀσκάλωνα, κἀκεῖθεν εἰς Ἰάμνειαν, ἔπειτα εἰς Ἰόπην, καὶ ἐξ Ἰόπης εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται, διεγνωκὼς αὐτόθι τὰς ἄλλας δυνάμεις ἀθροίζειν.

componebat: filium vero Titum, ut Hierosolyma expugnatum iret, cum delectis copiis dimisit. Atque ille pedibus usque ad Nicopolim profectus (est autem illa viginti stadiis ab Alexandria dissita), indeque milite longis navibus imposito, Nilo flumine juxta Mendesium tractum usque Thmuim oppidum pervehitur. Inde vero, quum in terram egressus esset, pedibus iter facit, et apud oppidum quoddam Tanin pernoctat. Secunda ei mansio fuit Heracleopolis, et Pelusium tertia. Hic autem milite per biduum recreato, tertio die ostium Pelusii pertransit; quumque per solitudinem unius diei iter fecisset, ad Jovis Casii templum castra ponit, posteroque die juxta Ostracinen. Hæc mansio inaquosa erat: aquis autem aliunde advectis utuntur indigenæ. Deinde apud Rhinocorura requiescit; atque illinc Raphiam progressus, mansionem quartam (est autem urbs illa prima Syriæ), castra quinta Gazæ ponit; et postea in Ascalonem, atque hinc Jamniam, deinde Jopen, et ex Jope Cæsaream pervenit, atque illic ceteras copias in unum colligere decrevit.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

α'. Ὅπως τριχῇ ἐμερίσθη ἡ κατὰ Ἱεροσολύμων στάσις.
β'. Σχετλιασμὸς τοῦ συγγραφέως ἐπὶ ταῖς τῆς πόλεως συμφοραῖς.
γ'. Ὅτι τῶν στασιαστῶν ἑαυτοὺς πολεμούντων πολλαὶ κατεπρήσθησαν οἰκίαι μεσταὶ σίτου.
δ'. Ὅτι διὰ τῆς καθ' ἡμέραν γενομένης ἐν Ἱεροσολύμοις μάχης οὐδὲ θρηνεῖν ἐτόλμων οἱ τῶν ἀποσφαττομένων συγγενεῖς τε καὶ φίλοι.
ε'. Ὅπως Ἰωάννης, ἀπὸ τῶν ἱεροῦ ξύλων πύργους κατὰ τῶν ἀντιστασιαστῶν κατασκευάζων, ἐκωλύθη Ῥωμαίων ἐπελθόντων.
ς'. Ὅπως Τίτος παρεσκευάσατο, καὶ μεθ' οἵας τάξεως ἐπῄει τοῖς Ἱεροσολύμοις.
ζ'. Προσβολὴ Τίτου μεθ' ἑξακοσίων κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων· καὶ ὅπως ἠρίστευσεν, ἐπεξελθόντων κατ' αὐτοῦ τῶν Ἰουδαίων.
η'. Ὅπως ἐλθὼν εἰς τὸν λεγόμενον Σκοπὸν, ἐκεῖσε τὰ τοῦ οἰκείου στρατοῦ ἐγκατέστησε τάγματα.
θ'. Ὅπως Ἰουδαῖοι θεασάμενοι τὴν κατ' αὐτῶν τῶν Ῥωμαίων ἔφοδον, στασιάζοντες ἐν ἑαυτοῖς, μικρὸν εἰρήνευσαν, καὶ αἰφνιδίως ἐξελθόντες τὸ δέκατον ἔτρεψαν τάγμα.
ι'. Ὅπως Τίτος, μέσος ἀπολειφθεὶς τῶν πολεμίων, ἠρίστευσεν· καὶ ὡς οἱ φίλοι τοῦτον, παρῄνεσαν μὴ προκινδυνεύειν.
ια'. Ὡς Ἰωάννης ἐκράτησε τῶν ζηλωτῶν, καὶ ἡ τριμερὴς στάσις πάλιν διμερὴς γέγονεν.
ιβ'. Περὶ τῶν ὑπὸ Τίτου ἐξομαλισθέντων διὰ τὴν πολιορκίαν τόπων· ὅπως τε τῶν Ῥωμαίων ἐξ ἐνέδρας τῶν Ἰουδαίων πταισάντων, δυσωπηθεὶς ὁ Καῖσαρ συνεχώρησε τούτοις· καὶ ὅπως ἐξισωθέντος τοῦ μέχρι τῶν τειχῶν τόπου, ἔγγιστα τῆς πόλεως στρατοπεδεύεται.
ιγ'. Διαγραφὴ τοῦ τείχους τῶν Ἱεροσολύμων.
ιδ'. Ἔκφρασις τοῦ ἱεροῦ.
ιε'. Περὶ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ἐνδυμάτων αὐτῶν τε καὶ τοῦ ἀρχιερέως.
ις'. Περὶ Σίμωνος καὶ Ἰωάννου τῶν τυράννων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἡγεμόνων.

LIBER V.

1. Quomodo seditio Hierosolymitana trifariam divisa erat.
2. Historici lamentatio super urbis calamitatibus.
3. Dum inter se digladiantur seditiosi, multæ incenduntur ædes frumenti plenæ.
4. Dum quotidie pugnatum est Hierosolymis, ne lamentari quidem audebant cæsorum cognati amicique.
5. Quomodo Joannes, ex lignis in templi usum paratis turres exstruens contra adversæ partis factiosos, impeditus erat Romanorum adventu.
6. De Titi apparatu, et quo ordine milites disposuit Hierosolyma invasurus.
7. Titus cum sexcentis impressionem facit in Hierosolyma: et quomodo, Judæis in eum irruentibus, fortiter se gessit.
8. Quomodo, quum ad locum venisset qui Scopus dicitur, ibi exercitus sui agmina collocavit.
9. Quomodo Judæi, quum vidissent Romanos contra se venire, licet inter se dissentirent, in breve tempus pacem colunt, et subita facta eruptione decimam legionem in fugam vertunt.
10. Quomodo Titus, in medio hostium relictus, strenue se gessit: utque amici eum monuerunt ne se in discrimen conjiceret.
11. Quomodo Joannes superavit zelotas; et seditio, quæ tripartita fuerat, ad duas iterum factiones redacta est.
12. De locis in obsidionis commodum a Tito complanatis: et quomodo Romanis, incaute in Judæorum insidias lapsis, Cæsar exoratus veniam concessit: utque locis omnibus usque ad muros coæquatis, propius urbi castra admovet.
13. Delineatio murorum urbis.
14. Descriptio templi.
15. De sacerdotibus, et vestimentis eorum pontificisque.
16. De Simone et Joanne tyrannis, deque ducibus ab iis constitutis.

15.

ιζ'. Ὡς περιιόντος Τίτου καὶ σκεπτομένου τὸ τεῖχος, τοξεύεται Νικάνωρ ὁ φίλος αὐτοῦ, συνὼν Ἰωσήπῳ· ἔνθα δὴ καὶ σπουδαιότερον ἐγείρειν τὰ χώματα προσέταξε, καὶ τὰ πολιορκητικὰ παραστῆσαι μηχανήματα.

ιη'. Ἔτι περὶ Ἰωάννου καὶ Σίμωνος τῶν τυράννων, καὶ ὅπως ἀλλήλοις ἐχρῶντο· καὶ περὶ τῶν ἀπὸ τῶν πετροβόλων ἐκριπτουμένων λίθων.

ιθ'. Ὅπως ὑπὸ τῶν ὀργάνων τριχόθεν τυπτομένου τοῦ τείχους, οἱ τύραννοι πρὸς ἀλλήλους ὁμονοήσαντες ἀντεπολέμουν Ῥωμαίους, καὶ τὰς μηχανὰς αὐτῶν ἐνέπρησαν· καὶ ὡς Ἰωάννης, ὁ τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμὼν, τοξευθεὶς ἀναιρεῖται.

κ'. Ὅπως αὐτομάτως κατέπεσον οἱ παρὰ Ῥωμαίων κατασκευασθέντες τρεῖς πύργοι, καὶ μετὰ πολὺν φόνον ἐκράτησαν Ῥωμαῖοι τοῦ πρώτου τείχους, μηχανήματι τῷ λεγομένῳ Νίκωνι.

κα'. Ὅπως Τίτος μὲν πρὸς τειχομαχίαν τοῦ δευτέρου τείχους τὰς προσβολὰς ἐποιεῖτο, Ἰουδαῖοι δὲ τὰς ἐμβολὰς διαλαβόντες ἐφράξαντο.

νβ'. Περὶ Λογγίνου Ῥωμαίου στρατιώτου.

κγ'. Περὶ Κάστορος Ἰουδαίου γόητος, ὅπως Τίτον καὶ Ῥωμαίους ἠπάτησεν.

κδ'. Ὅπως τὸ δεύτερον τεῖχος λαβόντες αὖθις ἐξώσθησαν· καὶ αὖθις αὐτὸ παραλαβόντες πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν παράληψιν εὐτρεπίσθησαν.

κε'. Ὅπως ἀνέντος Τίτου τὴν πολιορκίαν, εἴ πως ἐνδοῖεν Ἰουδαῖοι, οὐδ' ὅλως ἐμαλακίσθησαν· διὸ πάλιν ὥρμησεν εἰς τὸ πολιορκεῖν.

κς'. Παραίνεσις Ἰωσήπου πρὸς τοὺς ὁμοφύλους, ἐξ ἧς πολλοὶ τοῦ δήμου αὐτομολεῖν ὥρμησαν.

κζ'. Ὅπως λιμῷ τε καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ χαλεποῖς ὁ δῆμος ἀνήκεστα ἔπασχεν.

κη'. Ὅπως Τίτος τοὺς ἐπὶ λαχανείαν ἐξιόντας ἀναλαμβάνων ἀνεσταύρου· καὶ οἱ τύραννοι πρὸς τῷ μὴ ἐνδοῦναι τοὺς οἰκείους τῶν αὐτομόλων, ἐπὶ τοῦ τείχους ἄγοντες ἐπεδείκνυον, ὡς τῶν αὐτομόλων τοιαῦτα παρὰ Ῥωμαίων παρασχόντων· ἐξ οὗ καὶ πολλοὶ ἀπέσχοντο τοῦ αὐτομολεῖν ἕως τὸ ἀληθὲς ἔμαθον.

κθ'. Περὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, καὶ οἷα αὐτός τε καὶ οἱ μεθ' αὐτοῦ ἔπαθον.

λ'. Ὅπως Ἰουδαῖοι ὑπορύξαντες κατεκρήμνισαν τὰ χώματα, καὶ πάλιν Ῥωμαίων προσαγόντων τὰς μηχανὰς ἐπεξελθόντες ἐνέπρησαν αὐτάς· ἔνθα καὶ κατὰ χεῖρα συμπλακέντων ἀλλήλων, πολὺς ἑκατέρωθεν φόνος ἐγένετο.

λα'. Ὅπως τῶν χωμάτων κατακαυθέντων, Τίτος, βουλευσάμενος τοῖς ἡγεμόσι, τὴν πόλιν περιετείχισε, καὶ χώματα αὖθις ἀνήγειρεν.

λβ'. Ἔκφρασις τῶν κατὰ τὴν πόλιν λιμωττόντων, καὶ ὅσα ὑπό τε τοῦ λιμοῦ καὶ τῶν στασιαστῶν ὁ δῆμος ὑπέμενεν.

λγ'. Περὶ Ματθίου τοῦ εἰσαγαγόντος εἰς Ἱεροσόλυμα τὸν τύραννον Σίμωνα· καὶ ὡς αὐτός τε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν εὐγενῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρέθησαν, ὅτε καὶ ὁ τοῦ Ἰωσήπου πατὴρ ἐν τῇ φυλακῇ συγκλεισθεὶς ἐφυλάττετο.

λδ'. Ὅπως Ἰούδας τις τῶν τοῦ Σίμωνος ὑπάρχων, προδιδοὺς τὸν πεπιστευμένον πύργον τῷ Τίτῳ, πρὶν πρᾶξαι τὰ τοῦ σκοποῦ ἁλῶναι ἔφθασεν.

λε'. Ὅπως Ἰώσηπος πάλιν παραινῶν τοῖς πολίταις πλήττεται λίθῳ, καὶ ὡς ἐπὶ τούτῳ ταραχθέντες οἱ τοῦ δήμου πάλιν ἀνεθάρσησαν ἰδόντες ὑγιᾶ.

λς'. Οἷα ὑπέστησαν οἱ αὐτόμολοι ἐκ τοῦ λιμοῦ, εὐθέως τροφῆς κορεννύμενοι· οἱ δὲ καὶ ἀνασχιζόμενοι, ὡς χρυσὸν ἔνδον φέροντες.

λζ'. Ὅπως Ἰωάννης ὁ τύραννος τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν εἰς ἰδίαν τε καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ εὐπάθειαν κατεχρήσατο.

λη'. Ὁπόσοι διὰ μιᾶς τῆς πόλεως πύλης νεκροὶ ἐξεκομίσθησαν ἐντὸς μηνῶν δύο.

17. Tito circumeunte et perlustrante mœnia, vulneratur Nicanor amicus ejus, qui cum Josepho erat : unde aggeres majori studio excitari jussit, et machinas obsidionales admoveri.

18. Iterum de Joanne et Simone tyrannis, utque mutuum sibimet ferebant auxilium : et de saxis e ballistis projectis.

19. Quomodo muro tribus e locis a machinis verberato, tyranni, inita concordia, contra Romanos dimicabant, et machinas eorum incenderunt : utque Joannes, Idumæorum dux, sagitta percussus interficitur.

20. Quomodo tres turres a Romanis ædificatæ sponte corruerunt, et multa cum cæde primum murum superarunt Romani, ope machinæ quam Nicona vocabant Judæi.

21. Quomodo Titus quidem ad murum secundum oppugnandum impressiones faciebat ; Judæi vero, quum impetum excepissent, omnia muniebant.

22. De Longino milite Romano.

23. De Castore impostore Judaico, quomodo Tito et Romanis imposuit.

24. Quomodo muro secundo potiti, inde iterum pulsi erant : illoque mox recuperato, ad reliqua superanda sese comparabant.

25. Quomodo Tito obsidionem remittente, si forsan deditionem facerent Judæi, illi ne minimum quidem emolliti erant : quo factum ut iterum obsidionem urgeret.

26. Josephi ad populares suos cohortatio, qua multi e plebe ad transfugiendum incitati erant.

27. Quomodo famem et mala inde gravissima sine levamine passus est populus.

28. Quomodo Titus crucibus eos suffigebat, qui capti erant dum ad olera colligenda exirent ; atque tyranni, ne quis se dederet, transfugarum familiares ad muros ducentes, ostendebant eis crucifixos, quasi transfugæ hoc ipsum paterentur : unde multi a fuga abstinebant, donec certiores facti essent de rei veritate.

29. De Antiocho Epiphane, ac quænam ipse cum suis passus est.

30. Quomodo Judæi ope cuniculorum præcipitarunt aggeres ; quumque Romani iterum machinas adduxissent, egressi illas incenderunt : ubi quum ad manus etiam ventum esset, multa utrinque facta erat cædes.

31. Quomodo aggeribus accensis, Titus, quum duces in consilium adhibuisset, urbi murum circumdedit, rursusque aggeres excitavit.

32. Fame laborantium miseria describitur, narraturque quanta mala ex fame et seditiosis sustinuit plebs.

33. De Matthia, qui in Hierosolyma introduxit Simonem tyrannum : et quomodo ipse aliique multi nobilium ab eo interempti erant, quando et Josephi patrem in custodiam conclusum tenebant.

34. Quomodo Judas quidam unus e præfectis Simonis, quum in eo esset ut turrim sibi creditam Tito proderet, captus est priusquam perficeret id quod proposuerat.

35. Quomodo Josephus, dum iterum cives adhortaretur, lapide percutitur : utque ex eo populares perturbati animos mox resumpserunt, ubi salvum viderunt.

36. Quænam perpessi sunt transfugæ ex fame statim cibo repleti : nonnullique discissi erant, ac si aurum intus haberent.

37. Quomodo Joannes tyrannus vasa sacra convertebat in sui suorumque luxum.

38. Quot mortui ex una urbis porta intra duos menses efferebantur.

ΚΕΦ. Α'

Ὁ μὲν οὖν Τίτος ὃν προειρήκαμεν τρόπον διοδεύσας τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου μέχρι Συρίας ἐρημίαν εἰς Καισάρειαν παρῆν, ταύτῃ διεγνωκὼς προσυντάξασθαι τὰς δυνάμεις. Ἔτι δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν συγκαθισταμένου τῷ πατρὶ τὴν ἡγεμονίαν νέον αὐτοῖς ἐγκεχειρισμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, συνέβη καὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις στάσιν ἀνακμάσασαν τριμερῆ γενέσθαι, καὶ καθ' αὐτοῦ θάτερον ἐπιστρέψαι μέρος, ὅπερ ἄν τις ὡς ἐν κακοῖς ἀγαθὸν εἴποι καὶ δίκης ἔργον. Ἡ μὲν γὰρ κατὰ τοῦ δήμου τῶν ζηλωτῶν ἐπίθεσις, ἥπερ κατῆρξεν ἁλώσεως τῇ πόλει, προδεδήλωται μετὰ ἀκριβείας, ὅθεν τε ἔφυ καὶ πρὸς ὅσον κακὸν ἀνηυξήθη. Ταύτην δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν στάσει στάσιν ἐγγενέσθαι, καὶ καθάπερ θηρίον λυσσῆσαν ἐνδείᾳ τῶν ἔξωθεν ἐπὶ τὰς ἰδίας ἤδη σάρκας ὁρμᾶν.

β'. Ἐλεάζαρος γὰρ ὁ τοῦ Σίμωνος, ὃς δὴ καὶ τὰ πρῶτα τοῦ δήμου τοὺς ζηλωτὰς ἀπέστησεν εἰς τὸ τέμενος, ὡς ἀγανακτῶν δῆθεν ἐπὶ τοῖς ὁσημέραι τῷ Ἰωάννῃ τολμωμένοις (οὐ γὰρ ἀνεπαύετο φονῶν οὗτος), τὸ δὲ ἀληθὲς αὐτοῦ μεταγενεστέρῳ τυράννῳ μὴ φέρων ὑποτετάχθαι, πόθῳ τῶν ὅλων καὶ δυναστείας ἰδίας ἐπιθυμίᾳ, διίσταται, παραλαβὼν Ἰούδην τε τὸν Χελκία καὶ Σίμωνα τὸν Ἐζρῶνος τῶν δυνατῶν, πρὸς οἷς Ἐζεκίας ἦν Χωβαρὶ παῖς οὐκ ἄσημος. Καθ' ἕκαστον δὲ οὐκ ὀλίγοι τῶν ζηλωτῶν ἠκολούθησαν, καὶ καταλαβόμενοι τὸν ἐνδότερον τοῦ νεὼ περίβολον, ὑπὲρ τὰς ἱερὰς πύλας ἐπὶ τῶν ἁγίων μετώπων τίθενται τὰ ὅπλα. Πλήρεις μὲν οὖν ἐπιτηδείων ὄντες ἐθάρρουν (καὶ γὰρ ἀφθονία τῶν ἱερῶν ἐγίνετο πραγμάτων τοῖς γε μηδὲν ἀσεβὲς ἡγουμένοις), ὀλιγότητι δὲ τῇ κατὰ σφᾶς ὀρρωδοῦντες ἐγκαθισάμενοι τὰ ὅπλα κατὰ χώραν ἔμενον. Ὁ δὲ Ἰωάννης ὅσον ἀνδρῶν ὑπερεῖχε πλήθει, τοσοῦτον ἐλείπετο τῷ τόπῳ· καὶ κατὰ κορυφὴν ἔχων τοὺς πολεμίους οὔτ' ἀδεεῖς ἐποιεῖτο τὰς προσβολὰς οὔτε δι' ὀργὴν ἠρέμει. Κακούμενος δὲ πλέον ἤπερ διατιθεὶς τοὺς περὶ τὸν Ἐλεάζαρον ὅμως οὐκ ἀνίει· συνεχεῖς δὲ ἐκδρομαὶ κατ' ἀλλήλων καὶ βελῶν ἀφέσεις ἐγίνοντο καὶ φόνοις ἐμιαίνετο πανταχοῦ τὸ ἱερόν.

γ'. Ὁ δὲ τοῦ Γιώρα Σίμων, ὃν ἐν ταῖς ἀμηχανίαις ἐπίκλητον ἑαυτῷ τύραννον ὁ δῆμος ἐλπίδι βοηθείας προσηγάγετο, τήν τε ἄνω πόλιν ἔχων καὶ τῆς κάτω πολὺ μέρος, ἐρρωμενέστερον ἤδη τοῖς περὶ τὸν Ἰωάννην προσέβαλλεν ὡς ἂν καὶ καθύπερθεν πολεμουμένοις. Ἦν δὲ ὑπὸ χεῖρα προσιὼν αὐτοῖς, ὥσπερ ἐκεῖνοι τοῖς ἄνωθεν. Καὶ τῷ Ἰωάννῃ διχόθεν πολεμουμένῳ συνέβαινε βλάπτεσθαί τε καὶ βλάπτειν εὐκόλως, καὶ καθ' ὅσον ἡττᾶτο τῶν ἀμφὶ τὸν Ἐλεάζαρον ὢν ταπεινότερος, τοσοῦτον ἐπλεονέκτει ἐν ὑψηλῷ τοῦ Σίμωνος· παρὸ καὶ χειρὶ μὲν τὰς κάτωθεν προσβολὰς εὐμαρῶς εἶργε, τοὺς δὲ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κατακοντίζοντας ἀνέστελλε τοῖς ὀργάνοις· ὀξυβελεῖς τε γὰρ αὐτῷ καὶ καταπέλται παρῆσαν οὐκ ὀλίγοι καὶ λιθοβόλοι, δι' ὧν οὐ μόνον

CAP. I.

Et Titus quidem, ita ut jam diximus emensa solitudine ultra Ægyptum ad Syriam usque, Cæsaream perveniebat, decreto sibi illic prius ordinare exercitum. Illo autem adhuc apud Alexandriam una cum patre constituente imperium, quod nuper eis demandaverat Deus, contigit etiam seditionem, quæ apud Hierosolyma erat, resuscitatam trifariam dividi, et aliam partem in aliam verti, quod ut in malis optimum quis dixerit et justam vindictam. Nam de zelotarum quidem in populum dominatu, qui urbi erat excidii causa, jam ante diligenter declaravimus, unde cœperit, et quantum in malum creverit. De hac autem non erraverit quisquam si dixerit, seditionem in seditione esse factam, ac feræ instar rabidæ, quum cibus ei aliunde desit, in sua jam sævire viscera.

2. Eleazarus enim Simonis filius, qui scilicet ab initio zelotas a populo separaverat, feceratque in templum secedere, sese super iis indignari simulans, quæ in dies singulos Joannes auderet (ille enim nequaquam a cædibus quiescebat), re autem vera sese posteriori tyranno subjectum esse minime ferens, summæ rerum desiderio et potestatis propriæ cupiditate, ab illis desciscit, assumptis sibi ex potentibus Juda Chelciæ filio et Simone Ezronis : præter quos erat Ezechias Chobari filius, vir non ignobilis. Horum autem singulos zelotarum non pauci sequebantur, occupatoque interiore templi septo, super portas sacras in fronte sancti sanctorum arma collocant. Et necessariis quidem abundantes confidebant (sacrarum enim rerum etiam copia suppetebat, præsertim iis qui nihil impium ducebant), paucitati vero suorum metuentes, quum arma illic collocassent, loco se continuebant. Joannes autem quanto superior erat virorum multitudine, tanto superabatur loco; hostesque habens supra verticem non sine damno faciebat incursus, neque præ iracundia quiescebat. Plus autem mali accipiens quam Eleazaro suisque inferebat, nihil tamen quidquam remittebat; sed crebri fiebant excursus mutui et missilium jactus, templumque passim cædibus polluebatur.

3. Simon autem Gioræ filius, quem, rebus desperatis invitatum, populus sibi tyrannum auxilii spe adsciverat, tam urbem superiorem in potestate sua habens quam magnam inferioris partem, animosius jam Joannem ejusque socios adoriebatur, quod desuper etiam impeterentur. Infra autem eos erat quum impressionem faceret, sicut illi ad eos qui loca editiora occupaverant. Atque Joanni utrinque oppugnato accidebat ut facile læderetur pariter ac læderet; et in quantum cladem acciperet ab Eleazaro utpote inferior, in tantum Simoni prævalebat ipso superior : propter quod impetus quidem ab inferiori loco factos facile manu arcebat, desuper vero ex fano jaculantes machinarum subsidiis reprimebat; quippe ipsi scorpiones aderant et catapultæ non paucæ et ballistæ, quibus non solum propulsabat dimi-

ἠμύνετο τοὺς πολεμοῦντας, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν ἱερουργούντων ἀνῄρει. Καίπερ γὰρ πρὸς πᾶσαν ἀσέβειαν ἐκλελυσσηκότες, ὅμως τοὺς θύειν ἐθέλοντας εἰσηφίεσαν, μεθ' ὑποψιῶν μὲν καὶ φυλακῆς τοὺς ἐπιχωρίους διερευνώμενοι, τοὺς δὲ ξένους ἀδεέστερον, οἳ καὶ περὶ τὰς εἰσόδους δυσωπήσαντες αὐτῶν τὴν ὠμότητα παρανάλωμα τῆς στάσεως ἐγίνοντο. Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν ὀργάνων βέλη μέχρι τοῦ βωμοῦ καὶ τοῦ νεὼ διὰ τὴν βίαν ὑπερφερόμενα τοῖς τε ἱερεῦσι καὶ τοῖς ἱερουργοῦσιν ἐνέπιπτε, καὶ πολλοὶ σπεύσαντες ἀπὸ γῆς περάτων περὶ τὸν διώνυμον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χῶρον ἅγιον πρὸ τῶν θυμάτων ἔπεσον αὐτοὶ, καὶ τὸν Ἕλλησι πᾶσι καὶ βαρβάροις σεβάσμιον βωμὸν κατέσπεισαν ἰδίῳ φόνῳ. Νεκροῖς δὲ ἐπιχωρίοις ἀλλόφυλοι καὶ ἱερεῦσι βέβηλοι συνεφύροντο, καὶ παντοδαπῶν αἷμα πτωμάτων ἐν τοῖς θείοις περιβόλοις ἐλιμνάζετο. (Β'.) Τί τηλικοῦτον, ὦ τλημονεστάτη πόλις, πέπονθας ὑπὸ Ῥωμαίων, οἵ σου τὰ ἐμφύλια μύση περικαθαροῦντες εἰσῆλθον. Θεοῦ μὲν γὰρ οὔτε ἦς ἔτι χῶρος οὔτε μένειν ἠδύνασο, τάφος οἰκείων γενομένη σωμάτων, καὶ πολέμου τὸν ναὸν ἐμφυλίου ποιήσασα πολυάνδριον. Δύναιο δ' ἂν γενέσθαι πάλιν ἀμείνων, εἴ γε ποτὲ τὸν πορθήσαντα Θεὸν ἐξιλάσῃ. Ἀλλὰ καθεκτέον γὰρ καὶ τὰ πάθη τῷ νόμῳ τῆς συγγραφῆς, ὡς οὐχ ὀλοφυρμῶν οἰκείων ὁ καιρὸς, ἀλλ' ἀφηγήσεως πραγμάτων. Δίειμι δὲ τὰ ἑξῆς ἔργα τῆς στάσεως.

(Γ'.) δ'. Τριχῆ τῶν ἐπιβούλων τῆς πόλεως διῃρημένων οἱ μὲν περὶ τὸν Ἐλεάζαρον τὰς ἱερὰς ἀπαρχὰς διαφυλάσσοντες κατὰ τοῦ Ἰωάννου τὴν μέθην ἔφερον, οἱ δὲ, σὺν τούτῳ διαρπάζοντες τοὺς δημότας, ἠγείροντο κατὰ τοῦ Σίμωνος· ἦν δὲ κἀκείνῳ τροφὴ κατὰ τῶν ἀντιστασιαστῶν ἡ πόλις. Ὁπότε μὲν οὖν ἀμφοτέρωθεν ἐπιχειροῖτο, τοὺς συνόντας ὁ Ἰωάννης ἀντέστρεφε, καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἀνιόντας ἀπὸ τῶν στοῶν βάλλων, τοὺς δὲ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ κατακοντίζοντας ἠμύνετο τοῖς ὀργάνοις. Εἰ δὲ ἐλευθερωθείη ποτὲ τῶν καθύπερθεν ἐπικειμένων (διανέπαυε δὲ αὐτοὺς πολλάκις μέθη τε καὶ κάματος), ἀδεέστερον τοῖς περὶ τὸν Σίμωνα μετὰ πλειόνων ἐπεξῄει. Ἀεὶ δὲ ἐφ' ὅσον τρέψαιτο τῆς πόλεως, ὑπεπίμπρη τὰς οἰκίας σίτου μεστὰς καὶ παντοδαπῶν ἐπιτηδείων· τὸ δὲ αὐτὸ πάλιν ὑποχωροῦντος ἐπιὼν ὁ Σίμων ἔπραττεν, ὥσπερ ἐπίτηδες Ῥωμαίοις διαφθείροντες ἃ παρεσκευάσατο πρὸς πολιορκίαν ἡ πόλις, καὶ τὰ νεῦρα τῆς αὐτῶν ὑποκόπτοντες δυνάμεως. Συνέβη γοῦν τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν πάντα συμφλεγῆναι καὶ μεταίχμιον ἐρημίας γενέσθαι καὶ παρατάξεως τὴν πόλιν, κατακαῆναι δὲ πλὴν ὀλίγου πάντα τὸν σῖτον, ὃς ἂν αὐτοῖς οὐκ ἐπ' ὀλίγα διήρκεσεν ἔτη πολιορκουμένοις. Λιμῷ γοῦν ἑάλωσαν, ὅπερ ἥκιστα δυνατὸν ἦν, εἰ μὴ τοῦτον ἑαυτοῖς προπαρεσκεύασαν.

(Δ'.) ε'. Πανταχόθεν δὲ τῆς πόλεως πολεμουμένης ὑπὸ τῶν ἐπιβούλων καὶ συγκλύδων μέσος ὁ δῆμος ὥσπερ μέγα σῶμα διεσπαράσσετο. Γηραιοὶ δὲ καὶ γυναῖκες ὑπ' ἀμηχανίας τῶν εἴσω κακῶν ηὔχοντο Ῥωμαίοις, καὶ τὸν ἔξωθεν πόλεμον ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῶν οἰκείων κακῶν

cantes, sed multos etiam sacra facientes perimebat. Quamquam enim ad omne impietatis genus rabidi ferebantur, tamen eos qui victimas offerre cuperent intro admiserunt, indigenas quidem cum suspicione et observatione prius eos perscrutando, extraneos vero minori cum sollicitudine, qui licet ad ingressum illorum crudelitatem exorassent, consumpti tamen erant obiter a seditiosis. Nam tela e machinis, magna vi ad aram usque et templum adacta, in sacerdotes et sacris operantes incidebant: et multi qui magno studio a terræ finibus eo venissent, ob locum fama celebratum et omnibus hominibus sacrum habitum, ipsi ante hostias ceciderunt, et altare Græcis universis et barbaris venerandum suo sanguine asperserunt. Atque indigenis occisis alienigenæ ac sacerdotibus profani miscebantur, et promiscuus cadaverum sanguis templi in atriis stagna faciebat. (II.) Quid tanti passa es, o miserrima civitas, a Romanis, qui tua intestina scelera flammis purgaturi ingressi sunt! Neque enim Dei jam locus eras, neque poteras manere, tuorum cadaverum facta sepulcrum, et quæ templum civili bello tumulum constituisti. Possis tamen in melius forte mutari, si unquam Deum placaveris qui te vastavit. Sed enim scribendi lege cohibendus est dolor, quum hoc non sit lugendi tempus, sed res gestas narrandi. Itaque ad reliqua seditionis persequenda redeo.

(III.) 4. Urbis insidiatoribus trifariam divisis, Eleazarus quidem cum suis, qui sacras primitias custodiebant, in Joannem ebrii ferebantur: qui vero huic parerent, plebem diripientes, excitabantur adversus Simonem: huic autem etiam contra seditiosos commeatum suppeditabat civitas. Et quum quidem utrinque appeteretur Joannes, suos in contrarias partes vertebat: et de civitate quidem ascendentes telis e porticibus vibratis, e templo vero jaculantes machinis propellebat. Quoties autem ab illis qui desuper urgebant liberaretur (frequenter enim pugnam intermittebant ex ebrietate et lassitudine), eo audacius in Simonem ejusque socios cum pluribus ruebat. Semper autem, quam procul eos civitate pelleret, eo usque domos frumenti et omnium necessariorum plenas succendebat: rursusque idem, quum regrederetur Joannes, Simon insequutus agebat, quasi de industria pro Romanis omnia corrumperent, quæ ad obsidionem tolerandam civitas præparaverat, suarumque virium nervos abscinderent. Adeoque contigit omnia quidem circa templum comburi, spatiumque urbis intermedium desolatum fieri acieique instruendæ idoneum: omne vero frumentum, præter parvulum, concremari, quod non paucis annis illis sufficere potuisset obsessis. Quo factum ut fame perderentur: id quod fieri non poterat, nisi eam jam ante sibimet quæsivissent.

(IV.) 2. Undique autem insidiatoribus et convenis civitatem infestantibus, populus inter eos veluti magnum corpus dilacerabatur. Senes vero et mulieres præ consilii inopia in malis intestinis pro Romanis vota faciebant; externumque bellum quo domesticis malis liberarentur, solicite exspectabant.

ἐκαραδόκουν. Κατάπληξις δὲ δεινὴ καὶ δέος ἦν τοῖς γνησίοις, καὶ οὔτε βουλῆς καιρὸς εἰς μεταβολὴν οὔτε συμβάσεως ἐλπὶς οὔτε φυγῆς τοῖς ἐθέλουσιν. Ἐφρουρεῖτο γὰρ πάντα, καὶ τὰ λοιπὰ στασιάζοντες οἱ ἀρχιλῃσταὶ τοὺς εἰρηνικὰ Ῥωμαίοις φρονοῦντας, ἢ πρὸς αὐτομολίαν ὑπόπτους, ὡς κοινοὺς πολεμίους ἀνῄρουν, καὶ μόνον ὡμονόουν τὸ φονεύειν τοὺς σωτηρίας ἀξίους. Καὶ τῶν μὲν μαχομένων ἀδιάλειπτος ἦν κραυγὴ μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ, δεινότεροι δὲ οἱ τῶν πενθούντων ὀδυρμοὶ ἀεί. Καὶ θρήνων μὲν αἰτίας ἐπαλλήλους αἱ συμφοραὶ προσέφερον, τὰς δὲ οἰμωγὰς ἐνέκλειεν ἡ κατάπληξις αὐτῶν. Φιμούμενοι δὲ τά γε πάθη τῷ φόβῳ μεμυκόσι τοῖς στεναγμοῖς ἐβασανίζοντο, καὶ οὔτε πρὸς τοὺς ζῶντας ἦν αἰδὼς ἔτι τοῖς προσήκουσι οὔτε πρόνοια τῶν ἀπολωλότων ταφῆς. Αἴτιον δὲ ἀμφοτέρων ἡ καθ' ἑαυτὸν ἀπόγνωσις ἑκάστου. Παρείθησαν γὰρ εἰς πάντα τὰς προθυμίας οἱ μὴ στασιάζοντες, ὡς ἀπολούμενοι πάντως ὅσον οὐδέπω. Πατοῦντες δὴ τοὺς νεκροὺς ἐπ' ἀλλήλοις σεσωρευμένους οἱ στασιασταὶ συνεπλέκοντο, καὶ τὴν ἀπόνοιαν ἀπὸ τῶν ἐν ποσὶ πτωμάτων σπῶντες ἦσαν ἀγριώτεροι· προσεξευρίσκοντες δὲ ἀεί τι καθ' αὐτῶν ὀλέθριον καὶ πᾶν τὸ δοχθὲν ἀφειδῶς δρῶντες οὐδεμίαν οὔτε αἰκίας ὁδὸν οὔτε ὠμότητος παρέλιπον. (Ε'.) Ἀμέλει Ἰωάννης τὴν ἱερὰν ὕλην εἰς πολεμιστηρίων κατασκευὴν ὀργάνων ἀπεχρήσατο. Δόξαν γάρ ποτε τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ὑποστηρίξαντας τὸν ναὸν εἴκοσι πήχεις προσυψῶσαι, κατάγει μὲν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου μεγίστοις ἀναλώμασι καὶ πόνοις τὴν χρήσιμον ὕλην ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας, ξύλα θέας ἄξια τήν τε εὐθύτητα καὶ τὸ μέγεθος. Μεσολαβήσαντος δὲ τοῦ πολέμου τὸ ἔργον, ὁ Ἰωάννης τεμὼν αὐτὰ πύργους κατεσκεύαζεν, ἐξαρκοῦν τὸ μῆκος εὑρὼν πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ καθύπερθεν ἱεροῦ μαχομένους· ἵστησί τε προσαγαγὼν κατόπιν τοῦ περιβόλου, τῆς πρὸς δύσιν ἐξέδρας ἄντικρυς, ᾗπερ καὶ μόνῃ δυνατὸν ἦν, τῶν ἄλλων μερῶν βαθμοῖς πόρρωθεν διειλημμένων.

(Ϛ'.) ϛ'. Καὶ ὁ μὲν τοῖς κατασκευασθεῖσιν ἐξ ἀσεβείας ὀργάνοις κρατήσειν ἤλπισε τῶν ἐχθρῶν, ὁ δὲ Θεὸς ἄχρηστον αὐτῷ τὸν πόνον ἀπέδειξε, πρὶν ἐπιστῆσαί τινα τῶν πύργων, Ῥωμαίους ἐπαγαγών. Ὁ γὰρ δὴ Τίτος, ἐπειδὴ τὰ μὲν συνήγαγε τῆς δυνάμεως πρὸς αὐτὸν, τοῖς δὲ ἐπὶ Ἱεροσολύμων συναντᾶν ἐπέστειλεν, ἐξήλαυνε τῆς Καισαρείας. Ἦν δὲ τρία μὲν τὰ πρότερον αὐτοῦ τῷ πατρὶ συνδῃώσαντα τὴν Ἰουδαίαν τάγματα, καὶ τὸ πάλαι σὺν Κεστίῳ πταῖσαν δωδέκατον, ὅπερ καὶ ἄλλως ἐπίσημον δι' ἀνδρείαν ὑπάρχον, τότε κατὰ μνήμην ὧν ἔπαθεν εἰς ἄμυναν ᾔει προθυμότερον. Τούτων μὲν οὖν τὸ πέμπτον δι' Ἀμμαοῦντος ἐκέλευσεν αὐτῷ συναντᾶν, καὶ διὰ Ἱεριχοῦντος τὸ δέκατον ἀναβαίνειν· αὐτὸς δὲ ἀνέζευξε μετὰ τῶν λοιπῶν, πρὸς οἷς αἵ τε τῶν βασιλέων συμμαχίαι πᾶσαι πλείους, καὶ συχνοὶ τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας ἐπίκουροι συνῆλθον. Ἀνεπληρώθη δὲ καὶ τῶν τεσσάρων ταγμάτων ὅσον Οὐεσπασιανὸς ἐπιλέξας Μουκιανῷ συνέπεμψεν εἰς Ἰταλίαν ἐκ τῶν ἐπελθόντων με-

Gravis autem consternatio et metus occupabat indigenas; et neque consilii capiendi tempus erat, ut voluntatem mutarent, neque pacis ineundæ aut fugæ capessendæ spes earum cupidis. Etenim custodiebantur omnia, et latronum principes, cetera dissidentes, quasi communes hostes eos interficiebant, quicunque Romanis favebant, aut in suspicione erant transfugiendi ad eos, solumque in occidendis salute dignis consentiebant. Et pugnantium quidem nocte dieque clamor perpetuus erat: graviores vero lugentium ploratus. Et assiduas quidem lamentationis causas præbebant calamitates, præ mentis autem consternatione repressi erant ejulatus. Præ metu autem cohibito dolore, gemitibus compressis cruciabantur: et neque jam vivis ab affinitate junctis ulla adhibita reverentia, neque mortuis cura sepulturæ. Quorum amborum causa erat, quod de se quisque desperarit. De sua enim in omni re cupiditate remiserant qui cum seditiosis non erant, quasi continuo modis omnibus morituri. At vero seditiosi congesta in cumulum cadavera conculcantes dimicabant, et a mortuis sub pedibus ad desperationem redacti immanius sæviebant: semperque aliquid in se perniciosum excogitantes, et quodcunque ipsis visum esset sine miseratione facientes, nihil quidquam injuriæ aut crudelitati reliquum fecerunt. (V.) Imo quidem Joannes, contra quam debuit, sacram materiam ad instrumenta bellica conficienda adhibuit. Nam quum olim populo itemque pontificibus placuisset templum suffulcire, idque viginti cubitis altius ædificare, rex Agrippa idoneam materiam ex monte Libano maximis sumptibus et labore deducendam curat, ligna et proceritate et magnitudine spectatu digna. Interventu autem belli opere interrupto, Joannes, quum securim illis admovisset, turres ædificabat, comperto justæ esse longitudinis adversus eos qui desuper e templo pugnarent; adductasque constituit post septum et ad occidentem e regione exedrarum; quo etiam solo loco id licebat, quod ceteræ partes gradibus e longinquo fuerint occupatæ.

(VI.) 6. Et ille quidem machinis ex impietate fabricatis hostes se debellaturum speravit: at Deus ipsi vanum laborem illum reddidit, priusquam in turribus quisquam pedem poneret, Romanos adducens. Etenim Titus postquam partem copiarum ad se collegerat, aliis vero scripserat ut ipsum ad Hierosolyma convenirent, Cæsarea proficiscebatur. Erant autem tres legiones quæ prius sub patre illius Judæam vastaverant, et duodecima, quæ olim sub Cestio cladem acceperat; quæ et alias insigni erat fortitudine, et tunc memoria eorum quæ pertulerat alacrius ad vindictam properabat. Et Romanorum quidem legionem quintam sibi per Ammauntem jussit occurrere, decimam per Hierichuntem ascendere: ipse vero cum reliquis movit, quos regum quoque auxiliarii auctiores omnes, multique e Syria in subsidium venientes comitabantur. Quin et totidem viris suppletæ erant quattuor legiones, quot Vespasianus delectos cum Muciano miserat in Ita-

τὰ Τίτου· δισχίλιοι μὲν γὰρ αὐτῷ τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας στρατευμάτων ἐπίλεκτοι, τρισχίλιοι δὲ συνείποντο τῶν ἀπ' Εὐφράτου φυλάκων, φίλων δὲ δοκιμώτατος εὔνοιάν τε καὶ σύνεσιν Τιβέριος Ἀλέξανδρος, πρότερον μὲν αὐτὸς τὴν Αἴγυπτον διέπων, τότε δὲ τῶν στρατευμάτων ἄρχων κριθεὶς ἄξιος, ἐξ ὧν ἐδεξιώσατο πρῶτος ἐγειρομένην ἄρτι τὴν ἡγεμονίαν, καὶ μετὰ πίστεως λαμπρᾶς ἐξ ἀδήλου τῇ τύχῃ προσέθετο· σύμβουλός γε μὴν ταῖς τοῦ πολέμου χρείαις, ἡλικίᾳ τε προὔχων καὶ κατ' ἐμπειρίαν, εἵπετο.

ΚΕΦ. Β'.

Προσιόντι δὲ εἰς τὴν πολεμίαν Τίτῳ προῆγον μὲν οἱ βασιλικοὶ καὶ πᾶν τὸ συμμαχικὸν, ἐφ' οἷς ὁδοποιοὶ καὶ μετρηταὶ στρατοπέδων, ἔπειτα τὰ τῶν ἡγεμόνων σκευοφόρα, καὶ μετὰ τοὺς τούτων ὁπλίτας αὐτὸς, τούς τε ἄλλους ἐπιλέκτους καὶ τοὺς λογχοφόρους ἔχων· κατόπιν δὲ αὐτῷ τὸ τοῦ τάγματος ἱππικόν· οὗτοι δὲ πρὸ τῶν μηχανημάτων, καὶ ἐπ' ἐκείνοις μετ' ἐπιλέκτων χιλίαρχοι καὶ σπειρῶν ἔπαρχοι· μετὰ δὲ τούτους περὶ τὸν ἀετὸν αἱ σημαῖαι, καὶ ἔμπροσθεν οἱ σαλπιγκταὶ τῶν σημαιῶν· ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ φάλαγξ, τὸ στῖφος εἰς ἓξ πλατύνασα· τὸ δὲ οἰκετικὸν ἑκάστου τάγματος ὀπίσω, καὶ πρὸ τούτων τὰ σκευοφόρα· τελευταῖοι δὲ πάντων οἱ μίσθιοι, καὶ τούτων φύλακες οἱ οὐραγοί. Προάγων δὲ τὴν δύναμιν ἐν κόσμῳ, καθὰ Ῥωμαίοις σύνηθες, ἐμβάλλει διὰ τῆς Σαμαρείτιδος εἰς Γοφνὰ, κατειλημμένην τε πρότερον ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τότε φρουρουμένην. Ἔνθα μίαν ἑσπέραν αὐλισάμενος, ὑπὸ τὴν ἕω πρόεισι· καὶ διανύσας ἡμέρας σταθμὸν στρατοπεδεύεται κατὰ τὸν ὑπὸ Ἰουδαίων πατρίως Ἀκανθῶν αὐλῶνα καλούμενον, πρός τινι κώμῃ Γαβαθσαούλῃ λεγομένῃ (σημαίνει δὲ τοῦτο λόφον Σαούλου), διέχων ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ὅσον ἀπὸ τριάκοντα σταδίων. Ἀναλαβὼν τε ἐντεῦθεν ὅσον εἰς ἑξακοσίους τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ᾔει τήν τε πόλιν περισκεψόμενος ὅπως ὀχυρότητος ἔχοι καὶ τὰ φρονήματα τῶν Ἰουδαίων, εἰ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ὑποδείσαντες ἐνδοῖεν· πέπυστο γὰρ, ὅπερ ἦν ἀληθὲς, τοῖς στασιώδεσι καὶ λῃστρικοῖς τὸν δῆμον ὑποπεπτωκότα ποθεῖν μὲν εἰρήνην, ἀσθενέστερον δὲ ὄντα τῆς ἐπαναστάσεως ἠρεμεῖν.

(Ζ'.) β'. Ἕως μὲν οὖν ὄρθιον ἱππάζετο τὴν λεωφόρον κατατείνουσαν πρὸς τὸ τεῖχος, οὐδεὶς προὐφαίνετο τῶν πυλῶν· ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν Ψήφινον πύργον ἀποκλίνας πλάγιον ἦγε τὸ τῶν ἱππέων στῖφος, προπηδήσαντες ἐξαίφνης ἄπειροι κατὰ τοὺς Γυναικείους καλουμένους πύργους διὰ τῆς ἀντικρὺ τῶν Ἑλένης μνημείων πύλης, διεκπαίουσι τῆς ἵππου, καὶ τοὺς μὲν ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν θέοντας ἀντιμέτωποι στάντες ἐκώλυσαν συνάψαι τοῖς ἐκκλίνασι, τὸν δὲ Τίτον ἀποτέμνονται σὺν ὀλίγοις. Τῷ δὲ πρόσω μὲν ἦν χωρεῖν ἀδύνατον (ἐτετάφρευτο γὰρ ἀπὸ τοῦ τείχους περὶ τὰς κηπείας ἅπαντα, τοίχοις τε ἐπικαρσίοις καὶ πολλοῖς ἕρκεσι διειλημμένα), τὴν δὲ πρὸς τοὺς σφετέρους ἀναδρομὴν

liam ex his qui cum Tito accesserant : duo namque millia aderant ex Alexandrino exercitu lecta, tria millia vero ex Euphratis custodibus eum sequebantur; et amicorum spectatissimus benevolentia pariter ac prudentia Tiberius Alexander, qui antea quidem Ægyptum administraverat, tunc autem dignus qui exercitum regeret propterea judicabatur, quod primus novum benigne exceperat Imperatorem, et cum clara fide fortunæ ejus, quum adhuc incerta esset, se adjunxerat : idemque etiam consultor in usus bellicos, ætate ac experientia superior ei aderat.

CAP. II. (VI.)

(ΙΘ'.) δ'. Τῶν δ' ἔργων συντετελεσμένων, μολιβδίδι μὲν καὶ λίνῳ διαμετροῦσιν οἱ τέκτονες τὸ διάστημα πρὸς τὸ τεῖχος, ἀπὸ τῶν χωμάτων ῥίψαντες· οὐ γὰρ ἐνῆν ἄλλως ἄνωθεν βαλλομένοις. Εὑρόντες δ' ἐξικνεῖσθαι δυναμένας τὰς ἑλεπόλεις προσῆγον, καὶ Τίτος, ἐγγυτέρω τὰ ἀφετήρια διαστήσας, ὡς μὴ τοὺς κριοὺς εἴργοιεν ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐκέλευσε τύπτειν. Τριχόθεν δ' ἐξαισίου κτύπου περιηχήσαντος αἰφνιδίως τὴν πόλιν, κραυγή τε παρὰ τῶν ἔνδον ἤρθη καὶ τοῖς στασιασταῖς ἴσον ἐμπίπτει δέος. Κοινὸν δ' ἑκάτεροι τὸν κίνδυνον ἰδόντες κοινὴν ἐπενόουν ἤδη ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἄμυναν. Διαβοώντων δὲ πρὸς ἀλλήλους τῶν διαφόρων ὡς πάντα πράττοιεν ὑπὲρ τῶν πολεμίων, δέον, εἰ καὶ μὴ διηνεκῆ δίδωσιν αὐτοῖς ὁμόνοιαν ὁ Θεὸς, ἐν γοῦν τῷ παρόντι τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν ὑπερθεμένους κατὰ Ῥωμαίων συνελθεῖν, κηρύσσει μὲν ἄδειαν ὁ Σίμων τοῖς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ παρελθεῖν ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἐπιτρέπει δὲ καίπερ ἀπιστῶν ὁ Ἰωάννης. Οἱ δὲ τοῦ μίσους καὶ τῶν ἰδίων διαφορῶν λαβόντες ἀμνηστίαν ἓν σῶμα γίνονται, καὶ τὸ μὲν τεῖχος περισχόντες ἀπ' αὐτοῦ πυρά τε παμπληθῆ κατὰ τῶν μηχανημάτων ἐνίεσαν καὶ τοὺς ἐπιβρίθοντας τὰς ἑλεπόλεις ἀδιαλείπτως ἔβαλλον. Οἱ τολμηρότεροι δὲ κατὰ στίφη προπηδῶντες τὰ γέρρα τῶν μηχανημάτων ἐσπάραττον, καὶ τοῖς ἐπ' αὐτῶν προσπίπτοντες ἐπιστήμῃ μὲν ἐπ' ὀλίγα, τόλμῃ δὲ τὰ πλείω περιεγένοντο. Προσεβοήθει δὲ τοῖς πονοῦσιν αὐτὸς ἀεὶ Καῖσαρ, καὶ παρ' ἑκάτερον τῶν ὀργάνων τούς τε ἱππέας καὶ τοὺς τοξότας διαστήσας εἶργε μὲν τοὺς τὸ πῦρ ἐπιφέροντας, ἀνέστελλε δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν πύργων βάλλοντας, ἐνεργοὺς δὲ ἐποίει τὰς ἑλεπόλεις. Οὐ μὴν ταῖς πληγαῖς ὑπήκουε τὸ τεῖχος, εἰ μὴ καθ' ὅσον ὁ τοῦ πεντεκαιδεκάτου τάγματος κριὸς γωνίαν διεκίνησε πύργου· τὸ δὲ τεῖχος ἀκέραιον ἦν· οὐδὲ γὰρ εὐθέως συνεκινδύνευε τῷ πύργῳ προὔχοντι πολὺ καὶ μὴ δυναμένῳ συναπορρῆξαί τι ῥᾳδίως τοῦ περιβόλου.

ε'. Παυσάμενοι δὲ τῶν ἐκδρομῶν πρὸς ὀλίγον καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐπιτηρήσαντες ἐσκεδασμένους ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ κατὰ τὰ στρατόπεδα (καμάτῳ γὰρ ἀναχωρῆσαι καὶ δέει τοὺς Ἰουδαίους ἠξίουν), ἐκθέουσι κατὰ τὸν Ἱππικὸν πύργον διὰ πύλης ἀφανοῦς πάντες, πῦρ τε τοῖς

Judæi primum cavebant a lapidibus, nam candidi erant, adeo ut non tantum stridore prænoscerentur, sed et ex splendore præviderentur. Itaque speculatores turribus insidentes prænunciabant, quando impelleretur machina, saxumque ferretur, patria lingua clamantes, Missile venit. In partes itaque discedebant in quos veniret, humique procumbebant. Quo factum est illis ut, sibimet caventibus, lapides irriti caderent. Proinde Romanis in mentem veniebat illos denigrare. Tunc enim, quum non amplius, ut ante, prævidérentur, ita cadebant ut vellent, simulque multos uno jactu occidebant Romani. Neque vero Judæi, multa licet gravia perpessi, illis permittebant aggeres secure erigere : sed commenta omnia cum audacia conjuncta adhibentes, die noctuque eos arcebant.

(XIX.) 4. Perfectis autem operibus plumbo quidem et lino ab aggeribus jacto fabri dimetiuntur spatium quod inter aggeres et muros intercedebat : nec enim alioqui id fieri poterat, quoniam desuper telis petebantur. Compertoque helepoles eousque posse pertingere, eas adducebant : atque Titus, quum propius machinas disposuisset, ne arietes a muro arcerentur, ferire jussit. Tribus vero e locis ingenti fragore subito circumsonante civitatem, clamor ab iis qui intus erant sublatus est, similiterque seditiosos pavor invasit. Quumque periculum utrisque commune vidissent, in animum tum inducebant etiam junctis viribus illud depellere. Clamantibus autem ad se invicem ex utraque factione, quod faciant omnia pro hostibus, quum oporteret, si non perpetuam illis concordiam daret Deus, in præsenti saltem inimicitias inter se deponere et contra Romanos conspirare : Simon quidem per præconem facit potestatem e templo ad murum secure egrediendi ; id vero Joannes, licet diffideret, permittit. Adeoque odiorum ac discordiarum suarum obliti in unum corpus coeunt, et in muros circumfusi faces inde quamplurimas contra machinas jaciebant, atque eos, qui helepoles degravabant, sine intermissione telis impetebant. Audaciores vero catervatim prosilientes crates machinarum dilacerabant, eosque qui illis præerant adorti parum quidem ex peritia, maxime vero fortiter audendo superiores erant. Titus autem ipse nunquam cessabat laborantibus opem ferre, quumque ab utroque machinarum latere equites et sagittarios disposuisset, ignem quidem ferentes arcebat, a turribus vero jaculantes reprimebat, copiamque faciebat helepoli vires suas exercendi. Haud tamen murus ictibus cedebat, nisi quod decimæ quintæ legionis aries turris angulum dimovit, muro stante incolumi : non enim statim discrimen adiit cum turri, quæ multo altius eminebat ; nec facile poterat quidquam muri secum abrumpere.

5. Quum autem ab excursibus paululum quievissent, observassentque Romanos per opera et castra esse dispersos (existimabant enim Judæos lassitudine aut formidine discessisse), excursionem faciunt omnes juxta turrim Hippicam per portam obscuram, et ignem operibus admovebant,

ἔργοις ἐπιφέροντες καὶ μέχρι τῶν ἐρυμάτων ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους προσελθεῖν ὡρμημένοι. Πρὸς δὲ τὴν κραυγὴν αὐτῶν οἵ τε πλησίον συνίσταντο ταχέως καὶ οἱ πόρρωθεν συνέθεον. Ἔφθανε δ' ἡ Ἰουδαίων τόλμα τὴν Ῥωμαίων εὐταξίαν, καὶ τοὺς προεντυγχάνοντας τρεψάμενοι προσέκειντο τοῖς συλλεγομένοις. Δεινὴ δὲ περὶ τὰς μηχανὰς συμπίπτει μάχη, τῶν μὲν ὑποπιμπράναι, τῶν δὲ κωλύειν βιαζομένων. Κραυγή τε παρ' ἀμφοτέρων ἀσήμαντος ἦν καὶ πολλοὶ τῶν προαγωνιζομένων ἔπιπτον. Ἰουδαῖοι δὲ ὑπερεῖχον ἀπονοίᾳ, καὶ τῶν ἔργων ἥπτετο τὸ πῦρ, καταφλεγῆναί τ' ἂν ἐκινδύνευσε πάντα μετὰ τῶν ὀργάνων, εἰ μὴ τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας ἐπιλέκτων ἀντέστησαν οἱ πολλοὶ, παρὰ τὴν σφετέραν ὑπόληψιν ἀνδρισάμενοι (καὶ γὰρ τῶν ἐνδοξοτέρων διήνεγκαν κατὰ ταύτην τὴν μάχην), μέχρι Καῖσαρ τοὺς τῶν ἱππέων δυνατωτάτους ἀναλαβὼν ἐμβάλλει τοῖς πολεμίοις. Καὶ δώδεκα μὲν αὐτὸς τῶν προμάχων ἀναιρεῖ, πρὸς δὲ τὸ τούτων πάθος ἐκκλίναντος τοῦ λοιποῦ πλήθους, ἑπόμενος συνελαύνει πάντας εἰς τὴν πόλιν, κἀκ τοῦ πυρὸς διασώζει τὰ ἔργα. Συνέβη δὲ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ ζωγρηθῆναί τινα τῶν Ἰουδαίων, ὃν ὁ Τίτος ἀνασταυρῶσαι πρὸ τοῦ τείχους ἐκέλευσεν, εἴ τι πρὸς τὴν ὄψιν ἐνδοῖεν οἱ λοιποὶ καταπλαγέντες. Μετὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν καὶ Ἰωάννης ὁ τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμὼν, πρὸ τοῦ τείχους γνωρίμῳ στρατιώτῃ διαλεγόμενος, ὑπό τινος τῶν Ἀράβων κατὰ τοῦ στέρνου τοξεύεται, καὶ παραχρῆμα θνήσκει, μέγιστον τοῖς τε Ἰουδαίοις πένθος καὶ λύπην τοῖς στασιασταῖς ἀπολιπών· καὶ γὰρ κατά τε χεῖρα καὶ συνέσει διάσημος ἦν.

ΚΕΦ. Ζ'.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ταραχὴ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐμπίπτει παράλογος. Τοῦ γὰρ Τίτου πύργους τρεῖς κατασκευάσαι κελεύσαντος πεντηκονταπήχεις, ἵν' ἑκάστου χώματος ἐπιστήσας ἀπὸ τούτων τοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους τρέποιτο, συνέβη πεσεῖν αὐτομάτως ἕνα μέσης νυκτός. Μεγίστου δ' ἀρθέντος ψόφου, δέος ἐμπίπτει τῷ στρατῷ, καὶ τοὺς πολεμίους ἐπιχειρεῖν σφίσι δόξαντες ἐπὶ τὰ ὅπλα πάντες ἔθεον. Ταραχὴ δὲ τῶν ταγμάτων καὶ θόρυβος ἦν, καὶ τὸ συμβὰν οὐδενὸς εἰπεῖν ἔχοντος, ἐπὶ πλεῖστον ἀπορούμενοι διεφέροντο, μηδενός τε φαινομένου πολεμίου δι' ἀλλήλων ἐπτοοῦντο, καὶ τὸ σύνθημα μετὰ σπουδῆς ἕκαστος τὸν πλησίον ἐπηρώτα, καθάπερ Ἰουδαίων ἐμβεβηκότων εἰς τὰ στρατόπεδα. Πανικῷ τε δείματι κυκλουμένοις παρεῴκεσαν, ἄχρι μαθὼν τὸ συμβὰν Τίτος διαγγέλλειν ἐκέλευσε πᾶσι καὶ μόλις ἐπαύσαντο τῆς ταραχῆς.

β'. Ἰουδαίους γε μὴν πρὸς τὰ λοιπὰ καρτερῶς ἀντέχοντας ἐκάκωσαν οἱ πύργοι· καὶ γὰρ τῶν ὀργάνων τοῖς κουφοτέροις ἀπ' αὐτῶν ἐβάλλοντο καὶ τοῖς ἀκοντισταῖς καὶ τοξόταις καὶ λιθοβόλοις. Οὔτε δὲ τούτων αὐτοὶ διὰ τὸ ὕψος ἐφικνοῦντο, καὶ τοὺς πύργους ἦν ἀμήχανον ἑλεῖν, μήτε ἀνατραπῆναι ῥᾳδίως διὰ τὸ βρῖθος μήτ'

et usque ad castrorum munimenta in Romanos facto impetu ferebantur. Quumque ab illis sublatus esset clamor, et qui prope erant statim conveniebant, et qui procul aberant concurrebant. Romanorum autem disciplinam præveniebat Judæorum audacia, illisque in quos primos inciderant in fugam versis, instabant illis qui se collegerunt. Gravis tum circa machinas pugna commissa est, illis quidem incendere, his vero incendium prohibere vi nitentibus. Incertusque clamor utrinque tollebatur, et multi, qui in fronte steterant, ceciderunt. At vero Judæi salutis desperatione incitati superabant, et opera corripuit ignis, parumque aberat quin omnia cum machinis incensa fuissent, nisi lecti de Alexandrinis viri restitissent plerique, rebus præter opinionem suam strenue gestis (nam in hac dimicatione ceteris præstabant ipsis præclarioribus), donec Cæsar, equitum valentissimis secum assumptis, in hostes irruit. Et ipse quidem sternit duodecim propugnatores: metu autem cladis illorum cetera multitudine in fugam versa, insequens omnes in urbem compulit, atque opera incendio liberavit. In hoc autem prælio contingebat ut Judæorum quidam vivus caperetur, quem Titus pro muris cruci affigi jussit, eo consilio ut reliqui hoc spectaculo exterriti paullum se inclinarent. Post discessum vero etiam Joannes dux Idumæorum, cognito sibi Romano militi ante muros sermonem conserens, ab Arabe quodam pectus sagitta percutitur et continuo moritur, magnumque et Judæis luctum et seditiosis mœrorem reliquit; nam et manu promptus erat, et consilio insignis.

CAP. VII. (XX.)

Nocte vero quæ sequuta est inopinata inter Romanos coorta est trepidatio. Nam quum tres turres quinquagenorum cubitorum Titus construi præcepisset, ut, his per aggeres singulos positis, inde hostes in muro stantes in fugam verteret, accidit ut nocte media una sponte sua rueret. Maximo autem edito sonitu metus occupat exercitum: atque hostes in eo esse ut ipsos adorirentur suspicati, ad arma decurrunt omnes. Inde trepidatio in legionibus ac tumultus erat; et quum nemo quid accidisset dicendo esset, diu consilii inopes alius aliud opinabantur; quumque hostes in illorum conspectum minime venirent, suimetipsorum in metu esse cœperunt, signumque diligenter singuli a proximis requirebant, ac si Judæi in castra invasissent. Imo visi sunt Panico terrore circumdari, donec Titus, cognito quod acciderat, rem omnibus indicari jussit: eoque facto vix trepidare desierunt.

2. Atqui Judæos cetera fortiter sustinentes male habuerunt turres: nam et machinis levioribus inde feriebantur, insuper et a jaculatoribus ac sagittariis et funditoribus. Verum ipsi ad eos propter celsitudinem pertingere non potuerunt: neque turres erant captu, neque faciles eversu propter gravitatem, neque incensu propter fer-

ἐμπρησθῆναι διὰ τὸν σίδηρον δυναμένους, ᾧ κατεκαλύπτοντο. Τρεπόμενοι δ' ἐξωτέρω βέλους οὐκέτ' ἐκώλυον τῶν κριῶν τὰς ἐμβολὰς, οἳ ἀδιαλείπτως παίοντες ἤνυον κατ' ὀλίγον. Ἤδη δὲ τῷ Νίκωνι τοῦ τείχους ἐνδιδόντος (αὐτοὶ γὰρ τοῦτο Ἰουδαῖοι τὴν μεγίστην ἐκάλεσαν Ῥωμαίων ἑλέπολιν, ἀπὸ τοῦ πάντα νικᾷν), ἀπέκαμνον μὲν πάλαι πρός τε τὰς μάχας καὶ τὰς φυλακὰς πόρρωθεν τῆς πόλεως διανυκτερεύοντες, ἄλλως δ' ὑπὸ ῥᾳστώνης καὶ τοῦ βουλεύεσθαι πάντα κακῶς περιττὸν αὐτοῖς δόξαν φυλάττειν τὸ τεῖχος, ἑτέρων μετ' αὐτὸ λειπομένων δύο, μαλακισθέντες ἀνεχώρουν οἱ πολλοί. Καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιβάντων καθ' ἃ παρέρρηξεν ὁ Νίκων, καταλιπόντες τὰς φυλακὰς πάντες εἰς τὸ δεύτερον τεῖχος ἀναφεύγουσιν. Οἱ δὲ ὑπερβάντες, τὰς πύλας ἀνοίξαντες, πᾶσαν εἰσδέχονται τὴν στρατιάν. Καὶ Ῥωμαῖοι μὲν οὕτω τοῦ πρώτου τείχους πεντεκαιδεκάτῃ κρατήσαντες ἡμέρᾳ, (ἑβδόμη δ' ἦν Ἀρτεμισίου μηνός), αὐτοῦ τε πολὺ κατασκάπτουσι καὶ τὰ προσάρκτια τῆς πόλεως, ἃ καὶ πρότερον Κέστιος.

(ΚΑ'.) γ'. Μεταστρατοπεδεύεται δὲ Τίτος ἔσω κατὰ τὴν Ἀσσυρίων παρεμβολὴν καλουμένην, ἐπισχὼν πᾶν τὸ μεταξὺ μέχρι τοῦ Κεδρῶνος, ἀπὸ δὲ τοῦ δευτέρου τείχους ὅσον ἐξωτέρω βέλους εἶναι προσβολὰς εὐθέως ἐποιεῖτο. Μερισθέντες δ' οἱ Ἰουδαῖοι καρτερῶς ἀπημύναντο τοῦ τείχους, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰωάννην ἀπό τε τῆς Ἀντωνίας καὶ τῆς προσαρκτίου στοᾶς τοῦ ἱεροῦ καὶ πρὸ τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως μνημείων μαχόμενοι, τὸ δὲ τοῦ Σίμωνος τάγμα τὴν παρὰ τὸ Ἰωάννου μνημεῖον ἐμβολὴν διαλαβόντες ἐφράξαντο μέχρι πύλης καθ' ἣν τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν Ἱππικὸν πύργον εἰσῆκτο. Προπηδῶντες δὲ πολλάκις ἐκ τῶν πυλῶν συστάδην ἐπολέμουν, καὶ συνδιωχθέντες ἐπὶ τοῦ τείχους κατὰ μὲν τὰς συμπλοκὰς ἡττῶντο, τῆς Ῥωμαίων ἐπιστήμης ὄντες ἄπειροι, περιῆσαν δὲ ταῖς τειχομαχίαις. Καὶ τοὺς μὲν ἰσχὺς μετ' ἐμπειρίας παρεκρότει, Ἰουδαίους δὲ τόλμα δέει τρεφομένη καὶ τὸ φύσει καρτερικὸν ἐν συμφοραῖς. Προσῆν δ' ἐλπὶς ἔτι σωτηρίας, ᾗ καὶ Ῥωμαίοις τοῦ ταχέως κρατήσειν· οὐδετέρων δὲ ἥπτετο κόπος, ἀλλὰ προσβολαὶ καὶ τειχομαχίαι, καὶ κατὰ λόχους ἐκδρομαὶ συνεχεῖς δι' ὅλης ἡμέρας ἦσαν, οὐδὲ ἔστιν ἥτις ἰδέα μάχης ἀπελείπετο. Νὺξ δ' ἀνέπαυε μόλις ἕωθεν ἀρχομένους· ἦν δὲ ἄυπνος ἀμφοτέροις ἡ νὺξ, καὶ χαλεπωτέρα τῆς ἡμέρας, δέει τῶν μὲν ὅσον οὔπω καταληφθήσεσθαι τὸ τεῖχος, τῶν δὲ ἐπιθήσεσθαι Ἰουδαίους τοῖς στρατοπέδοις. Ἔν τε τοῖς ὅπλοις ἑκάτεροι διανυκτερεύοντες ὑπὸ τὰς πρώτας αὐγὰς ἕτοιμοι πρὸς μάχην ἦσαν. Καὶ παρὰ μὲν Ἰουδαίοις ἔρις ἦν ὅστις προκινδυνεύσας χαρίσαιτο τοῖς ἡγεμόσι, μάλιστα δὲ τοῦ Σίμωνος αἰδὼς ἦν καὶ δέος, οὕτω τε προσεῖχεν ἕκαστος αὐτῷ τῶν ὑποτεταγμένων, ὡς καὶ πρὸς αὐτοχειρίαν ἑτοιμότατος εἶναι κελεύσαντος. Ῥωμαίοις δὲ ἐπ' ἀνδρείαν ἦν προτροπὴ τοῦ τε κρατεῖν ἔθος καὶ ἥττης ἀήθεια, συνεχεῖς τε στρατεῖαι καὶ διηνεκεῖς μελέται, καὶ μέγεθος ἡγεμονίας· πρὸ δὲ πάντων Τίτος, ἀεὶ πᾶσι πανταχοῦ

rum quo tegebantur. Ultra autem teli jactum fugientes non amplius imminutum ibant arietum impetum, qui sine intermissione ferientes paulatim aliquid proficiebant. Muro autem Niconi tandem cedente (ita enim ipsi Judæi maximam Romanorum helepolin vocarunt, quod omnia vinceret), antea quidem defessi erant pugnando et vigilando, longe ab urbe pernoctantes, ceteroqui negligentia, vel quod male omnino consulerent, sibi superfluum esse credentes murum custodire, quum alia duo post illud munimenta ipsis superessent, plerique languidi facti recesserunt. Quumque Romani, qua Nicon murum perruperat, ascendissent, Judæi omnes desertis custodiis ad murum secundum se recipiunt. Qui vero muros transgressi erant, quum portas aperuissent, exercitum omnem intromiserunt. Et Romani quidem muro primo ita potiti sunt die decima quinta quæ septima erat mensis Artemisii, et partem ejus magnam diruunt et septemtrionalia civitatis, quæ etiam prius Cestius.

(XIX.) 3. Titus autem ad interiora muri castra transfert, in locum qui Assyriorum castra vocatus erat, occupato omni inde usque ad Cedronem spatio; quantumque erat extra teli jactum a muro secundo, oppugnationem statim aggrediebatur. Judæi autem in duas partes divisi bellum mœnibus fortiter propulsarunt, Joannes quidem cum suis ex Antonia et templi porticu septemtrionali et ab Alexandri monumento pugnantes; Simonis vero manus, aditu juxta monumenta Joannis occupato, omnia præsidio munierunt usque ad portam, qua in Hippicam turrim aqua inducta erat. Sæpe autem prosilientes e portis cominus dimicabant, compulsique intra muros in conflictibus quidem superabantur, scientiæ Romanorum militaris imperiti; quum autem e muris pugnarent, eos vincebant. Atque hos quidem incitabant vires cum peritia conjunctæ; Judæos vero audacia ex metu aucta, et naturalis in calamitatibus ferendis patientia. Ad hæc autem istis suberat spes salutis, et Romanis citæ victoriæ : neutrique fatiscebant; sed continuæ fiebant impressiones murorumque oppugnationes, et excursus crebri per cuneos totis diebus : nec pugnæ species ulla erat quam non tentabant. Vixque a solis ortu pugnantibus concessum erat nocte quiescere : sed utrisque insomnis erat nox, dieque gravior; his quidem jamjam expugnatum iri murum metuentibus, illis vero ne Judæi castra invaderent. Atque in armis utrique pernoctantes, a primo diluculo pugnæ parati erant. Et Judæi quidem certabant, quis primus periculum adiret iniretque gratiam a ducibus : maxime vero Simonis reverentia ac metus eos commovebat; adeoque singuli ejus sub imperio cum colebant, ut ad semet quoque interficiendos parati fuissent si hoc ille jussisset. Romanos autem ad se strenue gerendos hortabatur et vincendi consuetudo, quodque vinci nescii essent, crebræque militiæ et exercitationes perpetuæ, imperiique magnitudo : ante omnia vero Titus, qui semper

παρατυγχάνων. Τότε γὰρ μαλακισθῆναι, παρόντος καὶ συναγωνιζομένου Καίσαρος, δεινὸν ἐδόκει, καὶ τῷ καλῶς ἀγωνισαμένῳ μάρτυς αὐτὸς ὁ καὶ τιμήσων παρῆν· κέρδος δ' ἦν ἤδη καὶ τὸ γνωσθῆναι Καίσαρι γενναῖον ὄντα. Διὰ τοῦτο πολλοὶ τῆς κατὰ σφᾶς ἰσχύος ἀμείνους τῇ προθυμίᾳ διεφάνησαν. (ΚΒ'.) Παραταξαμένων γοῦν κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας τῶν Ἰουδαίων πρὸ τοῦ τείχους καρτερῷ στίφει, καὶ διακοντιζομένων ἔτι πόρρωθεν τῶν ταγμάτων ἑκατέρων, Λογγῖνός τις τῶν ἱππέων ἐξαλλόμενος τῆς Ῥωμαϊκῆς τάξεως ἐμπηδᾷ τῇ μέσῃ τῶν Ἰουδαίων φάλαγγι· καὶ διασκεδασθέντων πρὸς τὴν ἐμβολὴν δύο τοὺς γενναιοτάτους ἀναιρεῖ, τὸν μὲν κατὰ στόμα πλήξας ὑπαντιάσαντα, τὸν δ' ἀνασπάσας ἐκ τοῦ προτέρου τὸ δόρυ κατὰ πλευρὰν διαπείρει τραπόμενον, ἐκ μέσων τε τῶν πολεμίων πρῶτος εἰς τοὺς σφετέρους ἔδραμεν. Ὁ μὲν οὖν δι' ἀρετὴν ἐπίσημος ἦν, ζηλωταὶ δὲ τῆς ἀνδρείας ἐγίνοντο πολλοί. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἀμελοῦντες τοῦ παθεῖν τὸ διαθεῖναι μόνον ἐσκόπουν, ὅ τε θάνατος αὐτοῖς ἐδόκει κουφότατος, εἰ μετὰ τοῦ κτεῖναί τινα τῶν πολεμίων προσπέσοι. Καῖσαρ δὲ τῆς τῶν στρατιωτῶν ἀσφαλείας οὐχ ἧττον τοῦ κρατεῖν προὐνόει, καὶ τὴν μὲν ἀπερίσκεπτον ὁρμὴν ἀπόνοιαν λέγων, μόνην δ' ἀρετὴν τὴν μετὰ προνοίας, καὶ τοῦ μηδὲν τὸν δρῶντα παθεῖν ἐν ἀκινδύνῳ τῷ κατὰ σφᾶς ἐκέλευεν ἀνδρίζεσθαι.

(ΚΓ'.) δ'. Προσάγει δ' αὐτὸς τοῦ βορείου τείχους τῷ μέσῳ πύργῳ τὴν ἑλέπολιν, ἐν ᾧ τῶν Ἰουδαίων τις ἀνὴρ γόης ὄνομα Κάστωρ ἐλόχα μεθ' ὁμοίων δέκα, τῶν λοιπῶν φυγόντων διὰ τοὺς τοξότας. Οὗτοι μέχρι μέν τινος ὑποπτηχότες τοῖς θωρακείοις ἠρέμουν, σαλευομένου δὲ τοῦ πύργου διανίστανται, καὶ προτείνας ὁ Κάστωρ τὰς χεῖρας ὡς ἱκετεύων δῆθεν ἐκάλει τὸν Καίσαρα, καὶ τῇ φωνῇ κατοικτιζόμενος ἐλεῆσαι σφᾶς παρεκάλει. Πιστεύσας δ' ἐξ ἁπλότητος ὁ Τίτος, καὶ μετανοεῖν ἤδη τοὺς Ἰουδαίους ἐλπίσας, ἐπέχει μὲν τοῦ κριοῦ τὴν ἐμβολήν, κωλύει τε τοξεύειν τοὺς ἱκέτας· λέγειν δ' ἐκέλευσεν ὅ τι βούλεται τῷ Κάστορι. Τοῦ δὲ εἰπόντος ἐπὶ δεξιᾷ καταβῆναι θέλειν, ὁ Τίτος συνήδεσθαι μὲν αὐτῷ τῆς εὐβουλίας ἔφη, συνήδεσθαι δ' εἰ πάντες ἤδη τὰ αὐτὰ φρονοῦσι, καὶ τῇ πόλει διδόναι γε πίστιν ἑτοίμως. Τῶν δέκα δὲ οἱ πέντε μὲν αὐτῷ συνυπεκρίνοντο τὴν ἱκετηρίαν, οἱ λοιποὶ δ' οὐκ ἄν ποτε δουλεύσειν Ῥωμαίοις ἐβόων, παρὸν ἐλευθέρους ἀποθανεῖν. Καὶ μέχρι πολλοῦ διαφερομένων ἐτρίβετο μὲν ἡ προσβολή, πέμπων δ' ὁ Κάστωρ πρὸς τὸν Σίμωνα σχολῇ βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐπειγόντων ἔλεγεν, ὡς οὐκ ἐπ' ὀλίγον αὐτὸς διαπαίζοι τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. Ἅμα δὲ ταῦτα πέμπων καταφανὴς ἦν καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας ἐπὶ τὴν δεξιὰν παρακαλῶν. Οἱ δ' ὥσπερ ἀγανακτοῦντες ὑπὲρ τὰ θωρακεῖα διῆράν τε τὰ ξίφη γυμνὰ καὶ τοὺς θώρακας αὐτῶν πλήξαντες ὡς ἀπεσφαγμένοι κατέπεσον. Θάμβος δὲ τὸν Τίτον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἰσῄει τοῦ τῶν ἀνδρῶν παραστήματος, καὶ μὴ δυνάμενοι κάτωθεν ἀκριβῶς τὸ γεγενημένον ἰδεῖν, ἐθαύμαζόν τε τῆς εὐτολμίας αὐτοὺς καὶ τοῦ πάθους

omnibus ubique præsens aderat. Tunc enim turpe videbatur languescere, quum Cæsar pugnæ interesset simulque pugnaret, idemque pulchre decertanti testis fieret qui et remunerator; lucroque jam vertebatur pro viro forti cognosci a Cæsare. Quo factum est ut multi alacriores se ostenderint quam robustiores. (XXII.) Itaque istis diebus, cum Judæi in acie starent valida pro mœnibus, et ab utroque exercitu eminus conjicerentur tela, Longinus quidam eques, ex acie Romana exsiliens, in mediam phalangem Judæorum irruit; illisque hac impressione disjectis, duos e fortissimis perimit, unum quidem ora percussum dum obviam ipsi veniret; alterum vero, dum fugeret, per latus trajectum eodem telo, quod priori extraxerat : et ex mediis hostibus superior ad suos se recipiebat. Atque ita ille ob virtutem insignis erat, æmulique ejus fortitudinis multi exstiterunt. Et Judæi quidem nil morantes quod paterentur, illud tantum curabant quibus malis alios afficerent; morsque illis levissima ducebatur, si quo alio interfecto caderent. Titus autem non minus saluti militum quam victoriæ prospiciebat; et temerarium quidem impetum desperationem vocans, unicam vero fortitudinem, quum quis prudenter et caute nihilque patiendo fortiter ageret, sine suo periculo viros se præstare jussit.

4. (XXIII.) Ipse autem mediæ muri septemtrionalis turri helepolin admoveri curabat, in qua Judæus quidam versutus ac subdolus, Castor nomine, cum decem sui similibus insidias struebat, fugatis ceteris per jacula sagittariorum. Hi quum pavidi sub propugnaculis aliquamdiu quievissent, turri concussa surgunt, manibusque protensis Castor veluti supplex Cæsarem implorabat; et voce miserabili ut sibi parceret obtestabatur. Cui quum Titus pro simplicitate sua fidem habuisset, sperassetque Judæos jam belli pœnitere, arietes quidem ab impulsione cessare jubet, ac sagittarios ferire supplices prohibet; Castori autem præcepit dicere quodcunque vellet. Quumque ille respondisset, ad fœdus se velle descendere, Titus se quidem de bono consilio gratulari dicebat, gratulari vero si omnes in eandem sententiam ire vellent, seque parato animo etiam civitati manus dare. Ex decem autem quinque se supplices esse simulabant : reliqui vero nunquam se Romanis servituros clamabant, dum mori liberis liceat. Quumque diu inter se disceptarent, cessabat oppugnatio. Castor autem nuncios ad Simonem mittens eum monebat, ut, dum otium esset, de rebus urgentibus consilium caperet : non enim paulisper se illudere velle imperatori Romano. Simul autem dum ista mitteret, præ se ferebat illud ipsum agere, ut contranitentes ad pacem hortaretur. Illi vero, velut ægre ferentes, super propugnaculi loricam nudos coruscarunt gladios, percussisque illorum thoracibus tanquam interfecti ceciderunt. At Titus et qui cum eo erant tantam virorum audaciam obstupuêre, quumque ex inferiori loco quod factum erat accurate videre non potuissent, illos et ob fortitudi-

ἠλέουν. Τοξεύει δέ τις ἐν τούτῳ παρὰ τὴν ῥῖνα τὸν Κάστορα, κἀκεῖνος εὐθέως ἀνασπάσας τὸ βέλος ἐπεδείκνυ τῷ Τίτῳ καὶ ὡς οὐ δίκαια πάσχων κατεμέμφετο. Πρὸς δὲ τὸν βαλόντα σχετλιάσας Καῖσαρ ἔπεμπε παρεστῶτα τὸν Ἰώσηπον δοῦναι τῷ Κάστορι δεξιάν. Ἀλλ' ὁ μὲν οὔτ' αὐτὸς ἔφη προσελεύσεσθαι (φρονεῖν γὰρ οὐδὲν ὑγιὲς τοὺς δεομένους) καὶ τοὺς ὡρμημένους τῶν φίλων κατέσχεν. Αἰνείας δέ τις τῶν αὐτομόλων αὐτὸς ἔφη προσελεύσεσθαι. Καὶ τοῦ Κάστορος καλοῦντος, ὅπως δέξαιτό τις καὶ τὸ ἀργύριον ὃ φέρει μεθ' αὐτοῦ, σπουδαιότερον ὁ Αἰνείας διαπετάσας τὸν κόλπον προσέδραμεν. Ἀράμενος δ' ὁ Κάστωρ πέτραν ἐπαφίησιν αὐτῷ, καὶ τούτου μὲν διήμαρτε φυλαξαμένου, τιτρώσκει δὲ στρατιώτην ἕτερον προσελθόντα. Συννοήσας δὲ Καῖσαρ τὴν ἀπάτην πρὸς βλάβης μὲν ἔγνω τὸν ἐν πολέμοις ἔλεον (τὸ γὰρ ἀπηνέστερον ἧττον ὑποπίπτειν τῷ πανούργῳ), τὰς δ' ἐμβολὰς τῆς ἑλεπόλεως ὀργῇ τῆς χλεύης ἐποιεῖτο δυνατωτέρας. Ὑποδιδόντα δὲ τὸν πύργον ἐμπιπρᾶσιν οἱ περὶ τὸν Κάστορα, καὶ διὰ τῆς φλογὸς εἰς τὴν ὑπ' αὐτῷ κρυπτὴν ἁλάμενοι πάλιν δόξαν ἀνδρείας Ῥωμαίοις παρέσχον ὡς ῥίψαντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ.

ΚΕΦ. Η'.

Αἱρεῖ δὲ Καῖσαρ ταύτῃ τὸ τεῖχος ἡμέρᾳ πέμπτῃ μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ τῶν Ἰουδαίων φυγόντων ἀπ' αὐτοῦ παρέρχεται μετὰ χιλίων ὁπλιτῶν ἔνδον, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιλέκτων, καθ' ὃ καὶ τῆς Καινῆς πόλεως ἐριοπώλιά τε ἦν καὶ χαλκεῖα, καὶ ἱματίων ἀγορά, πρὸς δὲ τὸ τεῖχος πλάγιοι κατέτεινον οἱ στενωποί. Εἰ μὲν οὖν ἢ τοῦ τείχους πλέον εὐθέως διέλυσεν, ἢ πολέμου νόμῳ παρελθὼν ἐπόρθει τὸ ληφθέν, οὐκ ἂν οἶμαί τις ἐμίγη βλάβη τῷ κράτει. Νῦν δὲ Ἰουδαίους μὲν ἐλπίσας δυσωπήσειν ἐξὸν κακοῦν τῷ μὴ θέλειν, πρὸς ἀναχώρησιν εὐμαρῆ τὴν εἰσβολὴν οὐκ ἐπλάτυνεν· οὐ γὰρ ἐπιβουλεύσειν οὓς εὐεργετεῖν ὑπελάμβανεν. Παρελθὼν γοῦν οὔτε κτείνειν τινὰ τῶν καταλαμβανομένων ἐπέτρεψεν οὔθ' ὑποπιμπράναι τὰς οἰκίας, ἀλλ' ἅμα μὲν τοῖς στασιασταῖς, εἰ βούλοιντο μάχεσθαι δίχα τῆς τοῦ δήμου βλάβης, ἄδειαν ἐδίδου, τῷ δήμῳ δὲ τὰς κτήσεις ὑπισχνεῖτο δώσειν. Περὶ πλείστου γὰρ ἐποιεῖτο σῶσαι τὴν μὲν πόλιν ἑαυτῷ, τὸν δὲ ναὸν τῇ πόλει. Τὸν μὲν οὖν λαὸν ἕτοιμον εἶχεν εἰς ἃ προὔτρεπε καὶ πάλαι, τοῖς μαχίμοις δὲ ἐδόκει τὸ φιλάνθρωπον ἀσθένεια, καὶ τὸν Τίτον ἀδυναμίᾳ τοῦ τὴν ὅλην πόλιν ἑλεῖν ταῦτα προτείνειν ὑπελάμβανον. Διαπειλοῦντες δὲ τοῖς δημόταις θάνατον εἰ περὶ παραδόσεως μνησθείη τις αὐτῶν, καὶ τοὺς παραφθεγγομένους εἰρήνην ἀποσφάττοντες, ἐπιτίθενται καὶ τοῖς εἰσελθοῦσι Ῥωμαίων, οἱ μὲν κατὰ τοὺς στενωποὺς ὑπαντιάσαντες, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, ἄλλοι δ' ἔξω τοῦ τείχους κατὰ τὰς ἄνω προπηδήσαντες πύλας, πρὸς οὓς ταραχθέντες οἱ φρουροὶ τοῦ τείχους καθαλλόμενοι τῶν πύργων ἀνεχώρουν εἰς τὰ στρατόπεδα. Κραυγὴ δ' ἦν τῶν μὲν εἴσω πάντοθεν πολεμίοις

nem mirabantur et ob calamitatem miserabantur. Interea vero Castorem juxta narem quidam sagitta percutit; atque ille, quum statim telum extraxisset, id Tito ostendebat, et iniqua se perpeti querebatur. Cæsar autem, jaculatore increpito, Josepho adstanti mandabat ut dextram daret Castori. Verum ille neque se aditurum respondit, ut qui nihil sani supplices cogitare norit; et amicos qui ire properabant continuit. Æneas autem, quidam e perfugis, sese iturum ad ipsum dicebat. Atque vociferante Castore, ut aliquis etiam argentum exciperet quod secum ferret, studiose magis Æneas aperto sinu accurrebat. Quod quum videret Castor, saxo sublato, illud in eum demisit: et ab ipso quidem aberravit sibimet ab illo cavente, sed alium militem, qui præsens aderat, vulneravit. Cæsar autem, quum fraudem dolumque secum reputasset, intellexit misericordiam quidem in bello nocere (nam haud ita facile a calliditate circumveniri crudelitatem), ob illusionem vero iratus, majore vi helepoles impelli faciebat. Castor autem ejusque socii turrim, quum ictibus jam cederet, incendunt, saltuque per flammas in cuniculos ejus se conjicientes, iterum Romanos in magnam de fortitudine ipsorum opinionem adducebant, tanquam se ignibus tradidissent.

CAP. VIII. (XXIV.)

Cæsar autem hac parte murum capit die quinto post primum: fugatisque inde Judæis, intra murum ingreditur cum mille armatis, lectisque quos circa se habebat, ubi Novæ civitatis lanæ venditores erant, et fabri ærarii, vestiumque mercatus, et ad murum angustæ viæ transversæ tendebant. Et quidem si vel muri partem majorem statim disjecisset, aut lege belli ingressus quod ceperat vastasset, inde nihil damni, uti credo, victoria accepisset. Nunc autem fore sperans ut verecundia Judæorum animos flecteret, si viderent, ipsum quamvis posset, haud tamen gravius quidquam in eos consulere, facilem discessioni aditum non dilatavit: haud enim insidiaturos esse putabat quibus benefacere in animo habuit. Denique postquam ingressus est, vetuit ne comprehensi cæderentur, neve ædes incenderentur: sed tam seditiosis, si pugnare vellent sine populi detrimento, copiam dabat, quam ipsi populo fortunas proprias se redditurum pollicebatur. Plurimi namque faciebat sibi civitatem conservari, templum vero civitati. Et populum quidem ad ea quæ hortabatur et antea paratum habebat, bellicosis autem pro infirmitate ducebatur humanitas, Titumque, quod reliquam civitatem capere non posset, has conditiones proponere existimabant. Mortem autem populo denunciantes si vel mentio facta esset de traditione, eosque jugulantes qui vel nominarent pacem, etiam Romanos urbem ingressos adoriuntur, alii illis per angiportus obviam facti, alii ex ædibus, alii extra muros per superiores portas egressi: quibus perturbati præsidiarii e turribus desilientes in castra revertebantur. Clamor autem militum ubique intra civitatem audiebatur qui ab hostibus cingerentur

κεκυκλωμένων, τῶν δ' ἔξωθεν περὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσι δεδοικότων. Πληθύοντες δ' ἀεὶ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ πολλὰ πλεονεκτοῦντες κατ' ἐμπειρίαν τῶν στενωπῶν ἐτίτρωσκόν τε πολλοὺς, καὶ προσπίπτοντες ἐξώθουν. Οἱ δὲ κατ' ἀνάγκην τὸ πλέον ἀντεῖχον· οὐ γὰρ ἦν ἀθρόους διαφυγεῖν διὰ στενοῦ τοῦ τείχους· δοκοῦσί τ' ἂν κατακοπῆναι πάντες οἱ παρελθόντες, μὴ προσαμύναντος τοῦ Τίτου. Διαστήσας γὰρ ἐπ' ἄκροις τοῖς στενωποῖς τοὺς τοξότας, καὶ κατὰ τὸν μάλιστα πληθύοντα σταθεὶς αὐτὸς, ἀνέστελλε τοῖς βέλεσι τοὺς πολεμίους, καὶ σὺν αὐτῷ Δομίτιος Σαβῖνος, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ κατὰ ταύτην φανεὶς τὴν μάχην. Παρέμεινε δὲ συνεχῶς τοξεύων Καῖσαρ, καὶ τοὺς Ἰουδαίους κωλύων παρελθεῖν, μέχρι πάντες ἀνεχώρησαν οἱ στρατιῶται.

β'. Ῥωμαῖοι μὲν οὕτω κρατήσαντες τοῦ δευτέρου τείχους ἐξεώσθησαν· τῶν δ' ἀνὰ τὸ ἄστυ μαχίμων ἐπήρθη τὰ φρονήματα καὶ μετέωροι πρὸς τὴν εὐπραγίαν ἦσαν, οὔτ' ἂν Ῥωμαίους εἰς τὴν πόλιν τολμήσειν ἔτι παρελθεῖν οὔτ' ἂν αὐτοὶ παρελθόντες ἡττηθήσεσθαι δοκοῦντες. Ἐπεσκότει γὰρ αὐτῶν ταῖς γνώμαις διὰ τὰς παρανομίας ὁ Θεὸς, καὶ οὔτε τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν ὅσῳ πλείων κατελείπετο τῆς ἐξελαθείσης ἔβλεπον, οὔτε τὸν ὑφέρποντα λιμὸν αὐτοῖς. Ἔτι γὰρ παρῆν ἐσθίειν ἐκ τῶν δημοσίων κακῶν καὶ τὸ τῆς πόλεως αἷμα πίνειν. Ἔνδεια δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἐπεῖχε πάλαι, καὶ σπάνει τῶν ἐπιτηδείων διελύοντο πολλοί· τὴν δὲ τοῦ λαοῦ φθορὰν ἑαυτῶν οἱ στασιασταὶ κουφισμὸν ὑπελάμβανον. Μόνους γὰρ ἠξίουν σώζεσθαι τοὺς μὴ ζητοῦντας εἰρήνην καὶ κατὰ Ῥωμαίων ζῆν προῃρημένους, τοῦ δ' ἐναντίου πλήθους ὥσπερ ὑπερβάλλοντος βάρους ἥδοντο δαπανωμένων. Τοιοῦτοι μὲν δὴ πρὸς τοὺς ἔνδον ἦσαν· Ῥωμαίους δὲ πάλιν τῆς εἰσόδου πειρωμένους ἐκώλυον φραξάμενοι, καὶ τὸ καταρριφὲν ἀντιτειχίσαντες τοῖς σώμασι. Τρισὶ μὲν ἀντέσχον ἡμέραις καρτερῶς ἀμυνόμενοι, τῇ τετάρτῃ δὲ προσβαλόντα γενναίως Τίτον οὐχ ἤνεγκαν, ἀλλὰ βιασθέντες ᾗ καὶ πρότερον ἀναφεύγουσιν. Ὁ δὲ, πάλιν τοῦ τείχους κρατήσας, τὸ προσάρκτιον μὲν εὐθέως κατέρριψε πᾶν, ἐπὶ δὲ τοῦ κατὰ μεσημβρίαν φρουροὺς τοῖς πύργοις ἐγκαταστήσας, τῷ τρίτῳ προσβάλλειν ἐπενόει.

ΚΕΦ. Θ'.

Δόξαν δ' ἐπανεῖναι πρὸς ὀλίγον τὴν πολιορκίαν, καὶ διωρίαν βουλῆς τοῖς στασιασταῖς παρασχεῖν, εἴ τι πρὸς τὴν καθαίρεσιν ἐνδοῖεν τοῦ δευτέρου τείχους, ἢ καὶ τὸν λιμὸν ὑποδείσαντες (οὐ γὰρ εἰς πολὺ τὰς ἁρπαγὰς αὐτοῖς ἐξαρκέσειν), εἰς δέον κατεχρῆτο τὴν ἄνεσιν. Ἐνστάσης γὰρ τῆς προθεσμίας, καθ' ἣν ἔδει διαδοῦναι τοῖς στρατιώταις τροφὰς, ἐν ἀπόπτῳ τοῖς πολεμίοις ἐκέλευσε τοὺς ἡγεμόνας ἐκτάξαντας τὴν δύναμιν ἀπαριθμεῖν ἑκάστῳ τἀργύριον. Οἱ δ', ὥσπερ ἔθος, ἀποκαλύψαντες τὰ ὅπλα θήκαις ἐσκεπασμένα τέως κατάφρακτοι προσῄεσαν καὶ τοὺς ἵππους ἄγοντες οἱ ἱππεῖς κεκοσμημένους. Ἐπὶ πλεῖστον δὲ τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἀργύρῳ

foris autem eorum qui relictis metuebant. Atque magis magisque crescente numero Judæorum, illisque ex notitia angiportuum valde prævalentibus, et multos vulnerabant atque facto in eos impetu repellebant. Illi autem ex necessitate plus resistebant : non enim multis simul fugiendi copia per angustias muri patebat : parumque aberat quin omnes perempti fuissent qui irruerant, nisi Titus eis opem tulisset. Nam quum in extremis angiportuum sagittarios disposuisset, et ipse ubi plus erat multitudinis constitisset, missilibus hostes reprimebat, et cum eo Domitius Sabinus, qui virum fortem se in hac quoque pugna præstitit. Cæsar autem non destitit eos sagittis petere, Judæosque prohibere ne irruerent, donec omnes milites se subduxerant.

2. Romani quidem ita, post secundum murum captum, repulsi erant. Omnes vero in urbe bellicosi animos sustulerunt, et successu elati erant : neque Romanos in urbem irruere ausuros esse, neque se vinci posse si ad prælium irent, persuasum habentes. Nam cæcitatem eorum animis injiciebat Deus ob commissa atque delicta; et neque cernebant quanto Romanis major illâ quæ pulsa fuerat vis superesset, neque famem ipsis obrepentem. Adhuc enim ex malis publicis comedebant, et de sanguine civitatis bibebant. Boni autem jam dudum inopia laborabant, et rerum necessariarum penuria jam multi deficiebant : populi vero interitum seditiosi sibimet in levamen cedere existimabant. Nam solos eos qui pacem aversarentur salvos esse volebant, quique vivere non optarent nisi ut bellum Romanis facerent : contrariam vero multitudinem ut supervacaneum onus consumi gaudebant. Atque ita quidem erga eos qui intus erant se gerebant : Romanos vero, qui iterum ingredi nitebantur, armati prohibebant, partemque muri dejectam corporibus muniebant. Per triduum quidem restiterunt valide dimicantes : quarto vero die Titum fortiter eos adortum non sustinuerunt, sed vi coacti rursum quo antea refugère. Ille autem, iterum muro potitus, quantum ad septemtrionem quidem spectat statim diruit; partis vero meridionalis turribus præsidio imposito, de tertio muro oppugnando cogitabat.

CAP. IX. (XXV.)

Quum autem ei visum esset obsidionem in breve tempus remittere, spatiumque ad deliberandum seditiosis dare, an aliquid ad deditionem facerent ex secundi muri demolitione, aut etiam famis metu (nec enim diu eis rapinas posse sufficere), cessatione ut commode cederet utebatur. Nam quum dies advenisset quo militibus oportebat alimenta distribui, jussit ducibus ut, copiis in loco hostibus conspicuo ordinatis, pecuniam singulis numerarent. Illi autem, ut solebant, armis eductis ex involucris quibus antea abdita latebant, loricati procedunt, equitibus etiam equos ornatos ducentibus. Loca insuper suburbana per plurimum spatii argento

καὶ χρυσῷ περιελάμπετο, καὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης οὐδὲν οὔτε τοῖς σφετέροις ἐπιτερπέστερον οὔτε τοῖς πολεμίοις παρέστη φοβερώτερον. Κατεπλήσθη γὰρ ἀφορώντων τό τε ἀρχαῖον τεῖχος ἅπαν καὶ τοῦ ἱεροῦ τὸ βόρειον κλίμα, τάς τε οἰκίας μεστὰς ἦν προκυπτόντων ὑπεριδεῖν, καὶ τῆς πόλεως οὐδὲν ὃ μὴ κεκάλυπτο πλήθει διεφαίνετο. Κατάπληξις δὲ δεινὴ καὶ τοῖς τολμηροτάτοις ἐνέπεσε τήν τε δύναμιν ἐπὶ τοῦτο πᾶσαν ὁρῶσι καὶ τὸ κάλλος τῶν ὅπλων καὶ τὴν εὐταξίαν τῶν ἀνδρῶν, δοκοῦσί τ' ἄν μοι πρὸς ἐκείνην οἱ στασιασταὶ μεταβαλέσθαι τὴν ὄψιν, εἰ μὴ δι' ὑπερβολὴν ὧν τὸν δῆμον ἔδρασαν κακῶν συγγνώμην παρὰ Ῥωμαίοις ἀπήλπιζον· ἀποκειμένου δὲ τοῦ μετὰ κολάσεως εἰ παύσαιντο, πολὺ κρείττω τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον ἡγοῦντο. Καὶ τὸ χρεὼν δ' ἐκράτει τούς τε ἀναιτίους τοῖς αἰτίοις συναπολέσθαι καὶ τῇ στάσει τὴν πόλιν.

β'. Τέσσαρσι μὲν οὖν ἡμέραις οἱ Ῥωμαῖοι καθ' ἕκαστον τάγμα διετέλεσαν τὰς τροφὰς κομιζόμενοι. Τῇ πέμπτῃ δὲ, ὡς οὐδὲν ἀπήντα παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰρηνικὸν, διχῇ διελὼν τὰ τάγματα Τίτος ἤρχετο χωμάτων κατά τε τὴν Ἀντωνίαν καὶ τὸ τοῦ Ἰωάννου μνημεῖον, ταύτῃ μὲν τὴν ἄνω πόλιν αἱρήσειν ἐπινοῶν, τὸ δὲ ἱερὸν κατὰ τὴν Ἀντωνίαν· τούτου γὰρ μὴ ληφθέντος οὐδὲ τὸ ἄστυ κατέχειν ἀκίνδυνον ἦν. Πρὸς ἑκατέρῳ δὴ μέρει δύο ἠγείρετο χώματα, καθ' ἓν ἑκάστου τάγματος. Καὶ τοὺς μὲν παρὰ τὸ μνημεῖον ἐργαζομένους οἵ τε Ἰδουμαῖοι καὶ τὸ μετὰ τοῦ Σίμωνος ὁπλιτικὸν εἶργον ἐπεκθέοντες, τοὺς δὲ πρὸ τῆς Ἀντωνίας οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τὸ τῶν ζηλωτῶν πλῆθος. Ἐπλεονέκτουν δ' οὐ κατὰ χεῖρα μόνον ἀφ' ὑψηλοτέρων μαχόμενοι, καὶ τοῖς ὀργάνοις δ' ἤδη χρῆσθαι μεμαθηκότες· ἡ γὰρ καθ' ἡμέραν τριβὴ κατὰ μικρὸν ἔθρεψε τὴν ἐμπειρίαν. Εἶχον δ' ὀξυβελεῖς μὲν τριακοσίους, τεσσαράκοντα δὲ τῶν λιθοβόλων, δι' ὧν τὰ χώματα τοῖς Ῥωμαίοις ἐποίουν δυσεργότερα. Καῖσαρ δὲ, σώζεσθαί τε τὴν πόλιν καὶ ἀπόλλυσθαι εἰδὼς ἑαυτῷ, ἅμα καὶ τῇ πολιορκίᾳ προσέκειτο, καὶ τοῦ παραινεῖν Ἰουδαίοις μετάνοιαν οὐκ ἠμέλει. Τοῖς δὲ ἔργοις ἀνέμισγε συμβουλίαν, καὶ πολλάκις γινώσκων ἀνυστικώτερον ὅπλων τὸν λόγον, αὐτούς τε σώζεσθαι παρεκάλει παραδόντας τὴν πόλιν ἤδη παρειλημμένην καὶ τὸν Ἰώσηπον καθίει τῇ πατρίῳ γλώσσῃ διαλέγεσθαι, τάχα ἐνδοῦναι πρὸς ὁμόφυλον δοκῶν αὐτούς.

(ΚϚ'.) γ'. Οὗτος περιιὼν τὸ τεῖχος καὶ πειρώμενος ἐξωτέρω βέλους εἶναι καὶ ἐν ἐπηκόῳ, πολλὰ κατηντιβόλει « φείσασθαι μὲν ἑαυτῶν καὶ τοῦ δήμου, φείσασθαι « δὲ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τοῦ ἱεροῦ, μηδὲ γενέσθαι « πρὸς ταῦτα τῶν ἀλλοφύλων ἀπαθεστέρους. Ῥω- « μαίους μέν γε τοὺς μὴ μετέχοντας ἐντρέπεσθαι τὰ « τῶν πολεμίων ἅγια καὶ μέχρι νῦν τὰς χεῖρας ἐπέχειν, « τοὺς δ' ἐντραφέντας αὐτοῖς κἂν περισωθῇ μόνους « ἕξοντας ὡρμῆσθαι πρὸς ἀπώλειαν αὐτῶν. Ἦ μὴν « τὰ καρτερώτερα μὲν αὐτῶν ὁρᾶν τείχη πεπτωκότα, « λειπόμενον δὲ τὸ τῶν ἑαλωκότων ἀσθενέστερον·

et auro circumquaque lucebant : illoque spectaculo nihil aut suis jucundius erat, aut hostibus plus terroris afferebat. Spectatoribus enim et vetera plena erant mœnia, et templi regio septemtrionalis, atque cernere erat domos prospicientium refertas, omnemque civitatis partem multitudine obsessam tectamque. Gravis autem consternatio etiam audacissimos occupabat, quum copias omnes in locum unum coactas viderent, et armorum pulchritudinem, bonumque militum ordinem. Et mihi videntur seditiosi ista intuendo animos fuisse mutaturi, nisi malorum immanitate quæ in populum commiserant, veniam sibi a Romanis datum iri desperassent : imminente autem, si destitissent, morte cum suppliciis, bello mori longe præstabilius esse ducebant. Prævalebat etiam fatum, quod innocentes cum nocentibus et civitatem cum seditiosis perire decreverat.

2. Et quatriduum quidem consumptum erat a Romanis, dum singulis legionibus distribuunt annonam. Quinto autem die, quum nihil de pace ageretur a Judæis, Titus, legiones bifariam dispartitus, aggeres excitare cœpit, et juxta Antoniam et ad Joannis monumentum : ista quidem parte superiorem civitatem captum iri existimans, et per Antoniam templum : nam nisi hoc captum esset, ne civitatem quidem obtinere sine periculo erat. In utraque igitur parte aggeres erigebantur, a singulis ordinibus singuli. Et ad monumentum quidem operantes prohibebant Idumæi Simonisque milites, incursus in eos facientes : Antoniam vero aggredientibus molestiam facessebant Joannis socii et zelotarum multitudo. Prævalebant autem, non solum quia de superiori loco manibus pugnabant; verum etiam quia machinis jam uti didicerant : paulatim enim usus quotidianus aluit peritiam. Habebant autem scorpiones trecentos et ballistas quadraginta, quibus difficultatem afferebant Romanis in aggeribus exstruendis. Titus autem, sibi et servari civitatem sciens et perditum iri, simul et obsidioni acrius instabat et operam dabat ut Judæos ad sententiam mutandam hortaretur. At factis consilium admiscebat, quumque orationem sæpe armis efficaciorem esse cognosceret, tam ipsos ut salvari vellent rogabat, tradita sibi civitate quæ jam capta videretur, quam et Josephum submittebat, patria lingua verba facturum, fore existimans ut hominis gentilis postulationi nonnihil forsan concederent.

(XXVI.) 3. Hic muros circumiens, idque agens ut extra teli jactum staret et in loco unde exaudiri posset, multis orabat ut sibimet ac populo parcerent, imo et patriæ et fano « parcerent, neque in ea duriori essent animo, quam alie- « nigenæ. Romanos quidem, illorum non participes, sa- « cra hostium revereri, manusque suas hactenus cohi- « bere : ipsos vero in his eductos, solosque ea si salva ma- « neant habituros, ad eorum interitum incitari. Quin « potius viderent muros quidem concidisse validiores, ex- « pugnatis vero infirmiorem superesse : Romanorumque

« γιγνώσκειν δὲ τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν ἀνυπόστατον, καὶ τὸ δουλεύειν τούτοις οὐκ ἀπείρατον αὐτοῖς. Εἰ γὰρ δὴ καὶ πολεμεῖν ὑπὲρ ἐλευθερίας καλὸν, χρῆναι τὸ πρῶτον· τὸ δ' ἅπαξ ὑποπεσόντας καὶ μακροῖς εἴξαντας χρόνοις, ἔπειτα ἀποσείεσθαι τὸν ζυγὸν, δυσθανατώντων, οὐ φιλελευθέρων εἶναι. Δεῖ μέντοι καὶ δεσπότας ἀδοξεῖν ταπεινοτέρους, οὐχ οἷς ὑπὸ χεῖρα τὰ πάντα. Τί γὰρ Ῥωμαίους διαπεφευγέναι, πλὴν εἰ μή τι διὰ θάλπος ἢ κρύος ἄχρηστον; μεταβῆναι δὲ πρὸς αὐτοὺς πάντοθεν τὴν τύχην, καὶ κατὰ ἔθνος τὸν Θεὸν ἐμπεριάγοντα τὴν ἀρχὴν νῦν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας εἶναι. Νόμον γε μὴν ὡρίσθαι καὶ παρὰ θηρσὶν ἰσχυρότατον καὶ παρὰ ἀνθρώποις, εἴκειν τοῖς δυνατωτέροις, καὶ τὸ κρατεῖν παρ' οἷς ἀκμὴ τῶν ὅπλων εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν, πολὺ καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασι, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀφορμαῖς ἀμείνους ὄντας, εἶξαι Ῥωμαίοις, οὐκ ἂν, εἰ μὴ τὸν Θεὸν ᾔδεσαν σὺν αὐτοῖς, τοῦθ' ὑπομείναντας. Αὐτοὺς δὲ τίνι καὶ πεποιθότας ἀντέχειν, ἑαλωκυίας μὲν ἐκ πλείστου τῆς πόλεως μέρους, τῶν δ' ἔνδον, εἰ καὶ τὰ τείχη παρέμενεν, ἁλώσεως χεῖρον διακειμένων; οὐ γὰρ λανθάνειν Ῥωμαίους τὸν ἐν τῇ πόλει λιμὸν, ᾧ νῦν μὲν τὸν δῆμον, μετ' οὐ πολὺ δὲ διαφθαρήσεσθαι καὶ τοὺς μαχίμους. Εἰ γὰρ δὴ καὶ παύσαιντο Ῥωμαῖοι τῆς πολιορκίας, μηδὲ ἐπεισπίπτοιεν τῇ πόλει ξιφήρεις, αὐτοῖς γε τὸν ἄμαχον πόλεμον ἔνδον παρακαθῆσθαι καθ' ἑκάστην ὥραν τρεφόμενον, εἰ μὴ καὶ πρὸς τὸν λιμὸν ἆραι τὰ ὅπλα καὶ μάχεσθαι δύναιντο, μόνοι τε καὶ παθῶν ἐπικρατεῖν. » Προσετίθει δὲ « ὡς καλὸν πρὸ ἀνηκέστου συμφορᾶς μεταβαλέσθαι καὶ πρὸς τὸ σωτήριον, ἕως ἔξεστι, ῥέψαι. Καὶ γὰρ οὐδὲ μνησικακήσειν αὐτοῖς Ῥωμαίους τῶν γεγενημένων, εἰ μὴ μέχρι τέλους ἀπαυθαδίσαιντο· φύσει τε γὰρ ἐν τῷ κρατεῖν ἡμέρους εἶναι καὶ πρὸ τῶν θυμῶν θήσεσθαι τὸ συμφέρον. Τοῦτο δὲ εἶναι μήτε τὴν πόλιν ἀνδρῶν κενὴν μήτε τὴν χώραν ἔρημον ἔχειν. Διὸ καὶ νῦν Καίσαρα βούλεσθαι δεξιὰν αὐτοῖς παρασχεῖν. Οὐ γὰρ ἂν σῶσαί τινα βίᾳ λαβὼν τὴν πόλιν, καὶ μάλιστα μηδ' ἐν ἐσχάταις συμφοραῖς ὑπακουσάντων παρακαλοῦντι. Τοῦ γε μὴν ταχέως τὸ τρίτον τεῖχος ἁλώσεσθαι τὰ προεαλωκότα πίστιν εἶναι· κἂν ἄρρηκτον δὲ ᾖ τὸ ἔρυμα, τὸν λιμὸν ὑπὲρ Ῥωμαίων αὐτοῖς μάχεσθαι. »

δ'. Ταῦτα τὸν Ἰώσηπον παραινοῦντα πολλοὶ μὲν ἔσκωπτον ἀπὸ τοῦ τείχους, πολλοὶ δ' ἐβλασφήμουν, ἔνιοι δὲ ἔβαλλον. Ὁ δὲ, ὡς ταῖς φανεραῖς οὐκ ἔπειθε συμβουλίαις, ἐπὶ τὰς ὁμοφύλους μετέβαινεν ἱστορίας, « ὦ δείλαιοι, βοῶν, καὶ τῶν ἰδίων ἀμνήμονες συμμάχων, ὅπλοις καὶ χερσὶ πολεμεῖτε Ῥωμαίοις; τίνα γὰρ ἄλλον οὕτως ἐνικήσαμεν; πότε δὲ οὐ Θεὸς ὁ κτίσας, ἂν ἀδικῶνται, Ἰουδαίων ἔκδικος; Οὐκ ἐπιστραφέντες ὄψεσθε πόθεν ὁρμώμενοι μάχεσθε, καὶ πηλίκον ἐμιάνατε σύμμαχον; οὐκ ἀναμνήσεσθε πατέρων ἔργα δαιμόνια, καὶ τὸν ἅγιον τόνδε χῶρον ἡλίκους ἡμῖν

« vires cognoscerent sustineri non posse, hisque servire non esse inexpertum Judæis. Quodsi pulchrum est pro libertate bellare, id olim factum oportuit : at quum semel succubitum est, multisque temporibus concessum imperium, velle deinde excutere jugum, male perire cupientium est, non libertatem amantium. Debere autem dedignari dominos humiliores, non quorum in potestate sint omnia. Quid enim Romanos effugisse, nisi quod propter æstus aut frigora nulli esset usui? imo vero ad eos transiisse undique fortunam, Deumque, per singulas nationes imperium circumagentem, nunc in Italia esse. Celerum tam feris bestiis quam hominibus legem præfinitam esse validissimam, potentioribus cedere; eosque penes victoriam esse apud quos summa vis armorum. Idcirco etiam majores ipsorum, qui et animis et corporibus, aliisque insuper subsidiis longe ipsis præstiterint, cessisse Romanis : quod sane nunquam perpessi fuissent, nisi Deum ab illis stare compertum habuissent. Ipsos vero qua re fretos resistere? quum maxima quidem ex parte capta sit urbs; inclusos autem, etiamsi muros integros habeant, pejore esse in conditione, quam si excidium passi fuissent. Haud enim latere Romanos, qua fame laboret civitas, et nunc quidem consumi populum, brevique fore ut bellatores etiam intereant. Nam etsi Romani ab obsidione desisterent, minimeque strictis gladiis in urbem irrumperent, ipsis tamen bellum insuperabile intus assidere, quod horis singulis ingravescat, nisi contra famem quoque arma sumere et pugnare, solique etiam mala superare possent. » Tum adjiciebat « bonum esse, antequam insanabilis evadat calamitas, sententiam mutare, et, dum liceat, ad salutare consilium ferri. Nec enim in ipsos ante factorum causa infestos vindictæque cupidos fore Romanos, nisi ad extremum in eadem pervicacia duraverint : natura enim eos in victoriis mansuetos esse, suæque iracundiæ prælaturos esse quod utile sit et expediat. Id autem esse, ut neque urbem viris vacuam, neque regionem habeant desertam. Idcirco nunc etiam velle Cæsarem dextram ipsis dare. Nec enim cuiquam salutem daturum si vi ceperit civitatem, præsertim quum in extremis calamitatibus ei ipsos roganti non paruerint. Porro brevi tertium quoque murum captum iri, priores qui capti sint fidem facere : et si inexpugnabile foret munimentum, famem pro Romanis adversus ipsos pugnaturam. »

4. Josephum, dum ista suaderet, multi quidem e muro irridebant, multi vero maledictis excipiebant, nonnulli etiam jaculis appetebant. Ille autem, quum consiliis palam datis minime eos moveret, ad popularium historias transibat, « o miseri, vociferans, vestrorumque auxiliatorum immemores, armis et manibus cum Romanis bellum geritis? quemnam alium hoc modo vicimus? quando autem non Deus conditor Judæorum præstat se vindicem, si injuriam patiantur? Nonne conversi respicietis, unde impetu facto pugnatis, quantumque auxiliatorem violastis? nonne in memoriam revocabitis parentum opera divina, atque locum hunc sanctum, quantosque

« πάλαι πολεμίους καθεῖλεν; Ἐγὼ μὲν φρίττω τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ λέγων εἰς ἀναξίους ἀκοάς· ἀκούετε δ' ὅμως, ἵνα γνῶτε μὴ μόνον Ῥωμαίοις πολεμοῦντες, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ. Βασιλεὺς ὁ τότε Νεχαὼς Αἰγυπτίων (ὁ δ' αὐτὸς ἐκαλεῖτο καὶ Φαραώ) μυρίᾳ χειρὶ καταβὰς ἥρπασε Σάρραν βασιλίδα, τοῦ γένους ἡμῶν τὴν μητέρα. Τί οὖν ὁ ταύτης ἀνὴρ Ἀβράαμος, προπάτωρ δὲ ἡμέτερος; ἆρα τὸν ὑβριστὴν ἠμύνατο τοῖς ὅπλοις, καίτοι ὀκτωκαίδεκα μὲν καὶ τριακοσίους ὑπάρχους ἔχων, δύναμιν δ' ὑφ' ἑκάστῳ τούτων ἄπειρον, ἢ αὐτοὺς μὲν ἐρημίαν ἡγήσατο μὴ συμπαρόντος Θεοῦ, καθαρὰς δ' ἀνατείνας τὰς χεῖρας εἰς ὃν νῦν ἐμιάνατε χῶρον ὑμεῖς, τὸν ἀνίκητον αὐτῷ βοηθὸν ἐστρατολόγησεν; οὐ μετὰ μίαν ἑσπέραν ἄχραντος μὲν αὐτῷ ἡ βασίλισσα ἀνεπέμφθη πρὸς τὸν ἄνδρα, προσκυνῶν δὲ τὸν ὑφ' ὑμῶν αἱμαχθέντα χῶρον ὁμοφύλῳ φόνῳ, καὶ τρέμων ἀπὸ τῶν ἐν νυκτὶ φαντασμάτων, ἔφευγεν ὁ Αἰγύπτιος, ἀργύρῳ δὲ καὶ χρυσῷ τοὺς θεοφιλεῖς Ἑβραίους ἐδωρήσατο; Σιγῶ ἢ εἴπω τὴν εἰς Αἴγυπτον μετοικίαν τῶν πατέρων, οἳ τυραννούμενοι καὶ βασιλεῦσιν ἀλλοφύλοις ὑποπεπτωκότες τετρακοσίοις ἔτεσι, παρὸν ὅπλοις ἀμύνασθαι καὶ χερσὶ, σφᾶς αὐτοὺς ἐπέτρεψαν τῷ Θεῷ; Τίς οὐκ οἶδε τὴν ἐκ παντὸς θηρίου καταπλησθεῖσαν Αἴγυπτον καὶ πάσῃ φθαρεῖσαν νόσῳ, τὴν ἄκαρπον γῆν, τὸν ἐπιλείποντα Νεῖλον, τὰς ἐπαλλήλους δέκα πληγὰς, τοὺς διὰ ταῦτα μετὰ φρουρᾶς προπεμπομένους πατέρας ἡμῶν, ἀναιμάκτους, ἀκινδύνους, οὓς ὁ Θεὸς ἑαυτῷ νεωκόρους ἦγεν; Ἀλλὰ τὴν ὑπ' Ἀσσυρίων ἁρπαγεῖσαν ἁγίαν ἡμῖν λάρνακα οὐκ ἐστέναξε μὲν ἡ Παλαιστίνη καὶ Δαγὼν τὸ ξόανον, ἐστέναξε δὲ πᾶν τὸ τῶν ἁρπασαμένων ἔθνος, σηπόμενοι δὲ τὰ κρυπτὰ τοῦ σώματος, καὶ δι' αὐτῶν τὰ σπλάγχνα μετὰ τῶν σιτίων καταφέροντες, χερσὶ ταῖς λῃσαμέναις ἀνεκόμισαν, κυμβάλων καὶ τυμπάνων ἤχῳ, καὶ πᾶσι μειλικτηρίοις ἱλασκόμενοι τὸ ἅγιον; Θεὸς ἦν ὁ ταῦτα πατράσιν ἡμετέροις στρατηγῶν, ὅτι τὰς χεῖρας καὶ τὰ ὅπλα παρέντες αὐτῷ κρῖναι τὸ ἔργον ἐπέτρεψαν. Βασιλεὺς Ἀσσυρίων Σεναχηρὶμ ὅτε πᾶσαν τὴν Ἀσίαν ἐπισυρόμενος τήνδε περιεστρατοπεδεύσατο τὴν πόλιν, ἆρα χερσὶν ἀνθρωπίναις ἔπεσεν; οὐχ αἱ μὲν ἀπὸ τῶν ὅπλων ἠρεμοῦσαι ἐν προσευχαῖς ἦσαν, ἄγγελος δὲ τοῦ Θεοῦ μιᾷ νυκτὶ τὴν ἄπειρον στρατιὰν ἐλυμήνατο, καὶ μεθ' ἡμέραν ἀναστὰς ὁ Ἀσσύριος ὀκτωκαίδεκα μυριάδας ἐπὶ πεντακισχιλίοις νεκρῶν ηὗρε, μετὰ δὲ τῶν καταλειπομένων ἀνόπλους καὶ μὴ διώκοντας Ἑβραίους ἔφυγεν; Ἴστε δὲ καὶ τὴν ἐν Βαβυλῶνι δουλείαν, ἔνθα μετανάστης ὢν ὁ λαὸς ἔτεσιν ἑβδομήκοντα οὐ πρότερον εἰς ἐλευθερίαν ἀνεχαίτισεν ἢ Κῦρον τοῦτο χαρίσασθαι τῷ Θεῷ. Προὐπέμφθησαν γοῦν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πάλιν τὸν αὐτῶν σύμμαχον ἐνεωκόρουν. Καθόλου δ' εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν ὅ τι κατώρθωσαν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ὅπλοις, ἢ δίχα τούτων διήμαρτον ἐπιτρέψαντες τῷ Θεῷ. Μένοντες μέν γε κατὰ χώραν ἐνίκων ὡς ἐδό-

« hostes olim nobis e medio sustulit? Ego autem horresco referens facta Dei auditoribus indignis : verumtamen audite, ut cognoscatis non solum cum Romanis vos, sed etiam cum Deo bellum gerere. Nechao, qui tum rex erat Ægyptiorum, idemque Pharao vocabatur, cum infinita manu descendit, reginamque Sarram nostri generis matrem rapuit. Quid igitur vir ejus Abraamus, proavus noster? num injuriæ auctorem ultus est armis, qui trecentos et octodecim præfectos habebat, quorum singulis infinita parebat multitudo, an ipsos pro nihilo esse duxit, si ei præsens non adesset Deus, puris vero manibus ad hunc locum protensis quem vos inquinastis, invictum sibi auxiliatorem ad militiam legit? nonne secunda quidem vespera incorrupta remissa est regina ad maritum; Ægyptius autem, adorans quem vos gentili cæde cruentastis locum, et nocturnis visis expavefactus, aufugit, quum Judæos Deo dilectos auro et argento donasset? Silebo an dicam patrum migrationem in Ægyptum, qui, annos quadringentos tyrannis ac regibus alienigenis subditi, cum armis et manibus ab illis vindicari potuissent, semetipsos Deo permiserunt? Quis nescit Ægyptum feris variis repletam, diversisque morbis ad interitum usque vexatam, terram nullos fructus edentem, Nilumque aqua defectum, et continuas decem plagas, et ob ista parentes nostros cum præsidio deductos, sine sanguine, sine periculo, quos Deus sibi in æditous ducebat? Nonne arcam quidem nostram sacram, Assyriorum vi nefaria raptam, gemuit Palæstina et Dagon simulacrum, gemuitque universa illorum qui eam rapuerant natio, podicibusque procidentibus ac per eos visceribus cum cibo delapsis, ipsis quæ rapuerant manibus reportarunt, cymbalorum et tympanorum sonitu et variis placationibus sacrum expiantes? Deus erat cujus ductu ista pro patribus nostris gerebantur, propterea quod, omissis armis ac manibus, ejus judicio rem permiserint. Assyriorum rex Senacherim, quum Asiam universam secum duceret et hanc urbem exercitu cinxisset, num manibus hominum cecidit? nonne istæ ab armis quiescentes in sacrariis erant, et angelus Dei una nocte infinitum delevit exercitum, posteroque die ubi surrexit Assyrius, centum et octoginta quinque millia reperit mortuorum, et cum reliquis Hebræos inermes nec persequentes fugiebat? Nostis etiam servitium in Babylone, ubi annos septuaginta populus in exsilio agens, non prius libertatem recuperavit, quam Cyrus hoc ipsum Dei in gratiam concederet. Ab eo utique deducti erant, iterumque auxiliatori suo facti erant æditui. Denique nihil memorari potest, quod armis patres nostri prospere gesserint, aut sine armis non impetraverint Deo permissa potestate. Domi quippe manentes, victoria ab illis stabat,

τοὺς φθάσαντας ἀναπαύσασθαι, βαθεῖα δὲ τὴν πόλιν περιεῖχε σιγὴ καὶ νὺξ θανάτου γέμουσα, καὶ τούτων οἱ λῃσταὶ χαλεπώτεροι. Τυμβωρυχοῦντες γοῦν τὰς οἰκίας ἐσύλων τοὺς νεκροὺς καὶ τὰ κατακαλύμματα τῶν σωμάτων περισπῶντες μετὰ γέλωτος ἐξῄεσαν, τάς τε ἀκμὰς τῶν ξιφῶν ἐδοκίμαζον ἐν τοῖς πτώμασι, καί τινας τῶν ἐρριμμένων ἔτι ζῶντας διήλαυνον ἐπὶ πείρᾳ τοῦ σιδήρου. Τοὺς δὲ ἱκετεύοντας χρῆσαι σφίσι δεξιὰν καὶ ξίφος τῷ λιμῷ κατέλιπον ὑπερηφανοῦντες. Καὶ τῶν ἐκπνεόντων ἕκαστος ἀτενίσας εἰς τὸν ναὸν ἀφεώρα τοὺς στασιαστὰς ζῶντας ἀπολιπών. Οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τοῦ δημοσίου θησαυροῦ τοὺς νεκροὺς θάπτειν ἐκέλευον, τὴν ὀσμὴν οὐ φέροντες, ἔπειθ' ὡς οὐ διήρκουν, ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐρρίπτουν εἰς τὰς φάραγγας.

δ'. Περιιὼν δὲ ταύτας ὁ Τίτος ὡς ἐθεάσατο πεπλησμένας τῶν νεκρῶν καὶ βαθὺν ἰχῶρα μυδώντων ὑπορρέοντα τῶν σωμάτων, ἐστέναξέ τε καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας κατεμαρτύρετο τὸν Θεὸν ὡς οὐκ εἴη τὸ ἔργον αὐτοῦ. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν πόλιν εἶχεν οὕτω· Ῥωμαῖοι δὲ, μηδενὸς ἔτι τῶν στασιαστῶν ἐκτρέχοντος (ἤδη γὰρ καὶ τούτων ἀθυμία καὶ λιμὸς ἐφήπτετο), ἐπ' εὐθυμίαις ἦσαν, σίτου τε ἀφθονίαν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἐκ τῆς Συρίας καὶ τῶν πλησίον ἐπαρχιῶν ἔχοντες· ἱστάμενοι δὲ πολλοὶ τοῦ τείχους πλησίον, καὶ πολὺ πλῆθος τῶν ἐδωδίμων ἐπιδεικνύμενοι, τῷ κατὰ σφᾶς κόρῳ τὸν λιμὸν τῶν πολεμίων ἐξέκαιον. Πρὸς δὲ τὸ πάθος τῶν στασιαστῶν μηδὲν ἐνδιδόντων, Τίτος οἰκτείρων τὰ λείψανα τοῦ δήμου καὶ σπουδάζων τὸ γοῦν περιὸν ἐξαρπάσαι, πάλιν ἤρχετο χωμάτων, χαλεπῶς αὐτῷ τῆς ὕλης ποριζομένης. Ἡ μὲν γὰρ περὶ τὴν πόλιν πᾶσα τοῖς προτέροις ἔργοις ἐκκέκοπτο, συνεφόρουν δ' ἄλλην ἀπ' ἐνενήκοντα σταδίων οἱ στρατιῶται, καὶ πρὸς μόνης ὕψουν τῆς Ἀντωνίας κατὰ μέρη τέσσαρα πολὺ μείζονα τῶν προτέρων χώματα. Περιιὼν δ' ὁ Καῖσαρ τὰ τάγματα καὶ κατεπείγων τὸ ἔργον ἐπεδείκνυ τοῖς λῃσταῖς ὡς ἐν χερσὶν εἴησαν αὐτοῦ. Μόνοις δ' ἐκείνοις ἄρα κακῶν ἀπολώλει μεταμέλεια, καὶ τὰς ψυχὰς χωρίσαντες ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀμφοτέροις ὡς ἀλλοτρίοις ἐχρῶντο. Οὔτε γὰρ πάθος αὐτῶν ἡμέρου τὴν ψυχὴν, οὔτε ἀλγηδὼν ἥπτετο τοῦ σώματος, οἵ γε καὶ νεκρὸν τὸν δῆμον ὥσπερ κύνες ἐσπάραττον καὶ τὰ δεσμωτήρια τῶν ἀρρώστων ἐνεπίμπλασαν.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Σίμων γοῦν οὐδὲ Ματθίαν, δι' ὃν κατέσχε τὴν πόλιν, ἀβασάνιστον ἀνεῖλε. Βοηθοῦ παῖς ἦν οὗτος ἐκ τῶν ἀρχιερέων, ἐν τοῖς μάλιστα τῷ δήμῳ πιστὸς καὶ τίμιος, ὃς, ὑπὸ τοῖς ζηλωταῖς κακουμένου τοῦ πλήθους, οἷς ἤδη καὶ Ἰωάννης προσῆν, πείθει τὸν δῆμον εἰσαφιέναι τὸν Σίμωνα βοηθὸν, οὐδὲν οὔτε προσυνθέμενος οὔτε προσδοκήσας φαῦλον ἐξ αὐτοῦ. Παρελθὼν δ' ἐκεῖνος, ὡς ἐκράτησε τῆς πόλεως, ἐχθρὸν ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις ἡγεῖτο καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ σύμβουλον, ὡς ἂν ἐξ ἁπλό-

functi quiete fruerentur: altum vero silentium et nox feralis civitatem obsidebat. Sed his malis graviores erant prædones. Effossis quippe domibus, quæ in sepulcra conversæ erant, cadavera spoliabant; et velamina corporibus detrahentes cum risu egrediebantur. Quin etiam gladiorum mucrones in ipsis cadaveribus experiebantur, et quosdam humi jacentium adhuc spirantes ad probandam ferri aciem transfigebant. Si qui autem ipsos rogarent ut manum sibi ac ferrum commodarent, arrogantia elati fami conficiendos relinquebant. Morientium vero singuli, quum seditiosos sibi superstites relinquerent, fixis oculis templum spectabant. At hi principio quidem ex publico ærario mortuos humari jusserant, quum cadaverum fœtorem ferre non possent; postea vero, quum humandis corporibus nequaquam sufficerent, in profundas voragines de muro ea projiciebant.

4. Has vero quum Titus circuiret, ubi oppletas cadaveribus vidit, altamque saniem putrefactis corporibus diffluentem, ingemuit, sublatisque in cœlum manibus Deum testatus est, facinus illud suum non esse. Atque ita quidem se res habebant in civitate. Romani vero, quum jam nemo seditiosorum excurreret (nam etiam hos tum mœror famesque tangebat), læti atque alacres erant, frumenti aliarumque rerum necessariarum copiam habentes de Syria aliisque proximis provinciis; multique juxta murum stantes, et magnam alimentorum vim præ se ferentes, satietate sua famem hostium incendebant. Seditiosis autem nihil ista calamitate commotis, Titus reliquias populi miseratus, et festinans saltem quantum superaret periculo eripere, iterum aggeres inchoabat, materia ægre ipsi suppeditata. Quippe universa civitati proxima prioribus operibus succisa erat, a nonagesimo vero stadio aliam comportabant milites; et contra Antoniam solam quattuor ad partes majores prioribus aggeres erigebant. Cæsar autem, legiones circumiens atque opus urgens et accelerans, quod in manibus eos haberet latronibus palam faciebat. Illos autem solos malorum quæ perpetraverant prorsus non pœnitebat: animabusque a corporibus divulsis, utrisque velut alienis utebantur. Neque enim vel animas illorum affectio mitigabat, neque corpora dolor tangebat, ut qui mortuos de plebe canum more dilacerabant, et ergastula invalidis replebant.

CAP. XIII. (XXXIII.)

Denique Simon ne Matthiam quidem, per quem civitatem occupaverat, sine cruciatu adhibito peremit. Boethi filius hic erat ex pontificibus, populo maxime fidelis et carus: qui, quum multitudo male acciperetur a zelotis, quibus jam Joannes accesserat, ut adjutorem Simonem reciperent populo persuadet, nulla cum eo prius habita pactione, neque mali aliquid ab eo metuens. Ingressus autem ille, postquam obtinuit civitatem, æque ac ceteros pro inimico habebat cum etiam qui pro ipso consilium dederat, quasi hoc

τητος γεγενημένον. Ἀχθέντα δὲ τηνικαῦτα καὶ κατηγορούμενον τὰ Ῥωμαίων φρονεῖν κατακρίνει μὲν θανάτῳ, μηδὲ ἀπολογίας ἀξιώσας, σὺν τρισὶν υἱοῖς· ὁ γὰρ τέταρτος ἔφθη διαδρὰς πρὸς Τίτον. Ἱκετεύοντα δ' ἀναιρεθῆναι πρὸ τῶν τέκνων καὶ ταύτην αἰτούμενον τὴν χάριν ἀνθ' ὧν ἀνοίξειεν αὐτῷ τὴν πόλιν, τελευταῖον ἀνελεῖν ἐκέλευσεν. Ὁ μὲν οὖν ἐν ὄψει φονευθεῖσιν ἐναπεσφάγη τοῖς παισὶν, ἄντικρυς τῶν Ῥωμαίων προαχθείς· οὕτω γὰρ ὁ Σίμων Ἀνάνῳ τῷ Βαμάδου προσέταξεν, ὃς ἦν ὠμότατος αὐτῷ τῶν δορυφόρων, ἐπειρωνευόμενος, εἴ τι βοηθήσουσιν αὐτῷ πρὸς οὓς ἐξελθεῖν εἵλετο. Θάπτειν δὲ ἀπεῖπε τὰ σώματα. Μετὰ τούτους ἱερεύς τις Ἀνανίας υἱὸς Μασαμβάλου τῶν ἐπισήμων, καὶ ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς Ἀριστεὺς, γένος ἐξ Ἀμμαοῦς, καὶ σὺν τούτοις πεντεκαίδεκα τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου λαμπρῶν, ἀναιροῦνται. Τὸν δὲ τοῦ Ἰωσήπου πατέρα συγκλείσαντες ἐφύλαττον, κηρύττουσι δὲ μηδένα τῶν κατὰ τὴν πόλιν μήτε συνομιλεῖν μήτε ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναθροίζεσθαι, δέει προδοσίας, καὶ τοὺς συνολοφυρομένους πρὸ ἐξετάσεως ἀνῄρουν.

(ΛΔ'.) β'. Ταῦτα ὁρῶν Ἰούδης τις υἱὸς Ἰούδου, τῶν ὑπάρχων τοῦ Σίμωνος εἷς ὢν, καὶ πεπιστευμένος ὑπ' αὐτοῦ πύργον φυλάττειν, τάχα μέν τι καὶ οἴκτῳ τῶν ὠμῶς ἀπολλυμένων, τὸ δὲ πλέον ἑαυτοῦ προνοίᾳ, συγκαλέσας τοὺς πιστοτάτους τῶν ὑπ' αὐτὸν δέκα, « μέχρι « τίνος ἀνθέξομεν, ἔφη, τοῖς κακοῖς; ἢ τίνας σωτηρίας « ἔχομεν ἐλπίδας πιστοὶ πονηρῷ μένοντες; οὐχ ὁ μὲν « λιμὸς ἤδη καθ' ἡμῶν, Ῥωμαῖοι δὲ παρὰ μικρὸν ἔν« δον, Σίμων δὲ καὶ πρὸς εὐεργέτας ἄπιστος, καὶ δέος « μὲν ἤδη παρ' αὐτῷ κολάσεως, ἡ δὲ παρὰ Ῥωμαίοις « δεξιὰ βέβαιος; Φέρε, παραδόντες τὸ τεῖχος σώσωμεν « ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν. Πείσεται δ' οὐδὲν δεινὸν « Σίμων, ἐὰν ἀπεγνωκὼς ἑαυτοῦ τάχιον δῷ δίκην. » Τούτοις τῶν δέκα πεισθέντων, ὑπὸ τὴν ἕω τοὺς λοιποὺς τῶν ὑποτεταγμένων ἄλλον ἀλλαχόσε διέπεμψεν, ὡς μὴ φωραθείη τι τῶν βεβουλευμένων, αὐτὸς δὲ περὶ τρίτην ὥραν ἀπὸ τοῦ πύργου τοὺς Ῥωμαίους ἐκάλει. Τῶν δὲ οἱ μὲν ὑπερηφάνουν, οἱ δ' ἠπίστουν, οἱ πολλοὶ δ' ὤκνουν ὡς μετὰ μικρὸν ἀκινδύνως ληψόμενοι τὴν πόλιν. Ἐν ὅσῳ δὲ Τίτος μετὰ τῶν ὁπλιτῶν παρῄει πρὸς τὸ τεῖχος, ἔφθη γνοὺς ὁ Σίμων, καὶ μετὰ τάχους τόν τε πύργον προκαταλαμβάνει καὶ τοὺς ἄνδρας συλλαβὼν ἐν ὄψει τῶν Ῥωμαίων ἀναιρεῖ, καὶ πρὸ τοῦ τείχους λωβησάμενος ἔρριψε τὰ σώματα.

(ΛΕ'.) γ'. Κἂν τούτῳ περιιὼν Ἰώσηπος (οὐ γὰρ ἀνίει παρακαλῶν) βάλλεται τὴν κεφαλὴν λίθῳ, καὶ παραχρῆμα πίπτει καρωθείς. Ἐκδρομὴ δ' ἐπὶ τῷ πτώματι τῶν Ἰουδαίων γίνεται, κἂν ἔφθη συρεὶς εἰς τὴν πόλιν, εἰ μὴ ταχέως Καῖσαρ ἔπεμψε τοὺς ὑπερασπίζοντας. Μαχομένων δὲ τούτων, ὁ Ἰώσηπος μὲν αἴρεται, βραχὺ τῶν πραττομένων ἐπαΐων. Οἱ στασιασταὶ δὲ, ὡς ἀνελόντες ὃν ἐπεθύμουν μάλιστα, μετὰ χαρᾶς ἀνεβόων. Διαγγέλλεται δ' εἰς τὴν πόλιν, καὶ τὸ καταλειπόμενον πλῆθος ἐπέσχεν ἀθυμία, πεπεισμένους οἴχεσθαι τῷ ὄντι δι' ὃν

ex simplicitate fecisset. Tunc autem productum et accusatum quod Romanis studeret, morte eum damnavit, nulla semet purgandi data libertate, cum tribus filiis; quartus enim ad Titum ante profugerat. Supplicantem vero ut prius quam filii occideretur, atque hanc pro illa quod civitatem ei aperuisset gratiam postulantem, novissimum jussit interfici. Et ille quidem super cæsos in conspectu suo filios jugulabatur, in locum e regione Romanorum productus (id enim Simon in mandatis dederat Anano Bamadi filio, qui erat ejus satellitum crudelissimus), cum hac cavillatione, an quid eum juvaturi sint ad quos egredi voluisset. Corpora vero sepeliri prohibebat. Post hos pontifex quidam Ananias Masambali filius, claro genere, et scriba curiæ Aristeus ex Ammaunte ortus, et cum his alii de populo quindecim ceteris præeminentes necantur. Josephi vero patrem conclusum adservabant, et per præconem denunciant, ne quis in civitate vel cum eo colloqueretur, vel cum illic conveniret, proditionis metu; et eos qui vel simul gemerent, nulla prius habita quæstione, de medio tollebant.

(XXXIV.) 2. Ista videns quidam Judes Judæ filius, ex iis quos præfectos constituerat Simon, quique turrim ab eo sibi creditam custodiebat, fortasse quidem nonnihil miseratus crudeliter pereuntes, magis vero quod sibi provideret, convocatis decem sub ipso fidelissimis, « quousque tandem, inquit, hæc mala sustinebimus? quamve salutis spem habemus improbo fidem servantes? Nonne fames quidem « jam contra nos facit, Romani vero fere intra urbem sunt, « et Simon bene de se meritis parum fidelis, metusque jam « apud eum pœnæ, et apud Romanos certa fides? Eia agite, « tradito muro et nosmet servemus et civitatem. Nihil « autem grave Simon patietur, si, quum de se desperaverit, « pœnas citius dabit. » Quum dicto audientes essent hi decem, mane ceteros, quos subjectos habebat, alio alios dimittebat, ne quid eorum quæ consilio agitaverat deprehenderetur: ipse vero de turri hora tertia Romanos invocabat. Illorum autem alii quidem eum contemnebant, alii vero ei diffidebant, at plerique aliquid agere gravabantur, quasi mox capturi essent civitatem sine periculo. Quum autem Titus in eo esset ut cum armatis ad murum accederet, rem prius cognitam habebat Simon, et quam ocissime turrim præoccupat, virosque comprehensos in conspectu Romanorum interficit, et e muro corpora dilaniata projicit.

(XXXV.) 3. Interim, quum circumiret Josephus (non enim hortari cessabat), caput ictus est lapide, et statim vertigine correptus cecidit. Excursus autem ad ejus casum factus est Judæorum, abreptusque in urbem fuisset, nisi ocius ei auxiliatores misisset Cæsar. Illis autem pugnantibus, Josephus quidem tollitur, parum quod ageretur intelligens. Seditiosi vero, tanquam interfecto quem perimi maxime volebant, cum gaudio clamorem edebant. Divulgatur autem per urbem, et residuam multitudinem mœror tenuit, vero periisse credentem, cujus fiducia profugere cogitabant.

αὐτομολεῖν ἐθάρρουν. Ἀκούσασα δ' ἡ τοῦ Ἰωσήπου μήτηρ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνάναι τὸν υἱὸν, πρὸς μὲν τοὺς φύλακας ἀπὸ Ἰωταπάτων τοῦτ' ἔφη πεπεῖσθαι (καὶ γὰρ οὐδὲ ζῶντος ἀπολαύειν), ἰδίᾳ δ' ὀλοφυρομένη πρὸς τὰς θεραπαινίδας τοῦτον εἰληφέναι τῆς εὐτεκνίας ἔλεγε καρπὸν, τὸ μηδὲ θάψαι τὸν υἱὸν, ὑφ' οὗ ταφήσεσθαι προσεδόκησεν. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε ταύτην ἐπὶ πλέον ὠδύνα τὸ ψεῦδος οὔτε τοὺς λῃστὰς ἔθαλπε. Ταχέως γὰρ ἐκ τῆς πληγῆς ἀνήνεγκεν ὁ Ἰώσηπος, καὶ προελθὼν τοὺς μὲν οὐκ εἰς μακρὰν ἐβόα δίκας αὐτῷ δώσειν τοῦ τραύματος, τὸν δὲ δῆμον πάλιν ἐπὶ πίστιν προὐκαλεῖτο. Θάρσος δὲ τῷ λαῷ καὶ τοῖς στασιασταῖς ἔκπληξις ἐμπίπτει πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ.

(ΛϚ'.) δ'. Τῶν δὲ αὐτομόλων οἱ μὲν ὑπ' ἀνάγκης ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπήδων ταχέως, οἱ δὲ προϊόντες ὡς ἐπὶ μάχη μετὰ χερμάδων, ἔπειτα πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἔφευγον. Συνείπετο δὲ τούτοις τύχη τῶν εἴσω χαλεπωτέρα, καὶ τοῦ παρὰ σφίσι λιμοῦ συντονώτερον ηὕρισκον πρὸς ὄλεθρον τὸν παρὰ Ῥωμαίοις κόρον. Παρεγίνοντο μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐνδείας πεφυσημένοι, καὶ ὥσπερ ὑδρωπιῶντες, ἔπειτα ἀθρόως κενοῖς ὑπερεμπιπλάμενοι τοῖς σώμασιν ἐῤῥήγνυντο, πλὴν τῶν δι' ἐμπειρίαν ταμιευσαμένων τὰς ὀρέξεις, καὶ κατ' ὀλίγον προσθέντων τροφὴν ἀπειθισμένῳ τῷ σώματι φέρειν. Καὶ τοὺς οὕτω δὲ σωζομένους ἑτέρα πληγὴ μετελάμβανε. Τῶν γὰρ παρὰ τοῖς Σύροις τις αὐτομόλων φωρᾶται τῶν τῆς γαστρὸς λυμάτων χρυσοῦς ἐκλέγων. Καταπίνοντες δὲ, ὡς ἔφαμεν, αὐτοὺς προῄεσαν, ἐπειδὴ ἀνηρεύνων πάντας οἱ στασιασταὶ, καὶ πολὺ πλῆθος ἦν ἐν τῇ πόλει χρυσοῦ· δώδεκα γοῦν Ἀττικῶν ὠνοῦντο τὰ πρότερον ἰσχύοντα πέντε καὶ εἴκοσιν· ἀλλά τοι τῆς ἐπινοίας ἐλεγχθείσης δι' ἑνὸς, ἀναπίμπλαται μὲν φήμη εἰς τὰ στρατόπεδα ὡς μεστοὶ χρυσίου παρεῖεν οἱ αὐτόμολοι, τὸ δὲ τῶν Ἀράβων πλῆθος καὶ οἱ Σύροι τοὺς ἱκέτας ἀνατέμνοντες ἠρεύνων τὰς γαστέρας. Καὶ τούτου τοῦ πάθους οὐδὲν ἔμοιγε δοκεῖ συμβῆναι Ἰουδαίοις χαλεπώτερον· μιᾷ γοῦν ἀνεσχίσθησαν νυκτὶ πρὸς δισχιλίους.

ε'. Καὶ γνοὺς τὴν παρανομίαν Καῖσαρ ὀλίγου μὲν ἐδέησε τὸ ἱππικὸν περιστήσας κατακοντίσαι τοὺς αἰτίους, εἰ μὴ πολὺ πλῆθος ἐνείχετο, καὶ τῶν ἀνῃρημένων πολλαπλασίους ἦσαν οἱ κολασθησόμενοι. Συγκαλέσας δὲ τούς τε τῶν συμμάχων ἡγεμόνας καὶ τοὺς τῶν ταγμάτων (συνδιεβάλλοντο γὰρ καὶ τῶν στρατιωτῶν τινές) πρὸς ἑκατέρους ἀγανακτῶν ἔλεγεν, εἰ τῶν μὲν σὺν αὐτῷ στρατευομένων τινὲς τοιαῦτα δρῶσι κέρδους ἕνεκεν ἀδήλου, μηδὲ τὰ ὅπλα σφῶν αὐτῶν αἰδούμενοι πεποιημένα ἐξ ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ· τοῖς δ' Ἄραψι καὶ τοῖς Σύροις, εἰ πρῶτον μὲν ἐν ἀλλοτρίῳ πολέμῳ τοῖς πάθεσιν αὐτεξουσίως χρῶνται, ἔπειτα τῇ περὶ φόνους ὠμότητι καὶ τῷ πρὸς Ἰουδαίους μίσει Ῥωμαίους ἐπιγράφουσι· καὶ γὰρ νῦν ἐνίους αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν συναπολαύειν τῆς κακοδοξίας. Τούτοις μὲν οὖν διηπείλησε θάνατον, εἴ τις εὑρεθείη πάλιν τὸ αὐτὸ τολμῶν, τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ταγμάτων ἐπέστελλεν ἐρευνήσοντας

Atque mater Josephi, quum in carcere accepisset filium occubuisse, custodibus quidem Jotapatenis, id se persuasissimum habere dicebat (nec enim vivo potituram esse); secreto autem flens ancillis aiebat, hunc se fructum fœcunditatis tulisse, quod sibi ne sepelire quidem filium licuisset, a quo sepeliri sperasset. Verum nec illam rumor falsus diu cruciavit, nec latrones recreavit. Nam ex vulnere cito convaluit Josephus, progressusque clamabat, illos sibi non multo post vulneris pœnas daturos: atque populum rursus, ut sibi haberent fidem, hortabatur. Ejus autem ad aspectum populo crevit fiducia, et seditiosos invasit consternatio.

(XXXVI.) 4. Ceterum e transfugis alii statim de muro necessitate adacti se dejiciebant; alii velut ad pugnam cum lapidibus progredi simulantes, mox ad Romanos se recipiebant. Hos autem atrocior ea quam in urbe pertulerant fortuna consequebatur, et fame, quam domi reliquerant, velociorem ad exitium inveniebant apud Romanos satietatem. Aderant namque ex inedia inflati, et velut aqua intercuti tumefacti, deinde ciborum abunde in vacua ingerentes corpora disrumpebantur: nisi qui rerum non imperiti desideria cohibuissent, paulatimque alimentum desueto corpori obtulissent. Verum et eos, qui hoc modo servarentur, alia plaga excepit. Quidam enim e transfugis apud Syros deprehenditur e fimo ventris aureos colligens. Quippe eos, ut diximus, deglutientes prodibant, quod cunctos seditiosi perscrutarentur, et magna vis auri erat in civitate, adeo ut duodecim Atticis veniret quod antea viginti quinque valebat. Verum hac arte per unum detecta, totis quidem castris fama percrebuit, quod auro transfugæ pleni adessent; Arabum autem multi et Syri supplicum dissectorum ventres perscrutabantur. Et hac ego clade nullam credo atrociorem Judæis contigisse: una quippe nocte ad duo millia discissi sunt.

5. Et quum Cæsari cognita esset hæc iniquitas, parum aberat quin circumfuso equitatu auctores sceleris jaculis configi jussisset, nisi ingens multitudo eum cohibuisset, utpote quod multo plures puniendi essent quam fuerant interempti. Convocatis autem auxiliarium et legionum ducibus (nam et militum quidam ejusdem probri insimulati erant), utrisque iratus dicebat, an qui militum quidem suorum hæc committant lucri causa incerti, neque arma sua erubescentes ex auro et argento facta? Arabibus autem et Syris, an primum quidem in alieno bello affectibus suis licenter indulgeant, dein crudelitatem in cædibus et in Judæos odia Romanis ascribant? etenim istas quosdam de militibus suis infamiæ notas jam subire. His quidem mortem interminatus est, si quis in eodem postea deprehensus fuerit audaci facinore; legionibus vero mandata dedit, ut suspe-

τοὺς ὑπόπτους ἀναγαγεῖν ἐπ' αὐτόν. Κατεφρόνει δὲ, ὡς ἔοικε, φιλοχρηματία πάσης κολάσεως, καὶ δεινὸς ἐμπέφυκεν ἀνθρώποις τοῦ κερδαίνειν ἔρως, οὐδέν τε οὕτω πάθος ὡς πλεονεξία παραβάλλεται. Ἢ ταῦτα μὲν ἄλλως καὶ μέτρον ἔχει καὶ φόβοις ὑποτάσσεται, Θεὸς δὲ ἦν ὁ τοῦ λαοῦ παντὸς κατακρίνας καὶ πᾶσαν αὐτοῖς σωτηρίας ὁδὸν εἰς ἀπώλειαν ἀποστρέφων. Ὃ γοῦν μετὰ ἀπειλῆς ἀπεῖπεν ὁ Καῖσαρ λάθρα κατὰ τῶν αὐτομόλων ἐτολμᾶτο. Καὶ τοὺς διαδιδράσκοντας πρὶν πᾶσιν ὀφθῆναι προαπαντῶντες ἔσφαττον οἱ βάρβαροι· περισκοπούμενοι δὲ μή τις ἐπίδοι Ῥωμαίων ἀνέσχιζον, κἀκ τῶν σπλάγχνων τὸ μιαρὸν κέρδος εἷλκον. Ὀλίγοις δ' ἐνηυρίσκετο, καὶ τοὺς πολλοὺς παρανήλισκεν ἐλπὶς μόνη. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ πάθος πολλοὺς τῶν αὐτομόλων ἐπανήγαγεν.

(ΛΖ'.) ϛ'. Ἰωάννης δὲ, ὡς ἐπέλιπον αἱ ἁρπαγαὶ παρὰ τοῦ δήμου, πρὸς ἱεροσυλίαν ἐτράπετο. Καὶ πολλὰ μὲν τῶν ἀναθημάτων κατεχώνευεν ἐκ τοῦ ναοῦ, πολλὰ δὲ τῶν πρὸς τὰς λειτουργίας ἀναγκαίων σκεύη, κρατῆράς τε καὶ πίνακας καὶ τραπέζας. Ἀπέσχετο δ' οὐδὲ τῶν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ πεμφθέντων ἀκρατοφόρων. Οἱ μὲν γὰρ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐτίμησάν τε καὶ προσεκόσμησαν τὸ ἱερὸν ἀεί· τότε δ' ὁ Ἰουδαῖος καὶ τὰ τῶν ἀλλοφύλων κατέσπα· πρὸς δὲ τοὺς συνόντας ἔλεγεν ὡς δεῖ μετὰ ἀδείας καταχρήσασθαι τοῖς θείοις ὑπὲρ τοῦ θείου, καὶ τοὺς τῷ ναῷ στρατευομένους ἐξ αὐτοῦ τρέφεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἱερὸν οἶνον καὶ τὸ ἔλαιον, ὃ τοῖς ὁλοκαυτώμασιν οἱ ἱερεῖς ἐφύλαττον ἐπιχεῖν, ἐκκενώσας (ἦν δ' ἐν τῷ ἐνδοτέρῳ ἱερῷ) διένειμε τῷ πλήθει, κἀκεῖνοι δίχα φρίκης πλέον τοῦ ἱν ἠλείφοντο καὶ ἔπινον ἐξ αὐτῶν. Οὐκ ἂν ὑποστειλαίμην εἰπεῖν, ἅ μοι κελεύει τὸ πάθος. Οἶμαι Ῥωμαίων βραδυνόντων ἐπὶ τοὺς ἀλιτηρίους, ἢ καταποθῆναι ἂν ὑπὸ χάσματος, ἢ κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν, ἢ τοὺς τῆς Σοδομηνῆς μεταλαβεῖν κεραυνούς· πολὺ γὰρ τῶν ταῦτα παθόντων ἤνεγκε γενεὰν ἀθεωτέραν. Τῇ γοῦν τούτων ἀπονοίᾳ πᾶς ὁ λαὸς συναπώλετο.

ζ'. Καὶ τί δεῖ κατὰ μέρος ἐκδιηγεῖσθαι τὰς συμφοράς; ἀλλὰ πρὸς Τίτον ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις Μανναῖος ὁ Λαζάρου φυγὼν διὰ μιᾶς ἔλεγεν ἐκκεκομίσθαι πύλης, ἣν αὐτὸς ἐπεπίστευτο, μυριάδας ἕνδεκα νεκρῶν ἐπὶ πεντακισχιλίοις ὀκτακοσίοις ὀγδοήκοντα, ἀφ' ἧς αὐτοῖς ἡμέρας παρεστρατοπεδεύσατο, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς ἄχρι Πανέμου νουμηνίας. Τοῦτο δ' ἦν πλῆθος ἄπειρον. Καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἐφεστὼς, ἀλλὰ δημοσίᾳ μισθὸν διδοὺς ἐξ ἀνάγκης ἠρίθμει. Τοὺς δὲ λοιποὺς οἱ προσήκοντες ἔθαπτον. Ταφὴ δ' ἦν τὸ προκομίσαντας ἐκ τοῦ ἄστεος ῥῖψαι. Μετὰ δὲ τοῦτον διαδράντες πολλοὶ τῶν ἐπισήμων τὰς πάσας τῶν ἀπόρων νεκρῶν ἀπήγγελλον μυριάδας ἑξήκοντα διὰ τῶν πυλῶν ἐκριφῆναι, τῶν δὲ ἄλλων ἀνεξεύρετον εἶναι τὸν ἀριθμόν. Μηκέτι δὲ εὐτονούντων τοὺς πτωχοὺς ἐκφέρειν ἔλεγον συσσωρεύοντας εἰς τοὺς μεγίστους οἴκους τὰ πτώματα ἀποκλείειν· καὶ τοῦ μὲν σίτου τὸ μέτρον πραθῆναι τα-

ctos investigarent et ad ipsum deferrent. Verum avaritia plane contemnit omne supplicium, et lucri amor gravis hominibus innatus est, nullusque animi affectus in pericula adeo præceps ruit ac plura habendi cupiditas. Imo vero et isti alias et modum habent et metu subjugantur: Deus autem erat qui populum universum damnaverat, et omnem ad salutem viam ei in perniciem vertebat. Quod utique, ne fieret, cum pœnarum comminatione interdixit Cæsar, id occulte in profugos admittebatur. Et transfugas, priusquam omnium in conspectum venirent, jugulabant barbari obviam eis procedentes: dein circumspicientes ne quis Romanorum videret, eos discindebant, et ex visceribus quæstum nefarium trahebant. In paucis autem reperiebatur, et plerique ex sola spe mactabantur. Certe quidem hoc malum multos transfugarum reduxit.

XXXVII. 6. Joannes autem, ubi rapinæ ex populo defecerunt, ad sacrilegium sese convertit. Et multa quidem e donariis in templo repositis conflabat, multaque vasa rei divinæ ministerio necessaria, crateras et lances et mensas: et ne urceolis quidem abstinuit, quos Augustus ejusque uxor miserant. Nam Romanorum quidem Imperatores templum semper honorarunt atque ornarunt: tunc autem Judæus etiam alienigenarum dona distrahebat, et ad socios dicebat, oportere sine metu uti divinis pro numine stantes, et ex templo ali qui ei militant. Propterea sacrum quoque vinum et oleum quod servabant sacerdotes ut holocaustis superinfunderent, exhauriens (erat enim in templi parte interiori), distribuebat multitudini, atque illi sine horrore ungendo et potando plus quam hin ex illis consumebant. Nequaquam verebor palam dicere quæ dolor jubet. Equidem arbitror, si Romani sceleratis exitium inferre cessassent, futurum fuisse ut urbs aut terræ hiatu absorberetur, aut eluvione deleretur, aut soli Sodomitici fulmina experiretur: multo enim magis impiam progeniem edidit, quam erant qui hæc perpessi sunt. Itaque simul cum istorum furore ac vesania universus populus interiit.

7. Et quid opus est singulatim recensere clades? Mannæus Lazari filius, his diebus ad Titum transgressus, dicebat per unam portam elata fuisse centum et quindecim mortuorum millia et octingentos octoginta, ex quo die castra prope civitatem posita essent, die decima quarta mensis Xanthici usque ad primam Panemi diem. Hæc autem erat immensa multitudo. Nec tamen ipse fuit portæ appositus, sed publicam mercedem distribuens necesse habuit mortuos numerare. Ceteros autem propinqui sepeliebant. Sepultura autem erat, elatos de urbis muro dejicere. Post hunc autem multi nobiles transfugæ narrabant, mortuos egenos ad sexcenta millia universos portis ejectos esse, ceterorum vero numerum inveniri non posse. Quumque pauperibus efferendis non sufficerent, congesta in maximis ædibus cadavera inclusa esse dicebant: et frumenti quidem modium venisse

λάντου, μετὰ ταῦτα δὲ ὡς οὐδὲ ποηλογεῖν ἔτι οἷόντε ἦν περιτειχισθείσης τῆς πόλεως, προελθεῖν τινας εἰς τοσοῦτον ἀνάγκης, ὥστε τὰς ἀμάρας ἐρευνῶντας καὶ παλαιὸν ὄνθον βοῶν προσφέρεσθαι τὰ ἐκ τούτων σκύβαλα, καὶ τὸ μηδὲ ὄψει φορητὸν πάλαι τότε γενέσθαι τροφήν. Ταῦτα Ῥωμαῖοι μὲν ἀκούοντες ἠλέησαν, οἱ στασιασταὶ δὲ καὶ βλέποντες οὐ μετενόουν, ἀλλ' ἠνείχοντο μέχρις αὐτῶν προελθεῖν. Πεπήρωντο γὰρ ὑπὸ τοῦ χρεών, ὃ τῇ τε πόλει καὶ αὐτοῖς ἤδη παρῆν.

ΛΟΓΟΣ Ϛ'.

α'. Περὶ τῆς τῶν στασιαστῶν ἀπονοίας καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ θνησκόντων· καὶ ὅπως τῶν Ῥωμαίων τὰ χώματα ἐγειράντων περικαθαρθέντα τὰ προάστεια ἀχαριστότατα ἐφαίνοντο.

β'. Ὅπως διετέθησαν Ῥωμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι τῶν χωμάτων γενομένων· καὶ ὅπως ὁρμήσαντες Ἰουδαῖοι καὶ ταῦτα καῦσαι οὐκ ἴσχυσαν.

γ'. Ὅπως ταῖς τε ἑλεπόλεσι τύπτοντες Ῥωμαῖοι καὶ ὑπορύττοντες τὸ τεῖχος τῆς Ἀντωνίας κατέρριψαν, ἀναδειχθέντος δὲ ἑτέρου τείχους, ὅπερ ἔνδοθεν οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην ἀντῳκοδόμησαν, ἠνιάθησαν.

δ'. Ὡς δεδοικότας ἀναβῆναι τοὺς στρατιώτας Τίτος δημηγορίᾳ ἀρίστῃ προὐτρέψατο αὐτούς.

ε'. Ὅπως ἄλλοι τε καὶ Σαβῖνος πρῶτος πάντων ἐκπηδήσας τοὺς Ἰουδαίους ἐτρέψατο, καὶ πολλοὺς ἀποκτείνας τελευταῖον καὶ αὐτὸς διεφθάρη.

α'. Ὡς καὶ τὸ τρίτον τεῖχος παρελήφθη. Ἔκφρασις τοῦ περὶ τὸ ἱερὸν πολέμου Ἰουδαίων τε καὶ Ῥωμαίων.

ζ'. Περὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ ἑκατοντάρχου, ὅπως πολλούς τε τῶν Ἰουδαίων ἀπέκτεινε καὶ αὐτὸς ἀπώλετο· καὶ ὅπως τρέπονται Ῥωμαῖοι καὶ κατακλείονται εἰς τὴν Ἀντωνίαν.

η'. Ὅπως Τίτος κατασκάψαι προστάξας τὴν Ἀντωνίαν τὸν Ἰώσηπον προὐτρέψατο τοῖς Ἰουδαίοις αὖθις παραινέσαι.

θ'. Ὡς μηδὲν τῶν στασιαστῶν ὠφεληθέντων ἐκ τῶν λόγων Ἰωσήπου, πολλοὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου πρὸς τὸ αὐτομολεῖν ὁρμήσαντες ἐξῆλθον, οὓς ὁ Τίτος εἰς Γόφναν ἐξαπέστειλεν.

ι'. Ὅπως οἱ αὐτομολήσαντες πλεῖστα τοὺς Ἰουδαίους ἱκέτευον παραδοῦναι Καίσαρι τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐδὲν ἤνυον, μᾶλλον δὲ καὶ φιλονεικοτέρους ἐποίουν· ἐφ' οἷς Τίτος διὰ Ἰωσήπου διελέχθη, καὶ μὴ πειθομένων αὐτῶν πάλιν πρὸς τὸν πόλεμον ἐχώρει.

ια'. Ὡς ἀπὸ πάσης τῆς δυνάμεως τοὺς ἀρίστους ἐκλεξάμενος Τίτος, καὶ κατὰ τοῦ ἱεροῦ αὐτοὺς διαφεὶς, αὐτὸς ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας ἐκαραδόκει τὸ μέλλον.

ιβ'. Ὅπως συμπεσόντες ἀλλήλοις πολλῶν ἑκατέρωθεν πεσόντων διελύθησαν, μηδενὸς βεβαίως νικήσαντος.

ιγ'. Ὅπως κατὰ τοῦ ἱεροῦ χώματα ἤγειραν.

ιδ'. Ὡς τινῶν ἱππέων ἀπολλύντων τοὺς ἵππους, διὰ τῆς εἰς ἕνα στρατιώτην κολάσεως τοὺς λοιποὺς Καῖσαρ ἐσωφρόνισεν.

ιε'. Ὅπως κατὰ τὸ Ἐλαιῶν ὄρος πολλοὶ τῶν στασιαστῶν ὁρμήσαντες ὑπεξελθεῖν ἀνετράπησαν· ὅτε καί τις τῶν ἱππέων Πεδάνιος ἁρπάσας τινὰ νεανίαν φεύγοντα, τῷ Καίσαρι καθάπερ τι κειμήλιον προσήγαγεν.

ιϛ'. Ὡς Ἰουδαῖοι τὰ προσεγγίζοντα τῷ ἱερῷ κατέπρησαν, ὡς μὴ δι' αὐτῶν Ῥωμαῖοι τοῦ ἱεροῦ ἐγκρατεῖς γένοιντο.

ιζ'. Περὶ τοῦ μονομαχήσαντος Ἰουδαίου κατὰ πρόκλησιν καὶ νικήσαντος, πῶς διὰ τὴν ἀλαζονείαν ἀπεκτάνθη.

talento; post autem, ubi muro circumdata civitate ne herbas quidem legere jam liceret, eo necessitatis quosdam devenisse, ut cloacas et vetusta rimantes boum stercora, retrimenta inde collecta ederent; et quod olim visu erat horribile, in escam cessisse. Quum ista quidem audirent Romani, eos miserati sunt: seditiosos autem ista etiam aspicientes non pœnitebat, sed patiebantur ea usque ad ipsos progredi. Fatum enim eos cæcos reddiderat, quod jam et civitati et ipsis imminebat.

LIBER VI.

1. De seditiosorum desperatione, et hominibus fame pereuntibus; qualiterque suburbia circumcisa, post erectos a Romanis aggeres, aspectu erant ingratissima.

2. Quomodo Romani et Judæi animis affecti erant excitatis aggeribus; quodque Judæi excursione facta illos urere non potuerunt.

3. Quomodo Romani machinarum pulsatione, et suffossione Antoniæ murum dejecerunt, alio autem muro conspecto, quem Joannes cum suis ædificaverat, conturbati erant.

4. Quemadmodum Titus milites, quum murum ascendere non ausi essent, præstantissima oratione adhortatus est.

5. Qualiter et alii, et Sabinus omnium primus de muro exsiliens Judæos in fugam vertit; multisque cæsis tandem et ipse occiditur.

6. Quomodo et tertius murus superatus est. Descriptio pugnæ inter Judæos et Romanos circa templum.

7. De Juliano centurione, quomodo Judæorum multos interfecit, et ipse peremptus est: utque fugiunt Romani et in Antoniam conclusi sunt.

8. Quomodo Titus, quum Antoniam dirui jussisset, Josephum incitavit ut Judæos iterum verbis hortaretur.

9. Quod multi de populo, quum seditiosi in melius non mutarentur verbis Josephi, transfugiendi desiderio egressi sunt, quos Titus in Gophnam misit.

10. Quemadmodum transfugæ multis Judæos rogabant ut Cæsari urbem traderent; verum nihil valebant, sed potius pertinaciores eos efficiebant: unde Titus, quum per Josephum eos increpasset, illique nihil obsequuti essent, rursus bello eos aggreditur.

11. Quomodo Titus, quum ex copiis universis fortissimos elegisset et ipsos contra templum dimisisset, ipse ab Antonia quid fieret exspectabat.

12. Qualiter prælio congressi sunt, et multis utrinque cæsis dirempta est pugna cum dubia victoria.

13. Quomodo contra templum aggeres excitarunt.

14. Ut, quum equitum nonnulli equos amisissent, unius militis pœna reliquos in posterum cautiores reddidit.

15. Quomodo e regione Olivarum montis multi seditiosorum clam egredi conati prosternuntur: quodque equitum quidam Pedanius, rapto quodam juvene dum fugeret, eum ad Cæsarem tanquam munus pretiosum adducebat.

16. Ut Judæi omnia templo propinqua incenderunt, ne ex illis Romani templum in potestatem suam redigerent.

17. De Judæo qui ad singulare certamen Romanos provocaverat, victorque ex gloriatione sua occisus est.

ιη'. Περὶ τοῦ ἐπινοηθέντος παρὰ τῶν Ἰουδαίων δόλου, ᾧ πολλοὺς Ῥωμαίων ἐνέπρησαν.

ιθ'. Περὶ Λόγγου τοῦ στρατιώτου Ῥωμαίων ὡς ἑαυτὸν ἀνεῖλε, καὶ περὶ τοῦ ἐπιρρίψαντος ἑαυτὸν συστρατιώτῃ Λουκίῳ.

κ'. Ἔκφρασις αὖθις τῶν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ θνησκόντων.

κα'. Περὶ Μαρίας τῆς τὸ ἴδιον τέκνον καταφαγούσης.

κβ'. Ὅπως, τῶν χωμάτων κατὰ τοῦ ἱεροῦ ἀπαρτισθέντων, προσήγαγον τοὺς κριούς· καὶ ὡς ἐπὶ κλιμάκων ἀναβάντες δεινὸν αὖθις ἔστησαν πόλεμον καὶ τέλος ἡττήθησαν Ῥωμαῖοι· ἐφ' οἷς ὀργισθεὶς Τίτος τὰς πύλας ὑφάπτειν προσέταξεν.

κγ'. Περὶ τῶν αὐτομολησάντων τῷ Τίτῳ δορυφόρων τοῦ τυράννου Σίμωνος.

κδ'. Ὅπως βουλὴν προτιθεὶς Τίτος πῶς δεῖ χρήσασθαι τῷ ἱερῷ, ἄλλων ἄλλα λεγόντων, αὐτὸς οὐκ ἔφη συγχωρῆσαι τοιοῦτον ἔργον καταφλεγῆναι, καὶ οὕτως διαλύεται τὸ συνέδριον.

κε'. Ὅπως Ἰουδαῖοι ταῖς τῶν Ῥωμαίων φύλαξιν ἐπιπίπτουσι, καὶ μελλόντων αὐτῶν τραπῆναι, φθάσας Καῖσαρ ἐπήμυνε, τρέψας τοὺς Ἰουδαίους.

κς'. Ὅπως ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη καὶ ἄκοντος Καίσαρος.

κζ'. Ὅτι καθ' ὃν καιρὸν ἐπὶ τῶν Βαβυλωνίων καὶ πρότερον ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη, κατὰ τόνδε τὸν μῆνα καὶ τὴν ἡμέραν αὖθις κατεφλέγη.

κη'. Ὡς τοῦ ναοῦ φλεγομένου καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν Ἰουδαίων συναναιρουμένων συμμιγής τις ἦχος καὶ βοὴ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν ἀπολωλότων ἐγένετο.

κθ'. Ὅπως τῶν ἱερέων τινὲς κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπερρίπτουν τοὺς ὀβελοὺς τοῦ ναοῦ, καὶ ὡς ἐπὶ τοῖχόν τινα ἀναβάντες ἑαυτοὺς εἰς τὸ πῦρ ἔβαλλον· καὶ ὡς Ῥωμαῖοι τὰ λοιπὰ λείψανα τοῦ ναοῦ πάντα καταφλέγοντες κατέκαυσαν καὶ πλῆθος τῶν καταφυγόντων αὐτόθι εἰς ἑξακισχιλίους.

λ'. Περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου, ᾧ πιστεύσας ὁ λαὸς ἀπώλετο.

λα'. Περὶ τῶν προγεγονότων σημείων τῆς ἁλώσεως.

λβ'. Ὅπως Ῥωμαῖοι τὰς σημαίας ἐν τῷ ναῷ εἰσεκόμισαν, καὶ τὸν Τίτον εὐφημίαις ἐγέραιρον· καὶ ὅπως ὁ χρυσὸς ἀπὸ τῆς λείας εὐθήνησεν.

λγ'. Περὶ τοῦ παιδίου τοῦ μετὰ ἱερέων εἰς τὸν τοῖχον ἀναφυγόντος πῶς ἠπάτησε Ῥωμαίους· καὶ ὅπως λιμώττοντες κατέβησαν πρὸς τὸν Τίτον οἱ ἱερεῖς, ὁ δὲ αὐτοὺς ἐκέλευσε κολάσαι.

λδ'. Ὅπως οἱ τύραννοι τὸν Τίτον εἰς λόγους προὐκαλέσαντο, ὁ δὲ αὐτοῖς διαλαλιᾷ θαυμασιωτάτῃ ὡμίλησεν.

λε'. Ὅτι μηδὲν μέτριον φρονούντων τῶν τυράννων, ἀγανακτήσας Τίτος ἐκήρυξε μὴ ἐλπίζειν αὐτοὺς ἔτι δεξιᾶς τυχεῖν· ὅθεν τὴν στρατιὰν ἐκέλευσε τὰ λοιπὰ καταφλέξαι.

λς'. Περὶ τῶν προσφυγόντων Καίσαρι βασιλικῶν συγγενῶν, ὅπως τε αὐτοὺς εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν.

λζ'. Ὡς ὁρμήσαντες οἱ στασιασταὶ, τοὺς ἐν τῇ βασιλικῇ οἰκίᾳ Ῥωμαίους διώξαντες, τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν καταφυγόντων τοῦ δήμου πᾶν ἐφόνευσαν, δύο τῶν Ῥωμαίων ζωγρήσαντες.

λη'. Ὅπως πάλιν Ῥωμαῖοι, τοὺς λῃστὰς τρεψάμενοι, τὰ ὑπόλοιπα τῆς πόλεως κατέφλεξαν.

λθ'. Ὅπως οἱ τύραννοι τοῖς ὑπονόμοις θαρροῦντες μέχρι παντὸς τῷ πολέμῳ προσέμενον.

μ'. Ὡς πάλιν ὁ Καῖσαρ τὴν ἄνω πόλιν χώμασι διαλαμβάνει, καθ' ὃν καιρὸν βουλευομένων τινῶν στασιαστῶν περὶ παραδόσεως, φθάνει μαθὼν ὁ Σίμων, οὓς καὶ ἐκόλασεν.

μα'. Περὶ τοῦ ἱερέως τοῦ προσφυγόντος Καίσαρι, καὶ κειμήλια πολλὰ παραδόντος.

μβ'. Ὡς, συντελουμένων τῶν χωμάτων, Ῥωμαῖοι τὰς μηχανὰς προσάγοντες, τῶν λῃστῶν παραλόγως ἀποδράντων κἀν τοῖς ὑπονόμοις ὑποδύντων, ἐγκρατεῖς τῆς ὅλης πόλεως ἐγεγόνεισαν.

μγ'. Ὡς παρελθὼν εἴσω Καῖσαρ, καὶ πολλὰ τῆς ὀχυρότητος τὴν πόλιν θαυμάσας, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀφανίσαι προσέταξε,

18. De dolo a Judæis excogitato, quo multos Romanorum exusserunt.

19. De Longo milite Romano, qualiter semetipsum interfecit; deque eo qui semet in Lucium commilitonem projecit.

20. Altera descriptio illorum qui fame perierunt.

21. De Maria quæ suum filium comederat.

22. Qualiter aggeribus contra templum erectis arietes admovebant: utque scalis ascensis acre commissum est prælium, tandemque victi sunt Romani: qua de causa Titus iratus portis ignem subjici jussit.

23. De satellitibus Simonis tyranni qui ad Titum profugerant.

24. Quod, quum proponeretur a Tito quid facturi essent de templo, aliique alia dicerent, ipse dixerit se non passurum esse ejusmodi structuram flammis absumi: atque ita concilium dimisit.

25. Quomodo Judæi Romanos qui in statione erant adoriuntur, quumque in eo essent ut in fugam verterentur, Cæsar prius auxilio venit et Judæos fugat.

26. Quomodo templum incensum est, invito Cæsare.

27. Quod eodem mense et die deflagravit templum, quæ olim concrematum est a Babyloniis

28. Quod, quum templum flammis vastaretur et Judæi omnes cujuscunque ætatis una perirent, permixtus cum cæde editur sonitus, clamorque Romanorum et pereuntium promiscuus.

29. Quomodo sacerdotum nonnulli verubus templi in Romanos pro missilibus utebantur, et muro quodam ascenso semetipsos in ignem conjecerunt: utque Romani, igne in omnia grassantes, quicquid reliquum erat templi incenderunt, et multitudinem eo confugientium ad sex hominum millia.

30. De falso propheta, cui populus ad sui interitum fidem habuit.

31. De signis excidium præcedentibus.

32. Quomodo Romani signa in templum inferebant, et Titum acclamationibus honorabant; deque magna auri copia ex præda.

33. De puero cum sacerdotibus in templi parietem se recipiente, et quo pacto decepit Romanos: utque sacerdotes fame laborantes descenderunt ad Titum, quos ipse puniri jussit.

34. Quomodo tyranni Titum ad colloquium provocant, atque ipse cum eis sermonem habuit maxime admirandum.

35. Quod Titus, quum tyranni nihil moderati præ se ferrent, vehementer iratus edixerit per præconem, ne jam fidem dextramque sibi dari sperarent: quo facto imperavit militibus igne omnia vastare.

36. De regis consanguineis ad Cæsarem perfugientibus, utque eos Romam mittendos curavit.

37. Quomodo seditiosi ad domum regiam profecti Romanos inde pepulerunt, et reliquam multitudinem popularium qui eo confugerant occiderunt, et duos milites Romanos vivos ceperunt.

38. Quomodo Romani, latronibus rursus in fugam versis, quod reliquum erat urbis incenderunt.

39. Quomodo tyranni cuniculis freti et innixi ad extremum usque belligerabant.

40. Quod Cæsar iterum superiorem urbem aggeribus occupat: quumque e seditiosis nonnulli de urbe tradenda deliberant, eos re explorata prævenit Simon et pœnis afficit.

41. De sacerdote ad Cæsarem profugiente, et res multas pretiosas ei tradente.

42. Quomodo aggeribus perfectis Romani machinas adducebant, et latronibus inexspectato fugientibus et cuniculos subeuntibus, totam urbem nacti sunt Romani.

43. Quod Cæsar urbem introgressus eamque ob firmitatem multum miratus, cetera quidem omnia deleri jussit, tres

ΚΕΦ. Αʹ.

Τὰ μὲν οὖν τῶν Ἱεροσολύμων πάθη προὔκοπτε καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ χεῖρον, τῶν τε στασιαστῶν μᾶλλον παροξυνομένων ἐν ταῖς συμφοραῖς καὶ τοῦ λιμοῦ μετὰ τὸν δῆμον ἤδη κἀκείνους νεμομένου. Τό γε μὴν πλῆθος τῶν σεσωρευμένων ἀνὰ τὴν πόλιν πτωμάτων ὄψει τε φρικῶδες ἦν καὶ λοιμώδη προσέβαλλεν ὀσμὴν, πρός τε τὰς ἐκδρομὰς ἐμπόδιον τοῖς μαχομένοις. Ὥσπερ γὰρ διὰ παρατάξεως φόνῳ μυρίῳ γεγυμνασμένους χωροῦντας ἔδει τὰ σώματα πατεῖν, οἱ δὲ ἐπιβαίνοντες οὔτε ἔφριττον οὔτε ἠλέουν οὔτε κληδόνα κακὴν σφῶν αὐτῶν ὑπελάμβανον τὴν εἰς τοὺς κατοιχομένους ὕβριν· πεφυρμένοι δ' ὁμοφύλῳ φόνῳ τὰς δεξιὰς, ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους πόλεμον ἐξέθεον, ὀνειδίζοντες, ἔμοιγε δοκεῖ, τὸ θεῖον εἰς βραδύτητα τῆς ἐπ' αὐτοῖς κολάσεως· οὐ γὰρ ἐλπίδι νίκης ὁ πόλεμος, ἤδη δὲ ἀπογνώσει σωτηρίας ἐθρασύνετο. Ῥωμαῖοι δὲ, καίτοι πολλὰ περὶ τὴν τῆς ὕλης συγκομιδὴν ταλαιπωρούμενοι, τὰ χώματα διήγειραν μιᾷ καὶ εἴκοσι ἡμέραις, κείραντες, ὡς προείρηται, τὴν περὶ τὸ ἄστυ χώραν ἐπ' ἐνενήκοντα σταδίους ἐν κύκλῳ πᾶσαν. Ἦν δὲ ἐλεεινὴ καὶ τῆς γῆς ἡ θέα· τὰ γὰρ πάλαι δένδρεσι καὶ παραδείσοις κεκοσμημένα τότε πανταχόθεν ἠρήμωτο καὶ περικέκοπτο τὴν ὕλην. Οὐδείς τε τὴν πάλαι Ἰουδαίαν καὶ τὰ περικαλλῆ προάστεια τῆς πόλεως ἑορακὼς ἀλλόφυλος, ἔπειτα τὴν τότε βλέπων ἐρημίαν, οὐκ ὠλοφύρατο καὶ κατεστέναξε τὴν μεταβολὴν παρ' ὅσον γένοιτο. Πάντα γὰρ ἐλυμήνατο τὰ σημεῖα τοῦ κάλλους ὁ πόλεμος, καὶ οὐκ ἄν τις ἐξαπίνης ἐπιστὰς τῶν προεγνωκότων ἐγνώρισε τὸν τόπον, ἀλλὰ παρὼν ἐζήτει τὴν πόλιν.

(Βʹ.) βʹ. Ῥωμαίοις δὲ καὶ Ἰουδαίοις τὸ τέλος τῶν χωμάτων ἴσην ἐνεποίει δέους ἀρχήν. Οἱ μὲν γὰρ, εἰ μὴ καὶ ταῦτα καύσειαν, ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν προσεδόκων, Ῥωμαῖοι δὲ οὐκ ἄν ἔθ' αἱρήσειν κἀκείνων διαφθαρέντων. Ὕλης τε γὰρ ἦν ἀπορία καὶ τῶν μὲν πόνων ἤδη τὸ σῶμα, τῶν δ' ἐπαλλήλων πταισμάτων αἱ ψυχαὶ τοῖς στρατιώταις ἐλείποντο. Τάς γε μὴν κατὰ τὴν πόλιν συμφορὰς Ῥωμαίοις πλέον εἶναι συνέβαινε πρὸς ἀθυμίας ἢ τοῖς ἐν αὐτῇ. Παρὰ γὰρ τὰ τηλικαῦτα πάθη τοῖς μαχομένοις οὐδὲν ἐχρῶντο μαλακωτέροις, ἀλλ' ἐθραύοντο

CAP. I.

At enim Hierosolymorum calamitates quotidie ingravescebant, cum et seditiosi magis irritarentur rebus adversis pressi, et fames in populum grassata jam et ipsos depasceretur. Ac multitudo congestorum in civitate cadaverum et visu horrenda erat, odoremque pestiferum emittebat, ac pugnantium excursibus impedimento erat. Nam incedentes, veluti per aciem plurima cæde exercitati, conculcare corpora necesse habebant; quique super eis graderentur neque horrebant neque miserabantur, neque malum omen sibi ducebant contumeliam in mortuos: gentili autem cæde dextras pollutas habentes, ad bellum cum alienigenis excurrebant, tanquam exprobrantes Deo (ut mihi videtur) supplicii sui tarditatem: non enim spe victoriæ, sed jam desperatione salutis ferociter gerebatur bellum. Romani autem, quamvis in aggreganda materia valde laborarent, aggeres tamen intra dies viginti et unum excitarunt, attonsa, ut jam ante dictum est, omni in orbem circa civitatem regione ad nonaginta stadia. Erat autem miserabilis etiam terræ facies: nam quæ antea arboribus et hortis ornata fuerant loca, ea tunc undique deserta silvis accisis cernebantur. Nec ullus qui antea Judæam viderat alienigena et suburbana pulcherrima civitatis, quum ejus solitudinem tunc cerneret, lacrimas continere poterat, et mutationem non gemere, quæ et quanta fuerit. Quippe omnia pulchritudinis vestigia deleverat bellum: nec si quis subito advenisset qui locum prius noverat, eum cognosceret, sed præsens quæreret civitatem.

(II.) 2. Aggerum autem opus finitum Romanis pariter ac Judæis in causa erat ut timere inciperent. Namque hi, nisi eos quoque exurerent, captum iri civitatem putabant: Romani vero, eam haud unquam se capturos esse, si et isti destruerentur. Materia quippe eos defecerat, et labore quidem militibus attrita erant corpora, crebris vero adversis casibus animis deficiebant. Porro eveniebat ut ex civitatis calamitatibus Romani magis animos desponderent, quam qui in ea erant. Nam per istiusmodi clades pugnatores nihilo segniores habebant, ipsis interim fracta spe et

πάντοτε τὰς ἐλπίδας, τῶν μὲν χωμάτων ταῖς ἐπιβουλαῖς, τῶν δὲ ὀργάνων στερρότητι τοῦ τείχους, τῆς δὲ κατὰ χεῖρα μάχης ταῖς τῶν συμπλεκομένων τόλμαις πλεονεκτούμενοι. Τὸ δὲ μέγιστον, στάσεώς τε καὶ λιμοῦ καὶ πολέμου καὶ τοσούτων κακῶν εὑρίσκοντες ἐπάνω τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς Ἰουδαίους ἔχοντας, ὑπελάμβανον τῶν ἀνδρῶν ἀμάχους μὲν τὰς ὁρμάς, ἀνάλωτον δὲ τὴν ἐπὶ συμφοραῖς εὐθυμίαν εἶναι· τί γὰρ ἂν μὴ ὑποστῆναι δεξιᾷ τύχῃ χρωμένους, τοὺς ὑπὸ κακῶν πρὸς ἀλκὴν τρεπομένους; Οἱ μὲν οὖν ἐρρωμενεστέρας διὰ ταῦτα τῶν χωμάτων ἐποιοῦντο τὰς φυλακάς.

γ'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην κατὰ τὴν Ἀντωνίαν ἅμα καὶ πρὸς τὸ μέλλον, εἰ καταρριφθείη τὸ τεῖχος, ἠσφαλίζοντο, καὶ πρὶν ἐπιστῆναι τοὺς κριοὺς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. Οὐ μὴν ἐκράτησάν γε τῆς ἐπιχειρήσεως, ἀλλὰ προελθόντες μετὰ λαμπάδων, πρὶν ἐγγίσαι τοῖς χώμασι, ψυχρότεροι τῆς ἐλπίδος ὑπέστρεψαν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ ὁμονοεῖν ἡ σκέψις αὐτῶν ἐδόκει κατὰ μέρος ἐκπηδώντων κἀκ διαλειμμάτων καὶ μεμελλημένως μετὰ δέους, καθόλου τ' εἰπεῖν, οὐχ Ἰουδαϊκῶς. Τὰ γὰρ ἴδια τοῦ ἔθνους ὑστέρητο ἅμα, τόλμα καὶ ὁρμή, καὶ δρόμος ὁμοῦ πάντων, καὶ τὸ μηδὲ πταίοντας ἀναστρέφειν. Ἀτονώτεροι δὲ ἑαυτῶν προελθόντες καὶ τοὺς Ῥωμαίους ηὗρον ἐρρωμενέστερον τοῦ συνήθους παρατεταγμένους. Τοῖς μέν γε σώμασι καὶ ταῖς πανοπλίαις οὕτως ἐφράξαντο τὰ χώματα πάντοθεν ὡς τῷ πυρὶ μηδαμόθεν καταλιπεῖν παράδυσιν, τὴν δὲ ψυχὴν ἐτόνωσαν ἕκαστος, μὴ μετακινηθῆναι τῆς τάξεως πρὸ θανάτου. Πρὸς γὰρ τῷ πάσας αὐτῶν ὑποκόπτεσθαι τὰς ἐλπίδας, εἰ κἀκεῖνα καταφλεγείη τὰ ἔργα, δεινὴ τοὺς στρατιώτας εἶχεν αἰδώς, εἰ πάντα κρατήσειαν πανουργία μὲν ἀρετῆς, ἀπόνοια δὲ ὅπλων, πλῆθος δὲ ἐμπειρίας, Ἰουδαῖοι δὲ Ῥωμαίων. Ἅμα δέ τι καὶ τὰ ἀφετήρια συνήργει τῶν προπηδώντων ἐφικνούμενα, καὶ πεσών τις τῷ μεθ' ἑαυτὸν ἐμπόδιον ἦν, ὅ τε κίνδυνος τοῦ πρόσω χωρεῖν ἐποίει μαλακωτέρους. Τῶν δ' ἐνδοτέρω βέλους ὑποδραμόντων οἱ μὲν πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τὴν εὐταξίαν καὶ τὸ πύκνωμα τῶν πολεμίων καταπλαγέντες, οἱ δὲ νυττόμενοι τοῖς ξυστοῖς ἐπαλινδρόμουν· καὶ τέλος ἀλλήλους κακίζοντες εἰς δειλίαν ἀνεχώρουν ἄπρακτοι. Νουμηνίᾳ Πανέμου μηνὸς ἡ ἐπιχείρησις ἦν. Ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Ἰουδαίων προσῆγον οἱ Ῥωμαῖοι τὰς ἑλεπόλεις, βαλλόμενοι πέτραις τε ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ παντὶ τῷ χορηγουμένῳ Ἰουδαίοις ὑπὸ τῆς ἀνάγκης βέλει. Καίπερ γὰρ πολὺ τῷ τείχει πεποιθότες καὶ τῶν ὀργάνων καταφρονοῦντες, ὅμως ἐκώλυον τοὺς Ῥωμαίους προσάγειν. Οἱ δὲ τὴν σπουδὴν τῶν Ἰουδαίων τοῦ μὴ πληγῆναι τὴν Ἀντωνίαν ὑπολαμβάνοντες γίνεσθαι δι' ἀσθένειαν τοῦ τείχους, καὶ σαθροὺς ἐλπίσαντες εἶναι τοὺς θεμελίους, ἀντεφιλονείκουν. Οὐ μὴν ὑπήκουε τὸ τυπτόμενον, ἀλλ' οἱ μὲν συνεχῶς βαλλόμενοι καὶ πρὸς μηδένα τῶν καθύπερθεν κινδύνων ἐνδιδόντες ἐνεργοὺς παρεῖχον τὰς ἑλεπόλεις·

debilitata, quum aggeres insidiis, machinæ soliditati muri, pugnaque manibus conserta audaciæ confligentium cederent. Maxime vero, quum et seditione et fame et bello superiorem animi fortitudinem Judæos habere experirentur, virorum insuperabiles esse impetus et animos eorum in calamitatibus terrore invictos arbitrabantur: quid enim non sustineant prosperis in rebus, qui malis ad virtutem incitarentur? Et illi quidem propterea validiores aggeribus adhibebant custodias.

3. Joannes autem ejusque socii apud Antoniam simul et futuris, si disjiceretur murus, prospiciebant, et antequam arietes admoverentur, impetum faciebant in opera. Non tamen illis successit conatus: sed cum facibus progressi, priusquam aggeribus appropinquarent, spe sua frustrati reverterunt. Nam primum ne concordare quidem videbatur eorum consilium, paulatim et per intervalla et cunctanter nec sine metu exsilientium, atque ut summatim dicam, non Judæorum more. Simul enim illis deerant quæ gentis sunt propria, audacia et impetus, conjunctusque omnium cursus, et sine offensione revertere. Languidiores vero progressi, quam solebant, etiam Romanos acie solito validiori stantes inveniebant: qui corporibus quidem atque armis ita undique aggeres sepserunt, ut nusquam igni aditum relinquerent; animo vero quisque eatenus confirmato erat, ut prius moreretur quam loco cederet. Nam præterquam quod omnis spes illis præcideretur, si etiam ista opera forent exusta, magno sibi pudori esse ducebant milites, si per omnia cederet aut calliditati virtus, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Romani Judæis. Simul autem et machinæ obsidionales pro illis faciebant, missilia ad eos usque conjicientes qui prosiliebant, et quum quis cecidisset, subsequuturo moram injiciebat, periculumque ultra progrediendi remissiores efficiebat. Qui vero intra teli jactum se proripuerant, alii, priusquam ad manus ventum esset, disciplina hostium et densitate perterriti, alii spiculis vulnerati retrocedebant: tandemque, alius alium timiditatis arguens, re infecta revertebantur. Primo mensis Panemi die hæc oppugnatio facta est. Judæis autem inde digressis, Romani helepoles admovere, quamvis ab Antonia saxis peterentur et igni et ferro, telisque omnigenis quæ Judæis suppeditaret necessitas. Nam licet mœnibus multum confiderent Judæi, machinasque contemnerent, tamen eas applicare prohibebant Romanos. Illi autem Judæorum studium ne læderetur Antonia ex murorum infirmitate esse arbitrantes, ratique eam fragilibus niti fundamentis, ex adverso contendebant. Nec tamen quod feriebatur ictibus cedebat: sed ipsi quidem crebris in se missilibus jactis, quum nulli periculo desuper venienti succumberent, eo perducebant helepoles ut agendi vim haberent. At quum inferiores

ὡς δ' ἦσαν ἐλάττους καὶ περιεθραύοντο ταῖς πέτραις, ἕτεροι τοὺς θυρεοὺς ὀροφώσαντες ὑπὲρ τῶν σωμάτων χερσὶ καὶ μοχλοῖς ὑπώρυττον τοὺς θεμελίους, καὶ τέσσαράς γε λίθους προσκαρτερήσαντες ἐξέσεισαν. Ἀνέπαυσε δὲ νὺξ ἑκατέρους, καὶ ἐν ταύτῃ τὸ τεῖχος ὑπὸ τῶν κριῶν σεσαλευμένον, καθ' ὃ τοῖς προτέροις ἐπιβουλεύων χώμασιν ὁ Ἰωάννης ὑπώρυξεν, ἐνδούσης τῆς διώρυχος, ἐξαπίνης κατερείπεται.

(Γ'.) δ'. Τούτου συμβάντος παραδόξως ἑκατέροις διηγέρθη τὰ φρονήματα. Ἰουδαίους μὲν γὰρ, οὓς ἀθυμεῖν εἰκὸς ἦν τῷ παρ' ἐλπίδα γενέσθαι τὸ πτῶμα καὶ μὴ προησφαλίσθαι πρὸς αὐτὸ, θαρρεῖν ὡς μενούσης συνέβαινε τῆς Ἀντωνίας· Ῥωμαίων δέ γε τὴν παρ' ἐλπίδα χαρὰν ἐπὶ τῷ καταρριφθέντι ταχέως ἔσβεσεν ὄψις ἑτέρου τείχους, ὅπερ ἔνδοθεν οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην ἀντῳκοδομήκεσαν. Εὐμαρεστέρα μέν γε τῆς πρότερον ἡ προσβολὴ κατεφαίνετο· τότε γὰρ ἀναβῆναι διὰ τῶν καταρριφθέντων ῥᾷον ἐδόκει, καὶ τὸ τεῖχος ἀσθενέστερόν τε πολλῷ τῆς Ἀντωνίας καὶ ταχέως τῷ πρόσκαιρον εἶναι λύειν ὑπελάμβανον. Οὐ μὴν ἐτόλμα τις ἀναβῆναι· προὖπτος γὰρ τοῖς ἀρξαμένοις ἦν ἀπώλεια.

(Δ'.) ε'. Νομίζων δ' ὁ Τίτος ἐγείρεσθαι μάλιστα τὰς τῶν πολεμούντων προθυμίας ἐλπίδι καὶ λόγῳ, τάς τε προτροπὰς καὶ τὰς ὑποσχέσεις πολλάκις μὲν λήθην ἐνεργάζεσθαι τῶν κινδύνων, ἔστι δ' ὅτε καὶ θανάτου καταφρόνησιν, συναγαγὼν ἐπὶ ταυτὸ τοὺς ἀλκίμους, ἐπειρᾶτο τῶν ἀνδρῶν, « ὦ συστρατιῶται, λέγων, τὸ μὲν παρακελεύειν ἐπὶ τὰ μὴ φέροντα κίνδυνον αὐτόθεν τοῖς παρακελευομένοις ἀκλεὲς, ἀμέλει δὲ καὶ τῷ παρακελεύοντι φέρει κατάγνωσιν ἀνανδρίας. Δεῖ δ', οἶμαι, προτροπῆς εἰς μόνα τὰ σφαλερὰ τῶν πραγμάτων, ὡς ἐκεῖνά γε καθ' αὑτοὺς πράττειν ἄξιον. Ὥστε ἔγωγε τὸ μὲν ὑπάρχειν χαλεπὴν τὴν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἄνοδον αὐτὸς ὑμῖν προτίθημι· τὸ δ' ὅτι μάλιστα προσήκει μάχεσθαι τοῖς δυσκόλοις τοὺς ἀρετῆς ἐφιεμένους, καὶ ὅτι καλὸν ἐν εὐκλείᾳ τελευτὴ, καὶ ὡς οὐκ ἄκαρπον ἔσται τοῖς καταρξαμένοις τὸ γενναῖον, διέξειμι. Πρῶτον μὲν οὖν ὑμῖν γενέσθω προτροπὴ τὸ τινὰς ἴσως ἀποτρέπον, ἡ Ἰουδαίων μακροθυμία καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν οἷς κακοπαθοῦσιν. Αἰσχρὸν γὰρ Ῥωμαίους τε ὄντας καὶ στρατιώτας ἐμοὺς, καὶ διδακτὸν μὲν ἐν εἰρήνῃ τὸ πολεμεῖν, ἔθιμον δ' ἐν πολέμῳ τὸ κρατεῖν ἔχοντας, ἡττᾶσθαι κατὰ χεῖρα Ἰουδαίων ἢ κατὰ ψυχὴν, καὶ ταῦτα πρὸς τέλει τῆς νίκης καὶ συνεργουμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα πταίσματα τῆς Ἰουδαίων ἐστὶν ἀπονοίας, τὰ δ' ἐκείνων πάθη ταῖς τε ὑμετέραις ἀρεταῖς καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ συνεργίαις αὔξεται. Στάσις γὰρ καὶ λιμὸς καὶ πολιορκία καὶ δίχα μηχανημάτων πίπτοντα τείχη τί ἂν ἀλλ' ἢ Θεοῦ μὲν εἴη μῆνις ἐκείνοις, βοήθεια δ' ἡμετέρα; Τὸ τοίνυν μὴ μόνον ἐλαττοῦσθαι χειρόνων, ἀλλὰ καὶ τὴν θείαν συμμαχίαν προδιδόναι, πρὸς ἡμῶν οὐκ ἂν εἴη. Πῶς δ' οὐκ αἰσχρὸν Ἰουδαίους μὲν οἷς πολλὴν αἰσχύνην οὐ φέρει τὸ λείπεσθαι μαθοῦσι δουλεύειν, ὑπὲρ τοῦ μηκέτι

essent ac lapidibus comminuerentur, alii scutis super corpora concameratis fundamenta manibus et vectibus suffodiebant, atque saxa quattuor obstinato labore amoliti sunt. Nox autem prælium utrinque diremit : atque in ea murus arietibus quassatus, qua Joannes, quum prioribus aggeribus insidiaretur, eum suffoderat, subsidente cuniculo, repente corruit.

(III.) 4. Quum hoc præter opinionem accidisset, utrorumque animi erigebantur. Nam Judæi quidem, quos anxios et dejectos esse verisimile erat, quod præter exspectationem inciderit ruina, et adversus eam nihil præcaverint, tanquam maneret Antonia hoc casu, confidebant : Romanorum vero inopinatam lætitiam e prostrato conceptam cito restinxit muri alterius conspectus, quem post illum Joannes cum suis ædificaverat. Verumtamen priori facilior oppugnatu apparebat : tunc enim et ascensus per ruinas promptior videbatur, et Antonia multo infirmiorem esse murum, quodque temporarius esset, cito destrui posse existimabant. Nemo tamen eum audebat ascendere, quod primo tentantibus præsentissimum impenderet exitium.

(IV.) 5. Titus vero spe atque oratione putans alacritatem pugnantium quammaxime excitari, et adhortationes atque promissa facere ut sæpe in oblivionem veniant periculorum, atque mors ipsa interdum contemnatur, fortissimis in concionem congregatis experiebatur eos, dicens, « hortari quidem ad ea, commilitones, quæ sine periculo geri possunt, subinde et ipsis qui monentur inglorium est, ipsumque certe qui monet ignaviæ arguit. Non opus esse puto exhortatione, nisi quum res periculosæ sint; nam reliquas per se quemque gerere dignum est. Quare ego ab una parte difficilem vobis in murum esse ascensum ipse profiteor; ab altera vero quod deceat gloriæ cupidos cum difficilibus congredi, quodque pulchrum sit cum gloria mori, nec infructuosum erit iis qui primi audeant forte facinus, persequor. Et primum quidem vos illud hortetur, quod nonnullos fortasse deterreat, Judæorum patientia et in adversis rebus constantia. Etenim Romanos meosque milites, quibus in pace quidem bella discere, in bello vero vincere consuetum est, a Judæis manu vel animo superari, turpe est, idque in fine victoriæ, quumque a Deo adjuti simus. Nostra enim infortunia Judæorum desperationi accepta debentur : illorum autem clades vestris virtutibus, quibus auxiliatur Deus, crescunt. Etenim seditio, fames, obsidio, murorumque sine machinis casus, quid sit aliud quam in illos ira Dei, nostrumque adjumentum? Igitur non solum deterioribus inferiores videri, sed etiam divinum auxilium prodere, nobis non convenit. Quo pacto autem non turpe videatur, Judæos quidem, quibus non magno pudori est vinci qui servire didicerint, ne in posterum id patiantur, mortem contemnere, atque in nos

« τοῦτο πάσχειν θανάτου καταφρονεῖν, καὶ πολλάκις « εἰς μέσους ἡμᾶς ἐκτρέχειν, οὐκ ἐλπίδι τοῦ κρατήσειν, « ἀλλὰ διὰ ψιλὴν ἐπίδειξιν ἀνδρείας· ἡμᾶς δὲ τοὺς γῆς « ὀλίγου δεῖν ἁπάσης καὶ θαλάσσης κρατοῦντας, οἷς καὶ « τὸ μὴ νικᾶν ὄνειδος, μηδὲ ἅπαξ εἰς τοὺς πολεμίους πα- « ραβάλλεσθαι, περιμένειν δὲ τὸν λιμὸν κατ' αὐτῶν καὶ « τὴν τύχην ἀργοὺς καθεζομένους μετὰ τοιούτων ὅπλων, « καὶ ταῦτα δι' ὀλίγου τοῦ παραβόλου τὸ πᾶν κατορ- « θῶσαι δυναμένους; ἀναβάντες γοῦν ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν « ἔχομεν τὴν πόλιν. Καὶ γὰρ ἂν γίνηταί τις ἔτι πρὸς « τοὺς ἔνδον, ὅπερ οὐκ οἴομαι, μάχη, τό γε κατὰ κορυ- « φὴν εἶναι καὶ ταῖς ἀναπνοαῖς ἐπικαθῆσθαι τῶν πο- « λεμίων ταχέως τὴν ὁλοσχερῆ νίκην ἐγγυᾶται. Καὶ « ἔγωγε τὸ μὲν ὑμνεῖν ἄρτι τὴν ἐν πολέμῳ τελευτὴν, « καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀρειμανίοις πεσοῦσιν ἀθανασίαν πα- « ραλείπω, ἐπαρασαίμην δ' ἂν τοῖς ἄλλως ἔχουσι τὸν « κατ' εἰρήνην ἐκ νόσου θάνατον, οἷς μετὰ τοῦ σώματος « καὶ ἡ ψυχὴ τάφῳ κατακρίνεται. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε « τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὅτι τὰς μὲν ἐν παρατάξει ψυχὰς « σιδήρῳ τῶν σαρκῶν ἀπολυθείσας τὸ καθαρώτατον « στοιχεῖον αἰθὴρ ξενοδοχῶν ἄστροις ἐγκαθιδρύει, δαί- « μονες δ' ἀγαθοὶ καὶ ἥρωες εὐμενεῖς ἰδίοις ἐκγόνοις « ἐμφανίζονται, τὰς δὲ ἐν νοσοῦσι τοῖς σώμασι συντα- « κείσας, κἂν τὰ μάλιστα κηλίδων ἢ μιασμάτων ὦσι « καθαραὶ, νὺξ ὑπόγειος ἀφανίζει καὶ λήθη βαθεῖα δέ- « χεται, λαμβανούσας ἅμα τοῦ τε βίου καὶ τῶν σωμά- « των, ἔτι δὲ τῆς μνήμης περιγραφήν; Εἰ δὲ κέκλωσται « μὲν ἀνθρώποις ἀναγκαία τελευτὴ, κουφότερος δ' εἰς « αὐτὴν νόσου πάσης σίδηρος ὑπηρέτης, πῶς οὐκ ἀγεννὲς « μὴ διδόναι ταῖς χρείαις ὃ τῷ χρεὼν ἀποδώσομεν; Καὶ « ταῦτα μὲν ὡς οὐ δυναμένων σωθῆναι τῶν ἐπιχειρη- « σόντων διεξῆλθον· ἔνεστι δὲ σώζεσθαι τοῖς ἀνδρι- « ζομένοις καὶ ἐκ τῶν σφαλερωτάτων. Πρῶτον μὲν « γὰρ τὸ καταρριφθὲν εὐεπίβατον· ἔπειτα πᾶν τὸ « οἰκοδομηθὲν εὐδιάλυτον. Ὑμεῖς τε πλείους, θαρσή- « σαντες ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, ἀλλήλοις προτροπὴ καὶ βοή- « θεια γίνεσθε, καὶ τοῖς πολεμίοις τὸ ὑμέτερον παρά- « στημα ταχέως κλάσει τὰ φρονήματα. Καὶ τάχα ἂν « ὑμῖν ἀναίμακτον τὸ κατόρθωμα γένοιτο μόνον καταρ- « ξαμένοις. Ἀναβαίνοντας μὲν γὰρ κωλύειν πειράσον- « ται κατὰ τὸ εἰκὸς, λαθόντας δὲ καὶ βιασαμένους ἅπαξ « οὐκ ἂν ὑποσταῖεν ἔτι, κἂν ὀλίγοι φθάσητε. Τὸν δὲ « καταρξάμενον αἰσχυνοίμην ἂν εἰ μὴ ποιήσαιμι ζη- « λωτὸν ἐν ταῖς ἐπικαρπίαις, καὶ ὁ μὲν ζῶν ἄρξει τῶν « νῦν ὁμοίων, μακαριστὰ δ' ἀκολουθήσει καὶ τοῖς πεσοῦσι « τὰ ἀριστεῖα. »

(Ε'.) ϛ'. Τοιαῦτα τοῦ Τίτου διεξιόντος τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος ἔδεισε τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος, τῶν δ' ἐν ταῖς σπείραις στρατευομένων Σαβῖνος τοὔνομα, γένος ἀπὸ Συρίας, ἀνὴρ καὶ κατὰ χεῖρα καὶ κατὰ ψυχὴν ἄριστος ἐφάνη, καίτοι προϊδὼν ἄν τις αὐτὸν ἀπό γε τῆς σωματικῆς ἕξεως οὐ δίκαιον εἶναι στρατιώτην ἔδοξε. Μέλας μὲν γὰρ ἦν τὴν χροιὰν, ἰσχνὸς, τὴν σάρκα πεπιλημένος, ἀλλ' ἐνῴκει τις ἡρωικὴ ψυχὴ λεπτῷ σώματι καὶ πολὺ

« medios frequenter excurrere, non victoriæ spe, sed ad « solam virtutis ostentationem : nos autem totius pæne terræ « marisque victores, quibus etiam non vincere probro ha- « betur, otiosos sedentes, ne semel quidem in hostem ali- « quid audaciter expertos, famem ac fortunam illis adver- « sam cum ejusmodi armis operiri, idque quum parvo « discrimine totum possitis efficere? nam in Antoniam si « ascenderimus, habebimus civitatem. Nam etsi pugnandum « sit adversum intus positos, quod non arbitror, attamen in « verticibus esse ac respirationi hostium insidere victoriam « nobis integram spondet. Equidem prætermissa nunc eorum « laude qui in bello moriuntur, illorumque immortalitate « qui Martio furore cadunt, est ut illis, qui non adeo fortiter « animati sunt, ex morbo pacis tempore mortem imprecer, « quorum anima cum corpore sepulchro damnatur. Quis « enim virorum fortium nescit, animas in acie quidem ferro « corporibus solutas purissimo ætheris elemento inter astra « collocari; easque manes bonos ac propitios heroas po- « steris suis conspici; quas vero morbus corporis tabes- « que consumpserit, macularum licet labisque puras, sub « terras ire in tenebras et in profundam demergi oblivio- « nem, eundemque memoriæ statui terminum qui sit et vitæ « et corporis? Quod si fati necessitate mors hominibus « decreta est, ad eam autem omni morbo levius est ferri « ministerium, cui non videatur ignavum negare id in com- « modum aliorum, quod ut fato debitum reddituri sumus? « Et hæc quidem, quasi servari nequeant qui hoc ipsum « aggredientur, prosequutus sum : est autem iis qui virilem « animum gerunt evadendi via etiam e maximis periculis. « Nam primum quidem quod dejectum est facile ascendi- « tur : deinde totum quod ædificatum est facile dissolvi « potest. Vosque plures, sumpta audacia ad rem aggre- « diendam, alii aliis incitamento estote et auxilio, vestraque « animi fortitudo brevi animos hostium franget. Et for- « tasse vobis res sine sanguine successerit, si eam tantum « inceperitis. Nam ascendentes quidem ab illis prohiberi « verisimile est : si vero clam vel etiam per vim aliquid « semel egeritis, non erit ut vos sustineant, si pauci id « facere occupaveritis. Me autem profecto pudeat, nisi, qui « primus murum conscenderit, eum invidendum remunera- « tionibus fecero : et qui vixerit quidem, iis imperabit qui « nunc ipsi æquales habentur; beatissima vero etiam eos « sequentur præmia, qui ceciderint. »

(V.) 6. Talia quum diceret Titus, cetera quidem multitudo periculi magnitudinem pertimuit : eorum vero unus qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, Syrus natione, vir et animo et manu fortissimus apparuit, etiamsi qui illum intuitus virtutem habitu corporis mensus fuisset, eum ne justum quidem militem esse credidisset. Etenim colore niger erat, gracilis et densa habitudine, sed in tenui corpore et viribus naturalibus fortiore heroica quædam virtus habi-

τῆς ἰδίας ἀλκῆς γενναιοτέρῳ. Πρῶτος γοῦν ἀναστὰς, « ἐπιδίδωμι σοὶ, Καῖσαρ, ἔφη, προθύμως ἐμαυτὸν, « πρῶτος ἀναβαίνω τὸ τεῖχος· καὶ εὔχομαι μέν μου τῇ « τε ἰσχύϊ καὶ τῇ γνώμῃ τὴν σὴν ἀκολουθῆσαι τύχην· « εἰ δὲ νεμεσηθείην τῆς ἐπιβολῆς, ἴσθι με μὴ πταίσαντα « παρ' ἐλπίδας, ἀλλ' ὑπὲρ σοῦ κρίσει τὸν θάνατον « ᾑρημένον. » Ταῦτα εἰπὼν καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ τὸν θυρεὸν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς προανατείνας, τῇ δεξιᾷ δὲ τὸ ξίφος σπασάμενος, ἐχώρει πρὸς τὸ τεῖχος, μάλιστα περὶ ὥραν τῆς ἡμέρας ἕκτην. Εἵποντο δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων ἕνδεκα μόνοι ζηλωταὶ τῆς ἀνδρείας γενόμενοι. Προῆγε δὲ πολὺ πάντας ὁ ἀνὴρ ὁρμῇ τινι δαιμονίῳ χρώμενος. Οἱ φρουροὶ δ' ἀπὸ τοῦ τείχους κατηκόντιζόν τε αὐτοὺς καὶ βέλεσι πάντοθεν ἀπείροις ἔβαλλον, καὶ πέτρας ἐξαισίους κατεκύλιον, αἳ ἐκ τῶν μὲν ἕνδεκα παρέσυραν ἐνίους, ὁ δὲ Σαβῖνος ἀπαντῶν τοῖς ἀφιεμένοις καὶ καταχωννύμενος ὑπὸ τῶν βελῶν οὐ πρότερον ἐπέσχε τὴν ὁρμὴν ἢ γενέσθαι τε ἐπ' ἄκρῳ καὶ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους. Καταπλαγέντες γὰρ αὐτοῦ τήν τε δύναμιν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς, ἅμα δὲ καὶ πλείους ἀναβεβηκέναι δόξαντες, ἐτράπησαν. Ἔνθα δὴ καταμέμψαιτ' ἄν τις ὡς φθονερὰν ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς τὴν τύχην καὶ κωλύουσαν ἀεὶ τὰ παράδοξα τῶν κατορθωμάτων. Ὁ γοῦν ἀνὴρ οὗτος ὅτε ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη, καὶ πταίσας πρός τινα πέτραν πρηνὴς ἐπ' αὐτῆς μετὰ μεγίστου ψόφου κατέπεσεν. Ἐπιστραφέντες δ' οἱ Ἰουδαῖοι καὶ κατιδόντες μόνον τε αὐτὸν καὶ πεπτωκότα πάντοθεν ἔβαλλον. Ὁ δ' εἰς γόνυ διαναστὰς, καὶ προκαλυψάμενος τὸν θυρεὸν, τὸ μὲν πρῶτον ἠμύνατο καὶ πολλοὺς τῶν πλησιασάντων ἔτρωσεν, αὖθις δ' ὑπὸ πλήθους τραυμάτων παρῆκε τὴν δεξιὰν, καὶ τέλος, πρὶν ἀποδοῦναι τὴν ψυχὴν, κατεχώσθη τοῖς βέλεσιν, ἀνὴρ ἄξιος μὲν ἀμείνονι χρῆσθαι δι' ἀνδρείαν τύχῃ, πεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς ἀναλόγως. Τῶν δ' ἄλλων τρεῖς μὲν τοὺς ἤδη πρὸς τοῖς ἄκροις ὄντας συντρίψαντες ἀπέκτειναν τοῖς λίθοις, οἱ δ' ὀκτὼ τραυματίαι κατασυρέντες ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον. Ταῦτα μὲν οὖν τρίτῃ Πανέμου μηνὸς ἐπράχθη.

(Ϛ'.) ζ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο τῶν προκοιτούντων τινὲς ἐπὶ τοῖς χώμασι φυλάκων εἴκοσι συνελθόντες προσκαλοῦνται μὲν τὸν τοῦ πέμπτου τάγματος σημαιοφόρον καὶ δύο τινὰς τῶν ἐν ταῖς ἴλαις ἱππέων καὶ σαλπιγκτὴν ἕνα, κατὰ δ' ὥραν τῆς νυκτὸς ἐνάτην προβαίνουσι μὲν ἡσυχῇ διὰ τῶν ἐρειπίων ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν, ἀποσφάξαντες δὲ τοὺς πρώτους τῶν φρουρῶν κοιμωμένους κρατοῦσι τοῦ τείχους καὶ τῷ σαλπιγκτῇ σημαίνειν ἐκέλευσαν. Πρὸς ὃ τῶν μὲν ἄλλων φυλάκων ἐξανάστασίς τε αἰφνίδιος ἦν καὶ φυγὴ, πρίν τινα τὸ πλῆθος ἐπιδεῖν τῶν ἐπιβεβηκότων· ὅ τε γὰρ φόβος καὶ ἡ σάλπιγξ φαντασίαν αὐτοῖς τοῦ πλῆθος ἀναβεβηκέναι πολεμίων παρεῖχε. Καῖσαρ δὲ τοῦ σημείου κατακούσας ἐξοπλίζει τήν τε δύναμιν διὰ τάχους καὶ μετὰ τῶν ἡγεμόνων πρῶτος ἀναβαίνει τοὺς ἐπιλέκτους ἔχων. Καταφευγόντων δ' Ἰουδαίων εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ αὐτοὶ διὰ τῆς διώρυχος εἰσέπιπτον, ἣν

tabat. Quum primus itaque surrexisset, « dedo me, in- « quit, tibi alacri animo, Cæsar, et ante omnes in murum « ascendo : atque opto quidem ut vires ac voluntatem meam « sequatur fortuna tua. Quodsi invideatur mihi hoc faci- « nus audax, scito me non præter spem, si res aliter ces- « serit, sed quod sic decreverim, pro te moriturum. » His dictis, et scuto læva manu capiti prætenso, strictoque dextera gladio, hora fere diei sexta murum petebat. Eumque ex ceteris sequebantur, qui soli ejus virtutem æmulati sunt, viri undecim. Ille autem omnes multo antecedebat, impulsu quodam divino incitatus. At vigiles e muro jaculis eos petebant, et tela undique innumera jaciebant, insuper et saxa ingentia devolvebant, quibus aliquot ex undecim dejecti sunt : Sabinus autem missilibus occurrens, telisque pæne obrutus, non prius destitit ab impetu, quam in summum murum evasisset et hostes fugasset. Nam Judæi, tam viribus illius attoniti quam animi fortitudine, simulque plures ascendisse rati, in fugam versi sunt. Hic est quod fortuna incusetur, ut quæ virtutibus invideat, semperque præclaris obstet facinoribus. Siquidem hic vir, quum quod aggressus est superasset, lapsus est, saxoque cuidam impactus maximo cum sonitu pronus in eum decidit. Quo factum est ut Judæi conversi, ubi solum et jacentem videre, undique eum peterent. Ille autem genu nixus et scuto protectus, primo quidem semel defendit, multosque ad ipsum accedentes sauciavit; postea vero vulnerum multitudine dextram laxavit, et ad extremum, priusquam animam redderet, telis est obrutus : vir sane ob fortitudinem dignus meliori fortuna, haud secus tamen ac pro cœpti facinoris difficultate cecidit. E ceteris autem tres, qui jam ad summum evaserant, lapidibus obtritos occiderunt, octo vero saucii detracti et in castra relati sunt. Hæc tertio die mensis Panemi gesta sunt.

(VI.) 7. Biduo autem post viginti de numero custodum per aggeres excubantium congregati signiferum legionis quintæ et duos quosdam ex ala equitum atque unum tubicinem ad se vocant : hora autem noctis nona tacite per ruinas ad Antoniam progrediuntur : occisisque primis custodibus qui obdormierant, murum occupant, et tubicinem signum dari jusserunt. Quo ceteri quidem vigiles subito exsuscitantur, fugiuntque priusquam numerum eorum qui ascenderunt discernere potuerant : nam et timor et tuba faciebant ut magna hostium multitudo ascendisse crederetur. Cæsar autem signo audito exercitum propere armari jubet, et cum ducibus primus, lectorum manu comitatus, ascendit. Quum autem Judæi ad templum confugerent, ipsi quoque per cuniculum, quem Joannes ad aggeres Ro-

ὁ Ἰωάννης ἐπὶ τὰ χώματα τῶν Ῥωμαίων ὑπώρυξε. Καὶ διαστάντες ἀπ' ἀμφοτέρων οἱ στασιασταὶ τῶν ταγμάτων, τοῦ τε Ἰωάννου καὶ τοῦ Σίμωνος, εἶργον αὐτοὺς, οὐδεμίαν οὔτε ἰσχύος οὔτε προθυμίας ἐλλείποντες ὑπερβολήν· πέρας γὰρ ἁλώσεως ὑπελάμβανον τὸ Ῥωμαίους παρελθεῖν εἰς τὸ ἅγιον, ὃ δὴ κἀκεῖνοι, τοῦ κρατεῖν ἀρχήν. Συρρήγνυται δὲ περὶ τὰς εἰσόδους μάχη καρτερὰ, τῶν μὲν καταλαβέσθαι καὶ τὸ ἱερὸν εἰσβιαζομένων, τῶν δὲ Ἰουδαίων ἐξωθούντων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν. Καὶ τὰ βέλη μὲν ἦν ἀμφοτέροις ἄχρηστα καὶ τὰ δόρατα, σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη συνεπλέκοντο, καὶ περὶ τὴν συμβολὴν ἄκριτον ἦν ὁποτέρωθεν ἕκαστοι μάχοιντο, πεφυρμένων μὲν τῶν ἀνδρῶν καὶ περὶ τὴν στενοχωρίαν διηλλαγμένων, τῆς δὲ βοῆς ἀσημάντου προσπιπτούσης διὰ τὸ μέγεθος. Φόνος τε ἦν ἑκατέρωθεν πολὺς καὶ τῶν πεσόντων τά τε σώματα καὶ τὰς πανοπλίας πατοῦντες ἔθραυον οἱ μαχόμενοι. Ἀεὶ δ' ἐφ' ὁπότερον βρίσειε ῥέπων ὁ πόλεμος, παρακέλευσις μὲν ἦν τῶν πλεονεκτούντων, οἰμωγαὶ δὲ τῶν τρεπομένων· οὔτε δ' αἱ φυγαὶ τόπον εἶχον οὔθ' αἱ διώξεις, ἀλλ' ἀγχώμαλοι ῥοπαὶ καὶ μετακλίσεις μεμιγμένης ἐγίνοντο τῆς παρατάξεως. Τοῖς δ' ἔμπροσθεν γινομένοις ἢ τοῦ κτείνειν ἢ τοῦ θνήσκειν ἀνάγκη παρῆν, οὐκ οὔσης ἀναφυγῆς· οἱ γὰρ κατὰ νώτου πρόσω βιαζόμενοι τοὺς σφετέρους παρ' ἀμφοῖν οὐδὲ τῇ μάχῃ μεταίχμιον κατέλιπον. Πλεονεκτούντων δὲ τῶν Ἰουδαίων τοῖς θυμοῖς τὴν Ῥωμαίων ἐμπειρίαν, καὶ κλινομένης καθ' ἅπαν ἤδη τῆς παρατάξεως (ἀπὸ γὰρ ἐνάτης νυκτὸς ὥρας εἰς ἑβδόμην τῆς ἡμέρας ἐπολέμουν), οἱ μὲν ἀθρόοι καὶ τὸν τῆς ἁλώσεως κίνδυνον ἔχοντες ἀνδρείας ἐφόδιον, Ῥωμαῖοι δὲ μέρει τῆς δυνάμεως (οὔπω γὰρ ἐπαναβεβήκει τὰ τάγματα, κἀκείνοις ἐπανεῖχον οἱ μαχόμενοι), τότε κρατεῖν τῆς Ἀντωνίας ἀποχρῆν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐδόκει.

(Ζ'.) η'. Ἰουλιανὸς δέ τις ἑκατοντάρχης τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, οὐκ ἄσημος ὢν ἀνὴρ, ὧν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ἱστόρησα τὸν πόλεμον ὅπλων τε ἐμπειρίᾳ καὶ ἀλκῇ σώματος καὶ ψυχῆς παραστήματι πάντων ἄριστος, ὁρῶν τοὺς Ῥωμαίους ἐνδιδόντας ἤδη καὶ κακῶς ἀμυνομένους (παρειστήκει δὲ Τίτῳ κατὰ τὴν Ἀντωνίαν) προπηδᾷ, καὶ νικῶντας ἤδη τοὺς Ἰουδαίους τρέπεται μόνος μέχρι τῆς τοῦ ἐνδοτέρω ἱεροῦ γωνίας. Ἔφευγε δὲ τὸ πλῆθος ἄθρουν, οὔτε τὴν ἰσχὺν οὔτε τὴν τόλμαν ἀνθρωπίνην ὑπολαμβάνοντες. Ὁ δὲ διὰ μέσων τῶν σκεδαννυμένων ἄλλοτε ἄλλῃ διάττων ἐφόνευε τοὺς καταλαμβανομένους, καὶ τῆς ὄψεως ἐκείνης οὐδὲν οὔτε τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον οὔτε τοῖς ἄλλοις παρέστη φρικωδέστερον. Ἐδιώκετο δ' ἄρα καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, ἣν ἀμήχανον διαφυγεῖν θνητὸν ὄντα. Τὰ γὰρ ὑποδήματα πεπαρμένα πυκνοῖς καὶ ὀξέσιν ἥλοις ἔχων, ὥσπερ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ἕκαστος, καὶ κατὰ λιθοστρώτου τρέχων ὑπολισθάνει, πεσὼν δ' ὕπτιος μετὰ μεγίστου τῆς πανοπλίας ἤχου τοὺς φεύγοντας ἐπιστρέφει. Καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας Ῥωμαίων ἤρθη βοὴ περὶ τἀνδρὶ δεισάντων, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι περι-

manorum excavarat, irruebant. Discretique ab utroque agmine seditiosi, tam Joannis quam Simonis, arcebant eos, summa vi atque alacritate repugnantes : siquidem excidii finem putabant locum sanctum penetrasse Romanos, quod et illi pro victoriæ principio habebant. Ad ipsum autem aditum acris committitur pugna, his quidem templum vi occupare nitentibus, Judæis vero Antoniam versus eos repellentibus. Et sagittæ quidem et hastæ utrisque inutiles erant, strictis autem gladiis congrediebantur, et in ipso conflictu discerni non poterat ex qua parte quisque pugnaret, permixtis quidem viris et propter angustias permutatis, incerto vero clamore propter ejus magnitudinem ad aures accidente. Ac multa utrinque cædes erat, et cadentium cadavera simul et arma conculcantes frangebant pugnatores. Semper autem, ad utram partem vergens prælium gravius esset, se invicem adhortabantur superantes, cedentesque ejulatus edebant; et neque fugæ locus erat neque persecutioni, sed incerto modo nunc inclinabant, nunc se reflectebant, acie mixta confusaque. Qui vero inter primos steterant, necesse habebant ut alios interficerent aut ipsi morerentur, quod refugere non daretur : nam posteriores utriusque partis suos in frontem urgebant, nullumque dimicantibus spatium intermedium relinquebant. Quum autem Judæorum animi Romanorum peritiam vincerent, jamque omnino tota acies inclinaret (a nona enim hora noctis ad septimam diei usque pugnabant), hi quidem simul omnes, etiam excidii periculum pro incitamento ad virtutem habentes, Romani vero cum parte exercitus (nondum enim ascenderant legiones, illisque spes pugnantium nitebantur), tunc satis esse videbatur in præsens Antoniam occupare.

(VII.) 8. Julianus vero quidam centurio ex Bithynia, vir non ignobilis, inter eos quos in illo bello cognovi et armorum peritia et corporis viribus et animi fortitudine omnium præstantissimus, ubi Romanos jam cedere et male semet defendere conspexit (nam Tito apud Antoniam adstabat), prosiliebat, et Judæos, quum victores essent, solus in fugam vertit usque ad interioris templi angulum. Fugiebat autem universa multitudo, neque vim ejus neque audaciam hominis esse opinantes. At ille per medios ruens, quos alios alio disjecit, ipsos quos prehendit interficiebat : illoque spectaculo nihil aut Cæsari magis admirabile visum est, aut ceteris magis horribile. Verum et ipsum profecto fata persequebantur, quæ mortalis nemo vitare potest. Nam calceis crebros clavos et acutos, ut et ceteri milites, infixos habens, et in solo lapidibus strato currens prolabitur : quumque resupinus caderet, maximo cum armorum sonitu, fugientes in se convertit. Et Romanorum quidem clamor ex Antonia sublatus est, saluti ejus metuentium : Judæi vero multi simul hastis et gladiis eum undique ferie-

στάντες αὐτὸν ἀθρόοι τοῖς τε ξυστοῖς καὶ ταῖς ῥομφαίαις πάντοθεν ἔπαιον. Ὁ δὲ πολὺν μὲν τῷ θυρεῷ σίδηρον ἐξεδέχετο, πολλάκις δ' ἀναστῆναι πειράσας, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τυπτόντων ἀνετράπη, καὶ κείμενος δ' ὅμως ἔνυττε τῷ ξίφει πολλούς. Οὐδὲ γὰρ ἀνῃρέθη ταχέως, τῷ τε κράνει καὶ τῷ θώρακι πεφραγμένος πάντα τὰ καίρια πρὸς σφαγὴν, καὶ τὸν αὐχένα συνέλκων, μέχρι κοπτομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων μελῶν καὶ μηδενὸς προσαμῦναι τολμῶντος ἐνέδωκε. Δεινὸν δὲ πάθος εἰσῄει Καίσαρα ἀνδρὸς οὕτως ἐναρέτου καὶ ἐν ὄψει τοσούτων φονευομένου· καὶ αὐτὸν μὲν ὁ τόπος διέκλειε τοῦ βοηθεῖν θέλοντα, τοὺς δυναμένους δὲ κατάπληξις. Ἰουλιανὸς μὲν οὖν πολλὰ δυσθανατήσας καὶ τῶν κτεινάντων ὀλίγους ἀπλῆγας καταλιπὼν μόλις ἀποσφάττεται, μέγιστον οὐ παρὰ Ῥωμαίοις καὶ Καίσαρι μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις κλέος καταλιπών. Ἰουδαῖοι δὲ καὶ τὸν νεκρὸν ἁρπασάμενοι πάλιν τοὺς Ῥωμαίους τρέπονται, καὶ κατακλείουσιν εἰς τὴν Ἀντωνίαν. Ἠγωνίσαντο δ' ἐξ αὐτῶν ἐπισήμως κατὰ ταύτην τὴν μάχην Ἀλεξᾶς μέν τις καὶ Γυφθαῖος τοῦ Ἰωάννου τάγματος, ἐκ δὲ τῶν περὶ Σίμωνα Μαλαχίας τε καὶ ὁ τοῦ Μέρτωνος Ἰούδας, καὶ Σωσᾶ υἱὸς Ἰάκωβος τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμὼν, τῶν δὲ ζηλωτῶν ἀδελφοὶ δύο, παῖδες Ἀρὶ, Σίμων τε καὶ Ἰούδης.

ΚΕΦ. Β'.

Καῖσαρ δὲ τοῖς μὲν σὺν αὐτῷ στρατιώταις κατασκάπτειν προσέταξε τοὺς θεμελίους τῆς Ἀντωνίας, καὶ τῇ δυνάμει πάσῃ ῥᾳδίαν τὴν ἄνοδον εὐτρεπίζειν· αὐτὸς δὲ τὸν Ἰώσηπον παραστησάμενος (ἐπέπυστο γὰρ ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, Πανέμου δ' ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ Θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τούτῳ δεινῶς ἀθυμεῖν) λέγειν τῷ Ἰωάννῃ πάλιν ἐκέλευσεν ἃ καὶ πρότερον, « ὡς εἰ καί τις αὐτὸν ἔρως κακὸς ἔχοι τοῦ μάχεσθαι, « προελθόντι μεθ' ὅσων βούλεται πολεμεῖν ἐξείη, δίχα « τοῦ συναπολέσθαι τήν τε πόλιν καὶ τὸν ναὸν αὐτῷ, « μηκέτι μέντοι μιαίνειν τὸ ἅγιον, μηδὲ εἰς τὸν Θεὸν « πλημμελεῖν. Παρεῖναι δ' αὐτῷ τὰς ἐπιλελοιπυίας « θυσίας ἐκτελεῖν, δι' ὧν ἂν ἐπιλέξηται Ἰουδαίων. » Καὶ ὁ Ἰώσηπος, ὡς ἂν εἰ μὴ τῷ Ἰωάννῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς, ἐν ἐπηκόῳ στὰς, τά τε τοῦ Καίσαρος διήγγειλεν Ἑβραΐζων, καὶ πολλὰ προσηντιβόλει « φείσασθαι τῆς πατρίδος, καὶ διασκεδάσαι τοῦ ναοῦ γευόμενον ἤδη τὸ πῦρ, τούς τε ἐναγισμοὺς ἀποδοῦναι τῷ « Θεῷ. » Πρὸς ταῦτα τοῦ δήμου μὲν ἦν κατήφεια καὶ σιγὴ, πολλὰ δ' ὁ τύραννος λοιδορηθείς τε τῷ Ἰωσήπῳ καὶ καταρασάμενος τὸ τελευταῖον προσέθηκεν « ὡς « οὐκ ἄν ποτε δείσειεν ἅλωσιν, Θεοῦ γὰρ ὑπάρχειν τὴν « πόλιν. » Καὶ ὁ Ἰώσηπος πρὸς ταῦτα ἀνέκραγε, « πάνυ γοῦν καθαρὰν τῷ Θεῷ τετήρηκας αὐτὴν, ἀμίαντον δὲ μένει τὸ ἅγιον· εἰς ὃν δὲ ἐλπίζεις σύμμαχον « οὐδὲν ἠσέβησας τὰς δὲ ἐθίμους θυσίας ἀπολαμβάνει. « Κἂν μέν σού τις ἀφέληται τὴν καθ' ἡμέραν τροφὴν,

bant. Ille autem multam quidem ferri vim scuto excipiebat; sæpe vero conatus semel erigere, percutientium multitudine prosternebatur: at jacens tamen multos gladio vulnerabat. Nec enim cito peremptus est, galea et thorace per omnia tectus ubi plagam letalem acciperet, contractaque cervice, donec concisis aliis ejus membris, et nemine ei succurrere audente, morti succubuit. Ingentem autem dolorem capiebat Cæsar ex viro tantæ fortitudinis etiam in conspectu tot virorum occiso: et ipsum quidem locus discludebat auxilium ferre cupientem; alios autem, quum possent, metus impediebat. Et Julianus quidem diu cum morte luctatus, relictisque paucis interfectorum suorum quos non percusserit, ægre perimitur; magna sui gloria non apud Romanos tantum et Cæsarem, verum apud hostes quoque relicta. Judæi vero etiam rapto mortui cadavere Romanos iterum in fugam vertunt et in Antoniam concludunt. Insigniter autem in eo prælio decertarunt Alexas quidam et Gyphthæus ex agmine Joannis, ex parte vero Simonis Malachias et Mertonis filius Judas, et Sosæ filius Jacobus, dux Idumæorum; zelotarum vero fratres duo, Ari filii, Simon et Judes.

CAP. II. (VII.)

Cæsar autem militibus qui cum ipso quidem erant imperavit ut Antoniæ fundamenta diruerent, facilemque ascensum toti exercitui dare curarent: ipse vero, quum Josephum ad se vocasset (nam audiverat eo die, qui erat mensis Panemi decimus septimus, juge sacrificium, ut vocabatur, virorum penuria Deo defuisse, idque populum valde dolere), Joanni dicere iterum præcepit quæ et ante mandaverat: « quod, si quis etiam eum pugnandi pravus amor teneret, « cum qua vellet multitudine ad bellum progrederetur, dum « modo non una cum ipso et civitas interiret simul et templum: sanctum certe locum violare desineret, neve in « Deum nefas admitteret. Ipsi autem licere sacra intermissa celebrare per Judæos quos delecturus esset. » Atque Josephus, quasi non soli Joanni, sed etiam pluribus, quum constitisset unde exaudiri posset, quæque in mandatis dederat Cæsar Hebraice nunciavit, multisque etiam ab se additis eos precabatur, « ut patriæ parcerent, ignemque jam « templum attingentem depellerent, Deoque vota redderent consueta. » Ad hæc mœstitia tenebatur populus et silentio. Tyrannus autem, quum multa Josepho convicia dixisset et maledicta, postremo addidit, « nunquam excidium esse metuendum, utpote quod Dei civitas esset. » Atque Josephus ad ista exclamavit, « valde quippe Deo puram conservasti, « et sacrarium manet incontaminatum; nec in eum, cujus « speras auxilium, aliquid sceleris admisisti, sed is sacra « solemnia consequitur. Et siquidem tibi, o sceleratissime, « quisquam quotidianum auferat cibum, cum pro hoste

« ἀσεβέστατε, τοῦτον ἡγήσῃ πολέμιον, αὐτὸν δὲ, ὃν τῆς αἰωνίου θρησκείας ἐστέρησας Θεὸν, ἐλπίζεις σύμμαχον ἔχειν ἐν τῷ πολέμῳ; καὶ Ῥωμαίοις τὰς ἁμαρτίας ἀνατίθης, οἳ μέχρι νῦν κήδονται τῶν ἡμετέρων νόμων, καὶ τὰς ὑπὸ σοῦ διακοπείσας θυσίας ἀποδίδοσθαι τῷ Θεῷ βιάζονται; Τίς οὐκ ἂν στενάξειε καὶ κατολοφύραιτο τῆς παραδόξου μεταβολῆς τὴν πόλιν, εἴ γε ἀλλόφυλοι μὲν καὶ πολέμιοι τὴν σὴν ἀσέβειαν ἐπανορθοῦνται, σὺ δὲ ὁ Ἰουδαῖος, ὁ τοῖς νόμοις ἐντραφεὶς, κἀκείνων πρὸς αὐτοὺς γίνῃ χαλεπώτερος; Ἀλλ', ὦ Ἰωάννη, καὶ μετανοῆσαι μὲν ἐκ κακῶν οὐκ αἰσχρὸν ἐν ἐσχάτοις, καὶ καλὸν ὑπόδειγμα βουλομένῳ σώζειν τὴν πατρίδα σοι πρόκειται, βασιλεὺς Ἰουδαίων Ἰεχωνίας, ὅς ποτε στρατεύσαντι τῷ Βαβυλωνίῳ δι' αὐτὸν ἑκὼν ἐξέστη πρὶν ἁλῶναι τῆς πόλεως, καὶ μετὰ γενεᾶς αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινεν ἐθελούσιον, ὑπὲρ τοῦ μὴ παραδοῦναι ταῦτα πολεμίοις τὰ ἅγια, καὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ περιιδεῖν φλεγόμενον. Διὰ τοῦτο λόγος τε αὐτὸν πρὸς ἁπάντων Ἰουδαίων ἱερὸς ἀνυμνεῖ καὶ μνήμη ῥέουσα δι' αἰῶνος ἀεὶ νέα τοῖς ἐπιγινομένοις παραδίδωσιν ἀθάνατον. Καλὸν, ὦ Ἰωάννη, ὑπόδειγμα, κἂν προσῇ κίνδυνος. Ἐγὼ δέ σοι καὶ τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων συγγνώμην ἐγγυῶμαι. Μέμνησο δὲ ὡς ὁμόφυλος ὢν παραινῶ καὶ Ἰουδαῖος ὢν ἐπαγγέλλομαι· καὶ χρὴ σκοπεῖν τίς ὁ συμβουλεύων καὶ πόθεν. Μὴ γὰρ ἔγωγέ ποτε γενοίμην ζῶν οὕτως αἰχμάλωτος, ἵνα παύσωμαι τοῦ γένους, ἢ τῶν πατρίων ἐπιλάθωμαι. Πάλιν ἀγανακτεῖς καὶ κέκραγάς μοι λοιδορούμενος, ἀξίῳ γε καὶ χαλεπωτέρων, ὃς ἄντικρυς εἱμαρμένης τι παραινῶ, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βιάζομαι κατακρίτους σώζειν. Τίς οὐκ οἶδε τὰς τῶν παλαιῶν προφητῶν ἀναγραφὰς καὶ τὸν ἐπιρρέποντα τῇ τλήμονι πόλει χρησμὸν ἤδη ἐνεστῶτα; Τότε γὰρ ἅλωσιν αὐτῆς προεῖπον, ὅταν ὁμοφύλου τις ἄρξῃ φόνου. Τῶν ὑμετέρων δὲ πτωμάτων οὐχ ἡ πόλις, καὶ τὸ ἱερὸν δὲ πᾶν πεπλήρωται; Θεὸς ἄρα, Θεὸς αὐτὸς ἐπάγει μετὰ Ῥωμαίων καθάρσιον αὐτῷ πῦρ, καὶ τὴν τοσούτων μιασμάτων γέμουσαν πόλιν ἀναρπάζει. »

(Θ'.) β'. Ταῦτα λέγων ὁ Ἰώσηπος μετ' ὀδυρμοῦ καὶ δακρύων λυγμῷ τὴν φωνὴν ἀνεκόπη. Καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ᾤκτειράν τε τοῦ πάθους καὶ τῆς προαιρέσεως αὐτὸν ἐθαύμασαν· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην παρωξύνοντο μᾶλλον ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ἐπιθυμοῦντες ἐγκρατεῖς κἀκείνου γενέσθαι. Τῶν γε μὴν εὐγενῶν πολλοὺς ἐκίνησεν ὁ λόγος. Καὶ τινὲς μὲν ὀρρωδοῦντες τὰς φυλακὰς τῶν στασιαστῶν κατὰ χώραν ἔμενον, ἀπώλειαν μέντοι σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως κατεγνώκεσαν. Εἰσὶ δ' οἳ, καιροφυλακήσαντες ἄδειαν ἀναχωρήσεως, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους κατέφυγον. Ὧν ἦσαν ἀρχιερεῖς μὲν Ἰώσηπός τε καὶ Ἰησοῦς, υἱοὶ δ' ἀρχιερέων, τρεῖς μὲν Ἰσμαήλου τοῦ καρατομηθέντος ἐν Κυρήνῃ καὶ τοῦ Ματθίου τέσσαρες, καὶ εἷς ἑτέρου Ματθίου παῖς, διαδρὰς μετὰ τὴν πατρὸς ἀπώλειαν, ὃν ὁ τοῦ Γιώρα Σίμων

« habebis; ipsum vero Deum, quem perpetuo cultu privasti, in bello tibi auxilio speras futurum? et Romanis tua peccata imputas, qui hucusque legibus nostris curam adhibent, et quæ ipse interdixisti sacra, Deo ut reddantur vi contendunt? Quis non gemeret et urbem ob inopinatam mutationem defleret, quod alienigenæ quidem hostesque impietatem tuam emendatum eant; tu vero Judæus, inter leges educatus, eis etiam quam illi infestior sis? Atqui, Joannes, ut malorum te pœniteat non turpe est in extremis, bonumque tibi exemplum civitatem servare cupienti propositum est in Jechonia rege Judæorum : qui, quum olim Babylonius propter ipsum cum exercitu venisset, sponte ea, priusquam caperetur, excessit, et cum cognatione sua voluntariam captivitatem sustinuit, ne sancta hæc hostibus proderet, Deique domum ardentem videret. Ob hoc sacra omnium Judæorum commemoratione celebratur, eumque memoria per sæcula transmissa semper nova immortalem posteris tradidit. Bonum, o Joannes, exemplar, etiamsi immineat periculum. Ego autem veniam tibi a Romanis quoque spondeo. At memento quod popularis qui sum te moneam, Judæusque ista promittam : et spectari oportet quis sit auctor et unde. Absit enim unquam me ita captivum vivere, ut genus in memoria tenere desinam, aut eorum quæ e patria mea sint obliviscar. Rursum indignaris et vociferaris, mihique maledicis, qui etiam acerbiora mereor, qui adversus fata te horter et suadeam, Deique sententia condemnatos servare contendam. Quis ignorat scripta veterum prophetarum, et oraculum quod miseræ civitati jam præsens imminet? Tunc enim ejus excidium prædixere, quando aliquis e popularibus cædem patrare incipiet. Vestris autem cadaveribus nonne civitas et templum omne repletum est? Deus profecto, Deus ipse cum Romanis ignem ei lustrationis infert, totque scelerum plenam civitatem e sedibus evellit. »

(IX.) 2. Hæc Josepho cum fletu et lacrimis prosequente, singultibus vox ejus interrupta est. Et Romani quidem miserati sunt et ipsum ob ea quæ passus est, et admirati eorum ergo quæ facere destinavit : Joannes autem ejusque socii magis contra Romanos irritabantur, illum quoque capere cupientes. Ceterum nobilium plurimos commoverat oratio. Et nonnulli quidem, seditiosorum custodias formidantes, cum sociis suis manebant, quamvis certi de suo pariter et civitatis exitio. Erant autem qui, capto securæ discessionis tempore, ad Romanos confugere. In quibus erant Josephus et Jesus pontifices, filii vero pontificum, tres quidem Ismaeli, cui apud Cyrenen fuerat caput abscissum, et Matthiæ quattuor, alterius vero Matthiæ unus, qui post interitum patris aufugerat, quem Simon Gioræ cum

ἀπέκτεινε, σὺν τρισὶν υἱοῖς, ὡς προείρηται. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐγενῶν τοῖς ἀρχιερεῦσι συμμετεβάλλοντο. Καῖσαρ δ' αὐτοὺς τά τε ἄλλα φιλοφρόνως ἐδέξατο, καὶ γινώσκων ἀλλοφύλοις ἤθεσιν ἀηδῆ τὴν διατριβὴν ἕξειν, ἀπέπεμψεν αὐτοὺς εἰς Γόφναν, τέως ἐκεῖ παραινῶν μένειν· ἀποδώσειν γὰρ ἑκάστῳ τὰς κτήσεις κατὰ σχολὴν ἀπὸ τοῦ πολέμου γενόμενος. Οἱ μὲν οὖν εἰς τὸ δοθὲν πολίχνιον μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἀνεχώρουν ἄσμενοι· μὴ φαινομένων δ' αὐτῶν διεφήμισαν οἱ στασιασταὶ πάλιν ὡς ἀποσφαγεῖεν ὑπὸ Ῥωμαίων οἱ αὐτόμολοι, δηλονότι τοὺς λοιποὺς ἀποτρέποντες τῷ φόβῳ διαδιδράσκειν. Ἤνυστο δ' ὡς καὶ πρότερον αὐτοῖς τὸ πανούργημα πρὸς καιρόν· ἐπεσχέθησαν γὰρ ὑπὸ τοῦ δέους αὐτομολεῖν.

(Γ'.) γ'. Αὖθις δ', ὡς ἀνακαλέσας τοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῆς Γόφνας Τίτος ἐκέλευσε μετὰ τοῦ Ἰωσήπου περιελθόντας τὸ τεῖχος ὀφθῆναι τῷ δήμῳ, πλεῖστοι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἔφευγον. Γινόμενοι δ' ἀθρόοι καὶ πρὸ τῶν Ῥωμαίων ἱστάμενοι μετ' οἰμωγῆς καὶ δακρύων ἱκέτευον τοὺς στασιαστάς, τὸ μὲν πρῶτον ὅλῃ τοὺς Ῥωμαίους δέξασθαι τῇ πόλει, καὶ τὴν πατρίδα σῶσαι πάλιν, εἰ δὲ μή, τοῦ τε ἱεροῦ πάντως ὑπεξελθεῖν καὶ ῥύσασθαι τὸν ναὸν αὐτοῖς· οὐ γὰρ ἂν τολμῆσαι Ῥωμαίους μὴ μετὰ μεγίστης ἀνάγκης καταφλέξαι τὰ ἅγια. Τούτοις μᾶλλον ἀντεφιλονείκουν, καὶ πολλὰ βλάσφημα τοῖς αὐτομόλοις ἀντικεκραγότες, ἐπὶ τῶν ἱερῶν πυλῶν τούς τε ὀξυβελεῖς καὶ καταπέλτας καὶ λιθοβόλους μηχανὰς διέστησαν, ὡς τὸ κύκλῳ μὲν ἱερὸν ἀπὸ πλήθους νεκρῶν προσεοικέναι πολυανδρίῳ, τὸν δὲ ναὸν αὐτὸν φρουρίῳ. Τοῖς δ' ἁγίοις καὶ ἀβάτοις μετὰ τῶν ὅπλων εἰσεπήδων, θερμὰς ἔτι τὰς χεῖρας ἐξ ὁμοφύλων ἔχοντες φόνων· καὶ προὔκοψαν εἰς τοσαῦτον παρανομίας, ὥστε ἣν ἂν εἰκὸς ἀγανάκτησιν γενέσθαι Ἰουδαίων, εἰ Ῥωμαῖοι ταῦτα ἐξυβρίζοιεν εἰς αὐτούς, ταύτην εἶναι παρὰ Ῥωμαίων τότε πρὸς Ἰουδαίους ἀσεβοῦντας εἰς τὰ ἴδια. Τῶν μέν γε στρατιωτῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ μετὰ φρίκης εἰς τὸν ναὸν ἀφεώρα καὶ προσεκύνει, τούς τε λῃστὰς ηὔχετο, πρὶν ἀνηκέστου πάθους, μετανοῆσαι.

δ'. Καῖσαρ δ' ὑπερπαθήσας πάλιν ἐξωνείδιζε τοὺς περὶ τὸν Ἰωάννην λέγων, « ἆρ' οὐχ ὑμεῖς, ὦ μιαρώτατοι, τὸν δρύφακτον τοῦτον προὐβάλεσθε τῶν ἁγίων; οὐχ ὑμεῖς δὲ τὰς ἐν αὐτῷ στήλας διεστήσατε, γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ ἡμετέροις κεχαραγμένας, ἃ μηδένα τὸ γείσιον ὑπερβαίνειν παραγγέλλει; οὐχ ἡμεῖς δὲ τοὺς ὑπερβάντας ὑμῖν ἀναιρεῖν ἐπετρέψαμεν, κἂν Ῥωμαίων τις ᾖ; Τί οὖν νῦν, ἀλιτήριοι, καὶ νεκροὺς ἐν αὐτῷ καταπατεῖτε; τί δὲ τὸν ναὸν αἵματι ξένῳ καὶ ἐγχωρίῳ φύρετε; Μαρτύρομαι θεοὺς ἐγὼ πατρίους, καὶ εἴ τις ἐφεώρα ποτὲ τόνδε τὸν χῶρον (νῦν μὲν γὰρ οὐκ οἴομαι), μαρτύρομαι δὲ καὶ στρατιὰν ἐμήν, καὶ τοὺς παρ' ἐμοὶ Ἰουδαίους, καὶ ὑμᾶς αὐτούς, ὡς οὐκ ἐγὼ ταῦθ' ὑμᾶς ἀναγκάζω μιαίνειν· κἂν ἀλλάξητε τῆς παρατάξεως τὸν τόπον, οὔτε προσ-

tribus filiis, ut supra dictum est, interemerat. Multi autem ex aliis quoque nobilibus una cum pontificibus migrabant ad Romanos : eosque Cæsar cetera humaniter excepit, sciensque inter alienigenarum mores haud jucunde illos victuros esse, in Gophnam dimisit, eis interim illic manere suadens, ut qui possessiones singulis redditurus esset, quando bello confecto frueretur otio. Et illi quidem in oppidum sibi concessum cum omni securitate læti discedebant. Quum autem illi non comparerent, seditiosi iterum divulgarunt, transfugas a Romanis occisos esse, scilicet ut metu reliquos a fuga deterrerent. Et paulisper, ut antea, hæc calliditas eis profuit : nam metus eos impedivit quominus transfugerent.

(X.) 3. Rursus autem, postquam eos Titus revocatos a Gophna cum Josepho muros obire et populo in conspectum dari jusserat, plurimi ad Romanos fugiebant. Frequentes vero congregati et ante Romanos stantes, cum ejulatu et lacrimis seditiosos supplicabant, primo quidem ut Romanos in omnem civitatem reciperent, patriamque iterum servarent : sin vero hoc displiceret, saltem de fano exirent, templumque ipsis servarent : non enim ausuros nisi in maxima necessitate Romanos ignem sanctis immittere. His autem illi magis adversabantur; quumque multa in transfugas vociferati essent maledicta, supra sacras portas scorpiones et catapultas et balistas disposuerunt : adeo ut omne circa fanum spatium mortuorum multitudine cœmeterio, templum vero ipsum castello simile videretur. In loca autem sancta et inaccessa cum armis et manibus adhuc gentili cæde calentibus insiliebant; et eo iniquitatis processerunt, ut quam ad indignationem Judæos adduci verisimile erat, si hanc Romani in ipsos injuriam admisissent, ea tunc in Judæos propria sacra temerantes uterentur Romani. Nemo sane erat ex militibus qui non cum horrore templum aspiceret atque adoraret, optaretque ut latrones, antequam insanabile malum pateretur, resipiscerent.

4. Cæsar autem, quum admodum doleret vicem eorum, iterum Joannem ejusque socios his verbis increpabat: « nonne vos, o sceleratissimi, hunc cancellum locis sanctis objecistis? nonne vos columnas ad certa intervalla in eo statuistis, literis Græcis ac nostris inscriptas, quibus edicitur ne septa quidem cuiquam licere transgredi? nonne nos eos qui transiissent, quamvis Romanus quis esset, vobis necare permisimus? Quid igitur in eo etiam mortuos nunc conculcatis, o nocentissimi? cur autem templum et externo et gentili sanguine contaminatis? Testor ego patrios deos, et si quis olim hunc locum respexit (nunc enim neminem ad eum respicere arbitror), itemque testor et exercitum meum, et Judæos qui apud me sunt, et vosmetipsos, quod non ego vos ad hæc violanda compellam : et si locum aciei mutaveritis, neque accedet

« ελεύσεταί τις Ῥωμαίων τοῖς ἁγίοις οὔτε ἐνυβρίσει. « Τηρήσω δὲ τὸν ναὸν ὑμῖν καὶ μὴ θέλουσι. »

(ΙΑ'.) ε'. Ταῦτα τοῦ Ἰωσήπου διαγγέλλοντος ἐκ τοῦ Καίσαρος οἱ λῃσταὶ καὶ ὁ τύραννος οὐκ ἀπ' εὐνοίας, ἀλλὰ κατὰ δειλίαν γίνεσθαι τὰς παρακλήσεις δοκοῦντες, ὑπερηφάνουν. Τίτος δὲ, ὡς οὔτε οἶκτον ἑαυτῶν τοὺς ἄνδρας οὔτε φειδώ τινα τοῦ ναοῦ ποιουμένους ἑώρα, πάλιν πρὸς πόλεμον ἄκων ἐχώρει. Πᾶσαν μὲν οὖν τὴν δύναμιν ἐπάγειν αὐτοῖς οὐχ οἷόντε ἦν, μὴ χωρουμένην τῷ τόπῳ, τριάκοντα δ' ἐπιλέξας ἀφ' ἑκάστης ἑκατονταρχίας τοὺς ἀρίστους, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ἀνὰ χιλίους παραδοὺς, τούτων δ' ἐπιτάξας ἡγεμόνα Κερεάλιον, ἐπιθέσθαι προσέταξε ταῖς φυλακαῖς περὶ ὥραν τῆς νυκτὸς ἐνάτην. Ὄντα δὲ καὶ αὐτὸν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ συγκαταβαίνειν παρεσκευασμένον οἵ τε φίλοι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου κατέσχον, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἡγεμόνων λεγόμενα· « πλέον γὰρ αὐτὸν ἀνύσειν ἔφασαν « ἐπὶ τῆς Ἀντωνίας καθεζόμενον καὶ τὴν μάχην ἀγωνοθετοῦντα τοῖς στρατιώταις ἢ εἰ καταβὰς προκινδυνεύοι· πάντας γὰρ ὁρῶντος Καίσαρος ἀγαθοὺς « πολεμιστὰς ἔσεσθαι. » Τούτοις πεισθεὶς ὁ Καῖσαρ, « δι' ἓν τοῦτο τοῖς στρατιώταις ὑπομένειν εἰπὼν, ἵνα « κρίνῃ τὰς ἀρετὰς αὐτῶν, καὶ μήτε τῶν ἀγαθῶν τις « ἀγέραστος μήτε τῶν ἐναντίων ἀτιμώρητος διαλάθῃ, γένηται δ' αὐτόπτης καὶ μάρτυς ἁπάντων, ὁ καὶ « τοῦ κολάζειν καὶ τοῦ τιμᾶν κύριος, » τοὺς μὲν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἔπεμπε καθ' ἣν ὥραν καὶ προείρηται, προελθὼν δ' αὐτὸς εἰς τὸ κάτοπτον ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας ἐκαραδόκει τὸ μέλλον.

(ΙΒ'.) ς'. Οὐ μὴν οἵ γε πεμφθέντες τοὺς φύλακας ηὗρον κοιμωμένους ὡς ἤλπισαν, ἀλλ' ἀναπηδήσασι μετὰ κραυγῆς εὐθέως συνεπλέκοντο. Πρὸς δὲ τὴν τῶν ἐκκοιτούντων βοὴν ἔνδοθεν οἱ λοιποὶ κατὰ στῖφος ἐξέθεον. Τῶν μὲν δὴ πρώτων τὰς ὁρμὰς ἐξεδέχοντο Ῥωμαῖοι, περιέπιπτον δ' οἱ μετ' ἐκείνους τῷ σφετέρῳ τάγματι, καὶ πολλοὶ τοῖς οἰκείοις ὡς πολεμίοις ἐχρῶντο. Τὴν μὲν γὰρ διὰ βοῆς ἐπίγνωσιν ἡ κραυγὴ συγχυθεῖσα παρ' ἀμφοῖν, τὴν δὲ δι' ὀμμάτων ἡ νὺξ ἑκάστου ἀφείλετο, καὶ τυφλώττειν ἄλλως οὓς μὲν οἱ θυμοὶ παρεσκεύαζον, οὓς δὲ οἱ φόβοι. Διὰ τοῦτο τὸν προστυχόντα πλήττειν ἦν ἄκριτον. Ῥωμαίους μὲν οὖν συνησπικότας καὶ κατὰ συντάξεις προπηδῶντας ἧττον ἔβλαπτεν ἄγνοια· καὶ γὰρ ἦν παρ' ἑκάστῳ μνήμη τοῦ συνθήματος· Ἰουδαῖοι δ' ἀεὶ σκεδαννύμενοι, καὶ τάς τε προσβολὰς καὶ τὰς ὑποχωρήσεις ἀνέδην ποιούμενοι, πολλάκις φαντασίαν παρεῖχον ἀλλήλοις πολεμίων· τὸν ὑποστρέφοντα γὰρ ἕκαστος οἰκεῖον διὰ σκότους ὡς ἐπιόντα Ῥωμαῖον ἐξεδέχετο. Πλείους γοῦν ὑπὸ τῶν ἰδίων ἢ τῶν πολεμίων ἐτρώθησαν, ἕως ἡμέρας γενομένης ὄψει τὸ λοιπὸν ἡ μάχη διεκρίνετο· καὶ κατὰ φάλαγγα διαστάντες τοῖς τε βέλεσιν εὐτάκτοις ἐχρῶντο καὶ ταῖς ἀμύναις. Οὐδέτεροι δὲ οὔτ' εἶχον οὔτ' ἐκοπίων, ἀλλ' οἱ μὲν, ὡς ἐφορῶντος Καίσαρος, κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ συντάξεις ἤριζον ἀλλήλοις, καὶ προκοπῆς ἕκαστος ἐκείνην αὐτῷ τὴν ἡμέ-

« ad sancta quisquam Romanorum, neque contumeliam « eis faciet. Vobis autem etiam invitis templum servabo. »

(XI.) 5. Hæc Josepho illis renunciante mandato Cæsaris, latrones ac tyrannus non ex benevolentia, sed timiditate adhortationes proficisci existimantes, superbia efferebantur. Titus autem, quum illos neque suas fortunas miserari neque templo parcere videret, invitus bellum repetebat. Et copias quidem universas, quod locus eas non caperet, illis admovere non poterat : tricenis autem optimorum ex unaquaque centuria delectis, et tribunis per millenos attributis, hisque duce præposito Cereali, circa noctis horam nonam custodes aggredi jussit. Quum autem ipse quoque in armis esset, simulque ad descensum semel paravisset, propter periculi magnitudinem eum amici cohibebant, atque illa quæ a ducibus dicta erant : « plus enim ipsum effecturum, « aiebant, ad Antoniam sedentem, pugnamque assignantem « militibus, quam si descenderet periculisque pro ipsis se « objiceret : quippe omnes in conspectu Cæsaris strenuos « fore bellatores. » Istis obsequutus Cæsar, quum ad milites dixisset « ob hoc solum se manere, ut de eorum virtute « judicaret, et neque fortis quisquam præmio careret, « neque ignavus pœnam evaderet, sed omnium spectator « ipse esset et testis, penes quem ulciscendi et remunerandi « arbitrium, » illos quidem ad rem aggrediendam, hora quæ supra memorata est, dimisit, ipse vero ad speculam ex Antonia progressus, quid fieret exspectabat.

(XII.) 6. Verum hi qui missi fuerant non uti speraranl somno oppressos invenerunt custodes, sed cum clamore insilientibus statim ad manus ventum est. Ceteri autem excubitorum clamoribus exciti ex ædibus se turmatim proripiebant. Primorum quidem impetum excipiebant Romani : et qui illos sequerentur, in agmen proprium incidebant, multique suis velut hostibus utebantur. Nam voce quidem suorum agnitionem confusus utriusque partis clamor, oculis vero quominus discernerentur nox omnino impediebat : ac præterea quibusdam cæcitatem injiciebat furor, aliis timor. Idcirco obvium quemque sine discrimine feriebant. Et Romanis quidem, scutorum conjunctione septis et per globos prosilientibus, ignoratio minus nocebat; tesseræ enim suæ quisque meminerat. Judæi vero semper disjecti, et tam impetus quam recessus temere facientes, sibi invicem hostium speciem sæpe ingerebant; nam revertentem suum quisque per tenebras quasi Romanum aggredientem excipiebat. Qua re factum ut plures a suis quam ab hostibus sauciarentur, donec orto die visu deinceps pugna discerneretur, et in acie ex adverso stantes bono ordine hostes telis peterent atque propulsarent. Neutri vero cedebant, neque labore fatigabantur. Sed Romani quidem et sigillatim et multi simul utpote in conspectu Cæsaris strenue concertabant : illumque diem sibi quisque promotionis initium fore

ραν ἄρξειν ὑπελάμβανεν, εἰ γενναίως ἀγωνίσαιτο· Ἰουδαίοις δ' ἐβράβευε τὰς τόλμας ὅ τε περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τοῦ ἱεροῦ φόβος καὶ ὁ τύραννος ἐφεστὼς καὶ τοὺς μὲν παρακαλῶν, τοὺς δὲ μαστιγῶν καὶ διεγείρων ἀπειλαῖς. Συνέβαινε δὲ τὸ μὲν πλεῖστον σταδιαίαν εἶναι τὴν μάχην, ἐν ὀλίγῳ δὲ καὶ ταχέως ἀντιστρέφεσθαι τὰς ῥοπάς· οὐδέτεροι γὰρ οὔτε φυγῆς οὔτε διώξεως μῆκος εἶχον. Ἀεὶ δὲ πρὸς τὸ συμβαῖνον οἰκεῖος ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας ὁ θόρυβος ἦν, θαρρεῖν δὲ καὶ κρατοῦσι τοῖς σφετέροις ἐπιβοώντων καὶ μένειν τρεπομένοις· ἦν δ' ὥσπερ τι πολέμου θέατρον· οὐδὲν γὰρ οὔτε Τίτον οὔτε τοὺς περὶ αὐτὸν ἐλάνθανε τῶν κατὰ τὴν μάχην. Τὸ δὲ πέρας, ἀρξάμενοι τῆς νυκτὸς ἐνάτης ὥρας, ὑπὲρ πέμπτην τῆς ἡμέρας διελύθησαν, ἀφ' οὗπερ ἤρξαντο τόπου τῆς συμβολῆς, μηδέτεροι βεβαίως κλίναντες τοὺς ἑτέρους, ἀλλὰ τὴν νίκην μέσην ἐν ἀγχωμάλῳ τῇ παρατάξει καταλιπόντες. Καὶ Ῥωμαίων μὲν ἐπισήμως ἠγωνίσαντο πολλοί, Ἰουδαίων δ' ἐκ μὲν τῶν περὶ Σίμωνα Ἰούδας ὁ τοῦ Μέρτωνος καὶ Σίμων ὁ τοῦ Ἰωσίου, τῶν δὲ Ἰδουμαίων Ἰάκωβος καὶ Σίμων, Καθλᾶ μὲν οὗτος παῖς, Σωσᾶ δὲ ὁ Ἰάκωβος, τῶν δὲ μετὰ Ἰωάννου Γυφθαῖος καὶ Ἀλεξᾶς, τῶν δὲ ζηλωτῶν Σίμων υἱὸς Ἀρί.

(ΙΓ'.) ζ'. Ἐν τούτῳ δ' ἡ λοιπὴ τῶν Ῥωμαίων δύναμις, ἡμέραις ἑπτὰ καταστρεψαμένη τοὺς τῆς Ἀντωνίας θεμελίους, μέχρι τοῦ ἱεροῦ πλατεῖαν ἄνοδον ηὐτρεπίσαντο. Πλησιάσαντα δὲ τῷ πρώτῳ περιβόλῳ τὰ τάγματα κατήρχετο χωμάτων, τὸ μὲν ἄντικρυς τῆς τοῦ εἴσω ἱεροῦ γωνίας, ἥτις ἦν κατ' ἄρκτον καὶ δύσιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν βόρειον ἐξέδραν, ἣ μεταξὺ τῶν δύο πυλῶν ἦν, τῶν δὲ λοιπῶν δύο θάτερον μὲν κατὰ τὴν ἑσπέριον στοὰν τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ, τὸ δὲ ἕτερον ἔξω κατὰ τὴν βόρειον. Προύκοπτε μέντοι μετὰ πολλοῦ καμάτου καὶ ταλαιπωρίας αὐτοῖς τὰ ἔργα, καὶ τὴν ὕλην ἀφ' ἑκατὸν σταδίων συγκομίζουσιν. Ἐκακοῦντο δ' ἔσθ' ὅπῃ καὶ κατ' ἐπιβουλὰς αὐτοί, διὰ περιουσίαν τοῦ κρατεῖν ὄντες ἀδεέστεροι, καὶ δι' ἀπόγνωσιν ἤδη σωτηρίας χρώμενοι τολμηροτέροις τοῖς Ἰουδαίοις. (ΙΔ'.) Τῶν γὰρ ἱππέων τινές, ὁπότε προέλθοιεν ἐπὶ ξυλείαν ἢ χόρτου συλλογήν, τὸν τῆς κομιδῆς χρόνον, ἀνίεσαν βόσκεσθαι τοὺς ἵππους ἀποχαλινοῦντες, οὓς οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ στῖφος ἐκπηδῶντες ἥρπαζον. Καὶ τούτου συνεχῶς γινομένου, νομίσας Καῖσαρ, ὅπερ ἦν, ἀμελείᾳ τῶν σφετέρων πλέον ἢ τῇ Ἰουδαίων ἀνδρείᾳ γίνεσθαι τὰς ἁρπαγάς, ἔγνω σκυθρωπότερον τοὺς λοιποὺς πρὸς φυλακὴν τῶν ἵππων ἐπιστρέψαι· καὶ κελεύσας ἀπαχθῆναι τὴν ἐπὶ θανάτῳ τῶν ἀπολεσάντων στρατιωτῶν ἕνα, φόβῳ τοῖς ἄλλοις ἐτήρησε τοὺς ἵππους. Οὐκέτι γὰρ εἴων νέμεσθαι, καθάπερ δὲ συμπεφυκότες αὐτοῖς ἐπὶ τὰς χρείας ἐξῄεσαν. Οἱ μὲν οὖν προσεπολέμουν τῷ ἱερῷ καὶ τὰ χώματα διήγειρον.

(ΙΕ'.) η'. Μετὰ δὲ μίαν ἡμέραν αὐτῶν τῆς ἀνόδου πολλοὶ τῶν στασιαστῶν, οἷς ἁρπαγαί τε ἐπέλιπον ἤδη καὶ ὁ λιμὸς ἤπειγε, συνελθόντες ταῖς κατὰ τὸ Ἐλαιῶν ὄρος

putabat, si fortiter dimicasset : Judæis autem ministrabat audaciam et proprium cujusque periculum, et quod templo metuerent, quodque tyrannus instaret, alios quidem obsecrans, alios vero verberans et minis incitans. Verum accidebat ut maxima ex parte stataria esset pugna, atque in exiguo spatio et celeriter huc illuc inclinaret acies : neutra enim pars prolixum fugiendi vel persequendi spatium habebat. Semper autem, prout res eveniebat, ex Antonia tumultus erat, ad suos clamantium, si superarent, ut bono animo essent, sin vero fugerent, ut fugam sisterent : eratque veluti quoddam belli theatrum; nec enim vel Titum vel eos qui cum eo erant, quicquam latebat eorum quæ in pugna gerebantur. Postremo, nona noctis hora cœpto prælio, non nisi post quintam diei horam diremptum est, quum neutri eo loco unde pugnam iniere certa fuga cessissent, verum mediam in ancipiti acie victoriam reliquissent. Et Romanorum quidem plurimi egregie dimicabant : Judæorum vero, ex parte Simonis, Judas Mertonis filius, et Simon Josiæ; ex Idumæis, Jacobus et Simon, hic Cathlæ filius, Jacobus autem Sosæ; atque ex Joannis factione, Gyphthæus et Alexas; et ex zelotis, Simon filius Ari.

(XIII.) 7. Interea autem reliqua Romanorum manus, septem diebus Antoniæ fundamentis eversis, latum ad templum ascensum muniverunt. Et legiones quum primo muro appropinquassent, aggeres moliri cœperunt : unum quidem contra interioris templi angulum, qui ad septemtrionem orientemque spectabat; alterum vero ad exedram septemtrionalem, quæ inter duas portas erat; reliquorum vero duorum unum contra porticum occidentalem templi exterioris, alterum vero contra septemtrionalem. Verumtamen opera illis procedebant magno cum labore et gravi difficultate, materiemque a centesimo usque stadio comportarunt. Interdum autem insidiis ipsi lædebantur, utpote minus cauti quod insidiatores facile superare se posse putarint, atque Judæos propter desperationem salutis audaciores haberent. (XIV.) Nonnulli enim equitum, quoties ad lignum sive fœnum colligendum exiissent, interea dum id facerent, equos suos frenis exutos pasci sinebant, quos Judæi per cuneos erumpentes rapiebant. Itaque quum id crebro fieret, Cæsar ratus, id quod verum erat, negligentia suorum magis quam Judæorum fortitudine rapinas contingere, tristi animadversione ceteros ad equorum custodiam revocare statuit; unoque militum qui equum perdiderat morte damnato, eo metu equos suos ceteris conservavit. Nunquam enim eos posthac ad pascendum dimittebant, sed tanquam natura his connexi ad necessaria egrediebantur. Et illi quidem templum oppugnabant et aggeres erigebant.

(XV.) 8. Altera vero die post eorum ascensum multi seditiosorum, quos rapinæ jam defecerant et fames urgebat, congregati in præsidia Romanorum juxta Olivarum mon-

Ῥωμαίων φυλακαῖς ἐπιτίθενται, περὶ ὥραν ἑνδεκάτην τῆς ἡμέρας, οἰόμενοι πρῶτον μὲν ἀδοκήτων, ἔπειτα πρὸς θεραπείας ἤδη τοῦ σώματος ὄντων, ῥᾳδίως διεκπεσεῖν. Προαισθόμενοι δὲ τὴν ἔφοδον αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ταχέως ἐκ τῶν πλησίον φρουρίων συνδραμόντες, εἶργον ὑπερπηδᾶν καὶ διακόπτειν τὸ περιτείχισμα βιαζομένους. Γενομένης δὲ καρτερᾶς τῆς συμβολῆς ἄλλα τε πολλὰ παρ' ἑκατέρων γενναίως ἐπράχθη (Ῥωμαίων μὲν μετὰ τῆς ἰσχύος ἐμπειρίᾳ τοῦ πολεμεῖν χρωμένων, Ἰουδαίων δ' ἀφειδέσι ταῖς ὁρμαῖς καὶ τοῖς θυμοῖς ἀκατασχέτοις· ἐστρατήγει δὲ τῶν μὲν αἰδώς, τῶν δ' ἀνάγκη· τότε γὰρ ἐξαφεῖναι Ἰουδαίους, ὥσπερ ἄρκυσιν ἐνειλημμένους, Ῥωμαίοις αἴσχιστον ἐδόκει· κἀκεῖνοι μίαν ἐλπίδα σωτηρίας εἶχον, εἰ βιασάμενοι ῥήξειαν τὸ τεῖχος)· καὶ τῶν ἀπὸ σπείρας τις ἱππέων, Πεδάνιος τοὔνομα, τρεπομένων ἤδη τῶν Ἰουδαίων καὶ κατὰ τῆς φάραγγος συνωθουμένων, ῥόθιον ἐκ πλαγίου παρελαύνων τὸν ἵππον, ἁρπάζει τινὰ φεύγοντα τῶν πολεμίων, νεανίαν, στιβαρόν τε ἄλλως τὸ σῶμα καὶ καθωπλισμένον, δραξάμενος ἐκ τοῦ σφυροῦ. Τοσοῦτον μὲν ἑαυτὸν ἐκ τρέχοντος ἐπέκλινε τοῦ ἵππου, τοσοῦτον δ' ἐπεδείξατο τῆς τε δεξιᾶς τὸν τόνον καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος, ἔτι δ' ἐμπειρίας ἱππικῆς. Ὁ μὲν οὖν ὥσπερ τι κειμήλιον ἁρπασάμενος ἧκε φέρων Καίσαρι τὸν αἰχμάλωτον. Τίτος δὲ τὸν μὲν λαβόντα τῆς δυνάμεως θαυμάσας, τὸν δὲ ληφθέντα τῆς περὶ τὸ τεῖχος ἐπιχειρήσεως κολάσαι κελεύσας, αὐτὸς ἐν ταῖς περὶ τὸ ἱερὸν διαμάχαις ἦν καὶ τὰ χώματα κατήπειγεν.

(IϚ'.) θ'. Ἐν ᾧ Ἰουδαῖοι κακούμενοι ταῖς συμβολαῖς, ἀεὶ κατ' ὀλίγον κορυφουμένου τοῦ πολέμου καὶ τῷ ναῷ προσέρποντος, καθάπερ σηπομένου σώματος, ἀπέκοπτον τὰ προειλημμένα μέλη, φθάνοντες τὴν εἰς τὸ πρόσω νομήν. Τῆς γὰρ βορείου καὶ κατὰ δύσιν στοᾶς τὸ συνεχὲς πρὸς τὴν Ἀντωνίαν ἐμπρήσαντες, ἔπειτα ἀπέρρηξαν ὅσον πήχεις εἴκοσι, ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἀρξάμενοι καίειν τὰ ἅγια. Μετὰ δ' ἡμέρας δύο, τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ προειρημένου μηνὸς, τὴν πλησίον στοὰν ὑποπιμπρᾶσι Ῥωμαῖοι, καὶ μέχρι πεντεκαίδεκα πηχῶν προκόψαντος τοῦ πυρὸς, ἀποκόπτουσιν ὁμοίως Ἰουδαῖοι τὴν ὀροφὴν, μήτε καθ' ἅπαν ἐξιστάμενοι τῶν ἔργων καὶ τὸ πρὸς τὴν Ἀντωνίαν συναφὲς αὐτῶν διαιροῦντες, καὶ παρὸν κωλύειν ὑποπιμπράντας. Οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐμβολὴν τοῦ πυρὸς ἠρεμήσαντες τὴν νομὴν ἐμέτρησαν αὐτῷ σφίσι χρησίμως. Περὶ μὲν δὴ τὸ ἱερὸν οὐ διέλιπον αἱ συμβολαὶ, συνεχὴς δ' ἦν κατὰ μέρος ἐκθεόντων ἐπ' ἀλλήλους ὁ πόλεμος.

(IZ'.) ι'. Τῶν Ἰουδαίων δέ τις κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας ἀνὴρ τό τε σῶμα βραχὺς καὶ τὴν ὄψιν εὐκαταφρόνητος, γένους τε ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἄσημος (Ἰονάθης ἐκαλεῖτο) προελθὼν κατὰ τὸ τοῦ ἀρχιερέως Ἰωάννου μνημεῖον, ἄλλα τε πολλὰ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὑπερηφάνως ἐφθέγγετο καὶ τὸν ἄριστον αὐτῶν εἰς μονομαχίαν προυκαλεῖτο. Τῶν δὲ ταύτῃ παρατεταγμένων οἱ πολλοὶ

tem, circa undecimam diei horam, impetum faciunt, sperantes primo quidem inopinatos, deinde corporis curandi causa quiescentes facile perrupturos esse. Verum Romani quum illorum eruptionem præsensissent, concursumque fecissent ex propinquis custodiis, obstabant eis murum transcendere et vi perrumpere conantibus. Acri autem pugna conserta, et alia multa fortiter utrinque gesta sunt quum Romani quidem præter fortitudinem etiam bellandi peritia, Judæi vero immoderato impetu et effrenatis animis uterentur : illos autem pudor quidem urgebat, hos vero necessitas : tunc enim dimittere Judæos, velut reti comprehensos, Romanis turpissimum videbatur; et illi unam spem salutis, si murum perrumpere possent, habebant; et quidam ex ala equitum, Pedanius nomine, Judæis jam in fugam versis atque in vallem coactis, equo a latere incitato prætervectus, corripit unum ex hostibus fugientem, juvenem, et alias corpore validum et armis undique septum, talo comprehensum. Tantum quippe se inclinavit equo currente, tantamque dextræ vim et reliqui corporis, itemque equestris peritiæ ostendit. Et ille quidem, tanquam pretiosi aliquid rapuisset, captivum secum adducens ad Cæsarem venit. Titus autem vires illius, qui eum ceperat, admiratus, et captivo, quia murum aggressus est, supplicio tradito, ipse templi oppugnationem curabat, atque aggeribus erigendis instabat.

(XVI.) 9. Interim Judæi in conflictibus pessumdati, paulatim semper ascendente bello et in templum serpente, sicuti in corpore putrescente, membra in quæ jam invaserat abscindebant, priusquam ulterius grassaretur. Nam quum porticus partem quæ a septemtrione et occasu conjuncta erat Antoniæ incendissent, postea ad viginti cubitos abruperunt, suis manibus sacra adyta urere aggressi. Biduo autem post, vicesimo et quarto mensis prædicti die, vicinam porticum incenderunt Romani; flammaque ad cubitos quindecim progressa, Judæi similiter tectum abscindunt : et ab operibus eam minime avertentes, quicquid inter ipsos erat et Antoniam, diruunt, etiam quum liceret eis incendium prohibere. Illi autem, quum primum ignis injiceretur, otiosi, ejus cursum pro sua utilitate metiebantur. Ac circa templum acie confligere non desinebant, sed frequens erat singulorum contra se invicem excurrentium pugna.

(XVII.) 10. Iisdem autem diebus quidam ex Judæis vir et corpore brevis et vultu despicabilis, tamque genere quam rebus aliis ignobilis, Jonathas nomine, progressus ad Joannis pontificis monumentum, quum alia multa superbe ad Romanos proloquutus est, tum quem fortissimum haberent ad singulare certamen provocavit. At eorum qui in acie ex adverso instructa stetere, multi quidem dedigna-

μὲν ὑπερηφάνουν, ἦσαν δ' οἳ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐδεδοίκεσαν· ἥπτετό γε μὴν τινῶν καὶ λογισμὸς οὐκ ἀσύνετος, θανατῶντι μὴ συμπλέκεσθαι· τοὺς γὰρ ἀπεγνωκότας τὴν σωτηρίαν τά τ' ἄλλα καὶ τὰς ὁρμὰς ἀταμιεύτους ἔχειν καὶ τὸ θεῖον ἀδυσώπητον· τό τε παραβάλλεσθαι πρὸς οὓς καὶ τὸ νικᾶν οὐ μέγα καὶ μετ' αἰσχύνης τὸ λειφθῆναι σφαλερὸν, οὐκ ἀνδρείας, ἀλλὰ θρασύτητος εἶναι. Μηδενὸς δ' ἐπὶ πολὺ προϊόντος, καὶ τοῦ Ἰουδαίου πολλὰ καταχερτομοῦντος αὐτοὺς εἰς δειλίαν (ἀλαζὼν γάρ τις ἦν αὐτὸς σφόδρα καὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπερήφανος) Πούδης τις ὄνομα, τῶν ἐκ ἴλης ἱππέων, βδελυξάμενος αὐτοῦ τά τε ῥήματα καὶ τὸ αὔθαδες (εἰκὸς δὲ καὶ πρὸς τὴν βραχύτητα τοῦ σώματος αὐτὸν ἀπερισκέπτως ἐπαρθῆναι) προπηδᾷ· καὶ τὰ μὲν ἄλλα περιῆν συμβαλὼν, προεδόθη δ' ὑπὸ τῆς τύχης. Πεσόντα γὰρ αὐτὸν ὁ Ἰωνάθης ἀποσφάττει προσδραμὼν, ἔπειτα ἐπιβὰς τῷ νεκρῷ τό τε ξίφος ᾑμαγμένον ἀνέσειε καὶ τῇ λαιᾷ τὸν θυρεὸν, ἐπηλάλαξέ τε τῇ στρατιᾷ πολλὰ, καὶ πρὸς τὸν πεσόντα κομπάζων, καὶ τοὺς ὁρῶντας Ῥωμαίους ἐπισκώπτων, ἕως αὐτὸν ἀνασκιρτῶντα καὶ ματαΐζοντα Πρίσκος τις ἑκατοντάρχης τοξεύσας διήλασε βέλει. Πρὸς ὃ τῶν τε Ἰουδαίων καὶ τῶν Ῥωμαίων κραυγὴ συνεξήρθη διάφορος. Ὁ δὲ δινηθεὶς ἐκ τῶν ἀλγηδόνων ἐπὶ τὸ σῶμα τοῦ πολεμίου κατέπεσεν, ὠκυτάτην ἀποφήνας ἐν πολέμῳ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀλόγοις εὐτυχοῦσι νέμεσιν.

ΚΕΦ. Γ'

Οἱ δ' ἀνὰ τὸ ἱερὸν στασιασταὶ φανερῶς τ' οὐκ ἀνίεσαν τοὺς ἐπὶ τῶν χωμάτων στρατιώτας ἀμυνόμενοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τοῦ προειρημένου μηνὸς ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι δόλον ἐνσκευάζονται. Τῆς ἑσπερίου στοᾶς τὸ μεταξὺ τῶν δοκῶν καὶ τῆς ὑπ' αὐταῖς ὀροφῆς ὕλης ἀναπιμπλᾶσιν αὔης, πρὸς δὲ ἀσφάλτου τε καὶ πίσσης, ἔπειτα ὡς καταπονούμενοι δῆθεν ὑπεχώρουν. Πρὸς ὃ τῶν μὲν ἀσκέπτων πολλοὶ ταῖς ὁρμαῖς φερόμενοι προσέκειντο τοῖς ὑποχωροῦσιν, ἐπί τε τὴν στοὰν ἐπήδων προσθέμενοι κλίμακας· οἱ δὲ συνετώτεροι, τὴν ἄλογον τροπὴν τῶν Ἰουδαίων ὑπονοήσαντες, ἔμενον. Κατεπλήσθη μέντοι τῶν ἀναπηδησάντων ἡ στοὰ, κἀν τούτῳ οἱ Ἰουδαῖοι πᾶσαν ὑποπιμπρᾶσιν αὐτήν. Αἰρομένης δ' αἰφνιδίως πάντοθεν τῆς φλογὸς, τούς τε ἔξω τοῦ κινδύνου Ῥωμαίους ἔκπληξις ἐπέσχε δεινὴ καὶ τοὺς περισχεθέντας ἀμηχανία. Κυκλούμενοι δ' ὑπὸ τῆς φλογὸς, οἱ μὲν εἰς τὴν πόλιν ὀπίσω κατεκρήμνιζον ἑαυτοὺς, οἱ δ' εἰς τοὺς πολεμίους· πολλοὶ δ' ἐλπίδι σωτηρίας εἰς τοὺς σφετέρους καταπηδῶντες ἐκλῶντο τὰ μέλη, πλείστων δ' ἔφθανε τὰς ὁρμὰς τὸ πῦρ, καί τινες τὴν φλόγα σιδήρῳ. Περιεῖχε δ' εὐθέως καὶ τοὺς ἄλλως φθειρομένους τὸ πῦρ ἐπὶ πλεῖστον ἐκφερόμενον. Καίσαρα δὲ, καίπερ χαλεπαίνοντα τοῖς ἀπολλυμένοις, ἐπειδὴ δίχα παραγγέλματος ἀναβεβήκεσαν, ὅμως οἶκτος εἰσῄει τῶν ἀνδρῶν, καὶ μηδενὸς προσαμύνειν δυναμένου. Τοῦτο γοῦν παραμύθιον ἦν τοῖς φθειρο-

bantur; erant autem inter eos (ut verisimile) etiam qui timerent: ceterum quosdam non inconsulta movebat ratio, cum mortis cupido non esse confligendum: nam qui de salute desperassent, eos præter alia temerario impetu ferri, Deumque non respicere: et cum his in discrimen venire, quos neque vincere magnum sit, et vinci cum dehonestamento periculosum, non fortitudinis, sed audaciæ videri. Quum autem diu nemo procederet, multaque Judæus eorum timiditati illuderet, ut qui in se valde arrogans esset et Romanorum contemptor, Pudens quidam nomine, ex ala equitum, et verba illius et insolentiam detestatus, fortasse autem etiam corporis brevitate inconsiderate sublatus, prosiliit; et cetera quidem superior erat in conflictu, sed a fortuna proditus erat. Ipsum enim Jonathas quum cecidisset accurrens interficit; deinde pede supra mortuum posito, et gladium cruentum quatiebat, lævaque scutum, atque multis acclamavit exercitui, et cæso insultans, et Romanis spectantibus obtrectans, donec eum tripudiantem et vana jactantem Priscus quidam centurio sagitta transfixit. Quo facto et Judæorum et Romanorum clamor diversus excitatus est. Ille autem, vertigine ex dolore correptus, in corpus hostis decidit; ostenditque in bello velocissimam ultionem sequi immerito fortunatos.

CAP. III. (XVIII.)

Seditiosi autem qui in templo erant, et aperte milites in aggere versantes quotidie propulsare non cessabant, et vicesimo die prædicti mensis hujusmodi dolum commoliuntur. Occidentalis porticus spatium, quod inter culmen et trabes erat vacuum, ligno arido, itemque sulphure ac bitumine replevere: deinde, tanquam scilicet labore defatigati, cedebant. Quare multi quidem improvisi impetu concitati instabant fugientibus, et in porticum ascendere admotis scalis nitebantur: at prudentiores, illam sine causa fugam Judæorum suspectam habentes, locis suis manebant. Verumtamen iis qui ascenderant repleta est porticus: et tunc Judæi ipsam totam succendunt. Quum autem undique subito flamma excitaretur, et Romanos qui extra periculum steterunt ingens stupor invasit, et eos quos incendium ceperat occupavit desperatio. Qui vero flammis circumdati erant, alii semetipsos retrorsum in urbem præcipitabant, alii vero in hostes; multique spe salutis in suos desilientes membra frangebant: plurimos, dum effugere conantur, præveniebat incendium: nonnullique ferro flammam antevertebant. Statim vero et eos, qui alias neci darentur, ignis comprehendebat, longe lateque pervagatus. Cæsarem vero, licet morientibus succensentem, quod injussi porticum ascenderant, misericordia tamen eorum tetigit, quum et nemo opem ferre posset. Hoc erat tamen solatio

μένοις, τὸ βλέπειν ὑπὲρ οὗ τις ἠφίει τὴν ψυχὴν ὀδυνώμενον· βοῶν τε γὰρ αὐτοῖς καὶ προπηδῶν καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπαμύνειν παρακαλῶν δῆλος ἦν. Τὰς δὲ φωνὰς ἕκαστος καὶ τὴν διάθεσιν, ὥσπερ τι λαμπρὸν ἀποφέρων ἐντάφιον, εὔθυμος ἀπέθνησκεν. Ἔνιοί γε μὴν ἐπὶ τὸν τοῖχον τῆς στοᾶς ὄντα πλατὺν ἀναχωρήσαντες ἐκ μὲν τοῦ πυρὸς διεσώθησαν, ὑπὸ δὲ τῶν Ἰουδαίων περισχεθέντες ἐπὶ πολὺ μὲν ἀντέσχον διατιτρωσκόμενοι, τέλος δὲ πάντες ἔπεσον,

(ΙΘ'.) β'. καὶ τελευταῖόν τις αὐτῶν νεανίας, ὄνοματι Λόγγος, ὅλον ἐπικοσμήσας τὸ πάθος, καὶ κατ' ἄνδρα μνήμης ἀξίων ὄντων πάντων τῶν ἀπολωλότων ἄριστος φανείς, ὃν οἱ μὲν Ἰουδαῖοι τῆς τε ἀλκῆς ἀγάμενοι, καὶ ἄλλως ἀνελεῖν ἀσθενοῦντες καταβῆναι πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ δεξιᾷ παρεκάλουν, ὁ δὲ ἀδελφὸς Κορνήλιος ἐκ θατέρου, μὴ καταισχῦναι τὸ σφέτερον κλέος καὶ τὴν Ῥωμαίων στρατιάν. Τούτῳ πεισθεὶς καὶ διαράμενος φανερὸν ἑκατέροις τοῖς τάγμασι τὸ ξίφος ἑαυτὸν ἀναιρεῖ. Τῶν δὲ τῷ πυρὶ περισχεθέντων Σερτώριός τις πανουργίᾳ διασώζεται. Προσκαλεσάμενος γάρ τινα τῶν συστρατιωτῶν Λούκιον, ᾧ συνεσκήνει, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, « κληρονόμον, ἔφη, καταλείπω σε τῶν « ἐμαυτοῦ κτημάτων, εἰ προσελθών με δέξαιο. » Τοῦ δὲ ἑτοίμως προσδραμόντος, ὁ μὲν ἐπ' αὐτὸν κατενεχθεὶς ἔζησεν, ὁ δὲ δεξάμενος ὑπὸ τοῦ βάρους τῷ λιθοστρώτῳ προσαραχθεὶς παραχρῆμα θνήσκει. Τοῦτο τὸ πάθος πρὸς καιρὸν μὲν Ῥωμαίοις ἐνεποίησεν ἀθυμίαν, πρὸς δὲ τὸ μέλλον ὅμως κατεσκεύασε φυλακτικωτέρους, καὶ πρὸς τὰς τῶν Ἰουδαίων ἐνέδρας ὠφέλησεν, ἐν αἷς τὰ πολλὰ δι' ἄγνοιαν τῶν τόπων καὶ τὸ ἦθος τῶν ἀνδρῶν ἐβλάπτοντο. Κατεκάη δὲ ἡ στοὰ μέχρι τοῦ Ἰωάννου πύργου, ὃν ἐκεῖνος ἐν τῷ πρὸς Σίμωνα πολέμῳ κατεσκεύασεν ὑπὲρ τὰς ἐξαγούσας ὑπὲρ τὸν ξυστὸν πύλας· τὸ δὲ λοιπὸν ἐπὶ διεφθαρμένοις ἤδη Ἰουδαῖοι τοῖς ἀναβᾶσιν ἀπέκοψαν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ Ῥωμαῖοι τὴν βόρειον στοὰν ἐνέπρησαν μέχρι τῆς ἀνατολικῆς ὅλην, ὧν ἡ συνάπτουσα γωνία τῆς Κεδρῶνος καλουμένης φάραγγος ὑπερδεδόμητο, παρ' ὃ καὶ φοβερὸν ἦν τὸ βάθος. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν ἐν τούτοις ἦν.

(Κ'.) γ'. Τῶν δ' ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθειρομένων κατὰ τὴν πόλιν ἄπειρον μὲν ἔπιπτε τὸ πλῆθος, ἀδιήγητα δὲ συνέβαινε τὰ πάθη. Καθ' ἑκάστην γὰρ οἰκίαν εἴ που τροφῆς παραφανείη σκιά, πόλεμος ἦν, καὶ διὰ χειρῶν ἐχώρουν οἱ φίλτατοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξαρπάζοντες τὰ ταλαίπωρα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. Πίστις δ' ἀπορίας οὐδὲ τοῖς θνήσκουσιν ἦν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκπνέοντας οἱ λῃσταὶ διηρεύνων, μή τις ὑπὸ κόλπον ἔχων τροφὴν σκήπτοιτο τὸν θάνατον αὐτῷ. Οἱ δ' ὑπ' ἐνδείας κεχηνότες ὥσπερ λυσσῶντες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ παρεφέροντο ταῖς τε θύραις ἐνσειόμενοι μεθυόντων τρόπον καὶ ὑπ' ἀμηχανίας εἰς τοὺς αὐτοὺς οἴκους εἰσπηδῶντες δὶς ἢ τρὶς ὥρᾳ μιᾷ. Πάντα δ' ὑπ' ὀδόντας ἦγεν ἡ ἀνάγκη, καὶ τὰ μηδὲ τοῖς ῥυπαρωτάτοις τῶν ἀλόγων ζῴων πρόσφορα συλλέγοντες ἐσθίειν ὑπέφερον. Ζωστήρων γοῦν καὶ

pereuntibus, ipsum dolentem cernere, pro quo vitam quisque prodigebat : nam palam erat quod iis acclamaret et prosiliret, comitesque suos obsecraret pro virili quemque sua auxilium ferre. Has voces et dolorem Cæsaris, veluti splendidas exsequias, quisque reportans, hilari animo moriebatur. Ceterum nonnulli, qui in partem porticûs latiorem se receperant, ex igni quidem evaserunt, a Judæis vero circumdati diu quidem saucii restiterunt; tandem vero universi cecidere,

(XIX.) (2) et postremo ex illis juvenis, nomine Longus, qui toti huic calamitati ornamento fuit, et quamvis sigillatim digni sint memoria qui periere, omnium tamen fortissimum se ostendit : quem Judæi quidem, et fortitudinem ejus admirantes et quia alioqui interficere eum non poterant, ad ipsos fide sua data descendere hortabantur; frater vero ejus Corneius, qui ex altera parte stabat, ne gloriam suam Romanamque militiam dehonestaret, orabat. Huic dicto audiens, sublatoque altius gladio, ut ab utraque parte cerneretur, semetipsum occidit. Eorum autem, qui ab igne circumdati erant, Sertorius quidam calliditate servatus est. Appellato enim clara voce Lucio quodam commilitone et contubernali suo, « hæredem te, inquit, relinquo totius patrimonii mei, « si propius accedens me exceperis. » Quum autem is prompto animo accurrisset, ille quidem, qui se in eum projecerat, vitam servavit; qui vero eum exceperat, pondere allisus pavimento continuo moritur. Hoc ipsum quod accidit paulisper quidem Romanis mœstitiam inferebat; in posterum tamen cautiores effecit, et adversus Judæorum insidias nonnihil contulit, quibus plerumque ex locorum ignoratione hominumque ingenio lædebantur. Verum porticus exusta est ad turrim usque Joannis, quam ille, quum bellum adversus Simonem gereret, ædificaverat super portas quæ ultra Xystum ducerent : reliquum vero Judæi, postquam consumpti fuerant qui ascenderant, absciderunt. Sequenti autem die Romani quoque porticum septemtrionalem ad orientalem usque totam incenderunt, quarum angulus utrasque connectens super vallem quæ Cedronis appellatur ædificata erat, ubi et horribilis erat ejus profunditas. Et circa templum quidem ita se res habebant.

(XX.) 3. Eorum autem qui per civitatem fame perierunt infinita quidem cecidit multitudo : calamitates vero quas passi sunt enarrari non possunt. Per singulas quippe domos, sicubi vel umbra apparuisset cibi, bellum gerebatur, et amicissimi quique inter se dimicabant, sibi invicem misera vitæ subsidia eripientes. Nec mors ipsa fidem penuriæ faciebat, sed eos etiam qui extremum spiritum exhalabant, perscrutabantur latrones, ne quis forte cibum in sinu abditum gerens se mori simularet. Ipsi autem præ inedia hiantes huc illuc, tanquam rabidi canes, vagi atque incerti ferebantur, et foribus illisi instar ebriorum et præ consilii inopia in easdem domos bis terve unius horæ spatio irruebant. Porro omnia necessitas mandere cogebat : atque etiam quæ ne sordidissimis quidem animalium ratione carentium usui sunt, ea colligentes comedere sustinebant. Imo nec cin-

ὑποδημάτων τὸ τελευταῖον οὐκ ἀπέσχοντο, καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέροντες ἐμασῶντο. Τροφὴ δ' ἦν καὶ χόρτου τισὶ παλαιοῦ σπαράγματα· τὰς γὰρ ἶνας ἔνιοι συλλέγοντες ἐλάχιστον σταθμὸν ἐπώλουν Ἀττικῶν τεσσάρων. Καὶ τί δεῖ τὴν ἐπ' ἀψύχοις ἀναίδειαν τοῦ λιμοῦ λέγειν; εἶμι γὰρ αὐτοῦ δηλώσων ἔργον οἷον μήτε παρ' Ἕλλησι μήτε παρὰ βαρβάροις ἱστόρηται, φρικτὸν μὲν εἰπεῖν, ἄπιστον δ' ἀκοῦσαι. Καὶ ἐγὼ δὲ μὴ δόξαιμι τερατεύεσθαι τοῖς αὖθις ἀνθρώποις, κἂν παρέλιπον τὴν συμφορὰν ἡδέως, εἰ μὴ τῶν κατ' ἐμαυτὸν εἶχον ἀπείρους μάρτυρας. Ἄλλως τε καὶ ψυχρὰν ἂν κατεθέμην τῇ πατρίδι χάριν, καθυφέμενος τὸν λόγον οὗ πέπονθε τὰ ἔργα.

(ΚΑ'). δ'. Γυνή τις τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κατοικούντων, Μαρία τοὔνομα, πατρὸς Ἐλεαζάρου, κώμης Βηθεζώβ (σημαίνει δὲ τοῦτο οἶκος ὑσσώπου), διὰ γένος καὶ πλοῦτον ἐπίσημος, μετὰ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορκεῖτο. Ταύτης τὴν μὲν ἄλλην κτῆσιν οἱ τύραννοι διήρπασαν, ὅσην ἐκ τῆς Περαίας ἀνασκευασαμένη μετήνεγκεν εἰς τὴν πόλιν, τὰ δὲ λείψανα τῶν κειμηλίων κἂν εἴ τι τροφῆς ἐπινοηθείη, καθ' ἡμέραν εἰσπηδῶντες ἥρπαζον οἱ δορυφόροι. Δεινὴ δὴ τὸ γύναιον ἀγανάκτησις εἰσῄει, καὶ πολλάκις λοιδοροῦσα καὶ καταρωμένη τοὺς ἅρπαγας ἐφ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν. Ὡς δ' οὔτε παροξυνόμενός τις οὔτ' ἐλεῶν αὐτὴν ἀνῄρει, καὶ τὸ μὲν εὑρεῖν τι σιτίον ἄλλοις ἐκοπία, πανταχόθεν δ' ἄπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὑρεῖν, ὁ λιμὸς δὲ διὰ σπλάγχνων καὶ μυελῶν ἐχώρει, καὶ τοῦ λιμοῦ μᾶλλον ἐξέκαιον οἱ θυμοὶ, σύμβουλον λαβοῦσα τὴν ὀργὴν μετὰ τῆς ἀνάγκης ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρει, καὶ τὸ τέκνον (ἦν δ' αὐτῇ παῖς ὑπομάστιος) ἁρπασαμένη, « βρέφος, εἶπεν, ἄθλιον, ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ « καὶ στάσει, τίνι σε τηρήσω; Τὰ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις « δουλεία, κἂν ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς· φθάνει δὲ καὶ « τὴν δουλείαν ὁ λιμὸς, οἱ στασιασταὶ δ' ἀμφοτέρων « χαλεπώτεροι. Ἴθι γενοῦ μοι τροφὴ, καὶ τοῖς στα« σιασταῖς ἐρινὺς καὶ τῷ βίῳ μῦθος, ὁ μόνος ἐλλείπων « ταῖς Ἰουδαίων συμφοραῖς. » Καὶ ταῦθ' ἅμα λέγουσα κτείνει τὸν υἱὸν, ἔπειτ' ὀπτήσασα τὸ μὲν ἥμισυ κατεσθίει, τὸ δὲ λοιπὸν κατακαλύψασα ἐφύλαττεν. Εὐθέως δ' οἱ στασιασταὶ παρῆσαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κνίσης σπάσαντες ἠπείλουν, εἰ μὴ δείξειε τὸ παρασκευασθὲν, ἀποσφάξειν αὐτὴν εὐθέως. Ἡ δὲ καὶ μοῖραν αὐτοῖς εἰποῦσα καλὴν τετηρηκέναι, τὰ λείψανα τοῦ τέκνου διεκάλυψε. Τοὺς δὲ εὐθέως φρίκη καὶ φρενῶν ἔκστασις ᾕρει καὶ παρὰ τὴν ὄψιν ἐπεπήγεσαν. Ἡ δὲ, « ἐμὸν, « ἔφη, τοῦτο τὸ τέκνον γνήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμόν. Φά« γετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα, μὴ γένησθε μήτε μαλα« κώτεροι γυναικὸς μήτε συμπαθέστεροι μητρός. Εἰ δ' « ὑμεῖς εὐσεβεῖς καὶ τὴν ἐμὴν ἀποστρέφεσθε θυσίαν, « ἐγὼ μὲν ἥμισυ βέβρωκα, καὶ τὸ λοιπὸν δ' ἐμοὶ « μεινάτω. » Μετὰ ταῦτα οἱ μὲν τρέμοντες ἐξῄεσαν, πρὸς ἓν τοῦτο δειλοὶ, καὶ μόλις ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ παραχωρήσαντες. Ἀνεπλήσθη δ' εὐθέως ὅλη

cingulis nec calceamentis denique abstinuerunt, atque ipsa scutorum coria avulsa dentibus conficiebant. Quin etiam nonnullis vetusta fœni præsegmina esui fuere: quidam enim festucas colligentes, levissimum pondus quattuor drachmis Atticis venundabant. Et quid opus est impudentiam famis ex rebus inanimatis ostendere? nam facinus dicturus sum, quale nec apud Græcos nec barbaros memoratur, et quod dictu quidem horrendum, auditu vero incredibile videbitur. Atque libens hanc calamitatem ipse præteriissem, ne posteris portenta loqui existimer, nisi ex nostræ ætatis hominibus testes haberem innumeros. Ceterum et frigidam patriæ referrem gratiam, si quæ mala re ipsa perpessa est oratione dissimularem.

(XXI.) 4. Mulier ex iis qui trans Jordanem habitant, Maria nomine, patre Eleazaro, ex vico Bethezob (significat autem id hyssopi domum), genere atque opibus illustris, quum Hierosolyma perfugisset una cum reliqua multitudine obsessa tenebatur. Hujus ceteras quidem facultates, quas illa e regione ultra amnem collectas in urbem advexerat, tyranni diripuerant, reliquias vero rerum pretiosarum, et si quid alimenti conquiri poterat, irruentes quotidie satellites auferebant. Itaque gravis indignatio mulieri incessit: ac sæpenumero conviciis et imprecationibus prædones in semetipsam irritabat. Quum autem nemo aut ira incensus aut ex misericordia ipsam interficeret, tæderetque ipsam aliis quidem cibum parare, nec vero jam parandi modus ullus superesset, sed fames per viscera ac medullas grassaretur, fameque ipsa gravius etiam ira excandesceret, in consilium adhibita indignatione itemque necessitate, contra naturam ibat, quumque filium arripuisset (erat autem ipsi puer adhuc lactens), « infans, inquit, misello, bello et fame et seditione « gliscentibus, cui te servavero? Apud Romanos quidem, « tametsi vivere detur, servitus nos manet: verum et « servitutem prævenit fames, et factiosi utrisque acerbio« res sunt. Agedum, esto mihi cibus, et seditiosis furia, « atque vitæ fabula, quæ sola deest cladibus Judæorum. » Simul ac ista diceret filium jugulat: coctum deinde ipsa quidem dimidium comedit, adopertum vero reliquum servabat. Confestim vero seditiosi aderant, et nefario odore naribus hausto, eam se statim necaturos minabantur, nisi quod parasset in conspectum daret. Illa autem, quum bonam ipsis partem se reservasse dixisset, reliquias filii sui detexit. Atque horror continuo stuporque eos invasit, stabantque spectaculo attoniti. Tum illa, « meus, inquit, « vere est filius, meumque hoc facinus. Edite, nam et « ipsa comedi: nolite fieri femina molliores, aut matre « misericordiores. Quodsi religiosi estis, et ab esu victi« mæ meæ abhorretis, ego quidem dimidium consumpsi, « reliquum perinde mihi maneat. » Post hæc illi quidem trementes abscessere, ad hoc unum pavidi et hoc genere alimenti ægre matri relicto. Mox autem eo scelere universa

τοῦ μύσους ἡ πόλις καὶ πρὸ ὀμμάτων ἕκαστος τὸ πάθος λαμβάνων, ὡς παρ' αὐτῷ καινοτομηθὲν ἔφριττεν. Σπουδὴ δὲ τῶν λιμωττόντων ἐπὶ τὸν θάνατον ἦν, καὶ μακαρισμὸς τῶν φθασάντων, πρὶν ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι κακὰ τηλικαῦτα.

ε'. Ταχέως δὲ καὶ Ῥωμαίοις διηγγέλθη τὸ πάθος. Τῶν δὲ οἱ μὲν ἠπίστουν, οἱ δὲ ᾤκτειραν, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς μῖσος τοῦ ἔθνους σφοδρότερον συνέβη προελθεῖν. Καῖσαρ δ' ἀπελογεῖτο καὶ περὶ τούτου τῷ Θεῷ, φάσκων « παρὰ μὲν αὐτοῦ Ἰουδαίοις εἰρήνην καὶ αὐτονομίαν προτείνεσθαι καὶ πάντων ἀμνηστίαν τῶν τετολμημένων, τοὺς δὲ ἀντὶ μὲν ὁμονοίας στάσιν, ἀντὶ δὲ εἰρήνης πόλεμον, πρὸ κόρου δὲ καὶ εὐθηνίας λιμὸν αἱρουμένους, ἰδίαις δὲ χερσὶν ἀρξαμένους καίειν τὸ συντηρούμενον ὑφ' ἡμῶν ἱερὸν, αὐτοὺς εἶναι καὶ τοιαύτης τροφῆς ἀξίους. Καλύψειν μέντοι τὸ τῆς τεκνοφαγίας μύσος αὐτῷ τῷ τῆς πατρίδος πτώματι, καὶ οὐ καταλείψειν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ἡλίῳ καθορᾶν πόλιν, ἐν ᾗ μητέρες οὕτω τρέφονται. Προσήκειν μέντοι πρὸ μητέρων πατράσι τὴν τοιαύτην τροφὴν, οἳ καὶ μετὰ τηλικαῦτα πάθη μένουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις. » Ταῦθ' ἅμα διεξιὼν ἐνενόει καὶ τὴν ἀπόγνωσιν τῶν ἀνδρῶν· οὐ γὰρ ἂν ἔτι σωφρονῆσαι τοὺς πάντα προπεπονθότας ἐφ' οἷς εἰκὸς ἦν μεταβαλέσθαι μὴ παθοῦσιν.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἤδη δὲ τῶν δύο ταγμάτων συντετελεκότων τὰ χώματα Λώου μηνὸς ὀγδόῃ, προσάγειν ἐκέλευσε τοὺς κριοὺς κατὰ τὴν ἑσπέριον ἐξέδραν τοῦ ἔσωθεν ἱεροῦ. Πρὸ δὲ τούτων ἓξ ἡμέραις ἀδιαλείπτως ἡ στερροτάτη πασῶν ἑλέπολις τύπτουσα τὸν τοῖχον οὐδὲν ἤνυσεν· ἀλλὰ καὶ ταύτης καὶ τῶν ἄλλων τὸ μέγεθος καὶ ἡ ἁρμονία τῶν λίθων ἦν ἀμείνων. Τῆς δὲ βορείου πύλης ὑπώρυττον ἕτεροι τοὺς θεμελίους, καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσαντες τοὺς ἔμπροσθεν λίθους ἐξεκύλισαν. Ἀνείχετο δ' ὑπὸ τῶν ἐνδοτέρω καὶ διέμενεν ἡ πύλη, μέχρι τὰς διὰ τῶν ὀργάνων καὶ τῶν μοχλῶν ἐπιχειρήσεις ἀπογνόντες κλίμακας ταῖς στοαῖς προσέφερον. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι κωλῦσαι μὲν οὐκ ἔφθασαν, ἀναβᾶσι δὲ συμπεσόντες ἐμάχοντο, καὶ τοὺς μὲν ἀνωθοῦντες εἰς τοὔπισω κατεκρήμνιζον, τοὺς δ' ὑπαντιάζοντες ἀνῄρουν. Πολλοὺς δὲ τῶν κλιμάκων ἀποβαίνοντας, πρὶν φράξασθαι τοῖς θυρεοῖς, παίοντες ταῖς ῥομφαίαις ἔφθανον· ἐνίας δὲ γεμούσας ὁπλιτῶν κλίμακας παρακλίνοντες ἄνωθεν κατέσειον. Ἦν δ' οὐκ ὀλίγος καὶ αὐτῶν φόνος. Οἱ δ' ἀνενέγκαντες τὰς σημαίας περὶ αὐτῶν ἐπολέμουν, δεινὴν ἡγούμενοι καὶ πρὸς αἰσχύνης τούτων τὴν ἁρπαγήν. Τέλος δὲ καὶ τῶν σημαιῶν οἱ Ἰουδαῖοι κρατοῦσι καὶ τοὺς ἀναβάντας διαφθείρουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὸ τῶν ἀπολωλότων πάθος ὀρρωδοῦντες ἀνεχώρουν. Τῶν μὲν οὖν Ῥωμαίων ἄπρακτος οὐδεὶς ἀπέθανε, τῶν δὲ στασιαστῶν, οἳ κατὰ τὰς προτέρας μάχας ἠγωνίσαντο γενναίως καὶ τότε, καὶ Ἐλεάζαρος ὁ ἀδελφιδοῦς τοῦ τυράννου Σίμωνος. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἑώρα τὴν ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἱεροῖς φειδὼ

civitas repleta est : et quisque facinus illud ante oculos proponens, ac si a seipso perpetratum esset, horrebat. Exinde cuncti, quos fames premebat, ad mortem properabant, et beatos illos prædicabant, qui antequam tantas calamitates aut oculis aut auditu accepissent, e vita excesserant.

5. Cito autem Romanis etiam nunciata est facti immanitas, eorumque alii fidem non habebant, alii miserabantur, multisque accidit in vehementius gentis odium ferri. Verum Cæsar hac de re semet Deo excusabat, dicens « ab ipso quidem Judæis oblatam esse pacem, et suis legibus vivendi arbitrium, et omnium quæ commiserint oblivionem : qui vero pro concordia seditionem, pro pace bellum, et pro satietate atque abundantia famem optarint, et suis manibus templum a nobis conservatum incendere cœperint, ipsos etiam hujusmodi alimentum commeritos esse. Verumtamen liberorum esus piaculum ipsa patriæ ruina operturum esse, neque soli relicturum ut in terrarum orbe civitatem inspiciat, in qua matres sic vescerentur. Ceterum patribus ante matres hujusmodi cibum deberi, qui et post tanta mala nolint arma deponere. » Simul ac ista diceret secum etiam reputabat hominum desperationem : nec enim amplius sanam mentem recepturos, qui cuncta jam perpessi sint; quæ si non passi fuissent, sententiam mutaturos esse verisimile erat.

CAP. IV. (XXII.)

Octavo autem die Loi mensis, quum duæ legiones aggeres perfecissent, exedræ orientali templi exterioris arietes admoveri jussit. Ante hos vero helepolis, omnium firmissima, sex diebus parietem sine intermissione pulsans, nihil profecerat : verum et hac et ceteris validior erat murus magnitudine et structura lapidum. Septemtrionalis autem portæ alii fundamenta suffodiebant : multumque fatigati exteriores tantum lapides vellere potuere. Ab interioribus autem portæ sustinebantur, tamque diu mansere, donec, instrumentorum et vectium moliminibus desperatis, scalas porticibus applicuere. Judæi vero id prohibere non festinabant, sed cum iis qui ascenderant congressi dimicabant : et alios quidem retro depellentes præcipitabant; alios vero obviam eis procedentes trucidabant; multosque de scalis descendentes, priusquam se scutis obtegerent, ferientes gladiis præveniebant; nonnullas etiam scalas armatorum plenas in latus declinantes desuper excutiebant. Sed non parva etiam ipsorum facta est cædes. Quin et signiferi pro signis dimicabant, rapinam eorum haud ferendam esse sibique dedecori fore existimantes. Postremo tamen Judæi et signis potiuntur, et eos qui ascenderant interficiunt; ceteri vero, clade intereuntium perterriti, discedebant. Et Romanorum quidem nemo non aliquo edito facinore cecidit : e seditiosis vero qui prioribus præliis, etiam tunc strenue pugnarunt, et præterea Eleazarus, fratris Simonis tyranni filius. Cæsar autem, quum

πρὸς βλάβης τοῖς στρατιώταις γινομένην καὶ φόνου, τὰς πύλας προσέταξεν ὑφάπτειν.

(ΚΓ΄.) β΄. Ἐν δὲ τούτῳ πρὸς αὐτὸν αὐτομολοῦσιν Ἀνανός τε ὁ ἀπ' Ἀμμανοῦς, τῶν Σίμωνος δορυφόρων ὁ φονικώτατος, καὶ Ἀρχέλαος υἱὸς Μαγαδάτου, συγγνώμην ἐλπίσαντες, ἐπειδὴ κρατούντων Ἰουδαίων ἀπεχώρουν. Τίτος δὲ καὶ τοῦτο πανούργημα προὐβάλλετο τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὴν ἄλλην περὶ τοὺς Ἰουδαίους ὠμότητα πεπυσμένος ὥρμητο κτείνειν ἑκατέρους, « ὑπ' ἀνάγκης ἦχθαι λέγων αὐτούς, οὐκ ἐκ προαιρέσεως παρεῖναι, καὶ σωτηρίας οὐκ ἀξίους εἶναι τοὺς φλεγομένης ἤδη δι' αὐτοὺς τῆς πατρίδος ἐξαλλομένους. » Ἐκράτει δ' ὅμως τοῦ θυμοῦ ἡ πίστις, καὶ ἀφίησι τοὺς ἄνδρας, οὐ μὴν ἐν ἴσῃ μοίρᾳ κατέτασσε τοῖς ἄλλοις. Ἤδη δὲ ταῖς πύλαις οἱ στρατιῶται προσῆγον τὸ πῦρ, καὶ περιτηκόμενος ὁ ἄργυρος διεδίδου ταχέως εἰς τὴν ξυλείαν τὰς φλόγας, ἔνθεν ἀθρόως ἐκφερόμεναι τῶν στοῶν ἐπελαμβάνοντο. Τοῖς δ' Ἰουδαίοις ὁρῶσι τὸ πῦρ ἐν κύκλῳ μετὰ τῶν σωμάτων παρείθησαν αἱ ψυχαί, καὶ διὰ τὴν κατάπληξιν ἀμύνειν μὲν ἢ σβεννύειν ὥρμησεν οὐδείς, αὗοι δ' ἑστῶτες ἀφεώρων. Οὐ μὴν πρὸς τὸ δαπανώμενον ἀθυμοῦντες εἰς γοῦν τὸ λοιπὸν ἐσωφρόνουν, ἀλλ' ὡς ἤδη καὶ τοῦ ναοῦ καιομένου τοὺς θυμοὺς ἐπὶ Ῥωμαίους ἔθηγον. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νυκτὰ τὸ πῦρ ἐπεκράτει· κατὰ μέρος γάρ, οὐχ ὁμοῦ πάντοθεν ἴσχυσαν ὑφάψαι τὰς στοάς.

(ΚΔ΄.) γ΄. Τῇ δ' ἐπιούσῃ Τίτος μέρει τῆς δυνάμεως σβεννύειν τε καὶ παρὰ τὰς πύλας ὁδοποιεῖν εἰς εὐμαρεστέραν τῶν ταγμάτων ἄνοδον κελεύσας αὐτὸς συνῆγε τοὺς ἡγεμόνας. Καὶ συνελθόντων ἓξ τῶν κορυφαιοτάτων, Τιβερίου τε Ἀλεξάνδρου τοῦ πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχοντος, καὶ Σέξτου Κερεαλίου τὸ πέμπτον ἄγοντος τάγμα, καὶ Λαρκίου Λεπίδου τὸ δέκατον, καὶ Τίτου Φρυγίου τὸ πεντεκαιδέκατον, πρὸς οἷς Φρόντων ἦν Λιτέρνιος, στρατοπεδάρχης τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας δύο ταγμάτων, καὶ Μάρκος Ἀντώνιος Ἰουλιανός, ὁ τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπος, καὶ μετὰ τούτους ἐπιτρόπων καὶ χιλιαρχῶν ἀθροισθέντων, βουλὴν περὶ τοῦ ναοῦ προὐτίθει. Τοῖς μὲν οὖν ἐδόκει χρῆσθαι τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ· μὴ γὰρ ἄν ποτε Ἰουδαίους παύσασθαι νεωτερίζοντας τοῦ ναοῦ μένοντος, ἐφ' ὃν οἱ πανταχόθεν συλλέγονται. Τινὲς δὲ παρῄνουν, « εἰ μὲν καταλίποιεν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ μηδεὶς ἐπ' αὐτοῦ τὰ ὅπλα θείη, σώζειν· εἰ δὲ πολεμοῖεν ἐπιβάντες, καταφλέγειν· φρούριον γάρ, οὐκέτι ναὸν εἶναι. Καὶ τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι τῶν ἀναγκασάντων τὴν ἀσέβειαν, οὐχ αὐτῶν. » Ὁ δὲ Τίτος, « οὐδ' ἂν εἰ ἐπιβάντες ἐπ' αὐτοῦ πολεμοῖεν Ἰουδαῖοι, ἔφη, ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν ἀμύνεσθαι τὰ ἄψυχα, οὐδὲ καταφλέξειν ποτὲ τηλικοῦτον ἔργον. Ῥωμαίων γὰρ ἔσεσθαι τὴν βλάβην ὥσπερ καὶ κόσμον τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ μένοντος. » Θαρροῦντες δ' ἤδη προσετίθεντο τῇ γνώμῃ Φρόντων τε καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Κερεάλιος. Τότε μὲν οὖν διαλύει τὸ συνέδριον, καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις διαναπαῦσαι κελεύσας τοῖς ἡγεμόσιν, ὅπως ἐρρω-

vidisset se alieno templo parcere cum militum damno et nece, ignem portis subjici jussit.

(XXIII.) 2. Interea vero ad eum perfugiunt Ananus Ammauntinus, e Simonis satellitibus cædis avidissimus, cumque eo Archelaus filius Magadati, idcirco sperantes veniam, quod Judæos victores reliquerant. Titus autem et hac in re viros calliditatis insimulabat, reliquaque in Judæos crudelitate audita, ad utrumque interficiendum ferebatur, dicens « eos necessitate ductos, non sua voluntate adesse, minimeque salute esse dignos qui ex patria propter ipsos flagrante se proripiant. » Verumtamen iræ prævalebat fides data, virosque dimittit, sed non eo loco habendos, quo ceteros. Jam vero portis milites ignem admoverant, argentumque liquefactum flammis cito transitum aperuit in ligni materiam; unde continue delatæ porticus corripuere. Judæi autem, circumcirca igne conspecto, et animis et corporibus defecerunt, et propter perturbationem defendere aut exstinguere conatus est nemo; obstupidi vero stantes spectabant. Non tamen, quum male ipsos haberet quod absumebatur, reliquo cavebant; sed tanquam jam conflagraret templum, animos acuebant in Romanos. Et illo quidem die ac nocte sequuta ignis grassatus est : nam per partes, non simul omnes porticus incendere valuerunt.

(XXIV.) 3. Postridie autem Titus, parte copiarum exstinguere incendium jussa, viamque ad portas parare, ut legiones expeditius ascenderent, ipse duces advocandos curabat. Quumque sex e primariis convenissent, Tiberius Alexander totius militiæ præfectus, et Sextus Cerealis quintæ legionis dux, et Larcius Lepidus decimæ, et Titus Frugi quintædecimæ; cum quibus erat etiam Liternius Fronto præfectus duarum legionum Alexandrinarum, et Marcus Antonius Julianus procurator Judææ, congregatisque præterea procuratoribus et tribunis, cum illis de templo deliberabat. Atque nonnulli quidem censebant belli jure utendum; nunquam enim Judæos res novas moliri desituros esse templo manente, quo omnes ubicunque essent se reciperent. Quidam vero monebant, « si templum relinquerent Judæi, neque armis pro eo quisquam certaret, conservandum esse; sin vero eo conscenso bellarent, comburendum : jam enim castellum, et non amplius templum esse; et deinceps piaculum non ipsos, sed qui id fieri coegerint, commissuros. » Titus vero dicebat, « etsi Judæi eo conscenso bellarent, se tamen loco virorum res inanimatas non ulturum esse, neque unquam tantum opus crematurum : Romanis enim in damnum cessurum, sicut ornamentum quoque fore imperii si maneret. » Jam certi quid vellet, ad ejus accedunt sententiam, Fronto et Alexander et Cerealis. Et tunc quidem consilium dimisit : jussisque ducibus ut ceteras copias interquiescere facerent, ut iis in procinctu validioribus ute-

μενέστερον ἐν τῇ παρατάξει χρήσαιντο, τοῖς ἀπὸ τῶν σπειρῶν ἐπιλέκτοις ὁδοποιεῖν διὰ τῶν ἐρειπίων προσέταξε καὶ τὸ πῦρ σβεννύειν·

(ΚΕʹ.) δʹ. Κατ' ἐκείνην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν Ἰουδαίων κάματός τε καὶ κατάπληξις ἐκράτησε τὰς ὁρμάς· τῇ δ' ἐπιούσῃ συλλεξάμενοί τε τὴν ἰσχὺν καὶ ἀναθαρσήσαντες ἐπεκθέουσι διὰ τῆς ἀνατολικῆς πύλης τοῖς φύλαξι τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ περὶ δευτέραν ὥραν. Οἱ δὲ καρτερῶς μὲν ἐδέξαντο αὐτῶν τὴν ἐμβολὴν, καὶ φραξάμενοι τοῖς θυρεοῖς κατὰ μέτωπον ὥσπερ τεῖχος ἐπύκνωσαν τὴν φάλαγγα, δῆλοι δὲ ἦσαν οὐκ ἐπὶ πολὺ συμμένοντες, πλήθει τε τῶν ἐκτρεχόντων καὶ θυμοῖς ἡττώμενοι. Φθάσας δὲ τῆς παρατάξεως τὴν ῥοπὴν Καῖσαρ (καθεώρα γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας) ἐπήμυνε μετὰ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων. Ἰουδαῖοι δὲ τὴν ἔφοδον οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλὰ τῶν πρώτων πεσόντων ἐτράπησαν οἱ πολλοί. Καὶ ὑποχωροῦσι μὲν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιστρεφόμενοι προσέκειντο, μεταβαλλομένων δ' ἀνέφευγον πάλιν, ἕως περὶ πέμπτην τῆς ἡμέρας ὥραν οἱ μὲν βιασθέντες εἰς τὸ ἔνδον συνεκλείσθησαν ἱερὸν,

(ΚϚʹ.) εʹ. Τίτος δ' ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Ἀντωνίαν, διεγνωκὼς τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὑπὸ τὴν ἕω μετὰ πάσης ἐμβαλεῖν τῆς δυνάμεως καὶ τὸν ναὸν περικατασχεῖν. Τοῦ δὲ ἄρα κατεψήφιστο μὲν τὸ πῦρ ὁ Θεὸς πάλαι, παρῆν δ' ἡ εἱμαρμένη χρόνων περίοδος, ἡμέρα δεκάτη Λώου μηνὸς, καθ' ἣν καὶ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως ἐνεπρήσθη. Λαμβάνουσι δ' αἱ φλόγες ἐκ τῶν οἰκείων τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν αἰτίαν. Ὑποχωρήσαντος γὰρ τοῦ Τίτου πρὸς ὀλίγον λωφήσαντες οἱ στασιασταὶ πάλιν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιτίθενται, καὶ τῶν τοῦ ναοῦ φρουρῶν γίνεται συμβολὴ πρὸς τοὺς σβεννύντας τὸ πῦρ τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ· οἳ τρεψάμενοι τοὺς Ἰουδαίους μέχρι τοῦ ναοῦ παρῆλθον. Ἔνθα δή τῶν στρατιωτῶν τις, οὔτε παράγγελμα περιμείνας οὔτε ἐπὶ τηλικούτῳ δείσας ἐγχειρήματι, δαιμονίῳ ὁρμῇ τινι χρώμενος ἁρπάζει μὲν ἐκ τῆς φλεγομένης ὕλης, ἀνακουφισθεὶς δ' ὑπὸ στρατιώτου, τὸ πῦρ ἐνίησι θυρίδι χρυσῇ, καθ' ἣν εἰς τοὺς περὶ τὸν ναὸν οἴκους εἰσιτὸν ἦν ἐκ τοῦ βορείου κλίματος. Αἰρομένης δὲ τῆς φλογὸς Ἰουδαίων μὲν ἐγείρεται κραυγὴ τοῦ πάθους ἀξία, καὶ πρὸς τὴν ἄμυναν συνέθεον, οὔτε τοῦ ζῆν ἔτι φειδὼ λαμβάνοντες οὔτε ταμιευόμενοι τὴν ἰσχὺν, δι' ὃ καὶ φυλακτικοὶ πρότερον ἦσαν οἰχομένου.

ϛʹ. Δραμὼν δέ τις ἀγγέλλει Τίτῳ, κἀκεῖνος (ἔτυχε δὲ κατὰ σκηνὴν ἀναπαυόμενος ἐκ τῆς μάχης) ὡς εἶχεν ἀναπηδήσας, ἔθεε πρὸς τὸν ναὸν εἴρξων τὸ πῦρ· κατόπιν δὲ οἵ τε ἡγεμόνες εἵποντο πάντες καὶ πτοηθέντα τούτοις ἠκολούθει τὰ τάγματα. Βοὴ δ' ἦν καὶ θόρυβος, ἅτε τηλικαύτης δυνάμεως ἀτάκτως κεκινημένης. Ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ τῇ τε βοῇ καὶ τῇ δεξιᾷ διεσήμαινε τοῖς μαχομένοις τὸ πῦρ σβεννύειν· οὔτε δὲ βοῶντος ἤκουον, μείζονι κραυγῇ τὰς ἀκοὰς προκατειλημμένοι, καὶ τῷ νεύματι τῆς χειρὸς οὐ προσεῖχον, οἱ μὲν τῷ πολεμεῖν, οἱ δὲ ὀργῇ περισπώμενοι. Τῶν δὲ ταγμάτων εἰσθεόν-

rentur, lectis ex cohortibus imperavit ut per ruinas viam sternerent et ignem restinguerent.

(XXV.) 4. Et illo quidem die Judæos labor et consternatio ab impetu continuit: postridie vero collectis viribus et recepta fiducia, per orientalem portam contra templi exterioris custodes excursionem faciunt, circa horam secundam. Illi autem fortiter quidem illorum impressionem excepere, et consertis clypeis a fronte muri ad instar constiparunt phalangem: certum tamen erat eos non diu duraturos, quod et multitudine excurrentium et animis vincerentur. Cæsar autem, priusquam verteretur acies (nam pugnam ex Antonia prospectabat), cum lectis equitibus auxilio venit. Impetum vero ejus non sustinuere Judæi; sed primis interfectis, plerique in fugam se conjiciunt. Quumque Romani quidem se subducerent, iterum conversi instabant; et quum illi se retorsissent, rursus refugiebant, donec, circa horam diei quintam, Judæi quidem vi coacti se in templum interius concluserunt,

(XXVI.) 5. Titus autem discessit in Antoniam, decreto postridie mane cum omni exercitu impressionem facere, templumque circumsedere. Sed id plane Dei sententia jam dudum igni damnaverat: evolutisque temporibus aderat fatalis dies, qui erat decimus quintus Loi mensis, quo etiam prius a rege Babyloniorum fuerat incensum. Ab ipsis autem Judæis principium sumpsit causamque habuit id incendium. Nam regresso Tito, seditiosi, quum paulisper quievissent, denuo Romanos invaserunt, custodumque templi cum ignem exterioris fani restinguentibus pugna committitur, qui, Judæis in fugam versis, usque ad templum penetrarunt. Quo tempore miles quidam torre correpto, non exspectato cujusquam mandato, neque tantum facinus veritus, divino quodam impetu fretus ex ardente materia aliquid rapit, et a milite sublevatus, ignem per fenestram auream injicit, unde ad cellas circa templum ædificatas de septemtrionali regione aditus erat. Flamma igitur excitata Judæorum oritur clamor, calamitatis magnitudini par, et ad defensionem concurrebant: neque jam vitæ amplius parcendum rati, neque viribus temperandum, eo pereunte ad quod servandum antea intenti erant.

6. Quidam autem accurrit et Tito rem nunciat: et ille (forte enim in tentorio quiescebat e prælio) prosiliens quantum potuit cursum maturabat ad templum, prohibiturus incendium: a tergo autem et duces sequebantur omnes, illosque attonita comitabantur agmina. Clamor autem erat ac tumultus ut in tanto exercitu sine ordine concitato. Et Cæsar quidem et voce et manu pugnantibus significabat, ut incendium restinguerent: sed neque vox ejus audiebatur, quod aures eorum major clamor occupaverat, nec manus nutum observabant, partim pugnæ ardore, partim ira distracti. Legionum vero introcurrentium impetum neque

των οὔτε παραίνεσις οὔτε ἀπειλὴ κατεῖχε τὰς ὁρμὰς, ἀλλὰ θυμὸς ἁπάντων ἐστρατήγει· καὶ περὶ τὰς εἰσόδους συνωθούμενοι, πολλοὶ μὲν ὑπ' ἀλλήλων κατεπατοῦντο, πολλοὶ δὲ θερμοῖς ἔτι καὶ τυφομένοις τοῖς ἐρειπίοις τῶν στοῶν ἐμπίπτοντες ἡττωμένων συμφοραῖς ἐχρῶντο. Πλησίον δὲ τοῦ ναοῦ γινόμενοι τῶν μὲν τοῦ Καίσαρος παραγγελμάτων προσεποιοῦντο μηδὲ κατακούειν, τοῖς πρὸ αὐτῶν δὲ τὸ πῦρ ἐνιέναι παρεκελεύοντο. Τῶν δὲ στασιαστῶν ἀμηχανία μὲν ἦν ἤδη τοῦ βοηθεῖν, φόνος δὲ πανταχοῦ καὶ τροπή. Τὸ δὲ πλέον ἀπὸ τοῦ δήμου λαὸς ἀσθενὴς καὶ ἄνοπλος ὅπου καταληφθείη τις ἀπεσφάττετο, καὶ περὶ μὲν τὸν βωμὸν πλῆθος ἐσωρεύετο νεκρῶν, κατὰ δὲ τῶν τοῦ βωμοῦ βάθρων αἷμά τε ἔρρει πολὺ καὶ τὰ τῶν ἄνω φονευομένων σώματα κατωλίσθανε.

ζʹ. Καῖσαρ δὲ, ὡς οὔτε τὰς ὁρμὰς ἐνθουσιώντων τῶν στρατιωτῶν κατασχεῖν οἷόστε ἦν καὶ τὸ πῦρ ἐπεκράτει, παρελθὼν μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἔνδον ἐθεάσατο τοῦ ναοῦ τὸ ἅγιον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, πολὺ μὲν τῆς παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις φήμης ἀμείνω, τοῦ δὲ κόμπου καὶ τῆς παρὰ τοῖς οἰκείοις δόξης οὐκ ἐλάττω. Τῆς φλογὸς δ' οὐδέπω διικνουμένης οὐδαμόθεν εἴσω, τοὺς δὲ περὶ τὸν ναὸν οἴκους νεμομένης, νομίσας, ὅπερ ἦν, ἔτι σώζεσθαι τὸ ἔργον δύνασθαι, προπηδᾷ, καὶ αὐτός τε παρακαλεῖν τοὺς στρατιώτας ἐπειρᾶτο τὸ πῦρ σβεννύειν καὶ Λιβεράλιον ἑκατοντάρχην τῶν περὶ αὐτὸν λογχοφόρων ξύλοις παίοντα τοὺς ἀπειθοῦντας ἐκέλευσεν εἴργειν. Τῶν δὲ καὶ τὴν πρὸς Καίσαρα αἰδῶ καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ κωλύοντος φόβον ἐνίκων οἱ θυμοὶ καὶ τὸ πρὸς Ἰουδαίους μῖσος καὶ πολεμική τις ὁρμὴ λαβροτέρα· τοὺς δὲ πολλοὺς ἐνῆγεν ἁρπαγῆς ἐλπὶς, δόξαν τε ἔχοντας ὡς τἄνδον ἅπαντα χρημάτων μεστὰ εἴη καὶ τὰ πέριξ ὁρῶντας χρυσοῦ πεποιημένα. Φθάνει δέ τις καὶ τῶν εἴσω παρεληλυθότων, ἐκπηδήσαντος τοῦ Καίσαρος πρὸς ἐποχὴν τῶν στρατιωτῶν, πῦρ εἰς τοὺς στροφέας ἐμβαλὼν τῆς πύλης ἐν σκότῳ, ἐξαπίνης τ' ἔνδοθεν ἐκφανείσης φλογὸς οἵ τε ἡγεμόνες μετὰ τοῦ Καίσαρος ἀνεχώρουν καὶ τοὺς ἔξωθεν οὐδεὶς ὑφάπτειν ἐκώλυεν. Ὁ μὲν οὖν ναὸς οὕτως ἄκοντος Καίσαρος ἐμπίπραται.

(ΚΖʹ.) ηʹ. Πολλὰ δ' ἄν τις ἐπολοφυράμενος ἔργῳ πάντων ὧν ὄψει καὶ ἀκοῇ παρειλήφαμεν θαυμασιωτάτῳ κατασκευῆς τε ἕνεκα καὶ μεγέθους, ἔτι τε τῆς καθ' ἕκαστον πολυτελείας καὶ τῆς περὶ τὰ ἅγια δόξης, μεγίστην λάβοι παραμυθίαν τὴν εἱμαρμένην, ἄφυκτον οὖσαν ὥσπερ ἐμψύχοις, οὕτω καὶ ἔργοις καὶ τόποις. Θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν αὐτῇ τῆς περιόδου τὴν ἀκρίβειαν. Καὶ μῆνα γοῦν, ὡς ἔφην, καὶ ἡμέραν ἐπετήρησε τὴν αὐτὴν, ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ Βαβυλωνίων ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ κτίσεως, ἣν κατεβάλετο Σολομὼν ὁ βασιλεὺς, μέχρι τῆς νῦν ἀναιρέσεως, ἣ γέγονεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἔτη συνάγεται χίλια ἑκατὸν τριάκοντα, πρὸς δὲ μῆνες ἑπτὰ καὶ πεντεκαίδεκα ἡμέραι· ἀπὸ δὲ τῆς ὕστερον, ἣν ἔτει δευτέρῳ Κύρου βασιλεύοντος ἐποιήσατο Ἀγγαῖος, ἔτη

admonitio neque interminatio continebat; sed quo furor duceret, omnes ferebantur : atque ad ipsos introitus coarctati, multi quidem sese invicem conculcabant, multi vero, in ardentes adhuc et fumantes porticuum ruinas incidentes, eandem cum victis calamitatem subibant. Quum vero templo appropinquarent, Titi mandata se audire dissimulabant, et præcedentem quisque ut ignem injiceret hortabatur. Seditiosis autem jam subveniendi quidem nulla spes erat, sed fuga et cædes omnia occupabat. Plures vero e plebe, populus imbellis et inermis, ubicunque deprehensi erant, interficiebantur : et circa altare quidem ingens mortuorum numerus congerebatur; per gradus vero templi et sanguis multus profluebat, et eorum corpora qui supra ceciderunt delabebantur.

7. Cæsar autem, quum impetum militum, furore quodam irruentium, reprimere non posset, atque incendium augeretur, cum ducibus ingressus, intro sacrarium templi, et quicquid in eo erat, conspexit, multo quidem fama apud alienigenas meliora, jactatione vero et opinione domestica non minora. Quum autem flamma nondum ex ulla parte ad interiora penetrasset, sed ædes, quæ in templi circuitu erant, depasceretur, ratus, id quod erat, opus adhuc conservari posse, prosilit, et ipse operam dabat ut milites ad restinguendum incendium hortaretur : et Liberalem centurionem ex stipatoribus suis fuste contumaces coercere jussit. At illorum erga Titum reverentiam metumque a prohibente incussum superabat iracundia, et Judæorum odium, et belli impetus quidam vehementior : multos vero rapinæ spes incitabat, existimantes et intus omnia pecunia referta esse, videntes in circuitu vel cuncta ex auro facta. Quidam autem miles ex his qui intraverant, quum Cæsar ad inhibendos milites cucurrisset, ignem jam portæ cardinibus in tenebris subjecerat, subitoque flamma intus emicante, et duces cum Cæsare recedebant, et eos qui extra erant nemo succendere prohibebat. Et templum quidem hoc modo exuritur, invito Cæsare.

(XXVII.) 8. Sed quamvis hoc multum quis deflendum putet, ut opus omnium quæ vidimus et audivimus maxime admirabile, tam ob structuram quam magnitudinem, itemque ob magnificentiam in singulis, et existimationem quæ de Sanctis habebatur, maximum tamen inde capiet solatium, quod fatum ut animantibus, ita operibus locisque sit ineluctabile. Est autem ut mirari quis possit in eo accuratam circumacti temporis rationem. Nam eundem, ut dictum est, mensem et diem servavit, quo prius templum a Babyloniis exustum fuerat. Et a prima quidem structione templi, quam Solomon rex inchoaverat, usque ad excidium, quod secundo imperii Vespasiani anno accidit, colliguntur anni mille centum et triginta, itemque menses septem, et dies quindecim : a posteriore autem, quam anno secundo Cyri regis Aggæus fecerat, usque ad excidium sub Vespa-

μέχρι τῆς ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ ἁλώσεως, τριάκοντα ἐννέα πρὸς ἑξακοσίοις καὶ ἡμέραι τεσσαράκοντα πέντε.

ΚΕΦ. Ε'.

Καιομένου δὲ τοῦ ναοῦ τῶν μὲν προσπιπτόντων ἦν ἁρπαγὴ, φόνος δὲ τῶν καταλαμβανομένων μυρίος· οὔτε δ' ἡλικίας ἦν ἔλεος οὔτ' ἐντροπὴ σεμνότητος, ἀλλὰ καὶ παιδία καὶ γέροντες καὶ βέβηλοι καὶ ἱερεῖς ὁμοίως ἀνῃροῦντο, καὶ πᾶν γένος ἐπεξῄει περισχὼν ὁ πόλεμος, ὁμοῦ τούς τε ἱκετεύοντας καὶ τοὺς ἀμυνομένους. Συνήχει δ' ἡ φλὸξ ἐπὶ πλεῖστον ἐκφερομένη τοῖς τῶν πιπτόντων στεναγμοῖς, καὶ διὰ μὲν τὸ ὕψος τοῦ λόφου καὶ τὸ τοῦ φλεγομένου μέγεθος ἔργου πᾶσαν ἄν τις ἔδοξε καίεσθαι τὴν πόλιν, τῆς δὲ βοῆς ἐκείνης οὐδὲν ἐπινοηθῆναι δύναιτ' ἂν ἢ μεῖζον ἢ φοβερώτερον. Τῶν τε γὰρ Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἀλαλαγμὸς ἦν συμφερομένων καὶ τῶν στασιαστῶν πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκυκλωμένων κραυγὴ, τοῦ τε ἀπολειφθέντος ἄνω λαοῦ τροπή τε μετ' ἐκπλήξεως εἰς τοὺς πολεμίους καὶ πρὸς τὸ πάθος οἰμωγαί· συνεβόα δὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ λόφου τὸ κατὰ τὴν πόλιν πλῆθος (ἤδη δὲ πολλοὶ τῷ λιμῷ μαραινόμενοι καὶ μεμυκότες, ὡς εἶδον τὸ τοῦ ναοῦ πῦρ, εἰς ὀδυρμοὺς πάλιν καὶ κραυγὴν ηὐτόνησαν· συνήχει δ' ἥ τε Περαία καὶ τὰ πέριξ ὄρη, βαρυτέραν ποιοῦντα τὴν ὁρμήν. Ἦν δὲ τοῦ θορύβου τὰ πάθη φοβερώτερα. Τὸν μέν γε τοῦ ἱεροῦ λόφον ἐκ ῥιζῶν ἄν τις ἔδοξε βράττεσθαι, πάντοθεν τοῦ πυρὸς καταγέμοντα, δαψιλέστερον δὲ τὸ αἷμα τοῦ πυρὸς εἶναι καὶ τῶν φονευόντων πλείους τοὺς φονευομένους. Οὐδαμοῦ γὰρ ἡ γῆ διεφαίνετο τῶν νεκρῶν, ἀλλὰ σωροῖς ἐπεμβαίνοντες οἱ στρατιῶται σωμάτων ἐπὶ τοὺς διαφεύγοντας ἔθεον. Τὸ μὲν οὖν λῃστρικὸν πλῆθος ὠσάμενοι τοὺς Ῥωμαίους μόλις εἰς τὸ ἔξω διεκπίπτουσιν ἱερὸν κἀκεῖθεν εἰς τὴν πόλιν, τοῦ δημοτικοῦ δὲ τὸ λειφθὲν ἐπὶ τὴν ἔξω στοὰν κατέφυγε. (ΚΘ'.) Τῶν δ' ἱερέων τινὲς τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τούς τε ὀβελοὺς καὶ τὰς ἕδρας αὐτῶν μολίβδου πεποιημένας ἀνασπῶντες εἰς τοὺς Ῥωμαίους ἠφίεσαν, αὖθις δ' ὡς οὔτ' ἤνυόν τι καὶ τὸ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἀνερρήγνυτο, ἐπὶ τὸν τοῖχον ἀναχωρήσαντες, ὄντα ὀκτάπηχυν τὸ εὖρος, ἔμενον. Δύο γε μὴν τῶν ἐπισήμων, παρὸν σωθῆναι πρὸς Ῥωμαίους μεταστᾶσιν, ἢ διακαρτερεῖν· πρὸς τὴν μετὰ τῶν ἄλλων τύχην, ἑαυτοὺς ἔρριψαν εἰς τὸ πῦρ, καὶ τῷ ναῷ συγκατεφλέγησαν, Μήϊρός τε υἱὸς Βελγᾶ καὶ Ἰώσηπος Δαλαίου.

β'. Ῥωμαῖοι δὲ μάταιον τὴν ἐπὶ τοῖς πέριξ φειδὼ κρίναντες τοῦ ναοῦ φλεγομένου πάντα συνεπίπρασαν, τά τε λείψανα τῶν στοῶν καὶ τὰς πύλας, πλὴν δύο, τῆς μὲν ἐκ τῶν ἀνατολικῶν, τῆς δὲ ἐκ μεσημβρίας, καὶ ταύτας ὕστερον κατέσκαψαν. Ἔκαιον δὲ καὶ τὰ γαζοφυλάκια, ἐν οἷς ἄπειρον μὲν χρημάτων πλῆθος, ἄπειροι δ' ἐσθῆτες καὶ ἄλλα κειμήλια, συνελόντι δ' εἰπεῖν, πᾶς ὁ Ἰουδαίων σεσώρευτο πλοῦτος, ἀνεσκευασμένων ἐκεῖ τῶν οἴκων τῶν εὐπόρων. Ἧκον δὲ καὶ ἐπὶ τὴν λοιπὴν στοὰν τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ· καταφεύγει δ' ἐπ' αὐτὴν

siano, anni sexcenti undequadraginta et dies quadraginta quinque.

CAP. V. (XXVIII.)

Templo autem ardente, obvia quidem quæque rapiebantur, et cædes erat infinita deprehensorum : nec ætati ulla erat miseratio, nec gravitatis reverentia; sed et pueri et senes, et profani et sacerdotes similiter interficiebantur; atque omne genus hominum belli calamitas complexa persequebatur, etiam supplices pariter ac semet defendentes. Atque flamma longe lateque pervagata cum gemitibus occumbentium concrepabat : et ex altitudine quidem collis, ardentisque operis magnitudine, totam quis conflagrare crederet civitatem : illo autem clamore nihil majus aut horribilius excogitari potest. Nam et legionum Romanarum simul moventium læta erat conclamatio, et seditiosorum igne et ferro circumdatorum ululatus, populusque in superioribus relictus fugabatur in hostes cum consternatione, et ob calamitatem luctum edebat et lamentationem : illisque qui in colle erant clamore resonabat multitudo in urbe (jam vero multi fame languidi et ore compresso, postquam ignem templi videbant, in questus iterum et ejulatus vires receperunt); hisque resonabatur ex Peræa et montibus in circuitu, unde impetus augebatur. Hoc tamen tumultu clades erant acerbiores. Nam collem quidem, cui templum impositum, radicitus quis exuri putaret, ut qui ignis undique plenus erat : et sanguinem igne largiorem esse, pluresque interfectoribus interfectos. Nusquam enim solum præ cadaveribus videri potuit : sed milites gradientes super acervos cæsorum fugientes persequebantur. Et latronum quidem multitudo, perruptis Romanorum agminibus, vix in templum exterius evasit, atque inde in urbem : reliquiæ vero popularis turbæ in exteriorem porticum confugerunt. (XXIX.) At sacerdotum nonnulli, primum quidem templi verubus, itemque sedibus suis, quæ ex plumbo factæ erant, avulsis, in Romanos pro missilibus utebantur : deinde quum nihil proficerent, ignisque in eos erumperet, in parietem octo cubitos latum secedentes, ibi manebant. Ceterum duo ex insignibus, quum ad Romanos transeundo servari possent, aut illic permanere ejusdem cum aliis fortunæ participes, in ignem insilierunt, et una cum templo conflagrarunt, Meirus filius Belgæ et Josephus Dalæi.

2. Tum Romani circumpositis ædificiis frustra parci existimantes, ipso templo ardente, omnia simul incenderunt, et quicquid ex porticibus reliquum erat, ipsasque portas, præter duas, unam ex parte orientali, alteram ex meridiana, quas tamen postea diruerunt. Etiam gazophylacia comburebant, in quibus infinita pecuniæ vis, infinitæ etiam vestes, et alia ornamenta, atque, ut breviter dicam, omnis Judæorum congesta erat opulentia, a divitibus illic domibus exstructis. Tandem autem ventum est in eam quæ restabat porticum exterioris templi, quo confugerant ex

ἀπὸ τοῦ δήμου γύναια καὶ παιδία καὶ σύμμικτος ὄχλος πλεῖστος εἰς ἑξακισχιλίους. Πρὶν δὲ Καίσαρα κρῖναί τι περὶ αὐτῶν ἢ κελεῦσαι τοὺς ἡγεμόνας, φερόμενοι τοῖς θυμοῖς οἱ στρατιῶται τὴν στοὰν ὑφάπτουσι. Καὶ συνέβη τοὺς μὲν ῥιπτοῦντας αὑτοὺς ἐκ τῆς φλογὸς διαφθαρῆναι, τοὺς δ' ἐν αὐτῇ. Περιεσώθη δ' ἐκ τοσούτων οὐδείς. (Λ'.) Τούτοις αἴτιος τῆς ἀπωλείας ψευδοπροφήτης τις κατέστη, κατ' ἐκείνην κηρύξας τὴν ἡμέραν τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως ὡς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβῆναι κελεύει, δεξομένους τὰ σημεῖα τῆς σωτηρίας. Πολλοὶ δ' ἦσαν ἐγκάθετοι παρὰ τῶν τυράννων τότε πρὸς τὸν δῆμον προφῆται, προσμένειν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν καταγγέλλοντες, ὡς ἧττον αὐτομολοῖεν, καὶ τοὺς ἐπάνω δέους καὶ φυλακῆς γινομένους ἐλπὶς παρακρατοίη. Πείθεται δὲ ταχέως ἄνθρωπος ἐν συμφοραῖς. Ὅταν δὲ δὴ καὶ τῶν κατεχόντων δεινῶν ἀπαλλαγὴν ὁ ἐξαπατῶν ὑπογράφῃ, τόθ' ὁ πάσχων ὅλος γίνεται τῆς ἐλπίδος.

(ΛΑ'.) γ'. Τὸν γοῦν ἄθλιον δῆμον οἱ μὲν ἀπατεῶνες καὶ καταψευδόμενοι τοῦ Θεοῦ τηνικαῦτα παρέπειθον, τοῖς δὲ ἐναργέσι καὶ προσημαίνουσι τὴν μέλλουσαν ἐρημίαν τέρασιν οὔτε προσεῖχον οὔτε ἐπίστευον, ἀλλ' ὡς ἐμβεβροντημένοι καὶ μήτ' ὄμματα μήτε ψυχὴν ἔχοντες τῶν τοῦ Θεοῦ κηρυγμάτων παρήκουσαν, τοῦτο μὲν ὅτε ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαίᾳ παραπλήσιον καὶ παρατείνας ἐπ' ἐνιαυτὸν κομήτης, τοῦτο δὲ ἡνίκα πρὸ τῆς ἀποστάσεως καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον κινήματος, ἀθροιζομένου τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτήν (ὀγδόη δ' ἦν Ξανθικοῦ μηνός), κατὰ νυκτὸς ἐνάτην ὥραν, τοσοῦτον φῶς περιέλαμψε τὸν βωμὸν καὶ τὸν ναὸν ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπράν, καὶ τοῦτο παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν· ὃ τοῖς μὲν ἀπείροις ἀγαθὸν ἐδόκει, τοῖς δ' ἱερογραμματεῦσι πρὸς τῶν ἀποβεβηκότων εὐθέως ἐκρίθη. Καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν βοῦς μὲν ἀχθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως πρὸς τὴν θυσίαν ἔτεκεν ἄρνα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ, ἡ δὲ ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρω, χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ στιβαρωτάτη, κλειομένη δὲ περὶ δείλην μόλις ὑπ' ἀνδρῶν εἴκοσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη σιδηροδέτοις, καταπῆγας δ' ἔχουσα βαθυτάτους εἰς τὸν οὐδὸν ὄντα διηνεκοῦς λίθου καθιεμένους, ὤφθη κατὰ νυκτὸς ὥραν ἕκτην αὐτομάτως ἠνεῳγμένη. Δραμόντες δ' οἱ τοῦ ἱεροῦ φύλακες ἤγγειλαν τῷ στρατηγῷ, κἀκεῖνος ἀναβὰς μόλις αὐτὴν ἴσχυσε κλεῖσαι. Πάλιν τοῦτο τοῖς μὲν ἰδιώταις κάλλιστον ἐδόκει τέρας· ἀνοῖξαι γὰρ τὸν Θεὸν αὐτοῖς τὴν τῶν ἀγαθῶν πύλην· οἱ λόγιοι δὲ λυομένην αὐτομάτως τοῦ ναοῦ τὴν ἀσφάλειαν ἐνενόουν καὶ πολεμίοις δῶρον ἀνοίγεσθαι τὴν πύλην, δηλωτικόν τ' ἐρημίας ἀπέφαινον ἐν ἑαυτοῖς τὸ σημεῖον. Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἡμέραις ὕστερον οὐ πολλαῖς, μιᾷ καὶ εἰκάδι Ἀρτεμισίου μηνός, φάσμα τι δαιμόνιον ὤφθη μεῖζον πίστεως. Τερατεία δ' ἂν ἔδοξεν, οἶμαι, τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ παρὰ τοῖς θεασαμένοις ἱστόρητο καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη τῶν σημείων ἦν ἄξια. Πρὸ γὰρ ἡλίου δύσεως ὤφθη μετέωρα περὶ πᾶσαν τὴν χώραν

populo mulierculæ et pueri et plurima multitudo promiscua, ad sex hominum millia. Sed priusquam de his Cæsar quicquam decerneret, aut ducibus imperaret, ira incitati milites porticum succendunt. Qua re fiebat ut nonnulli quidem sese e flammis præcipitantes perierint, alii vero in ipsis. Ex tanto autem numero servatus est nemo. (XXX.) His causa interitus erat falsus propheta quidam, qui illo tempore prædicaverat populo in civitate, « jubere Deum eos in templum ascendere, signa salutis accepturos. » Multi autem a tyrannis subornati erant ad populum prophetæ, denunciantes esse auxilium a Deo exspectandum, ut populus minus transfugeret, et eos, qui supra metum erant et custodes, spes retineret. Cito autem in adversis homini persuadetur: quodsi etiam a malis prementibus liberationem polliceatur qui fallit, tunc qui patitur totus spei plenus evadit.

(XXXI.) 3. Miserandam igitur plebem seductores seque a Deo missos mentientes tum suadendo decipiebant: evidentibus autem prodigiis et futuram solitudinem prænunciantibus neque advertebant animos neque credebant, sed tanquam attoniti oculisque et mente capti præconia Dei insuper habebant: primum quum supra civitatem stetit sidus simile gladio, et anni spatio ardere perseverabat cometes; deinde quum ante defectionem primosque belli motus, populo ad festum diem Azymorum congregato, die octavo mensis Xanthici, hora noctis nona, tanta lux circa altare templumque circumfusa est, ut dies clarus esse videretur, atque hoc horæ dimidiæ spatio duravit; quod ab imperitis quidem pro bono omine habebatur, sed sacrorum scribæ ea quæ post hæc evenerunt portendi statim judicarunt. In eadem quoque solemnitate vacca, quum a pontifice ad sacificium adduceretur, agnum in medio templo enixa est. Sed et janua interioris sacrarii orienti obversa, quæ tota ærea et immensi ponderis erat, et quæ sub vesperam vix ab hominibus viginti claudebatur, et vectibus quidem ferro munitis sustentata erat, pessulos vero altissime in saxeum limen ex uno perpetuo lapide demissos habebat, visa est nocte circa horam sextam sponte patefacta. Quod templi custodes, quum ad prætorem cucurrissent, ei indicarunt: ille vero, ubi ascenderat, ægre eam claudere potuit. Id quoque ruditus quidem et indoctis signum videbatur optimum; Deum scilicet illis bonorum portam aperuisse: docti vero et eruditi securitatem templi ultro abiisse secum reputabant, et portam hostibus gratis patefactam, solitudinemque illo ostento signari inter se pronunciabant. Paucis deinde post festivitatem diebus, vicesimo primo mensis Artemisii die, prodigiosum quoddam spectrum apparuit fidem omnem superans. Ac profecto id quod dicturus sum fabula, ut opinor, esse videretur, nisi ab iis qui illud spectarunt, proditum esset, et subsequutæ clades ejusmodi signis haudquaquam impares exstitissent. Etenim ante solis occasum per universam regionem currus in aere sublimes ferri, et armatæ phalanges

nanda habere possent. Ideoque alacri animo quotidianas eruptiones fecerunt; et, cum obviis congressi, multi quidem perierunt, Romanorumque multos occiderunt. Semper autem utrisque plus victoriæ ex tempore tribuebatur, Judæis quidem quum minus cautos et imparatos adorirentur, in aggeribus autem positis, si provisum excursum eorum bene septi armis exciperent. Sed non is futurus erat obsidionis finis. Res autem quædam fortuita inopinatam castelli tradendi necessitatem imposuit Judæis. Erat inter obsessos juvenis, audacia ferox, et manu strenuus, nomine Eleazarus. Is autem fuerat in excursionibus conspicuus, plurimosque ut exirent et aggeris exstructionem prohiberent hortari solebat, et in præliis multas gravesque Romanis clades inferebat: quin et iis qui cum ipso excursiones facere audebant, primam impressionem facilem, et viam receptui tutam reddebat, novissimus recedendo. Aliquando autem prælio dirempto et utrinque discessione facta, ille, tanquam despiciens omnes, et existimans neminem tunc hostium ad prælium lacessiturum esse, extra portas remansit, et in muro stantes alloquebatur, omni cogitatione in illos defixus. Hanc autem opportunitatem animadvertit Rufus quidam Romanus miles, genere Ægyptius; et, quum nemo exspectaret, subito accurrens illum cum ipsis armis sublatum, dum hoc viso stantes in muros stupor teneret, celeriter hominem in castra Romanorum transfert. Quem quum dux comprehensum nudari præcepisset, et planissime conspectui civium expositum flagris cædi jussisset, vehementer Judæos confudit casus adolescentis, et universa civitas ingemuit, majorque erat lamentatio quam pro unius viri calamitate. Quod ubi Bassus animadvertit, adversus hostes cœpit strategema adhibere, quumque vellet eorum miserationem ita augere, ut pro salute viri cogerentur castelli traditionem facere, de spe non decidit. Nam crucem defigi jussit, quasi Eleazarum statim in ea suspensurus. Quo conspecto, ii qui in castello erant, magis doluerunt, maximis suspiriis editis, non ferendam esse calamitatem vociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos rogabat, ne ipsum mortem miserrimam subire sinerent, et suæ ipsorum saluti consulentes Romanorum viribus et fortunæ cederent, omnibus jam subactis. Illi autem, Et Elezari verbis fracti et multorum in castello pro eo deprecantium precibus (erat enim ex magna et populosa familia), præter indolem suam misericordiæ cesserunt: et quibusdam statim missis illos alloquebantur, se velle castelli deditionem facere, si accepto Eleazaro salvis discedere liceret. Quam conditionem ubi Romani et dux

τῶν Ῥωμαίων καὶ τοῦ στρατηγοῦ ταῦτα, τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ κάτω πόλει τὴν γεγενημένην ἰδίᾳ τοῖς Ἰουδαίοις πυθόμενοι σύμβασιν αὐτοὶ κατὰ νύκτα λαθόντες ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι. Τὰς πύλας δ' αὐτῶν ἀνοιξάντων παρὰ τῶν τὴν ὁμολογίαν πεποιημένων πρὸς τὸν Βάσσον ἧκε μήνυσις, εἴτ' οὖν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς φθονησάντων εἴτε καὶ διὰ δέος μὴ τὴν αἰτίαν αὐτοὶ λάβωσι τῆς ἐκείνων ἀποδράσεως. Οἱ μὲν οὖν ἀνδρειότατοι τῶν ἐξιόντων ἔφθασαν διεκπαίσασθαι καὶ διέφυγον· τῶν δ' ἔνδον καταληφθέντων ἄνδρες μὲν ἀνῃρέθησαν ἐπὶ τοῖς χιλίοις ἑπτακόσιοι, γύναια δὲ καὶ παῖδες ἠνδραποδίσθησαν. Τὰς δὲ πρὸς τοὺς παραδόντας τὸ φρούριον ὁμολογίας οἰόμενος δεῖν ὁ Βάσσος διαφυλάττειν αὐτούς τ' ἀφίησι καὶ τὸν Ἐλεάζαρον ἀπέδωκεν.

(ΚϚ'.) ε'. Ταῦτα δὲ διοικησάμενος ἠπείγετο τὴν στρατιὰν ἄγων ἐπὶ τὸν προσαγορευόμενον Ἰάρδην δρυμόν· πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὸν ἠγγέλθησαν ἠθροῖσθαι τῶν κατὰ τὰς πολιορκίας πρότερον ἔκ τε Ἱεροσολύμων καὶ Μαχαιροῦντος ἀποδράντων. Ἐλθὼν οὖν ἐπὶ τὸν τόπον καὶ γνοὺς τὴν ἀγγελίαν οὐκ ἐψευσμένην, πρῶτον μὲν τοῖς ἱππεῦσιν ἅπαν κυκλοῦται τὸ χωρίον, ὅπως τοῖς διεκπαίεσθαι τολμῶσι τῶν Ἰουδαίων ἄπορος ἡ φυγὴ γίνηται διὰ τοὺς ἱππέας, τοὺς δὲ πεζοὺς ἐκέλευσε δενδροτομεῖν τὴν ὕλην, εἰς ἣν καταπεφεύγεσαν. Καθίστανται δὲ διὰ τοῦτο πρὸς ἀνάγκην οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ δρᾶν τι γενναῖον, ὡς ἐκ τοῦ παραβόλως ἀγωνισάμενοι τάχα ἂν καὶ διαφυγόντες. Ἀθρόοι δὴ καὶ κατὰ βοῆς ᾄξαντες, ἐνέπιπτον τοῖς κεκυκλωμένοις. Οἱ δ' αὐτοὺς ἐδέχοντο καρτερῶς καὶ πολλῇ τῶν μὲν ἀπονοίᾳ, τῶν δὲ φιλονεικίᾳ χρωμένων, χρόνος μὲν οὐκ ὀλίγος διὰ τοῦτο τῇ μάχῃ προὔβη, τέλος δ' αὐτῆς οὐχ ὅμοιον ἀπέβη τοῖς ἀγωνισαμένοις. Ῥωμαίων μὲν γὰρ δώδεκα τοὺς πάντας συνέβη πεσεῖν, ὀλίγους τε τρωθῆναι, τῶν Ἰουδαίων δ' ἐκ τῆς μάχης ταύτης οὐδεὶς διέφυγεν, ἀλλ' ὄντες οὐκ ἐλάττους τρισχιλίων πάντες ἀπέθανον, καὶ στρατηγὸς αὐτῶν Ἰούδας ὁ τοῦ Ἀριπαῖς, περὶ οὗ πρότερον εἰρήκαμεν, ὅτι τάξεώς ἡγούμενός τινος ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῶν Ἱεροσολύμων κατά τινας διαδὺς τῶν ὑπονόμων ἔλαθεν ἀποδράς.

(ΚΖ'.) ϛ'. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπέστειλε Καῖσαρ Βάσσῳ καὶ Λιβερίῳ Μαξίμῳ (οὗτος δ' ἦν ἐπίτροπος), κελεύων πᾶσαν γῆν ἀποδόσθαι τῶν Ἰουδαίων. Οὐ γὰρ κατῴκισεν ἐκεῖ πόλιν, ἰδίαν αὐτῷ τὴν χώραν φυλάττων· ὀκτακοσίοις δὲ μόνοις ἀπὸ τῆς στρατιᾶς διαφειμένοις χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖται μὲν Ἀμμαοῦς, ἀπέχει δὲ τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους τριάκοντα. Φόρον δὲ τοῖς ὁπουδήποτ' οὖσιν Ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν. Καὶ τὰ μὲν Ἰουδαίων τότε τοιαύτην εἶχε κατάστασιν.

acceperant, qui inferiorem urbem magno numero tenebant, audita Judæorum privata pactione, ipsi clam nocte fugam capessere statuerunt. Quum autem illi portas aperuissent, ab iis qui cum Basso pepigerant, ad Bassum veniebat rei indicium, sive quod illis inviderint, sive quod metuerint ne, si illi aufugerent, ipsi crimen sustinerent. Et fortissimi quidem exeuntium viam sibi facere occupant et evaserunt: ex iis vero qui intus relicti erant, occisi sunt ad mille et septingentos, mulierculæ vero et pueri in servitium ducti. Sponsiones vero cum his factas, qui castellum dedere promiserant, Bassus servandas ratus, et ipsos dimittit et Eleazarum reddidit.

(XXVI.) 5. His autem administratis, in saltum qui Jardes appellatur, exercitum ducere properabat; multi enim illic congregati esse nunciabantur, qui pridem tempore obsidionum ex Hierosolymis et Machærunte profugerant. Ergo quum ad locum venisset, neque falsum fuisse nuncium comperisset, primo locum equitibus undique circumdat, ut Judæi, si qui perrumpere auderent, propter equites fugiendi copiam non haberent: pedites vero silvam succidere jussit, in quam confugerant. Hoc modo ad necessitatem adducti sunt Judæi fortiter aliquid agendi, velut ex audaci certamine fortasse fugam et salutem reperirent. Itaque conferti, et cum clamore impetu facto, in eos, a quibus cincti fuerant, irruunt. Illi autem fortiter eos excipiebant; multaque his quidem audacia, illis vero contentione usis, non parum quidem temporis in pugna tractum est, sed eventus ejus adversis partibus non ex æquo respondit. Nam ex Romanis quidem duodecim tantum contigit occumbere, et non multos vulnerari: Judæorum vero ex illo prælio nullus evasit, quumque non essent infra tria millia, omnes perierunt, eorumque dux Judas Ari filius, de quo supra diximus quod ordinis cujusdam ductor in Hierosolymorum obsidione, quum quosdam cuniculos subiisset, clam effugerit.

(XXVII.) 6. Eodem vero tempore Cæsar ad Bassum et Liberium Maximum scripsit (is enim procurator erat) jubens ut omnem Judæorum terram venderent. Non enim civitatem in ea condidit, proprium servans sibi eorum agrum; sed octingentis duntaxat emeritis locum incolendum dedit, qui vocatur quidem Ammaus, distat autem ab Hierosolymis stadiis triginta. Tributum vero Judæis ubicunque degentibus indixit, et quotannis binas quemque drachmas in Capitolium inferre jussit, quemadmodum in templum Hierosolymitanum prius conferebant. Et res quidem Judæorum illo tempore hunc statum habebant.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ἤδη δ' ἔτος τέταρτον Οὐεσπασιανοῦ διέποντος τὴν ἡγεμονίαν συνέβη τὸν βασιλέα τῆς Κομμαγηνῆς Ἀντίοχον μεγάλαις συμφοραῖς πανοικεσίᾳ περιπεσεῖν, ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Καισέννιος Παῖτος, ὁ τῆς Συρίας ἡγεμὼν τότε καθεστηκὼς, εἴτ' οὖν ἀληθεύων εἴτε καὶ διὰ τὴν πρὸς Ἀντίοχον ἔχθραν (οὐ σφόδρα γὰρ τὸ σαφὲς ἠλέγχθη), γράμματα πρὸς Καίσαρα διεπέμψατο, λέγων « τὸν Ἀντίοχον μετὰ τοῦ παιδὸς Ἐπιφανοῦς διεγνωκέναι Ῥωμαίων ἀφίστασθαι, συνθήκας πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Πάρθων πεποιημένον· δεῖν οὖν προκαταλαβεῖν αὐτοὺς, μὴ φθάσαντες τῶν πραγμάτων ἄρξασθαι πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πολέμῳ συνταράξωσιν. » Ἔμελλε δὲ Καῖσαρ τοιούτου μηνύματος αὐτῷ προσπεσόντος μὴ περιορᾶν· καὶ γὰρ ἡ γειτνίασις τῶν βασιλέων ἐποίει τὸ πρᾶγμα μείζονος ἄξιον προνοίας. Τὰ γὰρ Σαμόσατα, τῆς Κομμαγηνῆς μεγίστη πόλις, κεῖται παρὰ τὸν Εὐφράτην, ὥστ' εἶναι τοῖς Πάρθοις, εἴ τι τοιοῦτον διενενόηντο, ῥᾴστην μὲν τὴν διάβασιν, βεβαίαν δὲ τὴν ὑποδοχήν. Πιστευθεὶς οὖν ὁ Παῖτος καὶ λαβὼν ἐξουσίαν πράττειν ἃ δοκεῖ συμφέρειν, οὐκ ἐμέλλησεν, ἐξαίφνης δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον οὐδὲν προσδοκώντων εἰς τὴν Κομμαγηνὴν ἐνέβαλε, τῶν μὲν ταγμάτων ἄγων τὸ ἕκτον, καὶ πρὸς τούτῳ λόχους καί τινας ἴλας ἱππέων. Συνεμάχουν δὲ καὶ βασιλεῖς αὐτῷ, τῆς μὲν Χαλκιδικῆς λεγομένης Ἀριστόβουλος, τῆς Ἐμέσης δὲ καλουμένης Σόεμος. Ἦν δ' αὐτοῖς τὰ περὶ τὴν εἰσβολὴν ἀνανταγώνιστα· τῶν γὰρ κατὰ τὴν χώραν οὐδεὶς ἤθελε χεῖρας ἀνταίρειν. Ἀντίοχος δὲ, τῆς ἀγγελίας ἀδοκήτως προσπεσούσης, πολέμου μὲν οὐδ' ἐπίνοιαν πρὸς Ῥωμαίους ἔσπασεν, ἔγνω δὲ πᾶσαν τὴν βασιλείαν ὡς εἶχεν ἐπὶ σχήματος καταλιπὼν μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων ὑπεξελθεῖν, οὕτως ἂν οἰόμενος καθαρὸν Ῥωμαίοις ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι τῆς ἐπενηνεγμένης αἰτίας. Καὶ προελθὼν ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκατὸν σταδίους πρὸς τοῖς εἴκοσιν εἰς τὸ πεδίον, ἐν αὐτῷ καταυλίζεται.

β'. Παῖτος δ' ἐπὶ μὲν τὰ Σαμόσατα τοὺς καταληψομένους ἀποστέλλει, καὶ δι' ἐκείνων εἶχε τὴν πόλιν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπ' Ἀντίοχον ἐποιεῖτο τὴν ὁρμήν. Οὐ μὴν ὁ βασιλεὺς οὐδ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης προήχθη πρᾶξαί τι πρὸς Ῥωμαίους πολεμικὸν, ἀλλὰ τὴν αὑτοῦ τύχην ὀδυρόμενος ὅ τι δέοι παθεῖν ὑπέμενε· νέοις δὲ καὶ πολέμων ἐμπείροις καὶ ῥώμῃ σωμάτων διαφέρουσιν οὐ ῥᾴδιον ἦν τοῖς παισὶν αὐτοῦ τὴν συμφορὰν ἀμαχεὶ καρτερεῖν. Τρέπονται οὖν πρὸς ἀλκὴν Ἐπιφανής τε καὶ Καλλίνικος. Σφοδρᾶς δὲ τῆς μάχης καὶ παρ' ὅλην τὴν ἡμέραν γενομένης αὐτοὶ τὴν ἀνδρείαν διαπρεπῆ παρέσχον, καὶ μηδὲν ἐλαττωθείσῃ τῇ σφετέρᾳ δυνάμει, ἑσπέρας διελύθησαν· Ἀντιόχῳ δ' οὐδ' ἐπὶ τῇ μάχῃ τοῦτον κεχωρηκυίᾳ τὸν τρόπον μένειν ἀνεκτὸν ἐδόκει· λαβὼν δὲ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας μετ' ἐκείνων ἐποιεῖτο φυγὴν εἰς Κιλικίαν,

CAP. VII. (XXVIII.)

Jam vero quarto anno imperii Vespasiani, accidit ut Antiochus rex Commagenes in maximas clades cum tota domo incideret, ex causa hujusmodi. Cæsennius Pætus, tunc Syriæ præses constitutus, sive vera dicens, sive propter inimicitias inter ipsum et Antiochum (nam liquido res non constabat), literas ad Cæsarem misit, indicans « Antiochum cum filio Epiphane decrevisse a Romanis defectionem facere, pactione inita cum rege Parthorum : propterea que oportere illos ante capere, ne, si priores novas res adorti essent, totum Romanorum imperium bello perturbarent. » Non erat autem Cæsar hujusmodi nuncium ad se perlatum neglecturus : nam vicinitas regum faciebat ut negotium majori cura dignum haberetur. Quippe Samosata, Commagenes maxima civitas, ad Euphraten sita est, adeoque Parthis, si quid ejusmodi cogitaverint, facillimus erat transitus et tutum receptaculum. Fide igitur habita Pæto, ac potestate ipsi facta agendi quod expedire videretur, nihil hic cunctatus est, verum derepente, Antiocho suisque nihil tale exspectantibus, ingressus est Commagenen, ex legionibus quidem sextam ducens, et insuper quasdam cohortes alasque equitum. Præterea auxilio ei erant reges Chalcidicæ quidem dictæ, Aristobulus, Emesæ vero Sohemus nomine. Introitus autem illis erat sine certamine : nam indigenarum nemo volebat lacertos contra movere. Antiochus autem, insperato accepto nuncio, de bello quidem adversus Romanos nequiit animum ad cogitandum inducere : decrevit autem, toto regno in eo quo erat statu relicto, cum conjuge ac liberis egredi, hoc facto se Romanis purum a suspicione criminis sibi illati probaturum esse ratus. Quumque ex urbe egressus esset centum et viginti stadiis in planitiem, illic tabernaculum posuit.

2. Pætus autem de suis aliquot ad Samosata quidem occupanda mittit, et per eos civitatem tenebat : ipse vero cum aliis copiis Antiochum versus contendebat. Non tamen rex vel ipsa necessitate adductus est adversus Romanos aliquid bellicum gerere; sed de fortuna sua querens quicquid oporteret pati sustinuit : filiis autem ejus, adolescentibus bellique peritis, et corporis robore præstantibus, haud facile erat sine pugna calamitatem perferre. Itaque ad dimicandum se conferebant Epiphanes et Callinicus. Vehementi autem pugna et per totum diem habita, ipsi se fortitudine conspicuos præstabant; nullaque parte suarum copiarum imminuta, nocte appetente diremptum est prælium. Antiocho vero neque pugna hoc modo finita ferendum videbatur ut maneret; sed assumpta conjuge cum filiabus eam comitantibus in Ciliciam fugit. Atque

καὶ τοῦτο πράξας τὰ φρονήματα τῶν οἰκείων στρατιωτῶν κατέκλασεν. Ὡς γὰρ ἀπεγνωσμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς βασιλείας ἀπέστησαν καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους μετεβάλοντο, καὶ πάντων πρόδηλος ἦν ἀπόγνωσις. Πρὶν οὖν τελέως ἐρημωθῆναι τῶν συμμάχων, τοῖς περὶ τὸν Ἐπιφανῆ σώζειν αὐτοὺς ἐκ τῶν πολεμίων ἦν ἀναγκαῖον. Καὶ γίνονται δέκα σύμπαντες ἱππεῖς οἱ μετ' αὐτοῦ τὸν Εὐφράτην διαβάντες, ἔνθεν ἤδη μετ' ἀδείας πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Πάρθων Βολογέσην κομισθέντες οὐχ ὡς φυγάδες ὑπερηφανήθησαν, ἀλλ' ὡς ἔτι τὴν παλαιὰν ἔχοντες εὐδαιμονίαν πάσης τιμῆς ἠξιώθησαν.

γ'. Ἀντιόχῳ δ' εἰς Ταρσὸν ἀφιγμένῳ τῆς Κιλικίας ἑκατοντάρχην Παῖτος ἐπιπέμψας, δεδεμένον αὐτὸν εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν. Οὐεσπασιανὸς δ' οὐχ ὑπέμεινεν οὕτω πρὸς αὐτὸν ἀναχθῆναι τὸν βασιλέα, τῆς παλαιᾶς ἀξιῶν φιλίας μᾶλλον αἰδῶ λαβεῖν ἢ διὰ τὴν τοῦ πολέμου πρόφασιν ἀπαραίτητον ὀργὴν διαφυλάττειν. Κελεύει δὴ καθ' ὁδὸν ἔτ' ὄντος αὐτοῦ τῶν δεσμῶν ἀφαιρεθῆναι καὶ παρέντα τὴν εἰς Ῥώμην ἄφιξιν τὸ νῦν ἐν Λακεδαίμονι διάγειν, δίδωσί τε μεγάλας αὐτῷ προσόδους χρημάτων, ὅπως μὴ μόνον ἄφθονον, ἀλλὰ καὶ βασιλικὴν ἔχοι τὴν δίαιταν. Ταῦτα τοῖς περὶ τὸν Ἐπιφανῆ πυθομένοις, πρότερον σφόδρα περὶ τοῦ πατρὸς δεδιόσιν, ἀνείθησαν αἱ ψυχαὶ μεγάλης καὶ δυσδιαθέτου φροντίδος. Ἐλπὶς δὲ καὶ αὐτοῖς τῶν παρὰ Καίσαρος διαλλαγῶν ἐγένετο, Βολογέσου περὶ αὐτῶν ἐπιστείλαντος· οὐδὲ γὰρ εὐδαιμονοῦντες ὑπέμενον ἔξω τῆς Ῥωμαίων ζῆν ἡγεμονίας. Δόντος δὲ Καίσαρος ἡμέρως αὐτοῖς τὴν ἄδειαν εἰς Ῥώμην παρεγένοντο, τοῦ τε πατρὸς ὡς αὐτοὺς ἐκ τῆς Λακεδαίμονος εὐθὺς ἐλθόντος, πάσης ἀξιούμενοι τιμῆς κατέμενον ἐνταῦθα.

(ΚΘ'.) δ'. Τὸ δὲ τῶν Ἀλανῶν ἔθνος, ὅτι μέν εἰσι Σκύθαι περὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην κατοικοῦντες πρότερον δήπου δεδηλώκαμεν, κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους διανοηθέντες εἰς τὴν Μηδίαν, καὶ προσωτέρω ταύτης ἔτι καθ' ἁρπαγὴν ἐμβαλεῖν, τῷ βασιλεῖ τῶν Ὑρκανῶν διαλέγονται. Τῆς παρόδου γὰρ οὗτος δεσπότης ἐστὶν, ἣν ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος πύλαις σιδηραῖς κλειστὴν ἐποίησε. Κἀκείνου τὴν εἴσοδον αὐτοῖς παρασχόντος, ἀθρόοι καὶ μηδὲν προϋποπτεύσασι τοῖς Μήδοις ἐπιπεσόντες, χώραν πολυάνθρωπον καὶ παντοίων ἀνάμεστον βοσκημάτων διήρπαζον, μηδενὸς αὐτοῖς τολμῶντος ἀνθίστασθαι. Καὶ γὰρ ὁ βασιλεύων τῆς χώρας Πάκορος ὑπὸ δέους εἰς τὰς δυσχωρίας ἀναφυγὼν τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων παρακεχωρήκει, μόλις δὲ παρ' αὐτῶν ἐρρύσατο τήν τε γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς αἰχμαλώτους γενομένας ἑκατὸν δοὺς τάλαντα. Μετὰ πολλῆς οὖν ῥᾳστώνης ἀμαχεὶ ποιούμενοι τὰς ἁρπαγὰς μέχρι τῆς Ἀρμενίας προῆλθον πάντα λεηλατοῦντες. Τηριδάτης δ' αὐτῆς ἐβασίλευεν, ὃς ὑπαντιάσας αὐτοῖς καὶ ποιησάμενος μάχην παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἐπ' αὐτῆς ζωὸς ἁλῶναι τῆς παρατάξεως. Βρόχον γὰρ αὐτῷ τις πόρρωθεν περιβαλὼν ἔμελλεν ἐπισπάσειν, εἰ μὴ τῷ

hoc facto militum suorum animos fregit. Nam veluti desperato ab illo regno defecere, et Romanis se dediderunt, atque ab omnibus palam desperatum erat. Itaque prius quam penitus destituerentur auxiliis, Epiphani cum suis servare se ex hostibus erat necessarium. Atque omnes erant equites numero decem, qui cum eo Euphratem transgressi, atque inde sine metu profecti ad Vologesen regem Parthorum, non quasi profugi despectui habebantur, sed, haud secus ac si pristinam felicitatem adhuc retinerent, omni honore digni censebantur.

3. Antiochum vero ipsum, ubi Tarsum Ciliciæ venerat, misso centurione Pætus vinctum Romam mittendum curavit. Vespasianus autem ita regem ad se deduci non est passus, ad veterem amicitiam potius respectum habere æquum censens, quam belli occasione inexorabilem iracundiam servare. Itaque jubet ei iter agenti auferri vincula, intermissaque interim profectione ad Romam, in præsens apud Lacedæmonem degere: magnos etiam ei pecuniæ reditus dat, ut victus non modo largus ei suppeditaretur, sed et regius. Ubi Epiphanes et qui cum eo erant ista acceperant, qui patri ante valde metuebant, liberati erant magna et difficili mentis anxietate et sollicitudine. Insuper et spem conceperunt redeundi in gratiam cum Cæsare, quum Vologeses de illis literas scripsisset: nec enim, quamvis feliciter agerent, extra Romanum imperium vivere sustinebant. Quumque Cæsar illis humaniter securitatem dedisset, Romam se contulerunt; patreque ad eos ex Lacedæmone statim advecto, omni honore excepti illic manebant.

(XXIX.) 4. Alanorum autem gens, quos Scythas esse juxta flumen Tanaim et paludem Mæotidem sedes habentes, jam (opinamur) ante memoravimus, his vero temporibus molientes in Mediam et ulterius etiam prædandi causa penetrare, cum rege Hyrcanorum colloquuntur. Is enim est transitus illius dominus, quem rex Alexander portis ferreis munivit. Quumque is aditum istis aperuisset, confertim Medos, nihil tale suspicantes, adorti, regionem virorum plenam et omne genus pecore abundantem diripiebant, nemine illis audente resistere. Etenim Pacorus qui isti regioni imperabat, in loca difficiliora præ metu se recipiens, ceteris quidem omnibus cesserat; vix autem ab illis conjugem ac concubinas suas captas, datis centum talentis redemit. Magna ergo facilitate et sine pugna rapinas exercentes, usque ad Armeniam vastantes omnia processere. Ejus autem Teridates rex erat, qui quum illis obviam ivisset pugnamque commisisset, parum aberat quin vivus in illo conflictu caperetur. Procul enim quidam laqueo circumdatum tracturus erat, nisi celeriter gladio abscidisset funem, et

ξίφει θᾶττον ἐκεῖνος τὸν τόνον κόψας ἔφθη διαφυγεῖν. Οἱ δὲ, καὶ διὰ τὴν μάχην ἔτι μᾶλλον ἀγριωθέντες, τὴν μὲν χώραν ἐλυμήναντο, πολὺ δὲ πλῆθος ἀνθρώπων καὶ τῆς ἄλλης λείας ἄγοντες ἐξ ἀμφοῖν τῶν βασιλειῶν, πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐκομίσθησαν.

ΚΕΦ. Η'.

Ἐπὶ δὲ τῆς Ἰουδαίας Βάσσου τελευτήσαντος Φλαούϊος Σίλβας διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν· καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν ὁρῶν τῷ πολέμῳ κεχειρωμένην, ἓν δὲ μόνον ἔτι φρούριον ἀφεστηκὸς, ἐστράτευσεν ἐπὶ τοῦτο, πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς τόποις δύναμιν συναγαγών. Καλεῖται δὲ τὸ μὲν φρούριον Μασάδα, προειστήκει δὲ τῶν κατειληφότων αὐτὸ σικαρίων δυνατὸς ἀνὴρ Ἐλεάζαρος, ἀπόγονος Ἰούδα τοῦ πείσαντος Ἰουδαίων οὐκ ὀλίγους, ὡς πρότερον δεδηλώκαμεν, μὴ ποιεῖσθαι τὰς ἀπογραφὰς, ὅτε Κυρήνιος τιμητὴς εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπέμφθη. Τότε γὰρ οἱ σικάριοι συνέστησαν ἐπὶ τοὺς ὑπακούειν Ῥωμαίων θέλοντας, καὶ πάντα τρόπον ὡς πολεμίοις προσεφέροντο, τὰς μὲν κτήσεις ἁρπάζοντες καὶ περιελαύνοντες, ταῖς δ' οἰκήσεσιν αὐτῶν πῦρ ἐνιέντες. Οὐδὲν γὰρ ἀλλοφύλων αὐτοὺς ἔφασκον διαφέρειν, οὕτως ἀγεννῶς τὴν περιμάχητον Ἰουδαίοις ἐλευθερίαν προεμένους, καὶ δουλείαν αἱρεῖσθαι τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἀνωμολογηκότας. Ἦν δ' ἄρα τοῦτο πρόφασις εἰς παρακάλυμμα τῆς ὠμότητος καὶ τῆς πλεονεξίας ὑπ' αὐτῶν λεγόμενον· σαφὲς δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐποίησαν. Οἱ μὲν γὰρ αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως ἐκοινώνησαν καὶ τοῦ πρὸς Ῥωμαίους συνήραντο πολέμου, τὰ παρ' ἐκείνων δὲ τολμήματα χείρω πρὸς αὐτοὺς ἐγένετο. Κἀπὶ τῷ ψεύδεσθαι πάλιν τὴν πρόφασιν ἐξελεγχόμενοι μᾶλλον ἐκάκουν τοὺς τὴν πονηρίαν αὐτῶν διὰ τῆς δικαιολογίας ὀνειδίζοντας. Ἐγένετο γάρ πως ὁ χρόνος ἐκεῖνος παντοδαπῆς ἐν τοῖς Ἰουδαίοις πονηρίας πολυφόρος, ὡς μηδὲν κακίας ἔργον ἄπρακτον παραλιπεῖν, μηδ' εἴ τις ἐπινοίᾳ διαπλάττειν ἐθελήσειεν ἔχειν ἄν τι καινότερον ἐξευρεῖν. Οὕτως ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ πάντες ἐνόσησαν, καὶ πρὸς ὑπερβάλλειν ἀλλήλους ἔν τε ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν ἀσεβείαις καὶ ταῖς εἰς τοὺς πλησίον ἀδικίαις ἐφιλονείκησαν, οἱ μὲν δυνατοὶ τὰ πλήθη κακοῦντες, οἱ πολλοὶ δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀπολλύναι σπεύδοντες. Ἦν γὰρ ἐκείνοις μὲν ἐπιθυμία τοῦ τυραννεῖν, τοῖς δὲ τοῦ βιάζεσθαι καὶ τὰ τῶν εὐπόρων διαρπάζειν. Πρῶτοι μὲν οὖν οἱ σικάριοι τῆς παρανομίας καὶ τῆς πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἤρξαντο ὠμότητος, μήτε λόγον ἄρρητον εἰς ὕβριν μήτ' ἔργον ἀπείραστον εἰς ὄλεθρον τῶν ἐπιβουλευθέντων παραλείποντες. Ἀλλὰ καὶ τούτους Ἰωάννης ἀπέδειξεν αὐτοῦ μετριωτέρους. Οὐ γὰρ μόνον ἀνῄρει πάντας, ὅσοι τὰ δίκαια καὶ συμφέροντα συνεβούλευον, καθάπερ ἐχθίστοις μάλιστα δὴ τῶν πολιτῶν τοῖς τοιούτοις προσφερόμενος, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὴν πατρίδα μυρίων ἐνέπλησε κακῶν, ὁποῖα πράξειν ἔμελλεν ἄνθρωπος ἤδη καὶ τὸν Θεὸν ἀσεβεῖν τετολμηκώς. Τράπεζάν τε γὰρ ἄθεσμον παρετίθετο καὶ τὴν νενομισμένην

fugere occupasset. Illi autem, pugna multo magis efferati, terram quidem depopulati sunt, magnam vero hominum multitudinem et aliam abigentes prædam ex utroque regno, iterum domum suam se receperunt.

CAP. VIII. (XXX.)

Defuncto autem Basso in Judæa, Flavius Silva præfecturam suscipit: et ceteram quidem terram omnem bello subactam videns, unum vero adhuc castellum in defectione persistere, universis istorum locorum copiis collectis, eas in illud eduxit. Castellum autem appellatur quidem Masada, ei vero præerat vir potens sicariorum, a quibus occupatum fuerat, Eleazarus, e posteris Judæ, qui Judæorum non paucis persuaserat, ut ante diximus, ne censum agi sinerent, quando Quirinius censitor in Judæam missus est. Tunc enim sicarii conspirarunt in eos qui Romanis dicto audientes esse volebant, omnique modo his quasi hostibus utebantur, diripiendo et abigendo eorum bona, atque ignem domibus eorum injiciendo. Nihil enim illos ab alienigenis differre dicebant, qui libertatem a Judæis magnopere expetendam ita degeneres prodiderint, professique sint se malle Romanis in servitutem se tradere. Erat autem hoc plane prætextus, ac dicebatur ab iis ut crudelitatem atque avaritiam suam tegerent: id quod rebus ipsis palam fecerunt. Nam isti quidem et defectionis cum illis socii erant, et belli adversus Romanos participes; facinora vero horum in illos fiebant pejora. Quumque rursus convicti essent mendacii ob prætextum suum, multo magis eos male tractabant, qui nequitiam ipsis justa sui defensione exprobrabant. Erat enim quodammodo illud tempus omne genus sceleris apud Judæos fœcundissimum, ut nullum malitiæ negotium infectum relinqueretur; neque si quis cogitatione aliquid sibi fingere voluisset, novi quidpiam invenire potuerit. Ita et privatim et communiter omnes vitio laborarunt, et exsuperare alius alium tam impietate in Deum quam iniquitate in proximos certarunt, potentes quidem multitudinem male tractando, multitudo vero ad potentium interitum properando. Illis enim erat dominandi quidem cupiditas; his vero, vim faciendi bonaque locupletum diripiendi. Et primo quidem sicarii iniquitatis auctores erant et crudelitatis in proximos, neque verbum ullum, quod non dixerint ad injuriam, neque facinus, quod non tentarint ad exitium eorum quibus insidiarentur, prætermittentes. Verum et hos Joannes semet moderatiores esse ostendit. Non solum enim omnes interficiebat, qui justa et utilia suadebant, tanquam inimicissimos maxime cives ejusmodi impetens; sed et patriam communiter malis innumeris cumulavit, qualiter facturus erat homo qui Deum quoque jam ausus esset præ impietate contemnere. Nam et mensa nefaria vescebatur, et a consueta et patria puritate discessit, ut jam sit minime mirum quod vitæ man-

καὶ πάτριον ἐξεδιῄτησεν ἁγνείαν, ἵνα ᾖ μηκέτι θαυμαστὸν εἰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητα καὶ κοινωνίαν οὐκ ἐτήρησεν ὁ τῆς πρὸς Θεὸν ἀσεβείας οὕτω καταμανείς. Πάλιν τοίνυν ὁ Γιώρα Σίμων τί κακὸν οὐκ ἔδρασεν; ἢ ποίας ὕβρεως ἐλευθέρων ἀπέσχετο σωμάτων, οἳ τοῦτον ἀνέδειξαν τύραννον; ποία δὲ αὐτοὺς φιλία, ποία δὲ συγγένεια πρὸς τοὺς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας φόνους οὐχὶ θρασυτέρους ἐποίησε; τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀλλοτρίους κακῶς ποιεῖν ἀγεννοῦς ἔργον εἶναι πονηρίας ὑπελάμβανον, λαμπρὰν δὲ φέρειν ἐπίδειξιν ἡγοῦντο τὴν ἐν τοῖς οἰκειοτάτοις ὠμότητα. Παρημιλλήσατο δὲ καὶ τὴν τούτων ἀπόνοιαν ἡ τῶν Ἰδουμαίων μανία. Ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μιαρώτατοι τοὺς ἀρχιερέας κατασφάξαντες, ὅπως μηδὲ μέρος τι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείας διαφυλάττηται, πᾶν ὅσον ἦν λείψανον ἔτι πολιτικοῦ σχήματος ἐξέκοψαν, καὶ τὴν τελεωτάτην εἰσήγαγον διὰ πάντων ἀνομίαν, ἐν ᾗ τὸ τῶν ζηλωτῶν κληθέντων γένος ἤκμαζεν, οἳ τὴν προσηγορίαν τοῖς ἔργοις ἐπηλήθευσαν. Πᾶν γὰρ κακίας ἔργον ἐξεμιμήσαντο, μηδ' εἴ τι πρότερον προϋπαρχθὲν ἡ μνήμη παραδέδωκεν αὐτοὶ παραλιπόντες ἀζήλωτον· καίτοι τὴν προσηγορίαν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐπ' ἀγαθῷ ζηλουμένων ἐπέθεσαν, ἢ κατειρωνευόμενοι τῶν ἀδικουμένων, διὰ τὴν αὐτῶν θηριώδη φύσιν, ἢ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀγαθὰ νομίζοντες. Τοιγαροῦν προσῆκον ἕκαστοι τὸ τέλος εὕροντο, τοῦ Θεοῦ τὴν ἀξίαν ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῖς τιμωρίαν βραβεύσαντος. Ὅσας γὰρ ἀνθρώπου δύναται φύσις κολάσεις ὑπομεῖναι, πᾶσαι κατέσκηψαν εἰς αὐτούς, μέχρι καὶ τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου τελευτῆς, ἣν ὑπέμειναν ἐν πολυτρόποις αἰκίαις ἀποθανόντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ φαίη τις ἂν αὐτοὺς ἐλάττω παθεῖν ὧν ἔδρασαν· τὸ γὰρ δικαίως ἐπ' αὐτῶν οὐ προσῆν. Τοὺς δὲ ταῖς ἐκείνων ὠμότησι περιπεσόντας οὐ τοῦ παρόντος ἂν εἴη καιροῦ κατὰ τὴν ἀξίαν ὀδύρεσθαι. Πάλιν οὖν ἐπάνειμι πρὸς τὸ καταλειπόμενον μέρος τῆς διηγήσεως.

(ΛΑ'.) β'. Ἐπὶ γὰρ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς κατέχοντας σὺν αὐτῷ τὴν Μασάδαν σικαρίους ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἧκε τὰς δυνάμεις ἄγων. Καὶ τῆς μὲν χώρας ἁπάσης εὐθὺς ἐκράτει, φρουρὰς ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις αὐτῆς μέρεσιν ἐγκαταστήσας, τεῖχος δὲ περιέβαλε κύκλῳ περὶ πᾶν τὸ φρούριον, ὅπως μηδενὶ τῶν πολιορκουμένων ᾖ ῥᾴδιον διαφυγεῖν, καὶ διανέμει τοὺς φυλάξοντας. Αὐτὸς δὲ καταστρατοπεδεύει τόπον, ὡς μὲν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐπιτηδειότατον ἐκλαβών, καθ' ὃν αἱ τοῦ φρουρίου πέτραι τῷ πλησίον ὄρει συνήγγιζον, ἄλλως δὲ πρὸς ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων δύσκολον. Οὐ γὰρ ἡ τροφὴ μόνον πόρρωθεν ἐκομίζετο καὶ σὺν μεγάλῃ ταλαιπωρίᾳ τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ τὸ ποτὸν ἦν ἀγώγιμον εἰς τὸ στρατόπεδον, τοῦ τόπου μηδεμίαν ἐγγὺς πηγὴν ἀναδιδόντος. Ταῦτ' οὖν προοικονομησάμενος ὁ Σίλβας ἐπὶ τὴν πολιορκίαν ἐτράπετο, πολλῆς ἐπιτεχνήσεως καὶ ταλαιπωρίας δεομένην, διὰ τὴν ὀχυρότητα τοῦ φρουρίου τοιοῦδε τὴν φύσιν ὑπάρχοντος.

suetioris et communitatis cum hominibus officia non servarit, qui perdite adeo deperiit impietatem in Deum. Rursus Simon Gioræ filius quid mali non commisit? quave corporum liberorum ab injuria temperavit, qui eum creavere tyrannum? quæ vero eos amicitia, quæve cognatio ad quotidianas cædes non ferociores effecit? nam alienos quidem male tractare timidæ nequitiæ opus esse arbitrabantur, gloriosam vero ostentationem esse crudelitatem in familiarissimos existimabant. Horum autem furoris æmuli etiam Idumæi exstitere. Illi enim sceleratissimi quum pontifices jugulassent, ne qua pars conservaretur pietatis in Deum, totum, quod ex civitatis facie supererat, abscidere, summamque per omnia iniquitatem induxerunt : in qua illud hominum genus excellebant, qui zelotæ appellati erant, qui nomen factis verum probaverunt. Omne enim malitiæ facinus æmulati sunt, nullo quod ipsi non imitando expresserunt relicto, quodcunque ante commissum esse memoriæ proditum erat : quamvis nomen sibi ex bonorum æmulatione indidissent, in eo aut cavillati quos læserant propter efferam sui naturam, aut malorum maxima pro bonis haberi volentes. Itaque debitum vitæ finem singuli invenere, Deo illis omnibus quam commeruerunt pœnam tribuente. Quæcunque enim supplicia ferre valet natura humana, ea omnia in eos inciderunt usquedum mortem oppeterent, quam inter multiplices cruciatus obierunt. Verumtamen dixerit forsan aliquis, minora eos quam pro factis perpessos esse : haud enim erat ut merita pœna afficerentur. Illos autem, in quibus suam illi exercebant crudelitatem, non esset hujus temporis digne lamentari. Rursum igitur ad eam narrationis partem redeo, quod mihi restat.

(XXXI.) 2. Veniebat enim dux Romanorum contra Eleazarum exercitum ducens et sicarios qui cum eo Masadam tenebant. Et regione quidem omni statim potitus, præsidia in locis ejus opportunissimis collocavit : Castellum autem muro circumdedit, ne quis obsessorum facile inde aufugeret, et distribuere custodes instituit. Ipse vero castris locum occupat, ad obsidionem quidem maxime idoneum quem delegerat qua parte castelli rupes monti proximo conjungebantur, ceterum difficilem ad necessariorum copiam suppeditandam. Non solum enim commeatus e longinquo advehebatur et cum labore Judæorum maximo, quibus id negotii datum erat : verum etiam potus in castra ducebatur, loco nullum fontem suppeditante. Itaque quum hæc prius disposuisset Silva, ad obsidionem se convertebat, quæ multum sollertiæ et ardui laboris postulabat, propter firmitatem castelli, cujus natura hujusmodi est.

γ'. Πέτραν οὐκ ὀλίγην τῇ περιόδῳ καὶ μῆκος ὑψηλὴν πανταχόθεν περιερρώγασι βαθεῖαι φάραγγες κάτωθεν ἐξ ἀοράτου τέρματος, κρημνώδεις, καὶ πάσῃ βάσει ζώων ἀπρόσιτοι, πλὴν ὅσον κατὰ δύο τόπους τῆς πέτρας, εἰς ἄνοδον οὐκ εὐμαρῆ παρεικούσης. Ἔστι δὲ τῶν ὁδῶν ἡ μὲν ἀπὸ τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δύσεως ᾗ ῥᾷον πορευθῆναι. Καλοῦσι δὲ τὴν ἑτέραν ὄφιν, τῇ στενότητι προσεικάσαντες καὶ τοῖς συνεχέσιν ἑλιγμοῖς· κλᾶται γὰρ περὶ τὰς τῶν κρημνῶν ἐξοχὰς, καὶ πολλάκις εἰς αὐτὴν ἀναστρέφουσα καὶ κατὰ μικρὸν αὖθις ἐκμηκυνομένη μόλις ψαύει τοῦ πρόσω. Δεῖ δὲ παραλλὰξ τὸν δι' αὐτῆς βαδίζοντα τὸν ἕτερον τοῖν ποδοῖν ἐρείδεσθαι. Ἔστι δὲ πρόδηλος ὄλεθρος· ἑκατέρωθεν γὰρ βάθος κρημνῶν ὑποκέχηνε, τῇ φοβερότητι πᾶσαν εὐτολμίαν ἐκπλῆξαι δυνάμενον. Διὰ τοιαύτης οὖν ἐλθόντι σταδίους τριάκοντα κορυφὴ τὸ λοιπόν ἐστιν, οὐκ εἰς ὀξὺ τέρμα συνηγμένη, ἀλλ' ὥστ' εἶναι κατ' ἄκρας ἐπίπεδος. Ἐπὶ ταύτῃ πρῶτος μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ᾠκοδομήσατο φρούριον Ἰωνάθης, καὶ προσηγόρευσε Μασάδαν. Ὕστερον δ' Ἡρώδῃ τῷ βασιλεῖ διὰ πολλῆς ἐγένετο σπουδῆς ἡ τοῦ χωρίου κατασκευή. Τεῖχός τε γὰρ ἤγειρε περὶ πάντα τὸν κύκλον τῆς κορυφῆς ἑπτὰ σταδίων ὄντα, λευκοῦ μὲν λίθου πεποιημένον, ὕψος δὲ δώδεκα, καὶ πλάτος ὀκτὼ πήχεις ἔχον, τριάκοντα δ' αὐτῷ καὶ ἑπτὰ πύργοι πεντηκονταπήχεις ἀνεστήκεσαν, ἐξ ὧν ἦν εἰς οἰκήματα διελθεῖν περὶ πᾶν τὸ τεῖχος ἔνδον ᾠκοδομημένα. Τὴν γὰρ κορυφὴν πίονα καὶ πεδίου παντὸς οὖσαν μαλακωτέραν ἀνῆκεν εἰς γεωργίαν ὁ βασιλεὺς, ἵν' εἴ ποτε τῆς ἔξω τροφῆς ἀπορία γένοιτο, μηδὲ ταύτῃ κάμοιεν οἱ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν τῷ φρουρίῳ πεπιστευκότες. Καὶ βασίλειον δὲ κατεσκεύασεν ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἀνάβασιν, ὑποκάτω μὲν τῶν τῆς ἄκρας τειχῶν, πρὸς δὲ τὴν ἄρκτον ἐγκλῖνον. Τοῦ δὲ βασιλείου τὸ τεῖχος ἦν ὕψει μέγα καὶ καρτερὸν, πύργους ἔχον ἑξηκονταπήχεις ἐγγωνίους τέτταρας. Ἥ τε τῶν οἰκημάτων ἔνδον καὶ στοῶν καὶ βαλανείων κατασκευὴ παντοία καὶ πολυτελὴς ἦν, κιόνων μὲν ἁπανταχοῦ μονολίθων ὑφεστηκότων, τοίχων δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς οἰκήμασιν ἐδαφῶν λίθου στρώσει πεποικιλμένων. Πρὸς ἕκαστον δὲ τῶν οἰκουμένων τόπων ἄνω τε καὶ περὶ τὸ βασίλειον, καὶ πρὸ τοῦ τείχους πολλοὺς καὶ μεγάλους ἐτετμήκει λάκκους ἐν ταῖς πέτραις, φυλακτῆρας ὑδάτων, μηχανώμενος εἶναι χορηγίαν ὅση τῶν ἐκ πηγῶν ἐστι χρωμένοις. Ὀρυκτὴ δ' ὁδὸς ἐκ τοῦ βασιλείου πρὸς ἄκραν τὴν κορυφὴν ἀνεφέρετο, τοῖς ἔξωθεν ἀφανής. Οὐ μὴν οὐδὲ ταῖς φανεραῖς ὁδοῖς ἦν οἷόν τε χρήσασθαι ῥᾳδίως πολεμίους. Ἡ μὲν γὰρ ἑῴα διὰ τὴν φύσιν, ὡς προείπομεν, ἐστὶν ἄβατος, τὴν δ' ἀπὸ τῆς ἑσπέρας μεγάλῳ κατὰ τὸ στενότατον πύργῳ διετείχισεν, ἀπέχοντι τῆς ἄκρας πήχεων οὐκ ἔλαττον διάστημα χιλίων, ὃν οὔτε παρελθεῖν δυνατὸν ἦν οὔτε ῥᾴδιον ἑλεῖν. Δυσέξοδος δὲ καὶ τοῖς μετ' ἀδείας βαδίζουσιν ἐπεποίητο. Οὕτω μὲν οὖν πρὸς τὰς τῶν πολε-

3. Petram ambitu non exiguam, et longitudine excelsam, undique circumdant valles adeo profundæ ut illarum terminus conspici nequeat, præruptæ et omnium animalium gressibus inaccessæ, nisi quod locis duobus petra in ascensum non facilem cedit. Est autem via quidem una a lacu Asphaltite ad solis ortum, altera vero ab occidente, qua minori cum negotio inceditur. Vocatur autem prior coluber, ex angustia crebrisque flexibus capta similitudine: circa enim præcipitiũm eminentias fractura est, et sæpe in se revertens paulatimque rursum producta vix tangit id quod ulterius est. Oportet autem alternos figat pedes qui hac via graditur. Est autem *lapso* certa pernicies: nam alta præcipitia utrinque dehiscunt, quæ horrore quemvis vel audacissimum terrere possunt. Per ejusmodi viam quum quis triginta stadiis ascenderit, quod restat vertex est, non in finem acutum desinens, sed in summitate planitiem habens. Super hoc primus quidem Jonathas pontifex castellum ædificavit et appellavit Masadam. Post autem Herodi regi magno studio fuit locum structuris occupare. Nam et murum circa omnem verticis ambitum erexit, per stadia septem, e candido quidem lapide exstructum, altum vero duodecim latumque octo cubitos; et triginta septem turres quinquagenorum cubitorum in eo stabant; ex quibus aditus erant in ædes circa omnem murum intus ædificatas. Nam verticem, utpote fœcundum et omni planitie molliorem, culturæ dedit rex, ut, si quando alimenti externi esset inopia, ne hac quidem laborarent qui salutem suam castello crediderint. Etiam regiam illic ædificavit, ab occidentalis partis ascensu, intra mœnia quidem arcis positam, ad septemtrionem vero vergentem. Regiæ autem murus erat magnæ celsitudinis et validus, quattuor turres sexagenorum cubitorum in angulis habens. Conclavium etiam intus et porticuum, itemque balnearum varia erat et sumptuosa constructio, columnis quidem e singularibus saxis undique suppositis, parietibus autem soloque in conclavibus variis lapidibus strato. Ad singula vero habitacula, et in summo et circa regiam et ante murum, multos magnosque puteos scopulis exscidit ad aquam conservandam, machinatus tantum aquæ suppeditandum, quantum haberent qui fontibus utuntur. Via autem fossa e regia in verticem summum ducebat, forinsecus non apparens. Sed nec manifestæ viæ facile usui erant hostibus. Nam orientalis quidem, naturâ, ut supra memoravimus, est inaccessa; occidentalem vero magna in angustia posita turri intersepsit, non minore mille cubitorum spatio ab arce distante, quæ neque transiri potuit, neque facile capi. Insuper et iis qui sine metu incederent exitu erat difficilis. Atque ita quidem

μίων ἐφόδους φύσει τε καὶ χειροποιήτως τὸ φρούριον ὠχύρωτο.

(ΛΒ'.) δ'. Τῶν δ' ἔνδον ἀποκειμένων παρασκευῶν ἔτι μᾶλλον ἄν τις ἐθαύμασε τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν διαμονήν. Σῖτός τε γὰρ ἀπέκειτο πολὺς καὶ πολὺν χρόνον ἀρκεῖν ἱκανώτατος, οἶνός τε πολὺς ἦν καὶ ἔλαιον· ἔτι δὲ παντοῖος ὀσπρίων καρπὸς καὶ φοίνικες ἐσεσώρευντο. Πάντα δ' ηὗρεν ὁ Ἐλεάζαρος τοῦ φρουρίου μετὰ τῶν σικαρίων ἐγκρατὴς δόλῳ γενόμενος ἀκμαῖα καὶ μηδὲν τῶν νεωστὶ κειμένων ἀποδέοντα, καίτοι σχεδὸν ἀπὸ τῆς παρασκευῆς εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἅλωσιν ἑκατὸν ἦν χρόνος ἐτῶν. Ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι τοὺς περιλειφθέντας τῶν καρπῶν ηὗρον ἀδιαφθόρους. Αἴτιον δ' οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις ὑπολαμβάνων εἶναι τὸν ἀέρα τῆς διαμονῆς, ὕψει τῶν περὶ τὴν ἄκραν πάσης ὄντα γεώδους καὶ θολερᾶς ἀμιγῆ κράσεως. Ηὑρέθη δὲ καὶ παντοίων πλῆθος ὅπλων ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποτεθησαυρισμένον, ὡς ἀνδράσιν ἀρκεῖν μυρίοις, ἀργός τε σίδηρος καὶ χαλκὸς, ἔτι δὲ καὶ μόλιβδος, ἅτε δὴ τῆς παρασκευῆς ἐπὶ μεγάλαις αἰτίαις γενομένης. Λέγεται γὰρ αὑτῷ τὸν Ἡρώδην τοῦτο τὸ φρούριον εἰς ἀποφυγὴν ἑτοιμάζειν, διπλοῦν ὑφορώμενον κίνδυνον, τὸν μὲν παρὰ τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων, μὴ καταλύσαντες ἐκεῖνον τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλέας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καταγάγωσι, τὸν μείζω δὲ καὶ χαλεπώτερον ἐκ τῆς βασιλευούσης Αἰγύπτου Κλεοπάτρας. Αὕτη γὰρ τὴν αὑτῆς γνώμην οὐκ ἐπεῖχεν, ἀλλὰ πολλάκις Ἀντωνίῳ λόγους προσέφερε, τὸν μὲν Ἡρώδην ἀνελεῖν ἀξιοῦσα, χαρίσασθαι δ' αὐτῇ τὴν βασιλείαν τῶν Ἰουδαίων δεομένη. Καὶ μᾶλλον ἄν τις ἐθαύμασεν ὅτι μηδέπω τοῖς προστάγμασιν Ἀντώνιος ὑπηκηκόει, κακῶς ὑπὸ τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος δεδουλωμένος, οὐχ ὅτι περὶ τοῦ μὴ χαρίσασθαι προσεδόκησε. Διὰ τοιούτους μὲν φόβους Ἡρώδης Μασάδαν κατασκευασάμενος ἔμελλε Ῥωμαίοις ἀπολείψειν ἔργον τοῦ πρὸς Ἰουδαίους πολέμου τελευταῖον.

(ΛΓ'.) ε'. Ἐπεὶ γὰρ ἔξωθεν ἤδη περιτετειχίκει πάντα τὸν τόπον ὁ τῶν Ῥωμαίων, ὡς προείπομεν, ἡγεμὼν, καὶ τοῦ μή τινα ἀποδρᾶναι πρόνοιαν ἐπεποίητο τὴν ἀκριβεστάτην, ἐνεχείρει τῇ πολιορκίᾳ, μόνον εὑρὼν ἕνα τόπον ἐπιβολὴν χωμάτων δέξασθαι δυνάμενον. Μετὰ γὰρ τὸν διατειχίζοντα πύργον τὴν ἀπὸ τῆς δύσεως ὁδὸν ἄγουσαν εἴς τε τὸ βασίλειον καὶ τὴν ἀκρώρειαν, ἦν τις ἐξοχὴ πέτρας εὐμεγέθης τῷ πλάτει καὶ πολὺ προκύπτουσα, τοῦ δ' ὕψους τῆς Μασάδας τριακοσίους πήχεις ὑποκάτω. Λευκὴν δὲ αὐτὴν ὠνόμαζον. Ἐπὶ ταύτην οὖν ἀναβὰς καὶ κατασχὼν αὐτὴν ὁ Σίλβας ἐκέλευσε τὸν στρατὸν χοῦν ἐπιφέρειν. Τῶν δὲ προθύμως καὶ μετὰ πολλῆς χειρὸς ἐργαζομένων, στερεὸν εἰς διακοσίους πήχεις ὑψώθη τὸ χῶμα, οὐ μὴν οὔτε βέβαιον οὔτε αὔταρκες ἐδόκει τοῦτο τὸ μέτρον εἶναι τοῖς μηχανήμασιν εἰς ἐπιβάθραν, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ βῆμα λίθων μεγάλων συνηρμοσμένων ἐποιήθη, πεντήκοντα πηχῶν εὖρός τε καὶ ὕψος. Ἦν δὲ τῶν ἄλλων τε μηχανημάτων ἡ κατασκευὴ παραπλησία τοῖς ὑπὸ μὲν Οὐεσπασιανοῦ πρό-

adversus hostiles impetus natura pariter ac manuum opera munitum erat castellum.

(XXXII.) 4. Intus autem repositi apparatus magis adhuc miranda erat copia luculenta et diuturnitas. Nam et frumenti multum erat reconditum et quod in longum tempus sufficeret; vinumque multum erat et oleum, etiam cujusque leguminis fructus, et palmulæ coacervatæ. Universa autem reperiebat Eleazarus, cum sicariis castello per dolum potitus, matura, nihilque recens depositis deteriora: quanquam fere ex quo parata erant ad excidium a Romanis illatum centum annorum tempus agebatur. Quin etiam Romani fructuum reliquias incorruptas offendêre. Si quis autem causam hujus diuturnitatis auram esse existimet, non erraverit, quod arcis altitudine ab omni terrena ac fœculenta mixtura sit remota. Insuper et omne genus armorum vis ingens inventa est, a rege recondita, quæ decem virorum millibus sufficerent, ferrumque infectum, et æs, prætereaque plumbum: scilicet ut magnis de causis factum crederes apparatum. Aiunt enim Herodem id ipsum castellum sibi ad refugium paravisse, duplex periculum suspicantem: unum quidem a Judæorum populo, ne se deposito illos qui antea reges fuerant ad principatum reduceret; alterum vero majus et atrocius a Cleopatra regina Ægypti. Illa enim voluntatem suam non celabat, sed cum Antonio sæpe verba faciebat, postulans ut Herodes interficeretur, sibique regnum Judæorum donari obsecrans. Et magis quis miraretur, quod nunquam ejus imperio paruerit Antonius, male ipsi præ amore mancipatus, quam non donaturum esse exspectaret. Propter hujusmodi quidem timores quum Herodes exstruxisset Masadam, ea re fiebat ut Romanis id bello contra Judæos opus extremum relinqueret.

(XXXIII.) 5. Quum enim Silva dux Romanorum foris jam locum omnem muro circumdedisset, sicut supra diximus, et ne quis effugeret diligentiam et curam maximam adhibuisset, oppugnationi manum admovebat, uno tantum loco reperto qui aggerem excitari sineret. Nam post eam turrim, quæ iter ab occidente, quod ad regiam summumque verticem duceret, præcludebat, erat quædam saxi eminentia bene magna latitudine et multum prominens, celsitudine autem Masadæ trecentis cubitis inferior. Illam vero Leucen appellabant. Hanc igitur Silva ubi ascendit et occupavit, milites terram aggerere jussit. Illis autem alacri animo et magna manu operantibus, solidus ad cubitos ducentos erectus est agger, non tamen spatii modus aut satis firmus aut sufficiens ascensus machinis videbatur; sed super eum tribunal, constructis saxis ingentibus, factum est, altum itemque latum cubitis quinquaginta. Erat autem et ceterarum machinarum fabrica illis assimilis, quas primo quidem Vespasianus, postea

τερον, μετὰ ταῦτα δ' ὑπὸ Τίτου πρὸς τὰς πολιορκίας ἐπινοηθεῖσι, καὶ πύργος ἑξηκοντάπηχυς συνετελέσθη, σιδήρῳ καταπεφραγμένος ἅπας, ἐξ οὗ πολλοῖς ὀξυβέλεσι καὶ πετροβόλοις βάλλοντες οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς ἀπὸ τοῦ τείχους μαχομένους ταχέως ἀνέστειλαν καὶ προκύπτειν ἐκώλυσαν. Ἐν ταυτῷ δὲ καὶ κριὸν ὁ Σίλβας μέγαν κατασκευασάμενος, συνεχεῖς ποιεῖσθαι κελεύσας τῷ τείχει τὰς ἐμβολὰς, μόλις μὲν, ἀλλ' οὖν ἀναρρήξας τι μέρος αὐτοῦ, κατήρειψε. Φθάνουσι δ' οἱ σικάριοι ταχέως ἔνδοθεν οἰκοδομησάμενοι τεῖχος ἕτερον, ὃ μηδ' ὑπὸ τῶν μηχανημάτων ἔμελλεν ὅμοιόν τι πείσεσθαι. Μαλακὸν γὰρ αὐτὸ καὶ τὴν σφοδρότητα τῆς ἐμβολῆς ὑπεκλύειν δυνάμενον τοιῷδε τρόπῳ κατεσκεύασαν. Δοκοὺς μεγάλας ἐπὶ μῆκος προσεχεῖς ἀλλήλαις κατὰ τὴν τομὴν συνέθεσαν. Δύο δ' ἦσαν στίχοι παράλληλοι τοσοῦτον διεστῶτες ὅσον εἶναι πλάτος τείχους, καὶ μέσον ἀμφοῖν τὸν χοῦν ἐνεφόρουν. Ὅπως δὲ μὴ ὑψουμένου τοῦ χώματος ἡ γῆ διαχέοιτο, πάλιν ἑτέραις δοκοῖς ἐπικαρσίαις τὰς κατὰ μῆκος κειμένας διέδεον. Ἦν οὖν ἐκείνοις μὲν οἰκοδομίᾳ τὸ ἔργον παραπλήσιον. Τῶν μηχανημάτων δ' αἱ πληγαὶ φερόμεναι πρὸς εἶκον ἐξελύοντο, καὶ τῷ σάλῳ συνιζάνον ἐποίουν αὐτὸ στεριφώτερον. Τοῦτο συνιδὼν ὁ Σίλβας πυρὶ μᾶλλον αἱρήσειν ἐνόμισε τὸ τεῖχος, καὶ τοῖς στρατιώταις προσέταττε λαμπάδας αἰθομένας ἀθρόους εἰσακοντίζειν. Τὸ δ', οἷα δὴ ξύλων τὸ πλέον πεποιημένον, ταχὺ τοῦ πυρὸς ἀντελάβετο, καὶ τῇ χαυνότητι πυρωθὲν διὰ βάθους φλόγα πολλὴν ἐξεπύρσευσεν. Ἀρχομένου μὲν οὖν ἔτι τοῦ πυρὸς βορρᾶς ἐμπνέων τοῖς Ῥωμαίοις φοβερὸς ἦν· ἄνωθεν γὰρ ἀποστρέφων ἐπ' ἐκείνους ἤλαυνε τὴν φλόγα. Καὶ σχεδὸν ἤδη τῶν μηχανημάτων ὡς συμφλεγησομένων, ἀπεγνώκεσαν. Ἔπειτα δ' αἰφνίδιον νότος μεταβαλὼν καθάπερ ἐκ δαιμονίου προνοίας, καὶ πολὺς ἐναντίος πνεύσας, τῷ τείχει φέρων αὐτὴν προσέβαλε, καὶ πᾶν ἤδη διὰ βάθους ἐφλέγετο. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίᾳ κεχρημένοι χαίροντες εἰς τὸ στρατόπεδον ἀπηλλάττοντο, μεθ' ἡμέραν ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις διεγνωκότες, καὶ τὰς φυλακὰς νύκτωρ ἐπιμελεστέρας ἐποιήσαντο, μή τινες αὐτῶν λάθωσιν ἀποδράντες.

(ΛΔ'.) ς'. Οὐ μὴν οὔτ' αὐτὸς Ἐλεάζαρος ἐν νῷ δρασμὸν ἔλαβεν οὔτ' ἄλλῳ τινὶ τοῦτο ποιεῖν ἔμελλεν ἐπιτρέψειν. Ὁρῶν δὲ τὸ μὲν τεῖχος ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνακαιόμενον, ἄλλον δ' οὐδένα σωτηρίας τρόπον οὐδ' ἀλκῆς ἐπινοῶν, ἃ δὲ ἔμελλον Ῥωμαῖοι δράσειν αὐτοὺς καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας αὐτῶν, εἰ κρατήσειαν, ὑπ' ὀφθαλμοὺς αὐτῷ τιθέμενος, θάνατον κατὰ πάντων ἐβουλεύσατο. Καὶ τοῦτο κρίνας ἐκ τῶν παρόντων ἄριστον, τοὺς ἀνδρωδεστάτους τῶν ἑταίρων συναγαγὼν, τοιούτοις ἐπὶ τὴν πρᾶξιν λόγοις παρεκάλει. « Πάλαι διεγνωκότας ἡμᾶς, ἄνδρες ἀγα- « θοὶ, μήτε Ῥωμαίοις μήτ' ἄλλῳ τινὶ δουλεύειν ἢ Θεῷ « (μόνος γὰρ οὗτος ἀληθής ἐστι καὶ δίκαιος ἀνθρώπων « δεσπότης), ἥκει νῦν καιρὸς ἐπαληθεῦσαι κελεύων τὸ « φρόνημα τοῖς ἔργοις. Πρὸς ὃν αὐτοὺς μὴ καταισχύ-

vero Titus ad oppida oppugnanda excogitavit: et turris sexaginta cubitorum effecta est, tota ferro munita, unde Romani multis scorpionibus et ballistis cito eos repulere qui e muro pugnabant, et capita exserere prohibuerunt. Simul autem ingenti etiam ariete fabricato, Silva crebro murum pulsari jubet: ac vix quidem illum, sed parte tamen ejus perfracto, evertit. Occupant autem sicarii alium intus murum idque celeriter ædificare, qui nihil simile a machinis passurus erat. Illum enim ut mollis esset et ictuum impetum vehementem posset laxare, in hunc modum construxerunt. Trabes ingentes perpetuas in longitudinem, alias aliis qua sectæ erant conjungebant. Bini autem ordines erant paribus intervallis distantes inter se tantum, quanta esset muri latitudo; inque medium spatium terram ingerebant. Ne vero crescente cumulo terra deflueret, aliis transversis trabibus priores in longitudinem positas revinciebant. Erat ergo istiusmodi opus ædificio non absimile. Machinarum vero ictus ei quod cedebat illati debilitabantur, et ex concussione desidente materia firmiorem reddebant fabricam. Quum hoc animadvertisset Silva, igne facilius murum captum iri existimavit, militibusque præcepit ut crebras faces ardentes jacularentur. Tum murus, quippe magna ex parte ligneus, ignem cito concepit, et usque ad imum sui laxitate accensus magnam flammam edidit. Et principio quidem quum ignis erumperet, boreas spirans Romanis erat horribilis: superne enim se deflectens flammam in eos ferebat; adeo ut fere desperarint, quasi jam conflagraturæ essent machinæ. Postea vero flatu derepente mutato veluti divina providentia, auster excitatus multa vi flammam ad murum rejecit, jamque totus a summo ad imum ardebat. Et Romani quidem Dei usi auxilio ad castra læti revertuntur, eo animo ut hostes postridie aggrederentur: et nocte vigilias cura majori agebant, ne qui eorum clam aufugerent.

(XXXIV.) 6. Verumtamen neque ipse Eleazarus de fuga cogitabat, neque alii cuiquam permissurus erat ut fuga evaderet. Murum autem igne consumptum videns, alium vero nullum salutis modum neque virtutis excogitans, sed iis quæ Romani in liberosque ipsos et conjuges facturi essent, si vicissent, ante oculos positis, de morte omnium deliberavit. Idque ex præsentibus potissimum ratus, validioris animi sociis congregatis hujusmodi verbis ad facinus eos incitabat. « Quum olim nos statuerimus, viri fortes, neque « Romanis neque cuiquam alii nisi Deo servire (is enim solus « est verus et justus hominum dominus), nunc tempus adest « quod factis animi magnitudinem probare jubeat. In quo « ne nosmet dehonestemus, antea servitutem non sine pe-

« νωμεν, πρότερον μηδὲ δουλείαν ἀκίνδυνον ὑπομεί- « ναντες, νυνὶ δὲ μετὰ δουλείας ἑλόμενοι τιμωρίας « ἀνηκέστους, εἰ ζῶντες ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐσόμεθα. Πρῶ- « τοί τε γὰρ πάντων ἀπέστημεν καὶ πολεμοῦμεν αὐτοῖς « τελευταῖοι. Νομίζω δὲ καὶ παρὰ Θεοῦ ταύτην ἡμῖν « δεδόσθαι χάριν, τοῦ δύνασθαι καλῶς καὶ ἐλευθέρως « ἀποθανεῖν, ὅπερ ἄλλοις οὐκ ἐγένετο παρ' ἐλπίδα « κρατηθεῖσιν. Ἡμῖν δὲ πρόδηλος μέν ἐστιν ἡ γενη- « σομένη μεθ' ἡμέραν ἅλωσις, ἐλευθέρα δ' ἡ τοῦ γεν- « ναίου θανάτου μετὰ τῶν φιλτάτων αἵρεσις. Οὔτε « γὰρ τοῦτο ἀποκωλύειν οἱ πολέμιοι δύνανται πάντως « εὐχόμενοι ζῶντας ἡμᾶς παραλαβεῖν οὔθ' ἡμεῖς ἐκεί- « νους ἔτι νικᾶν μαχόμενοι. Ἔδει μὲν γὰρ εὐθὺς ἴσως « ἐξ ἀρχῆς, ὅτε τῆς ἐλευθερίας ἡμῖν ἀντιποιεῖσθαι θελή- « σασι πάντα καὶ παρ' ἀλλήλων ἀπέβαινε χαλεπὰ καὶ « παρὰ τῶν πολεμίων χείρω, τῆς τοῦ Θεοῦ γνώμης « στοχάζεσθαι, καὶ γινώσκειν ὅτι τὸ πάλαι φίλον αὐτῷ « φῦλον Ἰουδαίων ἀπώλειαν κατέγνωστο. Μένων γὰρ « εὐμενὴς ἢ μετρίως γοῦν ἡμῖν ἀπηχθημένος, οὐκ ἂν « τοσούτων μὲν ἀνθρώπων περιεῖδεν ὄλεθρον, προή- « κατο δὲ τὴν ἱερωτάτην αὐτοῦ πόλιν πυρὶ καὶ κατα- « σκαφαῖς πολεμίων. Ἡμεῖς δ' ἄρα καὶ μόνοι τοῦ « παντὸς Ἰουδαίων γένους ἠλπίσαμεν περιέσεσθαι τὴν « ἐλευθερίαν φυλάξαντες, ὥσπερ ἀναμάρτητοι πρὸς τὸν « Θεὸν γενόμενοι, καὶ μηδεμιᾶς μετασχόντες παρανο- « μίας, οἳ καὶ τοὺς ἄλλους ἐδιδάξαμεν; Τοιγαροῦν ὁρᾶτε « πῶς ἡμᾶς ἐλέγχει μάταια προσδοκήσαντας, κρείττονα « τῶν ἐλπίδων τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνάγκην ἐπαγαγών. « Οὔτε γὰρ ἡμᾶς ἡ τοῦ φρουρίου φύσις ἀνάλωτος οὖσα « πρὸς σωτηρίαν ὠφέληκεν, ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἀφθονίαν « καὶ πλῆθος ὅπλων, καὶ τὴν ἄλλην ἔχοντες παρασκευὴν « περιττεύουσαν, ὑπ' αὐτοῦ περιφανῶς τοῦ Θεοῦ τὴν « ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀφῃρήμεθα. Τὸ γὰρ πῦρ εἰς « τοὺς πολεμίους φερόμενον οὐκ αὐτομάτως ἐπὶ τὸ κα- « τασκευασθὲν τεῖχος ὑφ' ἡμῶν ἀνέστρεψεν, ἀλλ' ἔστι « ταῦτα χόλος πολλῶν ἀδικημάτων, ἃ μανέντες εἰς τοὺς « ὁμοφύλους ἐτολμήσαμεν, ὑπὲρ ὧν μὴ τοῖς ἐχθίστοις « Ῥωμαίοις δίκας, ἀλλὰ τῷ Θεῷ δι' ἡμῶν αὐτῶν « ὑπόσχωμεν. Αὗται δ' εἰσὶν ἐκείνων μετριώτεραι. « Θνησκέτωσαν γὰρ γυναῖκες ἀνύβριστοι, καὶ παῖδες « δουλείας ἀπείρατοι, μετὰ δ' αὐτοὺς ἡμεῖς εὐγενῆ χά- « ριν ἀλλήλοις παράσχωμεν, καλὸν ἐντάφιον τὴν ἐλευ- « θερίαν φυλάξαντες. Πρότερον δὲ καὶ τὰ χρήματα « καὶ τὸ φρούριον πυρὶ διαφθείρωμεν. Λυπηθήσονται « γὰρ Ῥωμαῖοι, σαφῶς οἶδα, μήτε τῶν ἡμετέρων σω- « μάτων κρατήσοντες καὶ τοῦ κέρδους ἁμαρτόντες. « Τὰς τροφὰς μόνας ἐάσωμεν· αὗται γὰρ ἡμῖν τεθνη- « κόσι μαρτυρήσουσιν ὅτι μὴ δι' ἔνδειαν ἐκρατήθημεν, « ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς διέγνωμεν, θάνατον ἑλόμενοι « πρὸ δουλείας. »

ζ'. Ταῦτα Ἐλεάζαρος ἔλεγεν, οὐ μὴν κατ' αὐτὸ ταῖς γνώμαις προσέπιπτε τῶν παρόντων. Ἀλλ' οἱ μὲν ἔσπευδον ὑπακούειν, καὶ μόνον οὐχ ἡδονῆς ἐνεπίμπλαντο, καλὸν εἶναι τὸν θάνατον νομίζοντες· τοὺς δ' αὐτῶν

« riculo passi, nunc vero cum servitute intolerabiles pœnas « subituri, si vivi in Romanorum potestatem redigamur. « Nam et omnium primi defecimus, et novissimi adversus « eos bellum gerimus. Quin et hanc nobis a Deo gratiam « datam existimo, ut bene ac libere possimus mori, quod « aliis non contigit præter spem superatis. Nobis autem « pro certo quidem prima luce futurum est excidium : at « libera est strenuæ mortis optio una cum carissimis. Nec « enim prohibere id hostes possunt, quibus omnino in votis « est nos vivos abducere; neque nos illos jam valemus pu- « gnando superare. Nam fortasse quidem ab initio statim « (quando libertatem defendere cupientibus omnia et a nobis « ipsis acerba et pejora ab hostibus eveniebant) de Dei vo- « luntate conjecisse oportebat, et scivisse quod cara ei « quondam Judæorum gens damnata esset ad interitum. « Nam manens propitius, vel saltem nobis leviter infen- « sus, nunquam tot hominum perniciem insuper ha- « buisset, urbemque sibi sacratissimam tradidisset hosti- « bus, ut incendio periret et funditus dirueretur. Nos au- « tem soli scilicet ex omni Judæorum genere superstites « fore speravimus etiam libertate servata, quasi in Deum « omnino non deliquissemus, nulliusque culpæ participes « fuissemus, qui et aliis idem suadere operam dedimus? « Itaque videtis quemadmodum nos vana exspectasse redar- « guit Deus, nobis mala ferendi patiendique necessitatem, « spe nostra potentiorem, inferens. Nec enim nobis castelli « quanquam inexpugnabilis natura quicquam profuit ad sa- « lutem; sed et alimentorum copiam et armorum multitudi- « nem, ceterique habentes apparatus abundantiam, ab ipso « Deo manifeste salutis spe exuimur. Quippe ignis, qui « ferebatur in hostes, non sponte sua in murum a nobis « exstructum revertebatur; sed hæc ab ira Dei in nos excitata « sunt ob multas injurias, quas furore capti contra gentiles « ausi sumus; pro quibus pœnas quæso non Romanis ini- « micissimis, sed per nosmet ipsos Deo solvamus. Hæ « vero illis moderatiores sunt. Moriantur enim conjuges « ab injuria vacuæ, liberique servitutis expertes : post illos « autem in nosmet generosum beneficium mutuo confera- « mus, servata libertate, unde pulchram habebimus sepul- « turam. Prius tamen et pecuniam et castellum igne exu- « ramus. Mœrebunt enim Romani, certe scio, si corpora « nostra non occupaverint, et spe prædæ exciderint. Ali- « menta sola relinquamus : hæc enim nobis erunt testi- « monio mortuis, quod non penuria edomiti sumus, sed, « ut ab initio statueramus, mortem servitio prætulimus. »

7. Hæc dicebat Eleazarus, non tamen omnes qui aderant super ea re mente consentiebant. Sed alii quidem ei obedire properabant, et propemodum voluptate complebantur, pulchram esse mortem existimantes. Qui vero mol-

μαλακωτέρους γυναικῶν καὶ γενεᾶς οἶκτος εἰσῄει· πάντως δὲ καὶ τῆς ἑαυτῶν προδήλου τελευτῆς εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντες τοῖς δακρύοις τὸ μὴ βουλόμενον τῆς γνώμης ἐσήμαινον. Τούτους ἰδὼν Ἐλεάζαρος ἀποδειλιῶντας, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ βουλεύματος τὰς ψυχὰς ὑποκλωμένους, ἔδεισε μή ποτε καὶ τοὺς ἐρρωμένως τῶν λόγων ἀκούσαντας αὐτοὶ συνεκθηλύνωσι ποτνιώμενοι καὶ δακρύοντες. Οὔκουν ἀνῆκε τὴν παρακέλευσιν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐπεγείρας καὶ πολλοῦ λήμματος πλήρης γενόμενος, λαμπροτέροις ἐνεχείρει λόγοις, περὶ ψυχῆς ἀθανασίας, μέγα τε σχετλιάσας καὶ τοῖς δακρύουσιν ἀτενὲς ἐμβλέψας, « ἦ πλεῖστον, εἶπεν, ἐψεύσθην, νομίζων ἀνδράσιν ἀγαθοῖς τῶν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγώνων συναίρεσθαι, ζῆν καλῶς ἢ τεθνάναι διεγνωκόσιν. Ὑμεῖς δ' ἦτε τῶν τυχόντων οὐδὲν εἰς ἀρετὴν οὐδ' εἰς εὐτολμίαν διαφέροντες, οἵ γε καὶ τὸν ἐπὶ μεγίστων ἀπαλλαγῇ κακῶν φοβεῖσθε θάνατον, δέον ὑπὲρ τούτου μήτε μελλῆσαι μήτε σύμβουλον ἀναμεῖναι. Πάλαι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης αἰσθήσεως παιδεύοντες ἡμᾶς οἱ πάτριοι καὶ θεῖοι λόγοι διετέλουν, ἔργοις τε καὶ φρονήμασι τῶν ἡμετέρων προγόνων αὐτοὺς βεβαιούντων, ὅτι συμφορὰ τὸ ζῆν ἐστιν ἀνθρώποις, οὐχὶ θάνατος. Οὗτος μὲν γὰρ ἐλευθερίαν διδοὺς ψυχαῖς εἰς τὸν οἰκεῖον καὶ καθαρὸν ἀφίησι τόπον ἀπαλλάσσεσθαι, πάσης συμφορᾶς ἀπαθεῖς ἐσομένας. Ἕως δ' εἰσὶν ἐν σώματι θνητῷ δεδεμέναι, καὶ τῶν τούτου κακῶν συναναπίμπλανται, τἀληθέστατον εἰπεῖν, τεθνήκασι· κοινωνία γὰρ θείῳ πρὸς θνητὸν ἀπρεπής ἐστι. Μέγα μὲν οὖν δύναται ψυχὴ καὶ σώματι συνδεδεμένη· ποιεῖ γὰρ αὐτῆς ὄργανον αἰσθανόμενον ἀοράτως αὐτὸ κινοῦσα, καὶ θνητῆς φύσεως περαιτέρω προάγουσα ταῖς πράξεσιν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὰν ἀπολυθεῖσα τοῦ καθέλκοντος αὐτὴν βάρους ἐπὶ γῆν καὶ προσκρεμαμένου, χῶρον ἀπολάβῃ τὸν οἰκεῖον, τότε δὴ μακαρίας ἰσχύος καὶ πανταχόθεν ἀκωλύτου μετέχει δυνάμεως, ἀόρατος μένουσα τοῖς ἀνθρωπίνοις ὄμμασιν, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Θεός. Οὐδὲ γὰρ ἕως ἐστὶν ἐν σώματι θεωρεῖται· πρόσεισι γὰρ ἀφανῶς, καὶ μὴ βλεπομένη πάλιν ἀπαλλάττεται, μίαν μὲν αὐτὴ φύσιν ἔχουσα τὴν ἄφθαρτον, αἰτία δὲ σώματι γινομένη μεταβολῆς. Ὅτου γὰρ ἂν ψυχὴ προσάψηται, τοῦτο ζῇ καὶ τέθηλεν, ὅτου δ' ἂν ἀπαλλαγῇ, μαρανθὲν ἀποθνήσκει· τοσοῦτον περίεστιν αὐτῇ ἀθανασίας. Ὕπνος δὲ τεκμήριον ὑμῖν ἔστω τῶν λόγων ἐναργέστατον, ἐν ᾧ ψυχαί, τοῦ σώματος αὐτὰς μὴ περισπῶντος, ἡδίστην μὲν ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἐφ' ἑαυτῶν γενόμεναι, Θεῷ δ' ὁμιλοῦσαι κατὰ συγγένειαν πάντῃ μὲν ἐπιφοιτῶσι, πολλὰ δὲ τῶν ἐσομένων προθεσπίζουσι. Τί δὲ δεῖ δεδιέναι θάνατον τὴν ἐν ὕπνῳ γινομένην ἀνάπαυσιν ἀγαπῶντας; πῶς δὲ οὐκ ἀνόητόν ἐστι τὴν ἐν τῷ ζῆν ἐλευθερίαν διώκοντας τῆς ἀϊδίου φθονεῖν ἑαυτοῖς; Ἔδει μὲν οὖν ἡμᾶς οἴκοθεν πεπαιδευμένους ἄλλοις εἶναι παράδειγμα τῆς πρὸς θάνατον ἑτοιμότητος. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ τῆς παρὰ τῶν ἀλλοφύλων δεόμεθα

liores erant, conjugum et familiarum misericordia tenebantur; quumque plane suus cuique interitus ob oculos versaretur, alius alium intuentes lacrimis indicabant, se nolle istiusmodi consilium sequi. Hos ubi Eleazarus pavitare animadvertit animisque frangi ex rei deliberatæ magnitudine, pertimuit ne etiam eos qui fortiter quæ dixerat audiverant, hi simul effeminarent obsecrantes et lacrimantes. Itaque ab exhortatione non desistit, sed quum semet erexisset multoque replesset spiritu, clariorem de animæ immortalitate exorsus est orationem, magnaque usus exclamatione et oculis attentis flentes aspiciens, « certe, inquit, plurimum deceptus eram, qui putarim viris fortibus in certamine pro libertate succurrere, quibus honeste vivere aut mori decretum est. Vos autem profecto ne cuilibet quidem homini vel audacia vel virtute præstatis, qui etiam mala maxima effugituri mortem timetis; quum oporteret vos super ea re neque cunctari neque exspectare monitorem. Olim enim et a prima statim rerum notitia constanter nos docuerunt patrii ac sacri sermones, majorum quoque nostrorum factis et animis eos confirmantibus, quod vivere hominibus, non mori in calamitatem cedit. Nam mors quidem animabus dans libertatem, in proprium purumque locum eas discedere permittit, ubi futuræ sunt ab omni malo immunes. Quamdiu autem mortali corpori vinctæ sunt, simulque malis ejus oppleutur, verissime dicantur mortuæ, utpote quod parum deceat divinum cum mortali sociari. Esto quidem multum posse animam etiam corpori conjunctam, quippe suum facit instrumentum, sensu præditum, dum ipsa non visa in eo motum ciet, atque actionibus ultra mortalem naturam provehit. Verumtamen quum pondere eam in terram deprimente eique appenso liberata, proprium locum receperit, tunc vim beatam et undique liberam sortitur potestatem, humanorum oculorum, ut ipse Deus, aciem effugiens. Nec enim, quamdiu in corpore est, conspicitur: ut quæ nemini apparens accedat, neque rursus quum recedit cuiquam aspectabilis est, unam quidem naturam ipsa habens mutationis expertem, corpori autem in causa quod in eo mutationes fiant. Nam quodcunque anima attigerit, hoc vivit atque viget; unde vero digressa fuerit, id ipsum flaccescit et moritur: adeo in se abunde habet immortalitatis. Eorum autem quæ dico pro indicio sit manifestissimo somnus, in quo animæ in se collectæ, nusquam eas distrahente corpore, jucundissimam quidem agunt quietem, cum Deo vero conversantes ex naturæ cognatione loca omnia peragrant, et multa futura prædicunt. Quorsum igitur mortem formidaremus, quum quietem in somno diligamus? quomodo non amentiæ sit vivendi libertatem affectantibus, sibi eam invidere perpetuam? Ergo oportebat nos, domesticis institutis imbutos, aliis præire voluntate ad moriendum prompta. Attamen si fidem etiam ab alienigenis faciendam desideremus, nos-

« πίστεως, βλέψωμεν εἰς Ἰνδοὺς τοὺς σοφίαν ἀσκεῖν ὑπισχνουμένους. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ὄντες ἄνδρες ἀγαθοὶ τὸν μὲν τοῦ ζῆν χρόνον ὥσπερ ἀναγκαίαν τινὰ τῇ φύσει λειτουργίαν ἀκουσίως ὑπομένουσι, σπεύδουσι δὲ τὰς ψυχὰς ἀπολῦσαι τῶν σωμάτων, καὶ μηδενὸς αὐτοὺς κατεπείγοντος κακοῦ, μηδὲ ἐξελαύνοντος, πόθῳ τῆς ἀθανάτου διαίτης προλέγουσι μὲν τοῖς ἄλλοις ὅτι μέλλουσιν ἀπιέναι, καὶ ἔστιν ὁ κωλύσων οὐδείς· ἀλλὰ πάντες αὐτοὺς εὐδαιμονίζοντες, πρὸς τοὺς οἰκείους ἕκαστοι διδόασιν ἐπιστολάς. Οὕτω βεβαίαν καὶ ἀληθεστάτην ταῖς ψυχαῖς τὴν μετ' ἀλλήλων εἶναι δίαιταν πεπιστεύκασιν. Οἱ δὲ, ἐπειδὰν ἐπακούσωσι τῶν ἐντεταλμένων αὐτοῖς, πυρὶ τὸ σῶμα παραδόντες, ὅπως δὴ καὶ καθαρωτάτην ἀποκρίνωσι τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, ὑμνούμενοι τελευτῶσι. Ῥᾷον γὰρ ἐκείνους εἰς τὸν θάνατον οἱ φίλτατοι προπέμπουσιν ἢ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἕκαστος τοὺς πολίτας εἰς μηκίστην ἀποδημίαν· καὶ σφᾶς μὲν αὐτοὺς δακρύουσιν, ἐκείνους δὲ μακαρίζουσιν, ἤδη τὴν ἀθάνατον τάξιν ἀπολαμβάνοντας. Ἆρ' οὖν οὐκ αἰδούμεθα χεῖρον Ἰνδῶν φρονοῦντες, καὶ διὰ τῆς ἑαυτῶν ἀτολμίας τοὺς πατρίους νόμους, οἳ πᾶσιν ἀνθρώποις εἰς ζῆλον ἥκουσιν, αἰσχρῶς ὑβρίζοντες; ἀλλ' εἴ γε καὶ τοὺς ἐναντίους ἐξ ἀρχῆς λόγους ἐπαιδεύθημεν, ὡς ἄρα μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἐστὶ τὸ ζῆν, συμφορὰ δ' ὁ θάνατος, ὁ γοῦν καιρὸς ἡμᾶς παρακαλεῖ φέρειν εὐκαρδίως αὐτὸν, Θεοῦ γνώμῃ καὶ κατ' ἀνάγκας τελευτήσαντας. Πάλαι γὰρ, ὡς ἔοικε, κατὰ τοῦ κοινοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους ταύτην ἔθετο τὴν ψῆφον ὁ Θεὸς, ὥσθ' ἡμᾶς τοῦ ζῆν ἀπηλλάχθαι μὴ μέλλοντας αὐτῷ χρῆσθαι κατὰ τρόπον. Μὴ γὰρ αὐτοῖς ὑμῖν ἀνάπτετε τὰς αἰτίας, μηδὲ χαρίζεσθε τοῖς Ῥωμαίοις, ὅτι πάντας ἡμᾶς ὁ πρὸς αὐτοὺς πόλεμος διέφθειρεν. Οὐ γὰρ ἐκείνων ἰσχύϊ ταῦτα συμβέβηκεν, ἀλλὰ κρείττων αἰτία γενομένη τὸ δοκεῖν ἐκείνοις νικᾶν παρέσχηκεν. Ποίοις γὰρ ὅπλοις Ῥωμαίων τεθνήκασιν οἱ Καισάρειαν Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες, ἀλλὰ οὐδὲ μελλήσοντας αὐτοὺς ἐκείνων ἀφίστασθαι, μεταξὺ δὲ τὴν ἑβδόμην ἑορτάζοντας, τὸ πλῆθος τῶν Καισαρέων ἐπιδραμὸν, μηδὲ χεῖρας ἀνταίροντας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις κατέσφαξαν, οὐδὲ αὐτοὺς Ῥωμαίους ἐντραπέντες, οἳ μόνους ὡς ἡμᾶς ἡγοῦντο πολεμίους τοὺς ἀφεστηκότας; Ἀλλὰ φήσει τις ὅτι Καισαρεῦσιν ἦν ἀεὶ διαφορὰ πρὸς τοὺς παρ' αὐτοῖς, καὶ τοῦ καιροῦ λαβόμενοι τὸ παλαιὸν μῖσος ἀπεπλήρωσαν. Τί οὖν τοὺς ἐν Σκυθοπόλει φῶμεν; ἡμῖν γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τοὺς Ἕλληνας πολεμεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' οὐ μετὰ τῶν συγγενῶν ἡμῶν Ῥωμαίους ἀμύνεσθαι. Πολὺ τοίνυν ὤνησεν αὐτοὺς ἡ πρὸς ἐκείνους εὔνοια καὶ πίστις, ὑπ' αὐτῶν μέντοι πανοικεσίᾳ πικρῶς κατεφονεύθησαν, ταύτην τῆς συμμαχίας ἀμοιβὴν ἀπολαβόντες. Ἃ γὰρ ἐκείνους ὑφ' ἡμῶν ἐκώλυσαν, ταῦθ' ὑπέμειναν ὡς αὐτοὶ δρᾶσαι θελήσαντες. Μακρὸν ἂν εἴη νῦν ἰδίᾳ περὶ ἑκάστων λέγειν. Ἴστε γὰρ ὅτι τῶν ἐν Συρίᾳ πόλεων οὐκ

« met convertamus ad sapientiæ professores inter Indos. Illi enim viri boni vivendi quidem tempus, quasi necessarium quoddam naturæ ministerium, inviti obeunt: festinant autem animas corporum vinculis expedire; nulloque eos urgente aut exagitante malo, vitæ immortalis cupiditate aliis quidem se hinc discessuros esse prædicunt, nec est qui prohibeat quisquam; sed omnes beatos eos appellantes, ad familiares suos singuli aliquid in mandatis dant. Ita certam verissimamque animabus esse inter se consuetudinem credunt. Ipsi autem mandatis acceptis igni tradunt corpora, ut ab omni mortali concretione purissimæ segregentur animæ, atque ita magna cum laude moriuntur. Facilius enim ad mortem eos amicissimi prosequuntur quam aliorum hominum quisquam suos cives in longissimam peregrinationem ituros: et se quidem ipsos deflent, illos vero beatos prædicant, ut in immortalium ordinem jam receptos. Non ergo nos pudebit, si ab Indis sapientia superemur, propriaque ignavi leges patrias, quæ omnibus hominibus æmulandæ venerunt, turpiter dedecoremus? Verum esto quod contrariis institutis educati fuerimus, ut vitam summum esse bonum crederemus, mortem vero calamitatem: attamen tempus nos adhortatur eam bono animo ferre, ut qui Dei voluntate et ex necessitate moriamur. Olim enim, ut verisimile est, contra Judæorum genus in universum hoc decretum tulit Deus, ut mortem oppeteremus, qui eo non eramus usuri propitio. Nam haud fas est vobismetipsis causas adscribere, neque Romanis concedere, quod nos omnes absumpserit bellum contra illos gestum. Non enim ex viribus illorum ista acciderunt: sed causa fortior interveniens illis præstitit ut vincere viderentur. Quibus enim Romanorum armis perempti erant, qui Cæsaream incolebant Judæi, quos tamen ne defecturos quidem ab illis, dum vero diem septimum celebrarent, aggressa Cæsareensium multitudo, non repugnantes cum conjugibus ac liberis mactaverunt, neque ipsos reveriti Romanos, qui sicuti nos eos tantummodo hostes judicabant qui defecerant? Sed dicet aliquis Cæsareensibus semper cum Judæis apud ipsos fuisse discordiam, captatoque opportuno tempore vetus odium exsaturasse. Quid ergo de Scythopolitanis dicemus? nobiscum enim illi propter Græcos bellum gerere ausi sunt, ac non cum consanguineis nostris Romanos ulcisci. Multum vero his profuit sua erga illos benevolentia ac fides: siquidem ab istis cum totis familiis acerbe trucidati sunt, pro auxilio suo hanc gratiam consequuti. Nam quæ illos a vobis pati prohibuerunt, hæc passi sunt, velut ea ipsi committere voluissent. Longum foret, si velim nunc separatim de singulis dicere. Nostis enim quod Syriæ civitatum nulla est quæ non Judæos in ipsa habi-

« ἔστιν ἥτις τοὺς παρ' αὐτῇ κατοικοῦντας Ἰουδαίους οὐκ ἀνῄρηκεν, ἡμῖν πλέον ἢ Ῥωμαῖοι ὄντας πολεμίους, ὅπου γε Δαμασκηνοὶ μηδὲ πρόφασιν εὔλογον πλάσαι δυνηθέντες, φόνου μιαρωτάτου τὴν αὐτῶν πόλιν ἐνέπλησαν, ὀκτακισχιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις Ἰουδαίους ἅμα γυναιξὶ καὶ γενεαῖς ἀποσφάξαντες. Τὸ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ πλῆθος τῶν μετ' αἰκίας ἀνῃρημένων ἓξ που μυριάδας ὑπερβαλεῖν ἐπυνθανόμεθα. Κἀκεῖνοι μὲν ἴσως ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς οὐδὲν ἀντίπαλον εὑράμενοι τοῖς πολεμίοις οὕτως ἀπέθανον, τοῖς δ' ἐπὶ τῆς οἰκείας τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀραμένοις ἅπασί τε ἐλπίδα νίκης ἐχυρᾶς παρασχεῖν δυναμένοις οὐχ ὑπῆρξε· καὶ γὰρ ὅπλα καὶ τείχη καὶ φρουρίων δυσάλωτοι κατασκευαὶ καὶ φρόνημα πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κινδύνους ἄτρεστον πάντας πρὸς τὴν ἀπόστασιν ἐπέρρωσεν. Ἀλλὰ ταῦτα πρὸς βραχὺν χρόνον ἀρκέσαντα καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἡμᾶς ἐπάραντα, μειζόνων ἀρχὴ κακῶν ἐφάνη. Πάντα γὰρ ἥλω καὶ πάντα τοῖς πολεμίοις ὑπέπεσεν, ὥσπερ εἰς τὴν ἐκείνων εὐκλεεστέραν νίκην, οὐκ εἰς τὴν τῶν παρασκευασαμένων σωτηρίαν εὐτρεπισθέντα. Καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκοντας εὐδαιμονίζειν προσῆκεν (ἀμυνόμενοι γὰρ καὶ τὴν ἐλευθερίαν οὐ προέμενοι τεθνήκασι), τὸ δὲ πλῆθος τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις γενομένων τίς οὐκ ἂν ἐλεήσειεν; ἢ τίς οὐκ ἂν ἐπειχθείη πρὸ τοῦ ταὐτὰ παθεῖν ἐκείνοις ἀποθανεῖν; ὧν οἱ μὲν στρεβλούμενοι καὶ πυρὶ καὶ μάστιξιν αἰκιζόμενοι τεθνήκασιν, οἱ δ' ἀπὸ θηρίων ἡμίβρωτοι πρὸς δευτέραν αὐτοῖς τροφὴν ζῶντες ἐφυλάχθησαν, γέλωτα καὶ παιδιὰν τοῖς πολεμίοις παρασχόντες. Ἐκείνων μὲν οὖν ἀθλιωτάτους ὑποληπτέον τοὺς ἔτι ζῶντας, οἳ πολλάκις εὐχόμενοι τὸν θάνατον λαβεῖν οὐκ ἔχουσι. Ποῦ δ' ἡ μεγάλη πόλις ἡ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρόπολις, ἡ τοσούτοις μὲν ἐρυμνὴ τειχῶν περιβόλοις, τοσαῦτα δ' αὐτῆς φρούρια καὶ μεγέθη πύργων προβεβλημένη, μόλις δὲ χωροῦσα τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευάς, τοσαύτας δὲ μυριάδας ἀνδρῶν ἔχουσα τῶν ὑπὲρ αὐτῆς μαχομένων; ποῦ γέγονεν ἡμῖν ἡ τὸν Θεὸν ἔχειν οἰκιστὴν πεπιστευμένη; Πρόρριζος ἐκ βάθρων ἀνήρπασται, καὶ μόνον αὐτῆς μνημεῖον ὑπολέλειπται τὸ τῶν ἀνῃρηκότων αὐτὴν στρατόπεδον, ἔτι τοῖς λειψάνοις ἐποικοῦν. Πρεσβῦται δὲ δύστηνοι τῇ σποδῷ τοῦ τεμένους παρακάθηνται, καὶ γυναῖκες ὀλίγαι πρὸς ὕβριν αἰσχίστην ὑπὸ τῶν πολεμίων τετηρημέναι. Ταῦτα τίς ἐν νῷ βαλλόμενος ἡμῶν καρτερήσει τὸν ἥλιον ὁρᾶν, κἂν δύνηται ζῆν ἀκινδύνως; τίς οὕτω τῆς πατρίδος ἐχθρός, ἢ τίς οὕτως ἄνανδρος καὶ φιλόψυχος, ὡς μὴ καὶ περὶ τοῦ μέχρι νῦν ζῆσαι μετανοεῖν; Ἀλλ' εἴθε πάντες ἐτεθνήκειμεν, πρὶν τὴν ἱερὰν ἐκείνην πόλιν χερσὶν ἰδεῖν κατασκαπτομένην πολεμίων, πρὶν τὸν ναὸν τὸν ἅγιον οὕτως ἀνοσίως ἐξορωρυγμένον. Ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς οὐκ ἀγεννὴς ἐλπὶς ἐβουκόλησεν ὡς τάχα που δυνήσεσθαι πολεμίους ὑπὲρ αὐτῆς ἀμύνεσθαι, φρούδη δὲ γέγονε νῦν, καὶ μόνους ἡμᾶς ἐπὶ τῆς

« tantes occiderit, nobis quam Romani magis inimicos: siquidem Damasceni, quum ne causam quidem probabilem fingere potuissent, civitatem suam cæde maxime nefaria oppleverunt, octodecim Judæorum millibus cum conjugibus ac familiis trucidatis. Eorum autem multitudinem qui in Ægypto cum cruciatibus perempti sunt, sexaginta fere millium numerum excedere accipiebamus. Et isti quidem fortasse in aliena terra, ubi nihil invenerant quod hostibus sui in auxilium objicerent, ita mortem obierunt: qui vero sua in terra bellum contra Romanos susceperunt, et omnibus firmæ victoriæ spem præbere poterant, his non licuit: nam et arma et muri et castellorum structuræ inexpugnabiles, atque indeterriti spiritus ad pericula pro libertate subeunda, cunctos ad defectionem fortius animarunt. Verum ista quum ad breve tempus valuissent, nosque ad spem excitassent, majorum malorum visa sunt principium. Omnia enim capta erant, omniaque hostibus succubuerunt, quasi ut victoriam illis nobiliorem redderent, non in salutem eorum a quibus exstructa erant apparata fuissent. Et in prœlio quidem morientes beatos prædicari oportet (se quippe defendentes, nec prodita libertate, interiere): eorum vero multitudinis qui a Romanis subjugati erant quis non misereatur? quisve non, antequam eadem patiatur ac illi, mori properet? quorum quidam torti tamque igne quam verberibus cruciati periere; alii vero semesi a bestiis, ut illis in victum iterum objicerentur, vivi servati erant, ad risum lusumque faciendum hostibus. Et illorum quidem miserrimi habendi sunt qui adhuc vivunt, quibus mori non accidit, quod illis sæpe optatur. Ubi est autem illa magna civitas, gentis Judæorum universæ metropolis, tantis quidem murorum septis munita, tot vero in mœnibus castella et magnas turres in propugnacula habens, bellique apparatum vix capiens, et tot hominum myriadas pro ipsa pugnantium complectens? quid de ea factum est, quam Deum inhabitare credidimus? Radicitus ex fundamentis evulsa est, id solum ejus monumentum relictum, castra scilicet illorum a quibus excisa est jam reliquiis ejus imposita. Senes vero infelices templi cineribus assident, et paucæ mulieres ad turpissimam injuriam ab hostibus reservatæ. Hæc secum reputans quis nostrûm solem aspicere sustinebit, etiamsi vivere sine periculo possit? quis inimicus adeo patriæ, quis tam imbellis, aut parcus animæ, ut eum non pœniteat vel hucusque vixisse? Atqui utinam omnes fuissemus mortui, priusquam illam sacram civitatem hostium manibus exscindi videremus, priusquam templum tanta impietate funditus erui! Sed quoniam spes non ignobilis nos lactavit, quod forte potuerimus pro ea hostes ulcisci, ea autem nunc evanuit, et nos

« ἀνάγκης καταλέλοιπε, σπεύσωμεν καλῶς ἀποθανεῖν· « ἐλεήσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖ- « κας, ἕως ἡμῖν ἔξεστι παρ' ἡμῶν αὐτῶν λαβεῖν τὸν « ἔλεον. Ἐπὶ μὲν γὰρ θάνατον ἐγεννήθημεν, καὶ τοὺς « ἐξ αὐτῶν ἐγεννήσαμεν, καὶ τοῦτον οὐδὲ τοῖς εὐδαιμο- « νοῦσιν ἔστι διαφυγεῖν· ὕβρις δὲ καὶ δουλεία καὶ τὸ « βλέπειν γυναῖκας εἰς αἰσχύνην ἀγομένας μετὰ τέκνων « οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις κακὸν ἐκ φύσεως ἀναγκαῖον, ἀλλὰ « ταῦτα διὰ τὴν αὐτῶν δειλίαν ὑπομένουσιν οἱ παρὸν « πρὸ αὐτῶν ἀποθανεῖν μὴ θελήσαντες. Ἡμεῖς δ' ἐπ' « ἀνδρείᾳ μέγα φρονοῦντες Ῥωμαίων ἀπέστημεν, καὶ « τὰ τελευταῖα νῦν ἐπὶ σωτηρίᾳ προκαλουμένων ἡμᾶς « οὐχ ὑπηκούσαμεν. Τίνι τοίνυν οὐκ ἔστιν ὁ θυμὸς « αὐτῶν πρόδηλος, εἰ ζώντων ἡμῶν κρατήσουσιν; « Ἄθλιοι μὲν οἱ νέοι τῆς ῥώμης τῶν σωμάτων εἰς πολλὰς « αἰκίας ἀρκέσοντες, ἄθλιοι δ' οἱ παρηβηκότες, φέρειν « τῆς ἡλικίας τὰς συμφορὰς οὐ δυναμένης. Ὄψεταί « τις γυναῖκα πρὸς βίαν ἀγομένην, φωνῆς ἐπακούσεται « τέκνου, πατέρα βοῶντος χεῖρας δεδεμένον· ἀλλ' ἕως « εἰσὶν ἐλεύθεραι καὶ ξίφος ἔχουσι, καλὴν ὑπουργίαν « ἡμῖν ὑπουργησάτωσαν. Ἀδούλωτοι μὲν ὑπὸ τῶν « πολεμίων ἀποθάνωμεν, ἐλεύθεροι δὲ μετὰ τέκνων καὶ « γυναικῶν τοῦ ζῆν συνεξέλθωμεν. Ταῦθ' ἡμᾶς οἱ « νόμοι κελεύουσι, ταῦθ' ἡμᾶς γυναῖκες καὶ παῖδες « ἱκετεύουσι. Τούτων τὴν ἀνάγκην Θεὸς ἀπέσταλκε, « τούτων Ῥωμαῖοι τἀναντία θέλουσι, καὶ μή τις ἡμῶν « πρὸ τῆς ἁλώσεως ἀποθάνῃ δεδοίκασι. Σπεύσωμεν « οὖν ἀντὶ τῆς ἐλπιζομένης αὐτοῖς καθ' ἡμῶν ἀπολαύ- « σεως ἔκπληξιν τοῦ θανάτου καὶ θαῦμα τῆς τόλμης « καταλιπεῖν. »

ΚΕΦ. Θ'.

Ἔτι γε βουλόμενον αὐτὸν παρακαλεῖν πάντες ὑπετέμνοντο, καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν ἠπείγοντο, ἀνεπισχέτου τινὸς ὁρμῆς πεπληρωμένοι, καὶ δαιμονῶντες ἀπῄεσαν, ἄλλος πρὸ ἄλλου φθάσαι γλιχόμενος, καὶ ταύτην ἐπίδειξιν εἶναι τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς εὐβουλίας νομίζοντες, τὸ μή τις ἐν ὑστάτοις γενόμενος ὀφθῆναι· τοσοῦτος αὐτοῖς γυναικῶν καὶ παιδίων καὶ τῆς αὐτῶν σφαγῆς ἔρως ἐνέπεσεν. Καὶ μὴν οὐδ' ὥσπερ ἄν τις ᾠήθη τῇ πράξει προσιόντες ἠμβλύνθησαν, ἀλλ' ἀτενῆ τὴν γνώμην διεφύλαξαν, οἵαν ἔσχον τῶν λόγων ἀκροώμενοι, τοῦ μὲν οἰκείου καὶ φιλοστόργου πάθους ἅπασι παραμένοντος, τοῦ λογισμοῦ δ' ὡς τὰ κράτιστα βεβουλευκότος τοῖς φιλτάτοις ἐπικρατοῦντος. Ὁμοῦ γὰρ ἠσπάζοντο γυναῖκας περιπτυσσόμενοι καὶ τέκνα προσηγκαλίζοντο, τοῖς ὑστάτοις φιλήμασιν ἐμφυόμενοι καὶ δακρύοντες, ὁμοῦ δὲ, καθάπερ ἀλλοτρίαις χερσὶν ὑπουργούμενοι, συνετέλουν τὸ βούλευμα, τὴν ἐπίνοιαν ὧν πείσονται κακῶν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενόμενοι παραμύθιον τῆς ἐν τῷ κτείνειν ἀνάγκης ἔχοντες. Καὶ πέρας οὐδεὶς τηλικούτου τολμήματος ἥττων ηὑρέθη, πάντες δὲ διὰ τῶν οἰκειοτάτων διεξῆλθον. Ἄθλιοι τῆς ἀνάγκης, οἷς αὐτοχειρὶ γυναῖκας τὰς αὐτῶν καὶ τέκνα

« solos subdidit necessitati, pulchre mori festinemus: nostrimet ipsi misereamur et conjugum et liberorum, dum nobis licet nobismetipsis misericordiam adhibere. Ad mortem namque et ipsi geniti sumus, et ii quos ex nobis genuimus, eamque fugere ne fortunati quidem possunt: injuria vero et servitus et videre conjuges ad turpitudinem duci cum liberis, non est malum hominibus ex naturæ necessitate profectum, sed ista præ timiditate sua perferunt qui ante eos mori quum licuit noluere. Nos autem animi fortitudine valde elati a Romanis defecimus, et postremo nunc illis ad salutem hortantibus non paruimus. Cui igitur non manifesta est illorum ira, si nos vivos subjugare potuerint? Miserandi quidem adolescentes erunt, quorum corporis vires ad multos sufficient cruciatus: miserandi autem provectiores, quorum ætas calamitates ferre non poterit. Videbit alius conjugem ad vim patiendam abductam; alius manibus revinctis vocem filii patrem implorantis exaudiet: sed dum liberæ sunt et gladios habent, pulchrum ministerium nobis præbeant. Expertes quidem servitutis hostium moriamur; in libertate vero una cum liberis et conjugibus vita decedamus. Hæc nobis leges præcipiunt, hæc a nobis conjuges ac liberi deprecantur. Horum necessitatem Deus injecit, his contraria Romani volunt, et ne quis nostrûm ante excidium pereat metuunt. Festinemus igitur eis, pro sperata potiundi nostri voluptate, stuporem ex morte et admirationem relinquere ex audacia. »

CAP. IX. (XXXV.)

Ipsum, quum in adhortatione pergere vellet, omnes interpellabant, et effrenato quodam impetu pleni ad rem agendam festinabant, dæmonioque afflati abierunt, alius alium prævenire cupiens, hoc fortitudinis rectique consilii argumentum esse apertum existimantes, ne quis inter extremos conspiceretur: tantus eos et conjugum et liberorum et propriæ cædis amor invasit. Sed nec (id quod aliquis putaverit) retundebatur eorum impetus quum ad facinus accederent, sed eam fixam in animis servavere sententiam, quam, quum dicta perciperent, habuerunt: proprio quidem et naturali afflatu cunctis permanente, cogitatione vero ista, quod optime liberis consuluissent, prævalente. Simul enim cum amplexibus uxores salutabant, et liberos ulnis suis excipiebant, osculis extremis cum fletu inhærentes: simulque, tanquam manibus alienis jussa peragentes, volentes eos configebant: malorum, quæ subditi hostibus passuri fuerunt, cogitationem habentes pro solatio necessitatis qua ad cædem adigebantur. Denique nemo inventus est qui tam immane facinus patrare non audebat; cuncti autem conjunctissimos transfixere. Miseri, quibus id necesse erat, quibusque uxores suas atque liberos manibus suis occidere, ma-

κτεῖναι κακῶν ἔδοξεν εἶναι τὸ κουφότατον. Οὗτοι δὴ τοίνυν τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ὀδύνην οὐκέτι φέροντες καὶ τοὺς ἀνῃρημένους νομίζοντες ἀδικεῖν, κἂν βραχὺν αὐτοῖς ἔτι χρόνον ἐπιζήσωσι, ταχὺ μὲν τὴν κτῆσιν ἅπασαν εἰς ταὐτὸ σωρεύσαντες, πῦρ εἰς αὐτὴν ἐνέβαλον, κλήρῳ δ' ἐξ αὐτῶν ἑλόμενοι δέκα τοὺς ἁπάντων σφαγεῖς ἐσομένους, καὶ γυναικί τις αὑτὸν καὶ παισὶ κειμένοις παραστρώσας καὶ τὰς χεῖρας περιβαλὼν παρεῖχον ἑτοίμους τὰς σφαγὰς τοῖς τὴν δύστηνον ὑπουργίαν ἐκτελοῦσιν. Οἱ δὲ ἀτρέστως πάντας φονεύσαντες τὸν αὐτὸν ἐπ' ἀλλήλοις τοῦ κλήρου νόμον ὥρισαν, ἵν' ὁ λαχὼν τοὺς ἐννέα κτείνας ἑαυτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνέλῃ. Πάντες οὕτως ἐθάρρουν ἑαυτοῖς μήτ' εἰς τὸ δρᾶν μήτ' εἰς τὸ παθεῖν ἄλλος ἄλλου διαφέρειν. Καὶ τέλος οἱ μὲν τὰς σφαγὰς ὑπέθεσαν, ὁ δ' εἷς καὶ τελευταῖος τὸ πλῆθος τῶν κειμένων περιαθρήσας, μή πού τις ἔτι ἐν πολλῷ φόνῳ τῆς αὐτοῦ λείπεται χειρὸς δεόμενος, ὡς ἔγνω πάντας ἀνῃρημένους, πῦρ μὲν τοῖς βασιλείοις ἐνίησιν, ἀθρόᾳ δὲ τῇ χειρὶ δι' αὑτοῦ πᾶν ἐλάσας τὸ ξίφος πλησίον τῶν οἰκείων κατέπεσε. Καὶ οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν ὑπειληφότες οὐδὲν ἔχον ψυχὴν ὑποχείριον ἐξ αὑτῶν Ῥωμαίοις καταλιπεῖν, ἔλαθε δὲ γυνὴ πρεσβῦτις καὶ συγγενὴς ἑτέρα τις Ἐλεαζάρου, φρονήσει καὶ παιδείᾳ πλείστων γυναικῶν διαφέρουσα, καὶ πέντε παιδία τοῖς ὑπονόμοις, οἳ ποτὸν ἦγον ὕδωρ διὰ γῆς, ἐγκατακρυβῆναι, τῶν ἄλλων πρὸς τῇ σφαγῇ τὰς διανοίας ἐχόντων, οἳ τὸν ἀριθμὸν ἦσαν ἑξήκοντα πρὸς τοῖς ἐνακοσίοις, γυναικῶν ἅμα καὶ παίδων αὐτοῖς συναριθμουμένων. Καὶ τὸ πάθος ἐπράχθη πεντεκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνός.

(ΛϚ'.) β'. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μάχην ἔτι προσδοκῶντες ὑπὸ τὴν ἕω διασκευασάμενοι, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν χωμάτων ἐφόδους ταῖς ἐπιβάθραις γεφυρώσαντες, προσβολὴν ἐποίουν. Βλέποντες δ' οὐδένα τῶν πολεμίων, ἀλλὰ δεινὴν πανταχόθεν ἐρημίαν, καὶ πῦρ ἔνδον καὶ σιωπήν, ἀπόρως εἶχον τὸ γεγονὸς συμβαλεῖν· καὶ τέλος ὡς εἰς ἄφεσιν βολῆς ἠλάλαξαν, εἴ τινα τῶν ἔνδον προκαλέσαιντο. Τῆς δὲ βοῆς αἴσθησις γίνεται τοῖς γυναίοις, κἀκ τῶν ὑπονόμων ἀναδῦσαι τὸ πραχθέν, ὡς εἶχε, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐμήνυον, πάντα τῆς ἑτέρας ὡς ἐλέχθη τε καὶ τίνα τρόπον ἐπράχθη σαφῶς ἐκδιηγουμένης. Οὐ μὴν ῥᾳδίως αὐτῇ προσεῖχον τῷ μεγέθει τοῦ τολμήματος ἀπιστοῦντες, ἐπεχείρουν τε τὸ πῦρ σβεννύναι, καὶ ταχέως ὁδὸν δι' αὐτοῦ τεμόντες τῶν βασιλείων ἐντὸς ἐγένοντο. Καὶ τῷ πλήθει τῶν πεφονευμένων ἐπιτυχόντες, οὐχ ὡς ἐπὶ πολεμίοις ἥσθησαν, τὴν δὲ γενναιότητα τοῦ βουλεύματος καὶ τὴν ἐν τοσούτοις ἄτρεπτον ἐπὶ τῶν ἔργων ἐθαύμασαν τοῦ θανάτου καταφρόνησιν.

ΚΕΦ. Ι'.

Τοιαύτης δὲ τῆς ἁλώσεως γενομένης ἐπὶ μὲν τοῦ φρουρίου καταλείπει φυλακὴν ὁ στρατηγός, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀπῆλθεν εἰς Καισάρειαν. Οὐδὲ γὰρ ὑπελείπετό τις τῶν κατὰ τὴν χώραν πολεμίων,

lorum videbatur esse levissimum. Isti igitur dolorem ex iis quæ perpetrarunt non jam ferentes, et interfectos læsos existimantes, si vel brevissimum tempus eis forent superstites, statim quidem, quum opes universas congessissent, ignem eis injiciunt; et decem viris sorte delectis a quibus omnes mactarentur, quum singuli se juxta conjuges ac liberos humi jacentes prostravissent, eosque complexibus tenuissent, sine mora jugulum dabant illis, qui miserum ministerium obibant. Isti autem, intrepide cunctis occisis, eandem sortis legem alii erga alios statuerunt, ut, cui id sorte evenerat, novem sociis interfectis semet super omnes occideret. Ita omnes sibi confidebant, ut neque in audendo neque in sustinendo facinore alius alii præstaret. Et ad extremum ceteri quidem jugula supposuerunt, unus vero isque novissimus, multitudine jacentium circumspecta, ne quis forte in multa cæde superesset qui suæ manus egeret, ut intellexit omnes occisos, regiam incendit, valida vero manu adacto per totum corpus ense, prope suos occidit. Et illi quidem perierunt, nihil credentes animam habens ex numero suo Romanis subditum reliquisse: latuit autem una mulier grandæva et alia quædam Eleazari cognata, doctrina et sapientia plerisque mulierum præstans, et quinque pueri in cuniculis, qui aquam sub terra potui ducebant, abditi, quum alii cædibus occupatas mentes haberent, qui erant noningenti numero et sexaginta cum mulieribus simul ac pueris. Atque hæc calamitas accidit quinto decimo die Xanthici mensis.

(XXXVI.) 2. Romani autem adhuc pugnam exspectantes, mane sub armis stantes, et ab aggeribus scalarum pontibus junctis, impetum faciebant. Quum autem hostium neminem cernerent, sed circumquaque magnam solitudinem, ignemque intus et silentium, illos quid factum esset conjicere fugiebat; tandemque ululatum, velut ad impulsum arietis, dederunt, si quem forte intus provocarent. Clamorem autem senserunt mulierculæ, atque, e cuniculis emersæ, factum Romanis ut erat indicarunt, altera earum qualiter omnia dicta fuerint et quomodo gesta narrante manifeste. Non tamen facile illi auscultabant, ausus magnitudini parum credentes, ignemque exstinguere conabantur, et per hunc secta via cito regiam ingressi sunt. Quumque in cæsorum multitudinem incidissent, non ut de hostibus gaudio gestiebant, sed generosum virorum consilium inque tot numero, qui intrepidum facinus patrarent, mortis contemptum sunt admirati.

CAP. X. (XXXVII.)

Facto autem ad hunc modum excidio, in castello quidem præsidium dux reliquit, ipse vero cum exercitu Cæsaream profectus est. Nec enim quisquam supererat in illa regione hostium, sed jam tota ex bello longo fuerat subversa,

ἀλλ' ἤδη πᾶσα οἷα μακροῦ τοῦ πολέμου κατέστραπτο, πολλοῖς καὶ τῶν ἀπωτάτω κατοικούντων αἴσθησιν καὶ κίνδυνον ταραχῆς παρασχόντος. Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ μετὰ ταῦτα συνέβη πολλοὺς Ἰουδαίων ἀποθανεῖν. Τοῖς γὰρ ἐκ τῆς στάσεως τῶν σικαρίων ἐκεῖ διαφυγεῖν δυνηθεῖσιν οὐκ ἀπέχρη τὸ σώζεσθαι, πάλιν δὲ καινοτέροις ἐνεχείρουν πράγμασι καὶ πολλοὺς τῶν ὑποδεξαμένων ἔπειθον τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι, καὶ Ῥωμαίους μὲν μηδὲν κρείττους αὐτῶν ὑπολαμβάνειν, Θεὸν δὲ μόνον ἡγεῖσθαι δεσπότην. Ἐπεὶ δ' αὐτοῖς τῶν οὐκ ἀφανῶν τινες Ἰουδαίων ἀντέβαινον, τοὺς μὲν ἀπέσφαξαν, τοῖς δ' ἄλλοις ἐνέκειντο πρὸς τὴν ἀπόστασιν παρακαλοῦντες. Ὁρῶντες δ' αὐτῶν τὴν ἀπόνοιαν οἱ πρωτεύοντες τῆς γερουσίας οὐκέτ' ἀσφαλὲς αὐτοῖς ἐνόμιζον περιορᾶν, ἀλλὰ πάντας ἀθροίσαντες εἰς ἐκκλησίαν τοὺς Ἰουδαίους ἤλεγχον τὴν ἀπόνοιαν τῶν σικαρίων, πάντων αἰτίους ἀποφαίνοντες ἐκείνους τῶν κακῶν· « καὶ νῦν ἔφασαν αὐτούς, ἐπείπερ οὐδὲ πεφευγότες τῆς σωτηρίας ἐλπίδα βεβαίαν ἔχουσι (γνωσθέντας γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων εὐθὺς ἀπολεῖσθαι), τῆς αὐτοῖς προσηκούσης συμφορᾶς ἀναπιμπλάναι τοὺς μηδενὸς τῶν ἁμαρτημάτων μετασχόντας. » Φυλάξασθαι τοίνυν τὸν ἐξ αὐτῶν ὄλεθρον τὸ πλῆθος παρεκάλουν, καὶ περὶ αὐτῶν πρὸς Ῥωμαίους ἀπολογήσασθαι τῇ τούτων παραδόσει. Συνιδόντες οὖν τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος ἐπείσθησαν τοῖς λεγομένοις, καὶ μετὰ πολλῆς ὁρμῆς ἐπὶ τοὺς σικαρίους ᾄξαντες συνήρπαζον αὐτούς. Τῶν δ' ἑξακόσιοι μὲν εὐθὺς ἑάλωσαν, ὅσοι δ' εἰς τὴν Αἴγυπτον καὶ τὰς ἐκεῖ Θήβας διέφυγον, οὐκ εἰς μακρὰν συλληφθέντες ἐπανήχθησαν· ἐφ' ὧν οὐκ ἔστιν ὃς οὐ τὴν καρτερίαν καὶ τὴν εἴτε ἀπόνοιαν εἴτε τῆς γνώμης ἰσχὺν χρὴ λέγειν οὐ κατεπλάγη. Πάσης γὰρ ἐπ' αὐτοὺς βασάνου καὶ λύμης τῶν σωμάτων ἐπινοηθείσης, ἐφ' ἓν τοῦτο μόνον, ὅπως αὐτῶν Καίσαρα δεσπότην ὁμολογήσωσιν, οὐδεὶς ἐνέδωκεν, οὐδ' ἐμέλλησεν εἰπεῖν, ἀλλὰ πάντες ὑπερτέραν τῆς ἀνάγκης τὴν αὐτῶν γνώμην διεφύλαξαν, ὥσπερ ἀναισθήτοις σώμασι, χαιρούσῃ μονονουχὶ τῇ ψυχῇ τὰς βασάνους καὶ τὸ πῦρ δεχόμενοι. Μάλιστα δ' ἡ τῶν παίδων ἡλικία τοὺς θεωμένους ἐξέπληξεν· οὐδὲ γὰρ ἐκείνων τις ἐξενικήθη Καίσαρα δεσπότην ἐξονομάσαι. Τοσοῦτον ἄρα τῆς τῶν σωμάτων ἀσθενείας ἡ τῆς τόλμης ἰσχὺς ἐπεκράτει.

β'. Λοῦπος τότε διῴκει τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ περὶ τοῦ κινήματος τούτου Καίσαρι κατὰ τάχος ἐπέστειλεν. Ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀκατάπαυστον ὑφορώμενος νεωτεροποιίαν, καὶ δείσας μὴ πάλιν εἰς ἓν ἀθρόοι συλλεγῶσι καί τινας αὐτοῖς συνεπισπάσωνται, προσέταξε τῷ Λούπῳ τὸν ἐν τῇ Ὀνίου καλουμένῃ νεὼν καθελεῖν τῶν Ἰουδαίων. Ἡ δέ ἐστιν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ διὰ τοιαύτην αἰτίαν ᾠκίσθη τε καὶ τὴν ἐπίκλησιν ἔλαβεν. Ὀνίας Σίμωνος υἱός, εἷς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀρχιερέων, φεύγων Ἀντίοχον τὸν Συρίας βασιλέα πολεμοῦντα τοῖς Ἰουδαίοις, ἧκεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Καὶ

quod in causa erat ut multos, etiam loca procul remota incolentes, perturbatio attingeret ac periculum. Præterea etiam Alexandriæ in Ægypto postea accidit ut multi Judæorum cæderentur. Istos enim ex sicariorum factione, qui illic effugium assequi potuerunt, non satis erat in tuto esse; verum iterum novas res moliebantur, et multis hospitum suorum persuadebant ut se in libertatem assererent, et Romanos quidem nihil ipsis meliores putarent, Deum vero pro solo domino haberent. Quum autem Judæorum quidam non ignobiles iis adversarentur, eos quidem occiderunt, ceteris vero instabant ad defectionem eos stimulantes. Illorum autem vecordiam et amentiam quum viderent senatus primores, haud amplius sibi tutum esse arbitrabantur rem negligere; sed, Judæis omnibus ad concionem vocatis, sicariorum temeritatem arguebant, illos omnium malorum causam esse demonstrantes : « et nunc, aiebant, illos, quoniam ne quum fugissent quidem certam spem salutis habere videantur (a Romanis etenim cognitos statim perituros esse), sibi debita calamitate replere eos qui nullius fuissent delicti participes. » Populum itaque hortabantur ut exitium ab illis caverent, atque semet illorum traditione Romanis excusarent. Intellecta igitur periculi magnitudine dictis paruerunt, multoque impetu in sicarios facto eos corripiebant. Illorumque sexcenti statim capti sunt; quotquot vero in Ægyptum Thebasque illius regionis effugerant, non multo post comprehensi reductique sunt : quorum non est qui animi duritiam, sive desperatio sive voluntatis pertinacia sit dicenda, non obstupuerit. Nam omni genere tormentorum et corporis vexatione in eos excogitata ob hoc solummodo, ut Cæsarem dominum agnoscerent, nemo cessit, neque id dicere velle visus est; sed omnes animos necessitate superiores conservarunt, ut qui corporibus sensu carentibus, animabus tantum non lætitia gestientibus cruciatus ignemque susciperent. Maxime autem puerorum ætas spectatores obstupefecit : nam ne ab illorum quidem ullo exprimi potuit ut Cæsarem dominum appellarent. Usque adeo corporum infirmitati prævalebat audaciæ vis.

2. Lupus tunc Alexandriam administrabat, et hunc motum illico per literas Cæsari significavit. Ille autem Judæos a rebus novis moliendis nunquam cessaturos esse suspicans, veritusque ne rursus in unum congregarentur et quosdam sibi adjungerent, præcepit Lupo ut templum Judæorum, in ea regione exstructum quæ Oniæ regio diceitur, demolitum iret. Est autem illa in Ægypto, et ex hujusmodi causa condita est nomenque habuit. Onias Simonis filius, unus e pontificibus Hierosolymitanis, fugiens Antiochum regem Syriæ cum Judæis bellum gerentem, Alexandriam venit. Quumque eum humaniter excepisset

δεξαμένου Πτολεμαίου φιλοφρόνως αὐτὸν, διὰ τὴν πρὸς Ἀντίοχον ἀπέχθειαν, ἔφη σύμμαχον αὐτῷ ποιήσειν τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, εἰ πεισθείη τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις. Ποιήσειν δὲ τὰ δυνατὰ τοῦ βασιλέως ὁμολογήσαντος ἠξίωσεν ἐπιτρέπειν αὐτῷ νεών τέ που τῆς Αἰγύπτου κατασκευάσασθαι καὶ τοῖς πατρίοις ἔθεσι θεραπεύειν τὸν Θεόν· οὕτω γὰρ Ἀντιόχῳ μὲν ἔτι μᾶλλον ἐκπολεμώσεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν πεπορθηκότι, πρὸς αὐτὸν δ' εὐνοϊκωτέρως ἕξειν καὶ πολλοὺς ἐπ' ἀδείᾳ τῆς εὐσεβείας ὡς αὐτὸν συλλεγήσεσθαι.

γ'. Πεισθεὶς Πτολεμαῖος τοῖς λεγομένοις δίδωσιν αὐτῷ χώραν ἑκατὸν ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσαν Μέμφεως. Νομὸς δ' οὗτος Ἡλιουπολίτης καλεῖται, ἔνθα φρούριον κατασκευασάμενος Ὀνίας τὸν μὲν ναὸν οὐχ ὅμοιον ᾠκοδόμησε τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀλλὰ πύργῳ παραπλήσιον, λίθων μεγάλων εἰς ἑξήκοντα πήχεις ἀνεστηκότα, τοῦ βωμοῦ δὲ τὴν κατασκευὴν πρὸς τὸν οἴκοι ἐξεμιμήσατο καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ὁμοίως ἐκόσμησε, χωρὶς τῆς περὶ τὴν λυχνίαν κατασκευῆς. Οὐ γὰρ ἐποίησε λυχνίαν, αὐτὸν δὲ χαλκευσάμενος τὸν λύχνον χρυσοῦν ἐπιφαίνοντα σέλας χρυσῆς ἁλύσεως ἐξεκρέμασε. Τὸ δὲ τέμενος πᾶν ὀπτῇ πλίνθῳ περιετετείχιστο, πύλας ἔχον λιθίνας. Ἀνῆκε δὲ καὶ χώραν πολλὴν ὁ βασιλεὺς εἰς χρημάτων πρόσοδον, ὅπως εἴη καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἀφθονία, καὶ τῷ Θεῷ πολλὰ τὰ πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Οὐ μὴν Ὀνίας ἐξ ὑγιοῦς γνώμης ταῦτα ἔπραττεν, ἀλλ' ἦν αὐτῷ φιλονεικία πρὸς τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους ὀργὴν τῆς φυγῆς ἀπομνημονεύοντι· καὶ τοῦτο τὸ ἱερὸν ἐνόμιζε κατασκευάσας εἰς αὐτὸ περισπάσειν ἀπ' ἐκείνων τὸ πλῆθος. Ἐγεγόνει δέ τις καὶ παλαιὰ πρόρρησις ἔτεσί που πρόσθεν ἑξακοσίοις· Ἡσαΐας ὄνομα τῷ προαγορεύσαντι τοῦδε τοῦ ναοῦ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ γενησομένην ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου κατασκευήν. Τὸ μὲν οὖν ἱερὸν οὕτως ἐπεποίητο.

δ'. Λοῦπος δ' ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἡγεμὼν, τὰ παρὰ Καίσαρος λαβὼν γράμματα καὶ παραγενόμενος εἰς τὸ ἱερὸν, καί τινα τῶν ἀναθημάτων ἐκφορήσας, τὸν ναὸν ἀπέκλεισε. Λούπου δὲ μετὰ βραχὺ τελευτήσαντος Παυλῖνος διαδεξάμενος τὴν ἡγεμονίαν οὔτε τῶν ἀναθημάτων οὐδὲν κατέλιπε (πολλὰ γὰρ διηπείλησε τοῖς ἱερεῦσιν, εἰ μὴ πάντα προκομίσειαν) οὔτε προσιέναι τῷ τεμένει τοὺς θρησκεύειν βουλομένους ἀφῆκεν, ἀλλ' ἀποκλείσας τὰς πύλας ἀπρόσιτον αὐτὸ παντελῶς ἐποίησεν, ὡς μηδ' ἴχνος ἔτι τῆς εἰς τὸν Θεὸν θεραπείας ἐν τῷ τόπῳ καταλιπεῖν. Χρόνος ἦν εἰς τὴν ἀπόκλεισιν τοῦ ναοῦ γεγονὼς ἀπὸ τῆς κατασκευῆς ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἥψατο δὲ καὶ τῶν περὶ Κυρήνην πόλεων ἡ τῶν σικαρίων ἀπόνοια καθάπερ νόσος. Διαπεσὼν γὰρ εἰς αὐτὴν Ἰωνάθης, πονηρότατος ἄνθρωπος καὶ τὴν τέχνην

Ptolemæus, propter suas cum Antiocho inimicitias, aiebat se illi in societatem adjuncturum esse Judæorum gentem, si dictis suis obtemperare vellet. Rege autem affirmante, se omnia quæ fieri possunt facturum esse, rogavit ille ut sibi permitteret in aliqua Ægypti parte templum ædificare, et more patrio Deum colere: ita enim fore ut Judæi ad bellum acrius excitarentur contra Antiochum, qui templum apud Hierosolyma vastaverat, et propensiore in ipsum animo essent, adeoque multos ex religionis libertate ad se colligeret.

3. Quibus verbis inductus Ptolemæus ei regionem concedit centum et octoginta stadiis a Memphi distantem. Illa autem erat in præfectura quæ dicitur Heliopolitana, ubi Onias, castello exstructo, templum quidem dispar Hierosolymitano ædificavit, sed turri quidem non dissimile, saxis ingentibus ad sexaginta cubitos erectum: fecit autem ut aræ fabrica Hierosolymitanam referret, et donariis similiter exornavit, præterquam quod lychnuchum non ita fabricavit. Lychnuchum enim non fecit, sed quum ipsum lychnum aureum fabrefecisset, jubaris luce radiantem, de aurea catena suspendit. Totum vero circa templum spatium cocto latere circumdedit, saxeas portas habens. Sed et rex ei permisit magnum agri modum ad pecuniæ reditus, ut sacerdotibus esset copia et Deo multa suppeditarentur ad cultum ipsius necessaria. Non tamen Onias sana voluntate hæc faciebat: sed erat ei, propter fugæ memorem iracundiam, contentio cum Judæis Hierosolyma habitantibus; atque hoc templo ædificato, arbitrabatur ad id multitudinem se esse allecturum. Atque olim fuerat prædictio quædam ante annos sexcentos, vate cui nomen Esaias prædicente hujus templi futuram in Ægypto constructionem a viro Judæo. Et templum quidem ita fuerat exstructum.

4. Lupus autem præses Alexandriæ, quum literas ab Imperatore accepisset et ad templum advenisset, nonnullis donariis ablatis templum clausit. Verum, Lupo non multo post mortuo, Paulinus, qui ei successit in imperio, neque donariorum quicquam reliquit (vehementer enim sacerdotibus comminatus est nisi omnia protulissent) neque Deum colere volentibus permisit ad templum adire; sed clausis foribus ipsum omnino inaccessum fecit, ut ne vestigium quidem cultus divini in loco superesset. Fluxerant a templi conditu usque ad tempus quo clausum erat, anni trecenti quadraginta tres.

CAP. XI. (XXXVIII.)

Dementia vero et furor sicariorum, veluti morbi contagium, Cyrenen quoque urbesque circa eam invasit. Nam quum Jonathas, vir improbissimus et arte textor, eo evasisset,

ὑφάντης, οὐκ ὀλίγους τῶν ἀπόρων ἀνέπεισε προσέχειν αὐτῷ, καὶ προήγαγεν εἰς τὴν ἔρημον, σημεῖα καὶ φάσματα δείξειν ὑπισχνούμενος. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐλάνθανε ταῦτα διαπραττόμενος καὶ φενακίζων, οἱ δὲ τοῖς ἀξιώμασι προὔχοντες τῶν ἐπὶ τῆς Κυρήνης Ἰουδαίων τὴν ἔξοδον αὐτοῦ καὶ παρασκευὴν τῷ τῆς Πενταπόλεως Λιβύης ἡγεμόνι Κατύλλῳ προσαγγέλλουσιν. Ὁ δ' ἱππέας τε καὶ πεζοὺς ἀποστείλας ῥᾳδίως ἐκράτησεν ἀνόπλων. Καὶ τὸ μὲν πλέον ἐν χερσὶν ἀπώλετο, τινὲς δὲ καὶ ζωγρηθέντες ἀνήχθησαν πρὸς τὸν Κάτυλλον. (ΛΘ'.) Ὁ δ' ἡγεμὼν τοῦ βουλεύματος Ἰωνάθης τότε μὲν διέφυγε, πολλῆς δὲ καὶ λίαν ἐπιμελοῦς ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν ζητήσεως γινομένης, ἥλω· καὶ πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἀναχθεὶς ἑαυτῷ μὲν ἐμηχανᾶτο τῆς τιμωρίας ἀπαλλαγήν, τῷ Κατύλλῳ δὲ ἔδωκεν ἀφορμὴν ἀδικημάτων. Ὁ μὲν γὰρ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ἰουδαίων ἔλεγε καταψευδόμενος, διδασκάλους αὐτῷ τοῦ βουλεύματος γεγονέναι.

β'. Προθύμως δὲ τὰς διαβολὰς ἐκεῖνος ἐξεδέχετο, καὶ τῷ πράγματι πολὺν ὄγκον περιετίθει, μεγάλα προστραγῳδῶν, ἵνα δὴ δόξειε καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκόν τινα πόλεμον κατωρθωκέναι. Τὸ δὲ δὴ τούτου χαλεπώτερον, πρὸς γὰρ τῷ πιστεύειν ῥᾳδίως ἔτι καὶ διδάσκαλος ἦν τῶν σικαρίων τῆς ψευδολογίας. Κελεύσας γοῦν αὐτὸν ὀνομάσαι τινὰ τῶν Ἰουδαίων Ἀλέξανδρον, ᾧ πάλαι προσκεκρουκὼς φανερὸν ἐξενηνόχει τὸ μῖσος, τήν τε γυναῖκα τὴν ἐκείνου Βερενίκην ταῖς αἰτίαις συνεμπλέξας, τούτους μὲν πρῶτον ἀνεῖλεν, ἐπὶ δ' αὐτοῖς ἅπαντας τοὺς εὐπορίᾳ χρημάτων διαφέροντας ὁμοῦ τρισχιλίους ἐφόνευσεν ἄνδρας. Καὶ ταῦτα πράττειν ἐνόμιζεν ἀσφαλῶς, ὅτι τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς τὰς τοῦ Καίσαρος προσόδους ἀνελάμβανεν.

γ'. Ὅπως δὲ μηδ' ἀλλαχοῦ τινες τῶν Ἰουδαίων ἐλέγξωσιν αὐτοῦ τὴν ἀδικίαν, πορρωτέρω τὸ ψεῦδος ἐξέτεινε, καὶ πείθει τὸν Ἰωνάθην καί τινας τῶν ἅμα ἐκείνῳ συνειλημμένων, νεωτερισμοῦ κατηγορίαν ἐπιφέρειν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Ῥώμῃ τῶν Ἰουδαίων δοκιμωτάτοις. Τούτων εἷς τῶν ἐξ ἐπιβουλῆς αἰτιαθέντων ἦν Ἰώσηπος ὁ ταῦτα συγγραψάμενος. Οὐ μὴν κατ' ἐλπίδα τῷ Κατύλλῳ τὸ σκευώρημα προεχώρησεν. Ἧκε μὲν γὰρ εἰς τὴν Ῥώμην τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην ἄγων δεδεμένους, καὶ πέρας ᾤετο τῆς ἐξετάσεως εἶναι τὴν ἐπ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ γενομένην ψευδολογίαν. Οὐεσπασιανὸς δὲ, τὸ πρᾶγμα ὑποπτεύσας, ἀναζητεῖ τὴν ἀλήθειαν, καὶ γνοὺς ἄδικον τὴν αἰτίαν τοῖς ἀνδράσιν ἐπενηνεγμένην, τοὺς μὲν ἀφίησι τῶν ἐγκλημάτων Τίτου σπουδάσαντος, δίκην δ' ἐπέθηκεν Ἰωνάθῃ τὴν προσήκουσαν. Ζῶν γὰρ κατεκαύθη, πρότερον αἰκισθείς.

δ'. Κατύλλῳ δὲ τότε μὲν ὑπῆρξε, διὰ τὴν πρᾳότητα τῶν αὐτοκρατόρων, μηδὲν πλέον ὑπομεῖναι καταγνώσεως. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ νόσῳ καταληφθεὶς πολυτρόπῳ καὶ δυσιάτῳ χαλεπῶς ἀπαλλάττεται, οὐ τὸ σῶμα μόνον κολαζόμενος, ἀλλ' ἦν ἡ τῆς ψυχῆς αὐτῷ

pauperum et indigentium non paucis, ut ipsi se adjungerent, persuasit, et in desertum eduxit, promittens se signa ipsis et apparitiones ostensurum. Et ceteros quidem hæc agendo atque fallendo latebat: qui vero inter Judæos Cyrenenses dignitate præstabant, ejus profectionem et apparatum Catullo Pentapolitanæ Libyæ præsidi annunciant. Ille autem, equitibus et peditibus missis, inermes facile superavit: et major quidem pars manibus interiit, nonnulli autem vivi capti ad Catullum perducti sunt. (XXXIX.) Auctor autem consilii Jonathas tunc quidem effugit; multum vero ac diligenter per omnem quæsitus regionem, captus est; adductusque ad Catullum, sibi quidem id confecit ut supplicium effugeret, Catullo autem ansam ad maleficia præbuit. Ille enim Judæorum locupletissimos falso insimulans, auctores sibi hujus consilii illos exstitisse dicebat.

2. Catullus autem calumnias istas alacriter amplectebatur, remque valde cumulabat et adaugebat, tragicis etiam verbis multum exaggerans, ut scilicet ipse bellum aliquod Judaicum confecisse videretur. Et, quod hoc atrocius est, præter eam credulitatem, sicarios eandem calumniam edocebat. Denique quum hoc ei jussisset, ut Judæum quendam Alexandrum nominaret (cum quo, olim ei infensus, apertas exercuerat simultates), et uxorem ejus Berenicen criminationibus implicuisset, hos quidem primo occidit; deinde omnes pecuniarum copia pollentes ad tria virorum millia simul trucidavit. Et hæc secure facere arbitrabatur, quod eorum patrimonia reditibus Cæsaris adjungeret.

3. Ne vero vel alibi degentium quisquam Judæorum ejus iniquitatem redargueret, etiam longius mendacium propagavit: ac Jonathæ, nonnullisque aliis qui cum eo comprehensi fuerant, persuadet ut novarum rerum accusationem inferrent probatissimis Judæorum apud Alexandriam Romamque degentium. Horum autem, qui insidiose delati sunt, unus erat Josephus qui hæc scripsit. Non tamen Catullo ita ut speraverat cessit machinatio. Nam Romam quidem venit, Jonatham ceterosque vinctos ducens; finemque arbitrabatur quæstionis esse calumniam apud ipsum ac per ipsum conflatam. Vespasianus autem, rem suspicatus, in veritatem inquisivit: compertoque injustam hominibus illatam accusationem, illos quidem Titi studio criminibus sibi objectis solvit; pœnam vero, quam commeruit, in Jonatham statuit. Vivus enim combustus est, verberibus ante mulcatus.

4. Catullo autem tunc quidem ob lenitatem Imperatorum contigit ut nihil amplius reprehensionis experiretur. Verum non multo post, multiplici morbo et insanabili correptus, ægre vita discedit, non corpore tantum cruciatus, sed graviore animi morbo affectus. Terroribus enim exagita-

νόσος βαρυτέρα. Δείμασι γὰρ ἐξεταράττετο καὶ συνεχῶς ἀνεβόα βλέπειν εἴδωλα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένων ἐφεστηκότα· καὶ κατέχειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος ἐξήλλετο τῆς εὐνῆς ὡς βασάνων αὐτῷ καὶ πυρὸς προσφερομένων. Τοῦ δὲ κακοῦ πολλὴν ἀεὶ τὴν ἐπίδοσιν λαμβάνοντος, καὶ τῶν ἐντέρων αὐτῷ κατὰ διάβρωσιν ἐκπεσόντων, οὕτως ἀπέθανεν, οὐδενὸς ἧττον ἑτέρου τῆς προνοίας τοῦ Θεοῦ τεκμήριον γενόμενος ὅτι τοῖς πονηροῖς δίκην ἐπιτίθησιν.

ε'. Ἐνταῦθα τῆς ἱστορίας ἡμῖν τὸ πέρας ἐστὶν, ἣν ἐπηγγειλάμεθα μετὰ πάσης ἀκριβείας παραδώσειν τοῖς βουλομένοις μαθεῖν τίνα τρόπον οὗτος ὁ πόλεμος Ῥωμαίοις πρὸς Ἰουδαίους ἐπολεμήθη. Καὶ πῶς μὲν ἡρμήνευται τοῖς ἀναγνωσομένοις κρίνειν ἀπολελείφθω, περὶ τῆς ἀληθείας δ' οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι θαρρῶν λέγειν ὅτι μόνης ταύτης παρὰ πᾶσαν τὴν γραφὴν ἐστοχασάμην.

batur et crebro clamabat, se videre umbras eorum quos peremerat sibi obversari : quumque se ipsum continere non potuisset, lecto exsiliebat, tanquam tormenta ei adhibita essent et ignis. Malo autem continuo valde ingravescente, ejusque intestinis per corrosionem defluentibus, ita mortem occubuit, non minus illustre quam alius quisquam divinæ in puniendis scelestis providentiæ exemplum factus.

5. Hic nobis est finis historiæ, quam cum omni diligentia nos tradituros polliciti sumus scire cupientibus quemadmodum hoc bellum a Romanis cum Judæis gestum fuerit. Et qualis sit quidem dictio, lectorum esto judicium : de veritate autem confidenter dicere non cunctabor, hanc solam per omnia quæ scripsi mihi fuisse propositam.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἱκανῶς μὲν ὑπολαμβάνω καὶ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς, κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε, τοῖς ἐντευξομένοις αὐτῇ πεποιηκέναι φανερὸν περὶ τοῦ γένους ἡμῶν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι καὶ παλαιότατόν ἐστι καὶ τὴν πρώτην ὑπόστασιν ἔσχεν ἰδίαν, καὶ πῶς τὴν χώραν, ἣν νῦν ἔχομεν, κατῴκησεν, ἣν πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσαν ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἱερῶν βίβλων διὰ τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς συνεγραψάμην. Ἐπεὶ δὲ συχνοὺς ὁρῶ ταῖς ὑπὸ δυσμενείας ὑπό τινων εἰρημέναις προσέχοντας βλασφημίαις, καὶ τοῖς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας, τεκμήριόν τε ποιουμένους τοῦ νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν τὸ μηδεμιᾶς παρὰ τοῖς ἐπιφανέσι τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων μνήμης ἠξιῶσθαι, περὶ τούτων ἁπάντων ᾠήθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορούντων τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν ἑκούσιον ἐλέγξαι ψευδολογίαν, τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι, διδάξαι δὲ πάντας ὅσοι τἀληθὲς εἰδέναι βούλονται περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. Χρήσομαι δὲ τῶν μὲν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων μάρτυσι τοῖς ἀξιοπιστοτάτοις εἶναι περὶ πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κεκριμένοις· τοὺς δὲ βλασφήμως περὶ ἡμῶν καὶ ψευδῶς γεγραφότας αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἐλεγχομένους παρέξω. Πειράσομαι δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἀποδοῦναι, δι' ἃς οὐ πολλοὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἕλληνες ἐμνημονεύκασιν· ἔτι μέντοι καὶ τοὺς οὐ παραλιπόντας τὴν περὶ ἡμῶν ἱστορίαν ποιήσω φανεροὺς τοῖς μὴ γινώσκουσιν ἢ προσποιουμένοις ἀγνοεῖν.

β'. Πρῶτον οὖν ἐπέρχεταί μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. Πᾶν γὰρ ἐγὼ τοὐναντίον ὁρῶ συμβεβηκώς, εἴ γε δεῖ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἅπαντα νέα καὶ χθὲς καὶ πρῴην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὑρήσεις γεγονότα· λέγω δὲ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτη σχεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. Τὰ μέντοι

FLAVII JOSEPHI

DE

ANTIQUITATE JUDÆORUM,

CONTRA APIONEM

LIBER I.

Satis quidem arbitror me per libros etiam Antiquitatum, virorum præstantissime Epaphrodite, lecturis eos planum fecisse de gente nostra Judaica, quod et vetustissima sit, et primam originem sibi propriam habuerit, utque regionem quam nunc tenemus incoluerit, quos, annorum quinque millium historiam complectentes, ex sacris libris nostris Græca lingua conscripsi. Quoniam vero multos video qui maledicis sermonibus, malo animo a quibusdam jactatis, fidem habeant, eaque quæ ego de antiquitate scripsi non credant, et recentiorem esse gentem nostram colligant ex eo, quod nulla ejus mentio facta fuerit apud celebres Græcorum historicos; de hisce omnibus putavi scribendum breviter, tum ut obtrectatorum malevolentiam voluntariumque falsiloquium arguerem, tum ut aliorum ignorantiam corrigerem, universosque de nostra antiquitate edocerem, qui veritatem scire desiderant. Eorum autem quæ a me dicentur utar quidem testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide dignissimi habiti fuerunt: eos vero, qui probrose de nobis falsoque scripsere, ipsos suis verbis convictos dabo. Conabor etiam quid causæ fuerit aperire, quod non multi e Græcis in historiis gentis nostræ meminerint; nec non eos quoque, qui de nobis scribere in historiis non omiserunt, producam iis qui aut nesciunt eos aut se nescire simulant.

2. Primum itaque vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiquissimis non aliis fidem quam Græcis habendam esse, non nisi ab illis verum exspectandum, proinde neque nobis neque aliis quibuscunque credendum arbitrantur. Equidem hoc in genere secus omnino statuendum intelligo, si modo verum e rebus ipsis sumere potius, quam vanis opinionibus inhærere malimus. Enimvero nova apud Græcos omnia, et ante unum, ut ita loquar, alterumve diem exstitisse reperias, urbium molitionem, excogitationem artium, et legum perscriptionem: omnium vero novissime ad scribendam historiam se contulerunt. At vero et Ægyptiis et

παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Χαλδαίοις καὶ Φοίνιξιν (ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν) αὐτοὶ δήπουθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτην τε καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. Καὶ γὰρ τόπους ἅπαντες οἰκοῦσιν ἥκιστα ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἄμνηστον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθιεροῦσθαι. Τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέσχον, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων· ἀεὶ δὲ καινοὺς καθιστάμενοι βίους τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἄρχειν ἕκαστος τὸν ἀφ' ἑαυτῶν. Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. Οἱ γοῦν ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. Οὐ μὴν οὐδ' ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου δύναιτό τις ἂν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν οὔτ' ἐν ἱεροῖς οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν, ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο· καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον περὶ τοῦ τὴν νῦν οὖσαν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν. Ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. Οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος· καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας. Οἱ μέντοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τοῦτον εἴ τινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προὔλαβον. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ θείων πρώτους παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τε τὸν Σύριον καὶ Πυθαγόραν καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητὰς ὀλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι.

γ'. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν ἄλογον τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας; ἢ τίς οὐ παρ' αὐτῶν ἂν τῶν συγγραφέων μάθοι ῥᾳδίως ὅτι μηδὲν βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων εἴκαζον; πλέον γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. Περίεργος δ' ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες. Ἀλλ'

Chaldæis et Phœnicibus (in hoc tempus enim nostrates cum illis numerare omitto) vetustissimam atque constantissimam rerum suarum habere memoriam fatentur ipsi. Etenim quum regionem incolunt omnium minime cœli intemperiei expositam, tum diligentiam in eo singularem adhibuerunt, uti ne quid e rebus suis oblivione consepultum jaceret, sed potius omnia publicas in tabulas a viris sapientissimis semper relata dedicarentur. Contra vero tractum illum Græciæ universum infinitorum morborum subinde depasta lues rerum gestarum memoriam funditus abolevit; adeoque novo semper instituto vitæ curriculo, suum quique sibi universæ principium et caput esse facile persuaserunt. Iidem sero admodum, vixque tandem literarum naturam didicere. Nam qui vetustissimum illarum usum esse volunt, eas illi sese a Phœnicibus atque a Cadmo accepisse gloriantur. Neque tamen quisquam aut in sacris aut in publicis usquam monumentis ullum ejus temporis exstare vestigium ostenderit; ubi etiam de iis qui Trojanam expeditionem tanto post suscepere dubitatum perdiu quæsitumque est, an hi literis usi fuerint. Qua de re verior ea constantiorque sententia jam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum usum fuisse. Neque tu scriptum omnino apud Græcos ullum, cujus de fide modo constet, Homerica poesi antiquius invenias. At cum post Trojana tempora natum esse nemo non fatetur: imo ne ab ipso quidem literis suam illam poesin mandatam esse ferunt, sed posterorum memoria propagatam aliquamdiu, variis ex cantilenis collectam demum et contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo discrepantiæ reperiri. Verum qui ex illis ad scribendam historiam animum appulere, Cadmus, inquam, Milesius, et Acusilaus Argivus, ac si qui præterea nominantur, paullum admodum Persicam adversus Græcos expeditionem tempore anteverterunt. Ad hæc qui de rebus cœlestibus atque divinis primi apud eos philosophari cœperunt, ut Pherecydes Syrius et Pythagoras et Thales, illos et Ægyptiorum Chaldæorumque discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse, ore omnes uno pronunciant: atque illa Græci quum omnium vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis ea scripta fuisse credunt.

3. Quis igitur vano stolidoque fastu Græcos laborare non videat, qui sibi et res antiquas tenere soli, et soli accuratam illarum integramque veritatem tradere videantur? imo quis non ex iisdem scriptoribus illud perfacile discat, perspecti ab iis nihil exploratique conscriptum, sed tantum quatenus assequi conjectura potuerint? scriptis enim suis alios passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus longe diversa loqui dubitant. Ego vero importunus et otiosus utique videar, si, quibus id quam ipsi mihi notius est, perdocere velim, quam in genealogiæ rationibus multa sint in quibus Hellanicus ab Acusilao dissideat; quam apud Hesiodum Acusilaus multa castiget; quam sæpe mendacii reum Hellanicum Ephorus, Ephorum Timæus, Timæumque recentiores, denique Herodotum universi pera-

οὐδὲ περὶ τῶν Σικελικῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φίλιστον ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν, οὐδ' αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ περὶ τῶν Ἀργολικῶν οἱ τὰ περὶ Ἄργος ἱστοροῦντες ἀλλήλοις κατηκολουθήκασι. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν κατὰ πόλεις καὶ βραχυτέρων, ὅπου γε περὶ [τῆς περιηγήσεως] τῆς Περσικῆς στρατείας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασιν; πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' αὐτὸν ἱστορίαν συγγράφειν.

δ'. Αἰτίαι δὲ τῆς τοσαύτης διαφωνίας πολλαὶ μὲν ἴσως ἂν καὶ ἕτεραι τοῖς βουλομένοις ζητεῖν ἀναφανεῖεν, ἐγὼ δὲ δυσὶ ταῖς λεχθησομέναις τὴν μεγίστην ἰσχὺν ἀνατίθημι. Καὶ προτέραν ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναί μοι δοκοῦσαν· τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι δημοσίας γενέσθαι περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγραφάς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ψεύδεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέσχεν. Οὐ γὰρ μόνον παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τῆς ἀναγραφῆς, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθονας εἶναι λέγουσι καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκεται γενόμενον, ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους εἶναί φασι τοὺς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. Περὶ μὲν γὰρ Ἀρκάδων τί δεῖ λέγειν αὐχούντων ἀρχαιότητα; μόλις γὰρ οὗτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδεύθησαν.

ε'. Ἅτε δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προκαταβεβλημένης ἀναγραφῆς, ἣ καὶ τοὺς μαθεῖν βουλομένους διδάξειν ἔμελλε καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγξειν, ἡ πολλὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγραφεῦσι. Δευτέραν δὲ πρὸς ταύτῃ θετέον ἐκείνην τὴν αἰτίαν. Οἱ γὰρ ἐπὶ τὸ γράφειν ὁρμήσαντες οὐ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐσπούδασαν, καίτοι τοῦτο πρόχειρόν ἐστιν ἀεὶ τὸ ἐπάγγελμα, λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο· καὶ καθ' ὅντινα τρόπον ἐν τούτῳ παρευδοκιμήσειν τοὺς ἄλλους ὑπελάμβανον, κατὰ τοῦτον ἡρμόζοντο, τινὲς μὲν ἐπὶ τὸ μυθολογεῖν τρεπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς χάριν ἢ τὰς πόλεις ἢ τοὺς βασιλέας ἐπαινοῦντες, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν τῶν πράξεων ἢ τῶν γεγραφότων ἐχώρησαν, ἐνευδοκιμήσειν τούτῳ νομίζοντες. Ὅλως δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον ἱστορίᾳ πράττοντες διατελοῦσι. Τῆς μὲν γὰρ ἀληθοῦς ἐστι τεκμήριον ἱστορίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταὐτὰ καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν· οἱ δ' εἰ ταὐτὰ γράψειαν ἑτέροις, οὕτως ἐνόμιζον αὐτοὶ φανεῖσθαι πάντων ἀληθέστατοι. Λόγων μὲν οὖν ἕνεκα καὶ τῆς ἐν τούτοις δεινότητος δεῖ παραχωρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς Ἑλληνικοῖς, οὐ μὴν καὶ τῆς περὶ τῶν ἀρχαίων ἀληθοῦς ἱστορίας, καὶ μάλιστά γε τῆς περὶ τῶν ἑκάστοις ἐπιχωρίων.

ς'. Ὅτι μὲν οὖν παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Βαβυλω-

gant. Neque vero aut de rebus Siculis eadem Timæus, quæ Antiochus et Philistus et Callias, sentire voluit : aut in Atticis qui Atthidas scripsere, vel in Argolicis qui de Argis, aliorum alii sensum mentemque sequuti sunt. Quanquam quid ea persequi attinet, quæ per urbes passim contigere, et angustioribus omnino regionibus continentur, quum in ipsa quoque Persica expeditione ac rebus in ea gestis, laudatissimorum scriptorum magna sit plerumque dissensio? in multis vero etiam Thucydides, licet accuratissimam temporum suorum historiam perscribere videatur, a nonnullis accusatur falsa retulisse.

4. Cujus sane dissidii quum aliæ fortassis plurimæ aliis in illud anquirentibus occurrere possint, tum has præcipue duas summi momenti causas esse intelligo. Atque ut ab ea, quæ mihi potior videtur, incipiam, quum totum illud res eas, quæ ubique fierent, publicas in tabulas referendi studium a Græcis jam usque ab initio neglectum fuisset, id sane quum errori maxime viam aperuit, tum iis etiam omnibus, qui de rebus antiquioribus scribere cogitarent, licentiam obtulit impune mentiendi. Nec enim reliqua duntaxat Græcorum natio hanc tabularum conficiendarum curam jacere permisit; sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen et indigenas et disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, quicquam ejusmodi factum reperias : quum e publicis quidem literis antiquissimas leges eas fuisse tradant, quas ipsis Draco de cæde tulit, homo qui non nisi paullo ante Pisistrati tyrannidem lucem aspexerat. Nam Arcadum meminisse quid attinet, qui quum de sua tantopere vetustate glorientur, vix tamen etiam post illa tempora literarum informari cognitione cœperunt?

5. Ita plane, quum vetustior commentarius nullus exstaret, qui vel docere discendi cupidos vel mentientes arguere posset, maxima est scriptores inter excitata dissensio. Cui causæ hæc altera adjungenda est. Qui enim ad scribendum sese contulerunt, ii non veritatis utique studio ducebantur, licet hoc profiteri solenne passim omnibus tralatitiumque sit, sed vim orationis unam ostendebant : atque ita quo se quisque genere alios superaturum esse maxime confidebat, in eo elaborabant plurimum. Ergo alii fabulas texere, alii civitatum aut regum benevolentiam et gratiam laudationibus eblandiri cœperunt : nonnulli res ipsas, aut illarum scriptores carpere ac vituperare maluerunt, quod in eo sese facilius excellere posse sperarent. Ceterum isti cum historiæ legibus omnino pugnant. Quum enim eo potissimum argumento historiæ veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuncient ac scribant : ita sese demum isti maxime reliquos omnes veritatis opinione superaturos putarunt, si ab reliquis maxime dissiderent. Certe dicendi genere et eloquentiæ vi cedere nos oportet scriptoribus Græcis; non autem historiæ de priscis veritate, et maxime de rebus propriæ uniuscujusque patriæ.

6. Jam quod apud Ægyptios et Babylonios ex lon-

νίοις ἐκ μακροτάτων ἄνωθεν χρόνων τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, ὅπου μὲν οἱ ἱερεῖς ἦσαν ἐγκεχειρισμένοι, καὶ περὶ ταύτας ἐφιλοσόφουν, Χαλδαῖοι δὲ παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις, καὶ ὅτι μάλιστα δὲ τῶν Ἕλλησιν ἐπιμιγνυμένων ἐχρήσαντο Φοίνικες γράμμασιν εἴς τε τὰς περὶ τὸν βίον οἰκονομίας καὶ πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἔργων παράδοσιν, ἐπειδὴ συγχωροῦσιν ἅπαντες, ἐάσειν μοι δοκῶ. Περὶ δὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ὅτι τὴν αὐτὴν (ἐῶ γὰρ λέγειν εἰ καὶ πλείω τῶν εἰρημένων) ἐποιήσαντο τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς προφήταις τοῦτο προστάξαντες, καὶ ὡς μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων πεφύλακται μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, εἰ δὲ θρασύτερον εἰπεῖν καὶ φυλαχθήσεται, πειράσομαι συντόμως διδάσκειν.

ζ'. Οὐ γὰρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τούτων τοὺς ἀρίστους καὶ τῇ θεραπείᾳ τοῦ Θεοῦ προσεδρεύοντας κατέστησαν, ἀλλ' ὅπως τὸ γένος τῶν ἱερέων ἄμικτον καὶ καθαρὸν διαμένῃ, προυνόησαν. Δεῖ γὰρ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμὰς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς παρασχόμενον μάρτυρας. Καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν, κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους· λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴ που τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι. Πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τοὔνομα τῶν γειναμένων καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες. Πόλεμος δ' εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις, Ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος καὶ Πομπηίου Μάγνου καὶ Κυϊντιλίου Οὐάρου, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται, καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας. Οὐ γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις γεγονυῖαν αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑφορώμενοι. Τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας· οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. Οἷς δὲ τῶν εἰρημένων ὁτιοῦν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε τοῖς βωμοῖς παρίστασθαι μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας. Εἰκότως οὖν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως, ἅτε μήτε τοῦ ὑπογράφειν αὐτεξουσίου πᾶσιν ὄντος μήτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις ἐνούσης διαφωνίας, ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ τὰ παλαιότατα κατὰ τὴν ἐπίπνοιαν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' αὑτοὺς ὡς ἐγένετο σαφῶς συγγραφόντων.

η'. Οὐ γὰρ μυριάδες βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία, τοῦ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως θεῖα πεπιστευμένα. Καὶ τούτων πέντε μὲν

gissimis retro seculis in rebus conscribendis adhibita fuerit diligentia, quando sacerdotibus quidem id officii commissum erat, et circa eas ipsi philosophabantur, Chaldæis vero apud Babylonios, et maxime Phœnicibus qui Græcis immixti usi sunt literis, ut et vitæ rationem ordinarent, et opera publica memoriæ traderent, dum consentiant omnes, prætermittendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus, quod eandem (mitto dicere an potiorem prædictis illis) habuerint in conscribenda historia curam, pontificibus et prophetis id muneris injungentes; quodque usque ad nostra tempora cum multa diligentia hoc ipsum servarint, et, si oportet audentius dicere, etiam servabitur, conabor breviter edocere.

7. Non enim tantum ab initio his rebus viros optimos et in Dei cultu assiduos præfecere, sed et curam habuere ut genus sacerdotale purum semper impermixtumque maneret. Debet enim quisquis sacerdotio fungitur ex populari sua conjuge liberos quærere, neque ad pecunias aut honores respicere alios, sed genus exquirere secundum antiquam successionem multis probatum testimoniis. Et hæc observamus non in Judæa tantum, sed ubicunque pars aliqua est de nostra gente, ibi observatur sollicite nuptiarum sacerdotalium regula: puta in Ægypto, in Babylone, et sicubi terrarum præterea sparsi sunt nostrorum sacerdotum aliqui. Mittunt enim Hierosolyma descripta nomina parentum et majorum, additis testium nominibus. Quodsi bellum enascatur, ut sæpe factum est, sicut quum Antiochus Epiphanes terram invasit, et quum Pompeius Magnus, et quum Quintilius Varus, maxime vero nostris temporibus, tum qui supersunt sacerdotum novas ex veteribus tabulas conficiunt, et inquirunt in feminas superstites. Nam nec eas quæ bello captæ fuerunt recipiunt, suspectantes eam quæ sæpe talibus accidit cum alienigenis consuetudinem. Est autem argumentum diligentiæ maximum circa ista, quod summi sacerdotes apud nos in commentariis descripti sunt ab annis bis mille cum suis parentumque nominibus. Si quis adversus hæc vel tantillum deliquerit, ei non licet altari adstare, aut cæterarum ceremoniarum esse participem. Recte siquidem, potius autem ex necessitate, quum neque subscribendi potestas omnibus data, neque ulla sit in scriptis discrepantia; sed solummodo prophetis qui antiquissima et veterrima ex inspiratione divina cognita habuerint, suorum vero temporum res quo modo gestæ erant perspicue conscripserint.

8. Itaque apud nos nequaquam innumerabilis est librorum multitudo, dissentientium atque inter se pugnantium: sed duo duntaxat et viginti libri, totius temporis historiam complectentes, qui merito creduntur divini. Ex his quin-

ἐστι τὰ Μωϋσέως, ἃ τούς τε νόμους περιέχει καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγον ἐτῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου τοῦ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως ἀρχῆς, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις· αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. Δῆλον δ' ἐστιν ἔργῳ πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. Τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος οὔτε προσθεῖναί τις οὐδὲν οὔτε ἀφελεῖν αὐτῶν οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. Πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δέοι, θνήσκειν ἡδέως. Ἤδη οὖν πολλοὶ πολλάκις ἑώρανται τῶν αἰχμαλώτων στρέβλας καὶ παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἐπὶ τὸ μηδὲν ῥῆμα προέσθαι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς. Ὃ τίς ἂν ὑπομείνειεν Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ τοῦ καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα, τὴν τυχοῦσαν ὑποστήσεται βλάβην; λόγους γὰρ αὐτὰ νομίζουσιν εἶναι κατὰ τὴν τῶν γραψάντων βούλησιν ἐσχεδιασμένους. Καὶ τοῦτο δικαίως καὶ περὶ τῶν παλαιοτέρων φρονοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τῶν νῦν ἐνίους ὁρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγγράφειν οἷς μήτ' αὐτοὶ παρεγένοντο μήτε πυθέσθαι παρὰ τῶν εἰδότων ἐφιλοτιμήθησαν. Ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ γενομένου νῦν ἡμῖν πολέμου τινὲς ἱστορίας ἐπιγράψαντες ἐξενηνόχασιν οὔτ' εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντες οὔτε πλησίον τούτων πραττομένων προσελθόντες, ἀλλ' ἐκ παρακουσμάτων ὀλίγα συνθέντες, τῷ τῆς ἱστορίας ὀνόματι λίαν ἀναιδῶς ἐνεπαρῴνησαν.

θ'. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τοῦ πολέμου παντὸς καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος γενομένων ἀληθῆ τὴν ἀναγραφὴν ἐποιησάμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἅπασι παρατυχών. Ἐστρατήγουν μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν Γαλιλαίων ὀνομαζομένων, ἕως ἀντέχειν δυνατὸν ἦν, ἐγενόμην δὲ παρὰ Ῥωμαίοις συλληφθεὶς αἰχμάλωτος· καί με διὰ φυλακῆς Οὐεσπασιανὸς καὶ Τίτος ἔχοντες ἀεὶ προσεδρεύειν αὐτοῖς ἠνάγκασαν, τὸ μὲν πρῶτον δεδεμένον, αὖθις δὲ λυθεὶς συνεπέμφθην ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας Τίτῳ πρὸς τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν. Ἐν ᾧ χρόνῳ τῶν πραττομένων οὐκ ἔστιν ὃ τὴν ἐμὴν γνῶσιν διέφυγε. Καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον τὸ Ῥωμαίων ὁρῶν ἐπιμελῶς ἀνέγραφον καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἀπαγγελλόμενα μόνος αὐτὸς συνίην· εἶτα σχολῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ λαβόμενος πάσης μοι τῆς πραγματείας ἐν παρασκευῇ γεγενημένης, χρησάμενός τισι πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, οὕτως ἐποιησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. Τοσοῦτον δέ μοι

que quidem sunt Moysis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum a conditu generis humani usque ad ipsius mortem. Atque hoc spatium temporis tria fere annorum millia comprehendit. A Moysis autem morte ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetæ qui Moysi successere res sua ætate gestas tredecim libris complexi sunt: quattuor vero reliqui hymnos in Dei laudem, et præcepta vitæ hominum exhibent utilissima. Ceterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula literis mandata; sed nequaquam tantam fidem et auctoritatem meruerunt, quantam superiores ii libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosequamur, re ipsa apparet. Quum enim tot jam sæcula effluxerint, nemo adhuc nec adjicere quicquam illis, nec demere, aut mutare aliquid est ausus. Sed omnibus Judæis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut hæc esse præcepta credamus, iisdemque constanter adhærescamus, et eorum causa, si opus fuerit, libenter mortem perferamus. Jam itaque multi captivorum frequenter et tormenta et omne genus mortem in theatris sustinere conspecti sunt, ne ullum verbum contra leges admitterent et scriptas de illis traditiones. Quis Græcorum tale aliquid subiret, imo vel minimum quidem lædi sufferret, licet omnia ab illis scripta interitus periculum adeant? quippe illa narrationes esse existimant, propere effusas prout allubesceret scriptoribus. Atque ita non immerito sentiunt etiam de antiquioribus, quoniam aliquos nunc quoque vident de istis scribere aggredientes, quibus neque ipsi interfuere, neque operam dedere ut a rerum gnaris illa acciperent. Scilicet etiam de bello quod nuperrime gessimus, quidam historias quas conscripserant ediderunt, quum neque ad ea loca pervenerint, neque in vicinia fuerint locorum ubi res gestæ erant: sed ex fama et auditione paucula quædam temere componentes, historiæ nomine impudenter admodum et insolenter se efferunt.

9. Ego autem et de omni bello, deque iis quæ particulatim gesta erant, veritati congruenter scripsi, quum ipse rebus omnibus interfuerim. Etenim eorum dux exstiteram qui apud nos Galilæi audiunt, quamdiu resistendo eramus; comprehensus autem a Romanis factus sum captivus; quumque me Vespasianus et Titus in custodia haberent: illis semper assidere coegerunt, primo quidem vinctum: postea vero solutus ab Alexandria cum Tito missus eram ad Hierosolymorum obsidionem. Quo tempore eorum quæ gerebantur nihil meam notitiam effugit. Nam et singula in Romanis castris conspecta diligenter notabam; quæque a transfugis nunciabantur ego solus intellexi: deinde Romæ otium nactus, opere omni jam præparato, et quibusdam propter Græcam linguam in auxilium vocatis, res prout gestæ erant literis mandabam. Adeoque veritati

περιῆν θάρσος τῆς ἀληθείας, ὥστε πρώτους πάντων τοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου γενομένους Οὐεσπασιανὸν καὶ Τίτον ἠξίωσα λαβεῖν μάρτυρας. Πρώτοις γὰρ δέδωκα τὰ βιβλία· καὶ μετ' ἐκείνους πολλοῖς μὲν Ῥωμαίων τοῖς συμπεπολεμηκόσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπίπρασκον, ἀνδράσι καὶ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας μετεσχηκόσιν, ὧν ἐστιν Ἰούλιος Ἀρχέλαος, Ἡρώδης ὁ σεμνότατος, καὶ αὐτὸς ὁ θαυμασιώτατος βασιλεὺς Ἀγρίππας. Οὗτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν ὅτι τῆς ἀληθείας προύστην ἐπιμελῶς, οὐκ ἂν ὑποστειλάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴ τι κατὰ ἄγνοιαν ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων ἢ παρέλιπον.

ι'. Φαῦλοι δέ τινες ἄνθρωποι διαβάλλειν μου τὴν ἱστορίαν ἐπικεχειρήκασιν, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα προκεῖσθαι νομίζοντες κατηγορίας παραδόξου καὶ διαβολῆς, δέον ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον· ὅπερ ἐγὼ μάλιστα περὶ ἀμφοτέρας νομίζω πεποιηκέναι τὰς πραγματείας. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχαιολογίαν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθηρμήνευκα, γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους καὶ μετεσχηκὼς τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι· τοῦ δὲ πολέμου τὴν ἱστορίαν ἔγραψα, πολλῶν μὲν αὐτουργὸς πράξεων, πλείστων δ' αὐτόπτης γενόμενος, ὅλως δὲ τῶν λεχθέντων ἢ πραχθέντων οὐδοτιοῦν ἀγνοήσας. Πῶς οὖν οὐκ ἂν θρασεῖς τις ἡγήσαιτο τοὺς ἀνταγωνίζεσθαί μοι περὶ τῆς ἀληθείας ἐπικεχειρηκότας; οἳ κἂν τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν λέγωσιν, ἀλλ' οὔ γε καὶ τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον.

ια'. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαίαν ἐποιησάμην τὴν παρέκβασιν, ἐπισημήνασθαι βουλόμενος τῶν ἐπαγγελλομένων τὰς ἱστορίας συγγράφειν τὴν εὐχέρειαν· ἱκανῶς δὲ φανερόν, ὡς οἶμαι, πεποιηκὼς ὡς ὅτι πάτριός ἐστιν ἡ περὶ τῶν παλαιῶν ἀναγραφὴ τοῖς βαρβάροις μᾶλλον ἢ τοῖς Ἕλλησιν, βούλομαι μικρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας νέαν ἡμῶν ἀποφαίνειν τὴν κατάστασιν, ἐκ τοῦ μηδὲν περὶ ἡμῶν, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, λελέχθαι παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν· εἶτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, καὶ τοὺς βεβλασφημηκότας ἡμῶν τὸ γένος ἀποδείξω λίαν ἀλόγως βλασφημοῦντας.

ιβ'. Ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον οὔτ' ἐμπορίαις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ἐπιμιξίαις· ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀπῳκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι ταύτην ἐκπονοῦμεν· μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοκαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους, καὶ τὴν κατὰ τούτους παραδεδομένην εὐσέβειαν ἔργον ἀναγκαιότατον παντὸς τοῦ βίου πεποιημένοι. Προσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τῆς περὶ τὸν βίον ἡμῶν ἰδιότητος, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς

confidebam, ut omnium primos Vespasianum et Titum in eo bello imperatores mihi testes facere voluerim. Primum namque illis obtuli libros; et post illos multis quidem Romanorum qui bello interfuere: plurimis etiam nostratum eos vendidi, viris Græcæ eruditionis non ignaris; in quibus erat Julius Archelaus, Herodes morum gravitate spectatissimus, et rex ipse Agrippa admiratione dignissimus. Isti igitur universi testimonium perhibuerunt quod veritatem accuratam præ me ferebam, non dissimulaturi aut tacituri, si quid factorum per ignorantiam aut per gratiam commutassem aut prætermisissem.

10. Quidam vero homines male feriati historiam meam calumniari conati sunt, tanquam ejusmodi esset ut adolescentibus in scholis ad ingenium exercendum proponi debeat ad accusationem incredibilem et calumniam, quum oporteat illud sciri, quod cum deceat qui se polliceatur rerum veritatem aliis traditurum, ipsum prius exacte eas nosse, aut quod adfuerit quum gererentur, aut quod ex gnaris eas didicerit. Id quod ego in utroque opere me fecisse existimo. Antiquitatis namque libros, sicuti dixi, ex voluminibus sacris interpretatus sum, quum essem genere sacerdos, et a philosophia in scriptis istis comprehensa non alienus: historiam vero belli conscripsi, ut qui ipse res quidem multas gesserim, plurimas vero ipse viderim, et eorum quæ dicta vel gesta erant nihil prorsus ignorarim. Quomodo ergo non procaces isti existimarentur, qui mecum de veritate contendere aggressi sunt? qui licet imperatorum commentarios se legisse dicant, non tamen nostrorum qui illis adversabantur rebus interfuerant.

11. Et de istis quidem necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt: atque abunde me declaratum reliquisse arbitror quod rerum vetustarum memoriam scriptis consignare magis in usu sit apud barbaros quam apud Græcos. Volo igitur inprimis eos paucis redarguere, qui nostrum statum recentem esse contendunt, eo quod nihil de nobis, ut aiunt illi, memorarint scriptores Græci: deinde testimonia antiquitatis ex aliorum scriptis afferam, et eos qui nostræ genti maledixerunt, nulla prorsus cum ratione nobis maledicere ostendam.

12. Quod ad nos attinet, terram habitamus quæ neque mari vicina est, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causa nobis consuetudo cum aliis gentibus est: sed sunt urbes quidem nostræ procul a mari sitæ; ipsi autem nos regionem bonam incolentes, hanc cum labore exercemus: maxime vero omnium liberis educandis studentes et legum custodiæ, ut qui pietatem ad illas exactam opus totius vitæ maxime necessarium fecerimus. Quum igitur ad ea quæ dicta sunt accedat etiam vivendi ratio propria, nihil erat priscis temporibus quod faceret nobis

χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἡμῖν ἐπιμιξίαν, ὥσπερ Αἰγυπτίοις μὲν τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγόμενα καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς Φοινίκης κατοικοῦσιν ἡ περὶ τὰς καπηλείας καὶ τὰς ἐμπορίας σπουδὴ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. Οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς λῃστείας ὥσπερ ἄλλοι τινὲς ἢ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦν πολεμοῦντες ἐτράπησαν ἡμῶν οἱ πατέρες, καίτοι πολλὰς τῆς χώρας ἐχούσης μυριάδας ἀνδρῶν οὐκ ἀτόλμων. Διὰ τοῦτο Φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐπεισπλέοντες εὐθὺς ἐγνώσθησαν, καὶ δι' ἐκείνων Αἰγύπτιοι, καὶ πάντες ἀφ' ὧν τὸν φόρτον εἰς τοὺς Ἕλληνας διεκόμιζον, μεγάλα πελάγη διαίροντες. Μῆδοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Πέρσαι φανεροὶ κατέστησαν τῆς Ἀσίας ἐπάρξαντες, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἑτέρας ἠπείρου Πέρσαι στρατεύσαντες· Θρᾷκες δὲ διὰ γειτονίαν, καὶ τὸ Σκυθικὸν ἀπὸ τῶν εἰς τὸν Πόντον ἐγνώσθη πλεόντων· ὅλως γὰρ ἅπαντες οἱ παρὰ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς τὴν ἑσπέριον κατοικοῦντες, τοῖς συγγράφειν τι βουλομένοις γνωριμώτεροι κατέστησαν. Οἱ δὲ ταύτης ἀνωτέρω τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ἐπιπλεῖστον ἠγνοήθησαν. Καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν Εὐρώπην συμβεβηκὸς, ὅπου γε τῆς Ῥωμαίων πόλεως, τοιαύτην ἐκ μακροῦ δύναμιν κεκτημένης, καὶ τοιαύτας πράξεις κατορθούσης πολεμικὰς, οὔθ' ὁ Ἡρόδοτος οὔθ' ὁ Θουκυδίδης οὔτε τῶν ἅμα τούτοις γενομένων οὐδὲ εἷς ἐμνημόνευκεν, ἀλλ' ὀψέ ποτε καὶ μόλις αὐτῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἡ γνῶσις διεξῆλθον. Περὶ μὲν γὰρ Γαλατῶν τε καὶ Ἰβήρων οὕτως ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἐστιν Ἔφορος, ὥστε πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τοὺς Ἴβηρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἑσπερίου γῆς κατοικοῦντας· καὶ τὰ μήτε γενόμενα παρ' αὐτοῖς ἔθη μήτε λεγόμενα γράφειν, ὡς ἐκείνων αὐτοῖς χρωμένων, ἐτόλμησαν. Αἴτιον δὲ τοῦ μὲν μὴ γινώσκειν τἀληθὲς τὸ λίαν ἀνεπίμικτον', τοῦ δὲ γράφειν ψευδῆ τὸ βούλεσθαι δοκεῖν τι πλέον τῶν ἄλλων ἱστορεῖν. Πῶς οὖν ἔτι θαυμάζειν προσῆκεν, εἰ μηδὲ τὸ ἡμέτερον ἔθνος πολλοῖς ἐγιγνώσκετο, μηδὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασι μνήμης ἀφορμὴν παρέσχεν, οὕτω μὲν ἀπῳκισμένον τῆς θαλάσσης, οὕτω δὲ βιοτεύειν προῃρημένον;

ιγ'. Φέρε τοίνυν ἡμᾶς ἀξιοῦν τεκμηρίῳ χρήσασθαι περὶ τῶν Ἑλλήνων ὅτι μὴ παλαιόν ἐστιν αὐτῶν τὸ γένος τῷ μηδὲν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι. Ἆρ' οὐχὶ πάντως ἂν κατεγέλων, αὐτὰς, οἶμαι, τὰς ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰρημένας κομίζοντες αἰτίας, καὶ μάρτυρας ἂν τοὺς πλησιοχώρους παρείχοντο τῆς αὐτῶν ἀρχαιότητος; Κἀγὼ τοίνυν πειράσομαι τοῦτο ποιεῖν. Αἰγυπτίοις γὰρ καὶ Φοίνιξι μάλιστα δὴ χρήσομαι μάρτυσιν, οὐκ ἄν τινος ὡς ψευδῆ τὴν μαρτυρίαν διαβάλλειν δυνηθέντος. Φαίνονται γὰρ καὶ δὴ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες κοινῇ μὲν ἅπαντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι. Περὶ μέντοι Χαλδαίων οὐκέτι δυναίμην ἂν ταυτὸ τοῦτο λέγειν, ἐπεὶ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγοὶ καθεστήκασι καὶ

commercium cum Græcis, sicut Ægyptiis mercimonia, ex rebus quæ importarentur aut exportarentur; et Phœnicibus oram maritimam accolentibus, cauponandi et negotiandi studium ex amore pecuniæ. Sed neque ad latrocinia, sicut alii quidam, aut plus habendi studium, bellum exercendo conversi sunt patres nostri, licet regio multis virorum strenuorum myriadibus abundaret. Quo factum ut Phœnices negotiationis ergo ad Græcos navigantes statim cogniti fuerint, et per illos Ægyptii, dein omnes a quibus ad Græcos onera perferebant, immensa maria pertranseuntes. Medi vero postea atque Persæ illis innotuerunt postquam Asiæ imperarunt, Persæque, quum usque ad alteram continentem expeditiones fecissent; Thraces autem propter vicinitatem, et Scythæ ab iis qui in Pontum navigant cogniti sunt: atque in universum omnes, ad mare vel Orientale vel Hesperium habitantes, in eorum notitiam facilius venerunt, quibus in animo fuit historiæ aliquid scribere. Superiora vero incolentes et procul a mari maximam in partem ignorati erant. Hoc idem et iis contigit qui in Europa habitant: siquidem Romanorum urbis, in tantam potentiam jam inde olim evectæ, et tantas res bellicas prospere gerentis, neque Herodotus neque Thucydides quoquo modo meminerunt, nec omnino alius eorum æqualis scriptor, sed sero et vix tandem eorum nomen in Græcia auditum. Gallorum etiam et Hispanorum res usque adeo ignotæ iis fuerunt qui accuratissimi scriptores fuisse perhibentur, in quibus est Ephorus, ut Iberos unam civitatem esse existimaverit, quum tam late in Occidentem fines eorum pateant: et ritus eorum, qui nec fuerunt nec fuisse unquam dicti sunt, scribere, tanquam ita illis uterentur, non dubitarunt. Causa vero earum quidem rerum ignorantiæ fuit, quod illi secum ipsi viverent commercia aliarum gentium aversantes; scriptorum vero mendacii, quod volebant illi quippiam ultra alios memoriæ mandasse videri. Quomodo ergo mirari convenit, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam suppeditavit occasionem, tam longo scilicet intervallo disjuncta a mari, talibus vitæ institutis sese accommodans?

13. Pone igitur nos argumento uti velle Græcorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in libris nostris de iis dictum reperiatur. Nonne omnino nos risu exciperent, ipsas, ut arbitror, a me nunc allatas proferentes causas, et testes e vicinis regionibus adducerent antiquitatis suæ? Igitur et ego hoc conabor efficere. Ægyptiis enim et Phœnicibus præcipue testibus utar, quum nemo eorum testimonio tanquam falso detrahere potuerit. Videntur enim et maxime in nos iniqui, communiter quidem omnes Ægyptii, Phœnicum vero Tyrii. De Chaldæis autem nequaquam hoc idem dicere potero, quoniam et generis nostri principes exstiterunt, et propter cognationem in histo-

διὰ τὴν συγγένειαν ἐν ταῖς αὑτῶν ἀναγραφαῖς Ἰουδαίων μνημονεύουσιν. Ὅταν δὲ τὰς περὶ τούτων πίστεις παράσχω, τότε καὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφέων ἀποφανῶ τοὺς μνήμην Ἰουδαίων πεποιηκότας, ἵνα μηδὲ ταύτην ἔτι τὴν πρόφασιν οἱ βασκαίνοντες ἔχωσι τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀντιλογίας.

ιδ'. Ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων. Αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἷόντε παρατίθεσθαι κἀκείνων· Μανεθὼν δ' ἦν τὸ γένος ἀνὴρ Αἰγύπτιος, τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι· γέγραφε γὰρ Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἔκ τε τῶν ἱερῶν, ὥς φησιν αὐτὸς, μεταφράσας καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. Αὐτὸς δὴ τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει (παραθήσομαι δὲ τὴν λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν ἐκεῖνον παραγαγὼν μάρτυρα)· « Ἐγένετο βασιλεὺς « ἡμῖν, Τίμαος ὄνομα· ἐπὶ τούτου οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ Θεὸς « ἀντέπνευσεν, καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν « μερῶν, ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, καταθαρσήσαντες « ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχητὶ « ταύτην κατὰ κράτος εἷλον. Καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαν- « τας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι τὸ λοιπὸν τάς τε πόλεις « ὠμῶς ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν· « πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθρότατά πως ἐχρήσαντο, « τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖ- « κας εἰς δουλείαν ἄγοντες. Πέρας δὲ καὶ βασιλέα « ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν Σάλατις. Καὶ « οὗτος ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τήν τε ἄνω καὶ κά- « τω χώραν δασμολογῶν καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδειο- « τάτοις καταλείπων τόποις. Μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς « ἀνατολὴν ἠσφαλίσατο μέρη, προορώμενος Ἀσσυρίων, « τότε μεῖζον ἰσχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐ- « τῆς βασιλείας ἐφόδου. Εὑρὼν δὲ ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ « πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν « τοῦ Βουβαστίτου ποταμοῦ, καλουμένην δ' ἀπό τινος « ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν, ταύτην ἔκτισέ τε καὶ τοῖς « τείχεσιν ὀχυρωτάτην ἐποίησεν, ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ « πλῆθος ὁπλιτῶν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας « ἀνδρῶν πρὸς φυλακήν. Ἐνθάδε κατὰ θέρειαν ἤρ- « χετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχό- « μενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισίαις πρὸς φόβον τῶν « ἔξωθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων. Ἄρξας δ' ἐννεακαίδεκα « ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος « ἐβασίλευσε τέσσαρα καὶ τετταράκοντα ἔτη, καλού- « μενος Βηών. Μεθ' ὃν ἄλλος Ἀπαχνὰς, ἓξ καὶ τριά- « κοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτά. Ἔπειτα δὲ καὶ Ἄπω- « φις ἓν καὶ ἑξήκοντα, καὶ Ἰανίας πεντήκοντα καὶ « μῆνα ἕνα. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἄσσις ἐννέα καὶ τεσ- « σαράκοντα καὶ μῆνας δύο. Καὶ οὗτοι μὲν ἓξ ἐν « αὐτοῖς ἐγενήθησαν πρῶτοι ἄρχοντες, πολεμοῦντες « ἀεὶ καὶ ποθοῦντες μᾶλλον τῆς Αἰγύπτου ἐξᾶραι τὴν « ῥίζαν. Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος ὙΚΣΩΣ, « τοῦτο δέ ἐστι βασιλεῖς ποιμένες· τὸ γὰρ ὙΚ καθ'

riis suis Judæorum meminerunt. Quum vero de istis probationes afferam, tunc etiam Græcorum historicos memorabo qui Judæorum mentionem fecere, ne quis ex invidia et detrectatione hujusmodi occasionem arripiat nobis contradicendi.

14. Initium jam faciam ab Ægyptiorum literis. Ipsas quidem eorum literas ut proferam fieri non potest: Manetho autem genere fuit Ægyptius, vir Græcam eruditionem assequutus, uti ex eo intelligitur, quod Græce patriam historiam scripserit, eam, ut ipse profitetur, e sacris interpretatus libris; qui etiam Herodotum in multis convincit de rebus Ægyptiacis per ignorantiam mentitum. Ille certe Manetho historiarum Ægyptiarum secundo ita de nobis scribit (ejus quippe verba proferre libet, ut qui ipsum pro teste producam.) « Regem olim habuimus Timaum, « cujus tempore, quum nobis Deus nescio quo pacto esset « iratior, ex partibus orientalibus homines ignobili genere, « audacia sumpta repentinum hanc in regionem impetum « fecerunt, eamque facile ac sine pugna subegerunt: atque « principibus ejus in suam potestatem redactis, de cetero « et civitates crudeliter incenderunt, et deorum templa « everterunt; porroque in omnes indigenas inimicissime « se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum vero et « liberos et conjuges in servitutem agentes. Tandem vero « unum ex illis regem crearunt, cui nomen Salatis. Atque « hic in Memphide versabatur, provinciam superiorem et « inferiorem tributariam faciens, præsidiaque in locis op- « portunissimis relinquens. Maxime vero partes mu- « nivit orientales, prospiciens Assyriis, tunc aliis poten- « tioribus, futuram cupiditatem invadendi illud ipsum re- « gnum. Quum autem nactus esset in Saite nomo civitatem « opportunissimam ad orientem fluvii Bubastitæ sitam, « quæ ab aliquo antiquæ theologiæ Auaris appellabatur, et « ipsam ædificavit et muris firmissimis communivit, post- « quam illic collocaverat ad custodiam ejus armatorum mul- « titudinem usque ad CCXL millia virorum. Illuc veniebat « æstatis tempore, tam ut frumenta meteret et conducti- « tiis mercedem solveret, quam ut armatos ad terrorem « extraneorum diligenter exerceret. Quum autem regnasset « annis XIX, vitam finivit. Post hunc etiam regnavit alter « annis XLIV, Beon nomine. Post quem alius Apachnas « nomine, annis XXXVI et mensibus VII. Dein etiam Apo- « phis LXI, et Janias L et mense uno. Post omnes autem « Assis annis XLIX et mensibus II. Et isti quidem sex inter « eos fuere primi principes, bellum semper gerentes, et « maxime Ægyptum radicitus exstinguere cupientes. « Vocabatur autem gens universa HYCSOS, id est reges « pastores: HYC enim in sacra lingua regem sonat, Sos

« ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ ΣΩΣ ποιμήν ἐστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται ὙΚΣΩΣ. Τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι. » Ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τοῦ ὙΚ προσηγορίας, ἀλλὰ τοὐναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας· τὸ γὰρ ὙΚ πάλιν Αἰγυπτιστὶ καὶ τὸ ἍΚ δασυνόμενον αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. Καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον. « Τούτους δὲ τοὺς προκατωνομασμένους βασιλέας τοὺς τῶν ποιμένων καλουμένων καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν ἔτη πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἕνδεκα. Μετὰ ταῦτα δὲ τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστασιν, καὶ πόλεμον αὐτοῖς συρραγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. Ἐπὶ δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Ἀλισφραγμούθωσις, ἡττωμένους φησὶ τοὺς ποιμένας ὑπ' αὐτοῦ ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆναι δ' εἰς τόπον, ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν περίμετρον. Αὔαριν ὄνομα τῷ τόπῳ. Τοῦτον φησὶν ὁ Μανεθὼν ἅπαντα τείχει τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς ποιμένας, ὅπως τήν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ὀχυρῷ καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν. Τὸν δὲ Ἀλισφραγμουθωσέως υἱὸν Θούμμωσιν ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πολιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι προσεδρεύσαντα τοῖς τείχεσιν· ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες ὅποι βούλονται πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. Τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμολογίαις πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων οὐκ ἐλάττους μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσάρων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν ὁδοιπορῆσαι. Φοβουμένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν (τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν), ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι. » Ἐν ἄλλῃ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανεθὼν τοῦτό φησιν ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας αἰχμαλώτους ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι, λέγων ὀρθῶς. Καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμένες. Αἰχμάλωτοί τε πάλιν οὐκ ἀλόγως ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδήπερ ὁ πρόγονος ἡμῶν Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχμάλωτον εἶναι, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ὕστερον μετεπέμψατο, τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν.

ιε'. Νυνὶ δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης παρατίθεμαι τοὺς Αἰγυπτίους μάρτυρας. Πάλιν οὖν τὰ τοῦ Μανεθῶνος πῶς ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων τάξιν ὑπογράψω. Φησὶ δὲ οὕτω· « Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς

« vero pastorem et pastores secundum dialectum communem, unde vox composita HYCSOS. Sunt autem qui Arabas illos exstitisse dicant. » In alio autem exemplari nomine illo HYCSOS non reges significari comperi, sed e diverso captivos pastores indicari. HYC enim iterum Ægyptiaca lingua, et HAC cum aspiratione, captivos proprie nominatimque significat. Atque id mihi verisimilius videtur et magis cum antiqua historia consentiens. « Prædictos autem reges pastorum nomine appellatos, illorumque posteros Ægyptum in sua potestate habuisse dicit annis circiter XI supra quingentos. Tum vero susceptam adversus pastores a Thebaidis ac reliquæ Ægypti regibus expeditionem, bellumque grave ac diuturnum inter ipsos conflatum fuisse. Sub rege autem cui Alisphragmuthosis nomen erat, debellatos pastores illos, ac reliqua Ægypto pulsos, unum in locum inclusos esse tradit, cujus ambitus decem jugerum millia contineret. Auaris locus ille dicebatur. Hunc Manetho dicit universum a pastoribus ingenti validoque muro septum ac munitum, ut quicquid sibi fortunarum esset ac prædæ id omne tutum ac securum habere possent. At vero Alisphragmuthoseos filium Thummosin CCCCLXXX millium hominum exercitu muros obsedisse, atque ipsos per vim expugnare conatum illum quidem, sed, obsidionis exitu desperato, cum iisdem ea conditione pepigisse, ut, Ægypto relicta, omnes quocunque vellent sine ullo suo detrimento commigrarent. Eos igitur cum universis familiis atque omni possessione sua, uti per ictum fœdus poterant, haud pauciores CCXL millibus ab Ægypto per solitudinem in Syriam tetendisse. Quod autem sibi ab Assyriorum principatu metuerent (tum enim illos Asiam tenuisse), in ea quam hodie Judæam appellamus regione urbem ædificasse, quæ tot hominum millia caperet, eandemque Hierosolyma nominasse. » In alio vero quodam de rebus Ægyptiacis libro Manetho dicit, « hanc gentem pastores appellatam, captivos in sacris suorum libris haberi; » idque recte. Nam antiquis progenitoribus nostris patrium erat greges pascere : et pascualem agentes vitam, inde pastores vocabantur. Rursusque captivi non temere in Ægyptiorum libris dicti sunt, quoniam progenitor noster Josephus dixit ad Ægyptiorum regem, se captivum esse, et postea fratres in Ægyptum evocavit regis permissu. Sed de istis quidem alibi inquisitionem faciam diligentiorem.

15. Nunc autem hujus antiquitatis testes produco Ægyptios. Itaque rursus ea quæ tradidit Manetho, ad quod tempus referantur, subjiciam. Sic enim ait : « Postquam ex Ægypto egressus est Pastorum populus ad Hierosolyma, qui illos ex Ægypto pepulit rex Tethmosis,

« ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις, ἐβασίλευσε μετὰ ταῦτα ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἐτελεύτησε, καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ υἱὸς Χέβρων ἔτη τρισκαίδεκα. Μεθ' ὃν Ἀμένωφις εἴκοσι καὶ μῆνας ἑπτά. Τοῦ δὲ ἀδελφὴ Ἀμεσσὶς εἴκοσι ἓν καὶ μῆνας ἐννέα. Τῆς δὲ Μήφρης δώδεκα καὶ μῆνας ἐννέα. Τοῦ δὲ Μηφραμούθωσις εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας δέκα. Τοῦ δὲ Θμῶσις ἐννέα καὶ μῆνας ὀκτώ. Τοῦ δ' Ἀμένωφις τριάκοντα καὶ μῆνας δέκα. Τοῦ δὲ Ὧρος τριάκοντα ἓξ καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δὲ θυγάτηρ Ἀκεγχρὴς δώδεκα καὶ μῆνα ἕνα. Τῆς δὲ Ῥάθωτις ἀδελφὸς ἐννέα. Τοῦ δὲ Ἀκεγχήρης δώδεκα καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δ' Ἀκεγχήρης ἕτερος δώδεκα καὶ μῆνας τρεῖς. Τοῦ δὲ Ἀρμαῗς τέσσαρα καὶ μῆνα ἕνα. Τοῦ δὲ Ῥαμέσσης ἓν καὶ μῆνας τέσσαρας. Τοῦ δὲ Ἀρμέσσης Μιαμμοῦ ἑξήκοντα ἓξ καὶ μῆνας δύο. Τοῦ δὲ Ἀμένωφις δέκα καὶ ἐννέα καὶ μῆνας ἕξ. Τοῦ δὲ Σέθωσις, καὶ Ῥαμέσσης, ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δύναμιν. Οὗτος τὸν μὲν ἀδελφὸν Ἁρμαῗν ἐπίτροπον τῆς Αἰγύπτου κατέστησε, καὶ πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν περιέθηκεν ἐξουσίαν, μόνον δὴ ἐνετείλατο διάδημα μὴ φορεῖν, μηδὲ τὴν βασιλίδα μητέρα τε τῶν τέκνων ἀδικεῖν, ἀπέχεσθαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασιλικῶν παλλακίδων. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Κύπρον καὶ Φοινίκην καὶ πάλιν Ἀσσυρίους τε καὶ Μήδους στρατεύσας, ἅπαντας, τοὺς μὲν δόρατι, τοὺς δὲ ἀμαχητὶ, φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς δυνάμεως, ὑποχειρίους ἔλαβε. Καὶ μέγα φρονήσας ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἔτι καὶ θαρσαλεώτερον ἐπορεύετο, τὰς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας καταστρεφόμενος. Χρόνου τε ἱκανοῦ γεγονότος, Ἅρμαις ὁ καταλειφθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ πάντα τοὔμπαλιν οἷς ἀδελφὸς παρῄνει μὴ ποιεῖν ἀδεῶς ἔπραττεν· καὶ γὰρ τὴν βασιλίδα βιαίως ἔσχε, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσιν ἀφειδῶς διετέλει χρώμενος· πειθόμενος δὲ ὑπὸ τῶν φίλων διάδημα ἐφόρει, καὶ ἀντῆρε τῷ ἀδελφῷ. Ὁ δὲ τεταγμένος ἐπὶ τῶν ἱερῶν τῆς Αἰγύπτου γράψας βιβλίον ἔπεμψε τῷ Σεθώσει, δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅτι ἀντῆρεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἁρμαῗς. Παραχρῆμα οὖν ὑπέστρεψεν εἰς Πηλούσιον, καὶ ἐκράτησε τῆς ἰδίας βασιλείας. Ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος Αἴγυπτος. Λέγει γὰρ ὅτι ὁ μὲν Σέθωσις ἐκαλεῖτο Αἴγυπτος, Ἁρμαῗς δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δαναός. »

ιϛ'. Ταῦτα μὲν ὁ Μανεθών. Δῆλον δέ ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐτῶν τοῦ χρόνου συλλογισθέντος ὅτι οἱ καλούμενοι ποιμένες, ἡμέτεροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίοις πρόσθεν ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες τὴν χώραν ταύτην ἐπῴκησαν ἢ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. Καίτοι τοῦτον ἀρχαιότατον Ἀργεῖοι νομίζουσι. Δύο τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἑτέρωθεν ἄφιξιν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, οὕτως ἀρ-

« postea regnavit annis viginti et quinque, et mensibus quattuor, et defunctus est : regnumque accepit filius ejus Chebron, regnans annos tredecim. Post quem Amenophis, annis viginti et mensibus VII. Hujus autem soror Amessis, annis XXI et mensibus IX. Post hanc Mephres annis XII et mensibus IX. Post hunc Mephramuthosis annis XXV et mensibus X. Post eum Thmosis annis IX et mensibus VIII. Post eum Amenophis annis XXX et mensibus X. Post eum Orus annis XXXVI et mensibus V. Hujus autem filia Acenchres annis XII et mense I. Post eam frater Rathotis annis IX. Post hunc Acencheres annis XII et mensibus V. Post hunc Acencheres alter annis XII et mensibus III. Post hunc Armais annis IV et mense I. Post hunc Ramesses anno I et mensibus IV. Post hunc Armesses Miammi annis LXVI et mensibus II. Post hunc Amenophis annis XIX et mensibus VI. Post hunc Sethosis, et Ramesses, qui plurimas copias habuit equestres et navales. Hic fratrem quidem Armain procuratorem Ægypti constituit, et reliquam ei omnem regalem contulit potestatem, tantummodo autem ei injunxit ne coronam gestaret, neque reginam matremque liberorum injuria afficeret, insuperque ut abstineret ab ceteris regalibus concubinis. Ipse vero in Cyprum et Phœnicen, rursusque in Assyrios et Medos expeditione suscepta, universos, alios quidem ferro, alios vero sine pugna magnæ suæ potestatis terrore sibi subjugavit : atque prospero rerum successu valde elatus, aliquanto audacius progrediebatur, orientales urbes et provincias subvertendo. Quod tempus quum in longum protraheretur, Armais, qui in Ægypto fuerat relictus, omnia contra quam frater monuerat ne faceret, sine timore faciebat : nam et reginæ vim inferebat, ceterisque concubinis ad libitum misceri non cessabat : persuasusque ab amicis corona utebatur, et contra fratrem insurgebat. Is vero qui constitutus erat super sacra Ægypliaca, codicillos Sethosi misit, cum de omnibus certiorem faciens, quodque frater ipsius Armais contra eum bellum moveret. Illico igitur Pelusium reversus est, et proprium tenuit regnum. Provincia vero ex ejus nomine appellata est Ægyptus. Dicit enim quod Sethosis quidem Ægyptus vocabatur, Armais autem frater ejus Danaus. »

16. Atque hæc quidem Manetho. Ergo si tempus ad initam annorum istorum rationem exigemus, constabit omnino, quos Pastores ipsi vocabant, majores nostros, annis ante tribus et nonaginta supra trecentos, ubi ex Ægypto migrassent, regionem illam insedisse, quam Danaus Argos venisset, qui tamen ab Argivis pro antiquissimo celebratur. Ita duo nobis eaque sane præcipua, hoc Manethonis, quod Ægyptiarum literarum fidem sequitur, testimonio confecta sunt : alterum, eos in Ægyptum aliunde profectos esse; alterum, indidem ipsos alio commigrasse, quod etiam po-

χαίαν τοῖς χρόνοις, ὡς ἐγγύς που προτερεῖν αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις. Ὑπὲρ ὧν δ' ὁ Μανεθὼν οὐκ ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὡμολόγηκεν, ἐκ τῶν ἀδεσπότως μυθολογουμένων προστέθεικεν, ὕστερον ἐξελέγξω κατὰ μέρος, ἀποδεικνὺς τὴν ἀπίθανον αὐτοῦ ψευδολογίαν.

ιζ΄. Βούλομαι τοίνυν ἀπὸ τούτων ἔτι μετελθεῖν ἐπὶ τὰ παρὰ τοῖς Φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παρασχεῖν. Ἔστι τοίνυν παρὰ Τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημοσίᾳ γεγραμμένα καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους πραχθέντων μνήμης ἀξίων. Ἐν τούτοις γέγραπται ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως, ἔτεσι θᾶττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μησὶν ὀκτὼ τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα, ἀνεγράφη δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ' ἡμῖν. Εἴρωμος γὰρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν Σολομῶνος, πατρικὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διαδεδεγμένος. Αὐτὸς οὖν συμφιλοτιμούμενος εἰς τὴν τοῦ κατασκευάσματος τῷ Σολομῶνι λαμπρότητα, χρυσίου μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα, τεμὼν δὲ καλλίστην ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους, ὃ καλεῖται Λίβανος, εἰς τὸν ὄροφον ἀπέστειλεν. Ἀντεδωρήσατο δὲ αὐτὸν ὁ Σολομὼν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ γῇ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας τῇ Χαβουλὼν λεγομένῃ. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς εἰς φιλίαν τῆς σοφίας συνῆγεν ἐπιθυμία· προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέστελλον λύειν κελεύοντες, καὶ κρείττων ἐν τούτοις ἦν ὁ Σολομὼν καὶ τἄλλα σοφώτερος. Σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν. Ὅτι δ' οὐ λόγος ἐστὶν ὑπ' ἐμοῦ συγκείμενος ὁ περὶ τῶν παρὰ τοῖς Τυρίοις γραμμάτων παραθήσομαι μάρτυρα Δῖον, ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον. Οὗτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινίκων ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον· « Ἀβιβάλου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν. Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ πεποίηκε, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν· ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν. Τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν, τὸ δὲ μὴ δυνηθέντα διακρῖναι τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν. Ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἴρωμον καὶ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. Εἶτα δὴ Ἀβδήμονόν τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν· ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτῖσαι χρήματα. » Δῖος μὲν οὕτω περὶ τῶν προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

sterius adeo vetustum, ut Trojana tempora annis prope mille antecederet. Ista vero quæ Manetho non ex literis Ægyptiacis, sed, sicut ipse professus est, ab incertis auctoribus memorata, adjecit, postea particulatim excutiam, ea mendacia esse ostendens sine verisimilitudine conficta.

17. Volo jam ab istis transire etiam ad ea, quæ apud Phœnices de nostro genere conscripta sunt; et in hanc rem testimonia ex illis afferam. Apud Tyrios sane literæ sunt a multis annis consignatæ publicis monumentis, et magna cum cura adservatæ, ad ea spectantes quæ memoria digna ab ipsis gesta erant et cum aliis intercesserant. In istis scriptum est, a Solomone rege Hierosolymis templum fuisse constructum, annis CXLIII et mensibus octo priusquam a Tyriis Carthago ædificaretur, atque in illis templi nostri instructio descripta legitur. Hiromus enim Tyriorum rex amicus erat nostri Solomonis, patris in amicitia cum eo inita successor. Is itaque suam Solomoni munificentiam exhibens ad claritatem fabricæ, auri quidem talenta centum et viginti donavit; quumque pulcherrimam silvam ex monte, cui nomen Libanus, excidisset, lignum ad tecti contignationem misit: Solomon vero donis et aliis quamplurimis eum remuneravit, et terra in Galilææ regione quæ Chabulon dicitur. Præcipue autem illos sapientiæ studium ad invicem constrinxit: problemata enim solvenda mutuo mittebant, et in his superior usquequaque erat Solomon, inque ceteris sapientia præstare visus est. Hactenus vero plures ex epistolis, quas illi ad se invicem scripserunt, apud Tyrios asservantur. Quod autem sermo de Tyriorum literis a me non fingitur, testem producam Dium, virum qui Phœnicum historiam accurate scripsisse creditur. Ille igitur in suis de Phœnicibus historiis in hunc modum scribit: « Abibalo vivis erepto, filius ejus Hiromus regnavit. Hic partes urbis orientales aggere cinxit et ampliorem eam reddidit; et Olympii Jovis templum, ab omni vicinarum ædium strue sejunctum et in insula positum, aggere interjecto copulavit urbi, et aureis donariis exornavit, ascendensque in Libanum materiam cecidit ad fanorum exstructionem. Regem autem Hierosolymorum Solomonem ad eum aiunt ænigmata misisse et ab eo alia repoposcisse ea lege, ut qui dissolvere non posset, dissolventi pecunias penderet. Quam conditionem quum Hiromus accepisset, nec resolvere ambages potuisset, mulctam ingentem pecuniarum pependisse. Tunc virum quendam Tyrium nomine Abdemonum exstitisse, qui problemata solveret aliaque invicem proponeret: quæ quum Solomon non solvisset, pecunias multas Hiromo insuper rependisse. » Ita quidem Dius de iis quæ supra diximus testatus est.

ιη'. Ἀλλὰ πρὸς τούτῳ παραθήσομαι Μένανδρον τὸν Ἐφέσιον. Γέγραφε δὲ οὗτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις γενομένας, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. Γράφων δὴ περὶ τῶν βεβασιλευκότων ἐν Τύρῳ, ἔπειτα γενόμενος κατὰ τὸν Εἴρωμον, ταῦτα φησί· « Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα τέσσαρα. Οὗτος ἔχωσε τὸν εὐρύχωρον τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν, ἔτι τε ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας, καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοὺς ᾠκοδόμησε, τό τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τῆς Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρευσε, καὶ τὸ μὲν τοῦ Ἡρακλέους πρῶτον ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τὸ τῆς Ἀστάρτης, ὁπότε Τιτυοῖς ἐπεστράτευσε μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους, οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. Ἐπὶ τούτου δέ τις ἦν Ἀβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς. » Ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τούτου τοῦ βασιλέως ἄχρι τῆς Καρχηδόνος κτίσεως οὕτως· « Τελευτήσαντος Εἰρώμου διεδέξατο τὴν βασιλείαν Βαλεάζαρος ὁ υἱός, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Μετὰ τοῦτον Ἀβδάστρατος ὁ αὐτοῦ υἱὸς βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. Μεθ' οὓς Ἄσταρτος ὁ Δελαιαστάρτου, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. Μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέλητος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξε μῆνας ὀκτὼ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα. Τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριακονταδύο ἐβίωσεν ἔτη ἑξήκοντα ὀκτώ. Τοῦτον διεδέξατο Βαδέζωρος υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα πέντε ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ. Τούτου διάδοχος γέγονε Μάτγηνος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Τούτου διάδοχος γέγονε Φυγμαλίων, βιώσας δ' ἔτη πεντήκοντα ἓξ ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτά. Ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα. » Συνάγεται δὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως ἔτη ρνε' μῆνες η'. Ἐπεὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς, γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα τρία, μῆνες ὀκτώ. Τῆς μὲν οὖν παρὰ Φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ προσθεῖναι πλείω; βλέπεται γὰρ τἀληθὲς ἰσχυρῶς ὡμολογημένον. Καὶ πολὺ δήπου προάγει τῆς τοῦ νεὼ κα-

18. Sed huic Menandrum Ephesium adjungam. Is autem res singulorum regum tempore apud Græcos Barbarosque gestas memoriæ mandabat, ex vernaculis cujusque provinciæ vel gentis actis studens historiæ veritatem cognoscere. De iis itaque qui in Tyro regnarunt scribens, et deinde veniens ad Hiromum regem, ista dicit : « Abibalo vita functo, Hiromus filius ejus regnum accepit, qui regnavit annos XXXIV, vita ad annum LIII producta. Hic aggere Vastum qui dicitur locum exæquavit, præterea que auream columnam in Jovis templo collocavit : et ad lignorum silvam profectus, e monte Libano appellato construendis templorum tectis cedros excidit; demolitusque antiqua delubra, nova templa ædificavit, Herculisque et Astartæ fana consecravit, primumque Herculis templum fecit in mense Peritio, deinde Astartæ, quando bellum movit adversus Tityos, quod tributa non solverent : quos quum sibi etiam iterum subjecisset, reversus est. Hujus ætate quidam Abdemonus puer junior clarebat, qui problemata, quæ Solomon rex Hierosolymorum explicari jussit, ingenio semper superabat. » Supputatur vero tempus ab hoc rege usque ad constructionem Carthaginis, hoc modo : « Hiromo defuncto, in ejus regnum successit Baleazarus filius, qui, quum vixisset annis XLIII, septem regnavit annis. Post hunc Abdastratus illius filius vita exacta annorum XXIX regnavit novem. Hunc nutricis suæ filii quattuor insidiis peremerunt, quorum senior regnavit annis XII. Post quos Astartus filius Delæastarti regnavit, qui vixit annis LIV, regnavit annis XII. Post hunc frater ejus Aserymus, qui vixit annis LIV, regnavit annis novem. Hic a fratre Phelete interfectus est, et regno suscepto mensibus imperavit octo, quum vixisset annis L. Hunc interfecit Ithobalus Astartæ sacerdos, qui, quum vixisset annis LXVIII, regnavit annis XXXII. Huic successit Badezorus filius, qui, quum vixisset annis quadraginta quinque, regnavit annis sex. Huic successor factus est Malgenus ejus filius, qui quum vixisset annis XXXII, novem regnavit annis. Huic successit Pygmalion, qui vixit annis LVI, et regnum tenuit XLVII. Hujus regni anno septimo soror ejus Dido, fuga elapsa, in Libya civitatem condidit Carthaginem ». Itaque colligitur omne tempus a regno Hiromi usque ad conditam Carthaginem, ad annos CLV et menses VIII. Quum vero anno XII Hiromi regis in Hierosolymis ædificatum sit templum, fluxit igitur a templi conditu usque ad constructionem Carthaginis tempus annorum CXLIII, mensium VIII. Et Phœnicum quidem testimoniis quid opus est plura adscribere? cernitur enim veritas valde comprobata. Et multum videlicet constructionem templi præcedit proge-

τασκευῆς ἡ τῶν προγόνων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν ἄφιξις· ὅτε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν πολέμῳ παρέλαβον, τότε τὸν νεὼν κατεσκεύασαν. Καὶ ταῦτα σαφῶς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπ' ἐμοῦ δεδήλωται διὰ τῆς ἀρχαιολογίας.

ιθ'. Λέξω δὲ νῦν ἤδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορούμενα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. Μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσσὸς, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφομένοις, ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς. Οὗτος τοίνυν ὁ Βηρωσσὸς ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς περί τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἱστόρηκε· καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσενεχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν. Εἶτα τοὺς ἀπὸ Νώχου καταλέγων καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθεὶς, ἐπὶ Ναβοπαλάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα, καὶ τὰς τούτου πράξεις ἀφηγούμενος λέγει, « τίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν « ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Ναβουχοδονόσορον « μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ἐπειδήπερ ἀφεστῶτας αὐ« τοὺς ἐπύθετο, πάντων ἐκράτησε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέ« πρησε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ' « ἡμῶν λαὸν ἀναστήσας εἰς Βαβυλῶνα μετῴκισεν. « Συνέβη δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἐτῶν « ἑβδομήκοντα μέχρι Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως. » Κρατῆσαι δέ φησι τὸν Βαβυλώνιον Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, Ἀραβίας, πάντας δὲ ὑπερβαλόμενον ταῖς πράξεσι τοὺς πρὸ αὐτοῦ Χαλδαίων καὶ Βαβυλωνίων βεβασιλευκότας. Εἶθ' ἑξῆς ὑποκαταβὰς ὀλίγον ὁ Βηρωσσὸς πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀρχαιότητος ἱστοριογραφίᾳ· αὐτὰ δὲ παραθήσομαι τὰ τοῦ Βηρωσσοῦ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον· « Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ « αὐτοῦ Ναβοπαλάσσαρος ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης « ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην « καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δυ« νάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ « Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς « δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. Συμμίξας δὲ « Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ καὶ παραταξάμενος « αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε καὶ τὴν χώραν ἐξ αὐτῆς ὑπὸ τὴν « αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν. Τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ συν« έβη Ναβοπαλασσάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρω« στήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν « βίον, ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσιν ἐννέα. Αἰσθόμενος « δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχο« δονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πρά« γματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους « Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ « τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ

nitorum nostrorum in hanc regionem adventus : quum enim eam universam debellassent, tum demum templum ædificare cœperunt. Et hæc aperte ex sacris literis a me declarata sunt in Antiquitatum libris.

19. Jam vero ea nunc referam quæ de nobis apud Chaldæos literarum monumentis mandata sunt, quæ cum libris nostris etiam super aliis rebus in plerisque consentiunt. Testis autem horum est Berosus, vir genere quidem Chaldæus, iis vero non ignotus qui in literarum studiis versantur, quoniam scripta de astronomia et Chaldæorum philosophia ipse Græcorum in usum edidit. Is igitur Berosus, antiquissimas sequutus historias, de diluvio et hominibus in eo pereuntibus eadem plane ac Moyses narravit : simul et de arca in qua Noeus generis nostri princeps servatus est, ipsa scilicet in summitatem montium Armeniorum delata. Deinde ortos a Noeo numerans et sua quibusque tempora assignans, ad Nabopalassarum tandem venit, Babylonis et Chaldæorum regem, resque ab eo gestas memorans refert « quemadmodum in Ægyptum « et terram nostram misso filio suo Nabuchodonosoro « multis cum copiis, postquam eos defecisse intellexit, « omnes devicit, et templum Hierosolymitanum incendit, « cunctumque gentis nostræ populum suis e sedibus excita« tum Babylonem tulit. Unde et civitatem contigit desolatam « mansisse annis LXX usque ad Cyrum regem Persarum. » Dicit insuper quod Babylonius tenuerit Ægyptum, Syriam, Phœnicen, Arabiam; quodque priores Chaldæorum et Babyloniorum reges universos rebus a se gestis superarit. Deinde inferius paullo hæc iterum refert Berosus in Antiquitatibus : ipsa vero Berosi verba proferam, ad hunc modum se habentia : « Quum autem audisset pater ejus « Nabopalassarus, eum, qui in Ægypto et Cœle-Syria et « Phœnice præpositus fuerat, satrapen ab eo defecisse, ipse, « ferendis laboribus per ætatem impar, filio Nabuchodono« soro ætate valenti tradidit partem exercitus, misitque ad « illum bello persequendum. Nabuchodonosorus autem, « cum satrapa defectore congressus, idque justa acie, et « devicit eum et regionem illico in regni sui ditionem rede« git. At sub id tempus evenit ut Nabopalassarus pater, « quum morbum contraxisset, in urbe Babyloniorum diem « obiret supremum, postquam regnarat annis XXIX. Nabu« chodonosorus autem, quum non multo post patris interi« tum accepisset, rebusque in Ægypto et reliqua regione « ordinatis, Judæorum et Phœnicum ac Syrorum et gen« tium in Ægypto captivis amicorum quorundam fidei

« βαρυτάτης δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα. Καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενομένοις συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι, αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν ἀνακαινίσας καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, ὑπερεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς πλίνθου. Καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύακε τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπεραίροντα ἀνάστημα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν. Μακρὰ δ' ἴσως ἔσται ἐάν τις ἐξηγῆται, πλὴν ὄντα γε εἰς ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα συνετελέσθη ἡμέραις πεντεκαίδεκα. Ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς, ἐξειργάσατο, καὶ κατασκευάσας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μηδίαν τόποις. »

κ'. Ταῦτα μὲν οὗτος ἱστόρησε περὶ τοῦ προειρημένου βασιλέως, καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν Χαλδαϊκῶν, ἐν ᾗ μέμφεται τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν ὡς μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμεως τῆς Ἀσσυρίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι περὶ αὐτὴν ὑπ' ἐκείνης ἔργα ψευδῶς γεγραφόσι. Καὶ κατὰ ταῦτα τὴν μὲν τῶν Χαλδαίων γραφὴν ἀξιόπιστον ἡγητέον, οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν τοῖς ἀρχείοις τῶν Φοινίκων σύμφωνα τοῖς ὑπὸ Βηρωσσοῦ λεγομένοις ἀναγέγραπται περὶ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως, ὅτι καὶ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην ἅπασαν ἐκεῖνος κατεστρέψατο. Περὶ τούτων γοῦν συμφωνεῖ καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνημένος τῆς Τύρου πολιορκίας, καὶ Μεγασθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν προειρημένον βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων Ἡρακλέους ἀνδρείᾳ καὶ μεγέθει πράξεων διενηνοχέναι· καταστρέψασθαι γὰρ αὐτόν φησι καὶ Λιβύης τὴν πολλὴν καὶ Ἰβηρίαν. Τὰ δὲ περὶ τοῦ ναοῦ προειρημένα τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι κατεπρήσθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἐπιστρατευσάντων, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομεῖσθαι Κύρου τῆς Ἀσίας τὴν βασιλείαν παρειληφότος, ἐκ τῶν Βηρωσσοῦ σαφῶς ἐπιδειχθήσεται παρατεθέντων. Λέγει γὰρ οὕτω

« commendatis, ut eos una cum gravis armaturæ militibus et impedimentis in Babyloniam deportarent, ipse cum paucis itinere per desertum facto Babylonem venit. Potitus autem rerum quas Chaldæi administrabant, regnique sibi ab eorum potissimo adservati, totum patris quod fuerat imperium adeptus, captivis quidem, ubi eo venerant, colonias in Babyloniæ locis maxime opportunis assignari jussit: ipse vero postquam de belli manubiis Beli templum reliquaque largiter ornaverat, urbemque Babylonis quæ jam erat, nova etiam altera extrinsecus addita, instauraverat, ne possent posthac qui ad urbem venirent obsidendam abacto flumine eam aggredi, ternos quidem interiori urbi ternosque pariter exteriori murorum ambitus circumdedit, partim quidem e cocto latere et bitumine, partim vero ex eodem latere solo. Quumque urbem bene munivisset, et portas magnifice adornasset, paternæ regiæ contiguam aliam exstruxit, supereminentem et altitudine et plurimo splendore. Longum fortasse esset ejus descriptionem facere: sufficerit dicere hoc opus et magnitudine et omni rerum paratu eximium intra dies perfectum esse quindecim. In hac autem regia pilas e lapidibus exstruxit excelsas, easdemque omnis generis arboribus consitas, ut speciem montibus quam simillimam referrent, elaboravit, facto etiam paradiso, qui nuncupatur pensilis, quod uxor ejus, utpote in Mediæ locis educata, montosi situs desiderio teneretur. »

20. Atque hæc quidem Berosus de rege prædicto retulit, insuperque multa in tertio Chaldaicorum libro, in quo reprehendit historicos Græcos, ut qui vane arbitrentur a Semirami Assyria Babylonem ædificatam, falsoque scripserint miranda opera illic ab ipsa fuisse constructa. Atque in istis Chaldæorum quidem historia fide digna habenda est; maxime quod in archivis Phœnicum scripta reperiantur quæ cum iis conveniunt a Beroso narratis de rege Babyloniorum, Syriam scilicet et universam Phœnicen illum subegisse. His sane adstipulatur Philostratus in Historiis, quo in loco Tyri obsidionis meminit; et Megasthenes in quarto volumine rerum Indicarum, ubi ostendere contendit prædictum Babyloniorum regem fortitudine Herculem et magnitudine præstitisse: dicit enim eum Libyæ bonam partem et Iberiam subjugasse. Quæ vero de Hierosolymorum templo jam dicta sunt, concrematum esse a Babyloniorum exercitu, et cœptum rursus ædificari, quum Cyrus Asiæ imperium accepisset, ex iis quæ præterea refert Berosus clare manifestabimus. Sic enim in libro tertio

διὰ τῆς τρίτης· « Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία. Τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδουχος. Οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. Μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισσόορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. Τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα, ἐπιβουλευθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. Ἀπολομένου δὲ τούτου συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. Οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. Τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρήσαντος αὐτὸν, πρότερον χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ κατέστρεψε τὸν βίον. »

κα'. Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν ἀλήθειαν. Γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς ὅτι Ναβουχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα· δευτέρῳ δὲ τῆς Κύρου βασιλείας ἔτει τῶν θεμελίων ὑποβληθέντων, δευτέρῳ πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἀπετελέσθη. Προσθήσω δὲ καὶ τὰς τῶν Φοινίκων ἀναγραφάς· οὐ γὰρ παραλειπτέον τῶν ἀποδείξεων τὴν περιουσίαν. Ἔστι δὲ τοιαύτη τῶν χρόνων ἡ καταρίθμησις. « Ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπ' ἔτη τρισκαίδεκα. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαὰλ ἔτη δέκα. Μετὰ τοῦτον δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν, Ἐκνίβαλος Βασλάχου μῆνας δύο, Χέλβης Ἀβδαίου μῆνας δέκα, Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγονος καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλέμου δικασταὶ ἔτη ἕξ, ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτορος ἐνιαυτὸν ἕνα. Τούτου τελευτήσαντος ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβα-

ait : « Et Nabuchodonosorus quidem, posteaquam inchoavit prædictum murum, morbo implicitus, mox e vita excessit, quum regnasset annos tres et quadraginta. In regnum autem succedebat filius ejus Evilmaraduchus. Hic, quod summa rerum nefarie ac petulanter abuteretur, anno altero quam regnare cœperat, Neriglissoori sororis suæ conjugis insidiis occubuit. Hujus autem post necem idem ipse Neriglissoorus, qui ei fecerat insidias, imperium suscepit et annis regnavit quattuor. Hujus filius Laborosoarchodus, quum adhuc puer esset, regnum quidem tenuit menses novem; per insidias vero, quod multam indolis pravitatem præ se ferret, a necessariis suis cum cruciatu interfectus est. Hoc autem perempto, quum inter se coiissent insidiatores ejus, communi consensu regnum detulere ad Nabonnedum quendam Babylonium, qui et ipse in eadem conjuratione fuerat. Hoc regnante Babylonis mœnia, quæ flumini adjacebant, ex cocto latere et bitumine splendidius ædificata sunt. Quum autem regni ejus annus decimus septimus ageretur, Cyrus ex Perside cum ingenti profectus exercitu, ac reliquum ejus imperium populatus, in Babyloniam ipsam invasit. Quam ejus impressionem quum sensisset Nabonnedus, obviam egressus cum exercitu, acieque conserta pugna victus, et cum paucis fuga salutem quærens, sese in Borsippenorum oppidum inclusum dedit. Cyrus autem, Babylone capta, constitutoque exteriora ejus urbis munimenta diruere, quod civitatem videret ad res novas mobilem, urbem vero expugnatu difficilem, inde in Borsippum proficiscitur, Nabonnedum obsessurus. Nabonnedum autem, quum non tulisset obsidionem, sed prius sese dedidisset, perhumaniter habuit Cyrus, dataque ei ad habitandum Carmania, Babylonia dimitti voluit. Et Nabonnedus quidem, reliquo tempore in ista regione exacto, diem obiit supremum. »

21. Atque hæc narratio consentientem habet cum nostris scripturis veritatem. Proditum enim in illis est, Nabuchodonosorum anno regni sui decimo octavo templum nostrum diruisse, ejusque excidium totos quinquaginta annos durasse; anno autem Cyri regni secundo jactis fundamentis restitui cœptum, denuo vero Darii regni secundo partibus omnibus absolutum esse. Quin et adjiciam Phœnicum historias : haud enim omittendum est probationum sat superque afferre. Est autem in illis temporum dinumeratio hujusmodi. « Ithobalo apud Tyrios regnante Nabuchodonosorus Tyrum obsedit per annos XIII. Post hunc regnavit Baal annos decem. Post hunc Judices constituti sunt et ipsi rexere : Ecnibalus Baslachi menses duos, Chelbes Abdæi menses decem, Abbarus summus pontifex menses tres, Mytgonus et Gerastratus Abdelemi judices per annos sex; inter quos annum unum cum potestate regia Tyro præfuit Balatorus. Quo mortuo misere Tyrii qui ex Babylone Merbalum advocarent, regnavitque hic annos

« λον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. « Τούτου τελευτήσαντος μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐ- « τοῦ Εἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν. Ἐπὶ τούτου « Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν. » Οὐκοῦν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐτοῖς. Ἑβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον, τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν. Καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τὰ Χαλδαίων καὶ Τυρίων, ὡμολογημένη δὲ καὶ ἀναντίρρητος ἡ περὶ τῶν εἰρημένων μοι μαρτυρία τῆς τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχαιότητος. Τοῖς μὲν οὖν μὴ σφόδρα φιλονείκοις ἀρκέσειν ὑπολαμβάνω τὰ προειρημένα.

κβ'. Δεῖ δ' ἄρα καὶ τῶν ἀπιστούντων ταῖς μὲν ἐν τοῖς βαρβάροις ἀναγραφαῖς, μόνοις δὲ τοῖς Ἕλλησι πιστεύειν ἀξιούντων, ἀποπληρῶσαι τὴν ἐπιζήτησιν, καὶ παρασχεῖν πολλοὺς καὶ τούτων ἐπισταμένους τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ καθ' ὃ καιρὸς ἦν αὐτοῖς, μνημονεύοντας παραθέσθαι ἐν ἰδίοις αὐτῶν συγγράμμασιν. Πυθαγόρας τοίνυν ὁ Σάμιος ἀρχαῖος ὤν, σοφίᾳ δὲ καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ πάντων ὑπειλημμένος διενεγκεῖν τῶν φιλοσοφησάντων, οὐ μόνον ἐγνωκὼς τὰ παρ' ἡμῖν δῆλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐκ πλείστου γεγενημένος. Αὐτοῦ μὲν οὖν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα, πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. Λέγει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Πυθαγόρου βιβλίων ὅτι « Πυθαγόρας, ἑνὸς αὐτῶν τῶν συνουσιαστῶν τελευτήσαντος, τοὔνομα Καλλιφῶντος, τὸ γένος Κροτωνιάτου, τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον ἐφ' ὃν ἂν ὄνος ὀκλάσῃ, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πάσης ἀπέχειν βλασφημίας. » Εἶτα προστίθησι μετὰ ταῦτα καὶ τάδε· « Ταῦτα δ' ἔπραττε καὶ ἔλεγε, τὰς Ἰου- « δαίων καὶ Θρᾳκῶν δόξας μιμούμενος καὶ μεταφέρων « εἰς ἑαυτόν. » Λέγεται γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. Ἦν δὲ καὶ κατὰ πόλεις οὐκ ἄγνωστον ἡμῶν πάλαι τὸ ἔθνος, καὶ πολλὰ τῶν ἐθῶν εἴς τινας ἤδη διαπεφοιτήκει καὶ ζήλου παρ' ἐνίοις ἠξιοῦτο. Δηλοῖ δὲ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ νόμων. Λέγει γὰρ ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικοὺς ὅρκους ὀμνύειν· ἐν οἷς μετά τινων ἄλλων καὶ τὸν καλούμενον ὅρκον Κορβᾶν καταριθμεῖ. Παρ' οὐδενὶ δ' ἂν οὗτος εὑρεθείη πλὴν μόνοις Ἰουδαίοις. Δηλοῖ δ', ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκ τῆς Ἑβραίων μεθερμηνευόμενος διαλέκτου, δῶρον Θεοῦ. Καὶ μὴν οὐδὲ Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἠγνόηκεν ἡμῶν τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τρόπῳ τινὶ φαίνεται μεμνημένος. Περὶ γὰρ Κόλχων ἱστορῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ φησὶν οὕτως· « Μοῦνοι δὲ πάν- « των, φησί, Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες « περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ

« quatuor. Eo mortuo advocarunt fratrem ejus Hiromum, « qui regnavit annos XX. Hujus tempore Cyrus apud Persas « potens erat. » Quapropter omne tempus est annorum LIV, triumque insuper mensium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosorus cœpit obsidere Tyrum : quarto decimo autem anno regni Hiromi Cyrus Persa imperium accepit. Et consonant quidem quæ de templo tradita a Chaldæis ac Tyriis cum scriptis nostris ac manifestum, cuique contradici nequeat, est testimonium de gentis nostræ antiquitate ex prædictis. Et his quidem, qui non sunt vehementer contentionis cupidi, sufficere arbitror quæ jam præmissa sunt.

22. Oportet autem non credentibus scriptis barbaricis, sed solis Græcis fidem habendam esse dicentibus, quæsitis satisfacere, multosque etiam ex illis testes exhibere, quibus nota erat gens nostra, eosque afferre qui in scriptis suis, prout ipsis commodum visum est, nostri meminerunt. Pythagoram igitur Samium, valde quidem antiquum, sapientia vero et erga Deum pietate philosophorum præstantissimum habitum, non solum nostra instituta cognovisse certum est, sed etiam in plerisque ea sequutum esse et æmulatum. Et ipsum quidem nihil scriptum reliquisse in confesso est, multi tamen de eo retulere, et ex illis celeberrimus est Hermippus, vir circa omnem historiam indagator diligens. Refert utique in primo de Pythagora libro, « quod Pythagoras, uno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die noctuque, et quod præciperet ut non transiret locum ubi asinus lapsus esset, et ab aqua fœculenta se averteret, et ab omni maledicto abstineret. » Deinde post hæc et ista adjicit : « Hæc autem faciebat dicebat- « que, Judæorum ac Thracum opiniones imitans et sibi « vindicans. » Vere enim dicitur quod vir ille multa Judæorum instituta in suam philosophiam transtulit. Quin et per civitates olim non ignota fuit gens nostra, multæque ex illius consuetudinibus ad quasdam jam transierunt, et imitatione dignæ a nonnullis habebantur. Quod indicat Theophrastus in iis quæ scripsit de Legibus. Dicit enim Tyriorum legibus prohiberi ne quis adhibeat externa juramenta : in quibus cum quibusdam aliis etiam id juramentum, quod Corban vocatur, recenset. Apud nullos autem hoc invenitur juramentum, nisi apud solos Judæos. Significat autem, quasi quis dicat, ex Hebraica dialecto vocem interpretans, donum Dei. Verum neque Herodotus Halicarnassensis nostram ignoravit gentem, sed quodammodo ejus meminisse videtur. De Colchis enim referens, in secundo libro ista habet : « Soli autem omnium hominum « Colchi et Ægyptii et Æthiopes ab initio pudenda circum- « cidunt. Phœnices vero et Syri qui sunt in Palæstina, di-

« καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ οὗτοι ὁμολο« γοῦσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. Σύριοι δὲ οἱ « περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν, καὶ Μά« κρωνες οἱ τούτοισιν ἀστυγείτονες-ὄντες, ἀπὸ Κόλχων « φασὶ νεωστὶ μεμαθηκέναι. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ περι« ταμνόμενοι ἀνθρώπων μοῦνοι, καὶ οὗτοι Αἰγυπτίοισι « φαίνονται ποιεῦντες κατὰ ταὐτά. Αὐτῶν δὲ Αἰγυ« πτίων καὶ Αἰθιόπων οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὁκότεροι παρὰ « τῶν ἑτέρων ἐξέμαθον. » Οὐκοῦν εἴρηκε Σύρους τοὺς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ περιτέμνεσθαι· τῶν δὲ τὴν Παλαιστίνην κατοικούντων μόνοι τοῦτο ποιοῦσιν Ἰουδαῖοι. Τοῦτο ἄρα γινώσκων εἴρηκε περὶ αὐτῶν. Καὶ Χοιρίλος δὲ ἀρχαιότερος γενόμενος ποιητὴς, μέμνηται τοῦ ἔθνους ἡμῶν, ὅτι συνεστράτευται Ξέρξῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Καταριθμησάμενος γὰρ πάντα τὰ ἔθνη τελευταῖον καὶ τὸ ἡμέτερον ἐνέταξε λέγων,

Τῷ δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες·
ᾤκευν δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ ἐνὶ λίμνῃ,
αὐχμαλέοι κορυφὰς, τροχοκουρίδες· αὐτὰρ ὕπερθεν
ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρευν ἐσκληκότα καπνῷ.

Δῆλον οὖν ἐστιν, ὡς οἶμαι, πᾶσιν ἡμῶν αὐτὸν μεμνῆσθαι τῷ καὶ τὰ Σόλυμα ὄρη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι χώρᾳ, ἃ κατοικοῦμεν, καὶ τὴν Ἀσφαλτῖτιν λεγομένην λίμνην. Αὕτη γὰρ πασῶν τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ λίμνη πλατυτέρα καὶ μείζων καθέστηκεν. Καὶ Χοιρίλος μὲν οὕτω μέμνηται ἡμῶν· ὅτι δὲ οὐ μόνον ἠπίσταντο τοὺς Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ ἐθαύμαζον ὅσοις αὐτῶν ἐντύχοιεν οὐχ οἱ φαυλότατοι τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' οἱ ἐπὶ σοφίᾳ μάλιστα τεθαυμασμένοι, ῥᾴδιον γνῶναι. Κλέαρχος γὰρ, ὁ Ἀριστοτέλους ὢν μαθητὴς καὶ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου φιλοσόφων οὐδενὸς δεύτερος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕπνου βιβλίῳ φησὶν Ἀριστοτέλην τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ περί τινος ἀνδρὸς Ἰουδαίου ταῦτα ἱστορεῖν, αὐτῷ τε τὸν λόγον Ἀριστοτέλει ἀνατίθησι. Ἔστι δ' οὕτω γεγραμμένον· « Ἀλλὰ τὰ μὲν πολλὰ μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· « ὅσα δ' ἔχει τῶν ἐκείνου θαυμασιότητά τινα καὶ φιλο« σοφίαν, ὁμοίως διελθεῖν οὐ χεῖρον. Σαφῶς δ' ἴσθι, « εἶπεν, Ὑπεροχίδη, ὀνείροις ἴσα σοὶ δόξω λέγειν. Καὶ « ὁ Ὑπεροχίδης εὐλαβούμενος, Δι' αὐτὸ γὰρ, ἔφη, τοῦτο « καὶ ζητοῦμεν ἀκοῦσαι πάντες. Οὐκοῦν, εἶπεν ὁ « Ἀριστοτέλης, κατὰ τὸ τῶν ῥητορικῶν παράγγελμα, « τὸ γένος αὐτοῦ πρῶτον διέλθωμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν « τοῖς τῶν ἀπαγγελιῶν διδασκάλοις. Λέγε, εἶπεν ὁ « Ὑπεροχίδης, ὅ τι σοι δοκεῖ. Κἀκεῖνος τοίνυν τὸ « μὲν γένος ἦν Ἰουδαῖος ἐκ τῆς Κοίλης Συρίας, οὗτοι « δέ εἰσιν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰνδοῖς φιλοσόφων. Κα« λοῦνται δὲ, ὥς φασιν, οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν Ἰνδοῖς « Καλανοὶ, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαῖοι, τοὔνομα λα« βόντες ἀπὸ τοῦ τόπου· προσαγορεύεται γὰρ ὃν κατοι« κοῦσι τόπον, Ἰουδαία. Τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν « ὄνομα πάνυ σκολιόν ἐστιν, Ἱερουσαλὴμ γὰρ αὐτὴν « καλοῦσιν. Οὗτος οὖν ὁ ἄνθρωπος ἐπιξενούμενός τε

« dicisse ab Ægyptiis et ipsi confitentur. Syri autem qui flu« vium Thermodontem et Parthenium accolunt, et horum « contermini Macrones, a Colchis se nuper id didicisse aiunt. « Hi enim ex hominibus soli sunt qui circumciduntur : et « apparet eos hoc facere more eodem atque Ægyptii. Ipso« rum vero Ægyptiorum atque Æthiopum, non queo dicere « utri ab utris didicerint. » Dixit ergo Syros qui in Palæstina « sunt, circumcidi : omnium autem qui habitant Palæstinam soli Judæi circumciduntur. Hoc igitur sciens de ipsis pronunciavit. Porro Chœrilus ex antiquioribus poetis de gente nostra meminit, quod cum Xerxe Persarum rege expeditionis contra Græcos particeps fuerit. Quum enim gentes omnes enumerasset, novissimam nostram posuit, dicens,

Exin miranda specie gens castra sequuta est,
Phœnicum ignoto quæ voces ederet ore.
Hæc Solymos habitans montes stagnum prope vastum,
circumtonsa comis, squalenti vertice, equini
exuvias capitis duratas igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, omnibus, nostri illum meminisse, quod et Solymi montes in nostra regione sunt in quibus habitamus, et palus quæ dicitur Asphaltitis : hæc enim omnium quæ in Syria sunt latissima est et maxima. Et Chœrilus quidem ita nostri meminit. Quod autem non noverunt solum Judæos, sed ut inciderant in eos admirabantur, non e vulgo Græci, sed ob sapientiam maxime celebres, ostendere facile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus, et Peripateticorum nulli secundus, libro primo de Somno dicit Aristotelem doctorem suum de quodam viro Judæo ista referre, Aristotelem in hunc modum loquentem inducens. Ita autem scriptum est. « Sed lon« gum esset narrare plurima : quicquid vero hoc in ho« mine admirationis aliquid habere ac philosophum sapere « videtur, eodem modo persequi utile fuerit. Tibi autem, « Hyperochida, ut aperte quod res est dicam, somniorum « quid persimile narrare videbor. Cui Hyperochides vere« cunde, Et hac ipsa de causa, inquit, nobis omnibus au« diendi desiderium cietur. Ergo, subjicit Aristoteles, ge« nus hominis, ut præcipiunt rhetores, in primis aperiamus, « ne harum narrationum magistris fidem denegemus. Tu « vero dic quod libuerit, inquit Hyperochides. Ille ergo « gente quidem Judæus erat ex Cœle-Syria : isti vero ori« ginem ducunt a philosophis apud Indos : vocanturque, « ut aiunt, philosophi apud Indos quidem Calani, apud Syros « autem Judæi, nomen a loco accipientes; quæ enim ab « iis regio incolitur, Judæam nominant. Urbis autem « ipsorum nomen tortuosum admodum; Hierusalem enim « vocant. Hic igitur homo quum a plerisque hospitio exci-

« πολλοῖς κἀκ τῶν ἄνω τόπων εἰς τοὺς ἐπιθαλαττίους « ὑποκαταβαίνων Ἑλληνικὸς ἦν, οὐ τῇ διαλέκτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ. Καὶ τότε διατριβόντων « ἡμῶν περὶ τὴν Ἀσίαν, παραβαλὼν εἰς τοὺς αὐτοὺς « τόπους ἐν οἷς ἦμεν, ἐντυγχάνει ἡμῖν τε καί τισιν ἑτέροις τῶν σχολαστικῶν, πειρώμενος αὐτῶν τῆς σοφίας. « Ὡς δὲ πολλοῖς τῶν ἐν παιδείᾳ συνῳκείωτο, παρεδίδου « τι μᾶλλον ὧν εἶχεν. » Ταῦτ' εἴρηκεν Ἀριστοτέλης παρὰ τῷ Κλεάρχῳ, καὶ προσέτι πολλὴν καὶ θαυμάσιον καρτερίαν τοῦ Ἰουδαίου ἀνδρὸς ἐν τῇ διαίτῃ καὶ σωφροσύνῃ διεξιών. Ἔνεστι δὲ τοῖς βουλομένοις ἐξ αὐτοῦ τὸ πλέον γνῶναι τοῦ βιβλίου· φυλάττομαι γὰρ ἐγὼ τὰ πλείω τῶν ἱκανῶν παρατίθεσθαι. Κλέαρχος μὲν οὖν ἐν παρεκβάσει ταῦτ' εἴρηκεν (τὸ γὰρ προκείμενον αὐτῷ ἦν ἕτερον), οὕτως ἡμῶν μνημονεύσας. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος ἅμα καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος οὐ παρέργως, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων συγγέγραφε βιβλίον, ἐξ οὗ βούλομαι κεφαλαιωδῶς ἐπιδραμεῖν ἔνια τῶν εἰρημένων· καὶ πρῶτον ἐπιδείξω τὸν χρόνον· μνημονεύει γὰρ τῆς Πτολεμαίου περὶ Γάζαν πρὸς Δημήτριον μάχης· αὕτη δὲ γέγονεν ἑνδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, ἐπὶ δὲ Ὀλυμπιάδος ἑβδόμης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς, ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ. Προσθεὶς γὰρ ταύτην τὴν Ὀλυμπιάδα φησίν, « Ἐπὶ « ταύτης Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐνίκα κατὰ Γάζαν μάχῃ « Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου, τὸν ἐπικληθέντα Πολιορκητήν. » Ἀλέξανδρον δὲ τεθνάναι πάντες ὁμολογοῦσιν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ κατ' ἐκεῖνον καὶ κατὰ Ἀλέξανδρον ἤκμαζεν ἡμῶν τὸ ἔθνος. Λέγει τοίνυν ὁ Ἑκαταῖος πάλιν τάδε, ὅτι « μετὰ τὴν ἐν Γάζῃ μάχην « ὁ Πτολεμαῖος ἐγένετο τῶν περὶ Συρίαν τόπων ἐγκρατής· καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πυνθανόμενοι τὴν « ἠπιότητα καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Πτολεμαίου, συναπαίρειν εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ καὶ κοινωνεῖν τῶν πραγμάτων ἠβουλήθησαν. Ὧν εἷς ἦν, φησίν, Ἐζεκίας « ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Ἰουδαίων, ἄνθρωπος τὴν μὲν ἡλικίαν « ὡς ἑξήκοντα ἓξ ἐτῶν, τῷ δ' ἀξιώματι τῷ παρὰ τοῖς « ὁμοέθνοις μέγας καὶ τὴν ψυχὴν οὐκ ἀνόητος, ἔτι δὲ « καὶ λέγειν δυνατὸς καὶ [τοῖς περὶ] τῶν πραγμάτων, « εἴπερ τις ἄλλος, ἔμπειρος· καίτοι, φησίν, οἱ πάντες « ἱερεῖς τῶν Ἰουδαίων, οἱ τὴν δεκάτην τῶν γινομένων « λαμβάνοντες, καὶ τὰ κοινὰ διοικοῦντες, περὶ χιλίους « μάλιστα καὶ πεντακοσίους εἰσίν. » Πάλιν δὲ τοῦ προειρημένου μνημονεύων ἀνδρός, « Οὗτος, φησίν, ὁ « ἄνθρωπος τετευχὼς τῆς τιμῆς ταύτης καὶ συνήθης « ἡμῖν γενόμενος, παραλαβών τινας τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, « τὴν διαφορὰν ἀνέγνω πᾶσαν αὐτοῖς, εἶχε γὰρ τὴν « κατοίκησιν αὐτῶν καὶ τὴν πολιτείαν γεγραμμένην. » Εἶτα Ἑκαταῖος δηλοῖ πάλιν πῶς ἔχομεν πρὸς τοὺς νόμους, ὅτι πάντα πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ παραβῆναι τούτους προαιρούμεθα, καλὸν εἶναι νομίζοντες. « Τοι-

« peretur, et a superioribus partibus ad maritima loca descenderet, non sermone tantum, sed etiam animo Græcus « erat. Et tunc nobis, in Asia forte degentibus, accidit ut eadem appulsus ad loca, nobiscum aliquamdiu, simulque cum « aliis quibusdam philosophiæ studiosis, versaretur, eorum « sapientiæ experimentum faciens. Atque, ut cum plurimis « doctrina præstantibus familiariter vixerat, plus aliquanto « quam acciperet nobiscum ille communicabat. » Hæc dixit Aristoteles apud Clearchum, et super hæc multam ac mirabilem Judæi viri in victu continentiam et castimoniam narrat. Licet autem volentibus plus ex ipso libro cognoscere: mihi enim cautum est ne plura quam sufficiat adjiciam. Et Clearchus quidem ex digressione ista dixit (aliud enim ipsi propositum erat), nostri generis ad hunc modum mentione facta. Hecatæus autem Abderita, vir non modo philosophus, sed etiam rebus gerendis aptissimus, Alexandri regis æqualis, cum quo etiam floruit, et postea cum Ptolemæo Lagi conversatus est, non obiter, sed de Judæis ipsis librum conscripsit, ex quo volo summatim quædam eorum quæ ab eo sunt dicta percurrere : primumque tempus ostendam. Meminit enim prælii quo circa Gazam conflixit Ptolemæus cum Demetrio : illud vero contigit undecimo quidem anno a morte Alexandri, Olympiade vero CXVII, sicuti narrat Castor. Apposita enim hac Olympiade, dicit : « Sub hac Ptolemæus Lagi circa Gazam « prælio superavit Demetrium Antigoni, qui vocabatur « Poliorcetes. » Alexandrum vero agnoscunt universi Olympiade CXIV e vita excessisse. Palam ergo est quod et illius tempore et sub Alexandro gens nostra floruerit. Igitur Hecatæus porro hæc dicit : « Ptolemæum post prælium « ad Gazam locorum in Syria factum esse compotem ; « magnumque hominum numerum, cognita Ptolemæi « mansuetudine et clementia, cum eo profectum esse ad « Ægyptum, eo animo, ut rerum gerendarum participes « fierent. Quorum unus, inquit, erat Ezecias pontifex « Judæorum : homo ætate quidem quasi annorum LXVI, « dignitate vero apud populares suos magnus, et animi sapientia non mediocri, et dicendi facultate pollens, et, « si quis alius, rerum peritus : quanquam, ut ait, omnes « Judæorum sacerdotes, qui decimas in lucem editorum « accipiunt et res in communi positas administrant, mille « omnes et quingenti sint. » Rursus autem viri jam laudati mentionem faciens, « Hic, inquit, homo hunc honorem « assequutus, factusque nobis familiaris, ubi quosdam e « suis assumpserat, differenti amomnem illis exposuit, et « habitationem eorum et civilem rationem, quam scriptam « habebat, pariter indicavit. » Deinde palam facit Hecatæus, erga leges qualiter nosmet habemus, quodque omnia pati malimus, quam contra illas facere, hoc pulchrum esse persuasum habentes. « Quare, inquit, quanquam et ma-

« γαροῦν, φησί, καὶ κακῶς ἀκούοντες ὑπὸ τῶν ἀστυ« γειτόνων καὶ τῶν εἰσαφικνουμένων πάντων, καὶ προ« πηλακιζόμενοι πολλάκις ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων « καὶ σατραπῶν, οὐ δύνανται μεταπεισθῆναι τῇ δια« νοίᾳ, ἀλλὰ γεγυμνωμένως περὶ τούτων καὶ αἰκίαις « καὶ θανάτοις δεινοτάτοις μάλιστα πάντων ἀπαντῶσι, « μὴ ἀρνούμενοι τὰ πατρῷα. » Παρέχεται δὲ καὶ τεκμήρια τῆς ἰσχυρογνωμοσύνης τῆς περὶ τῶν νόμων οὐκ ὀλίγα. Φησὶ γάρ, « Ἀλεξάνδρου ποτὲ ἐν Βαβυ« λῶνι γενομένου καὶ προελομένου τὸ τοῦ Βήλου πε« πτωκὸς ἱερὸν ἀνακαθᾶραι, καὶ πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς « στρατιώταις ὁμοίως φέρειν τὸν χοῦν προστάξαντος, « μόνους τοὺς Ἰουδαίους οὐ προσχεῖν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς « ὑπομεῖναι πληγὰς καὶ ζημίας ἀποτῖσαι μεγάλας, ἕως « αὐτοῖς συγγνόντα τὸν βασιλέα δοῦναι τὴν ἄδειαν. * * « Τῶν γε μὴν εἰς τὴν χώραν, φησί, πρὸς αὐτοὺς ἀφι« κνουμένων καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς κατασκευασάντων « ἅπαντα ταῦτα κατέσκαπτον, καὶ τῶν μὲν ζημίαν « τοῖς σατράπαις ἐξέτινον, περὶ τινῶν δὲ καὶ συγγνώμης « μετελάμβανον. » Καὶ προσεπιτίθησιν ὅτι δίκαιον ἐπὶ τούτοις αὐτούς ἐστι θαυμάζειν. Λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ πολυανθρωπότατον γεγονέναι ἡμῶν τὸ ἔθνος· « Πολλὰς μὲν γὰρ ἡμῶν, φησίν, ἀνασπάστους εἰς Βαβυ« λῶνα Πέρσαι πρότερον αὐτῶν ἐποίησαν μυριάδας, « οὐκ ὀλίγαι δὲ καὶ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον εἰς « Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην μετέστησαν, διὰ τὴν ἐν Συ« ρίᾳ στάσιν. » Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ καὶ τὸ μέγεθος τῆς χώρας, ἣν κατοικοῦμεν, καὶ τὸ κάλλος ἱστόρηκε. « Τριακοσίας γὰρ μυριάδας ἀρουρῶν σχεδὸν « τῆς ἀρίστης καὶ παμφορωτάτης χώρας νέμονται, « φησίν· ἡ γὰρ Ἰουδαία τοσαύτη πλάτος ἐστίν. » Ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ τὴν πολιν αὐτὴν τὰ Ἱεροσόλυμα καλλίστην τε καὶ μεγίστην ἐκ παλαιοτάτου κατοικοῦμεν, καὶ περὶ πλήθους ἀνδρῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ νεὼ κατασκευῆς, οὕτως αὐτὸς διηγεῖται· « Ἔστι γὰρ τῶν « Ἰουδαίων τὰ μὲν πολλὰ ὀχυρώματα κατὰ τὴν χώραν « καὶ κῶμαι· μία δὲ πολις ὀχυρὰ πεντήκοντα μά« λιστα σταδίων τὴν περίμετρον, ἣν οἰκοῦσι μὲν ἀνθρώ« πων περὶ δώδεκα μυριάδες. Καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἱε« ροσόλυμα. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ κατὰ μέσον μάλιστα « τῆς πολεως περίβολος λίθινος, μῆκος ὡς πεντάπλε« θρος, εὖρος δὲ πηχῶν ἑκατὸν, ἔχων διπλᾶς πύλας. « Ἐν ᾧ βωμός ἐστι τετράγωνος, οὐκ ἐκ τμητῶν, ἀλλ' « ἐκ συλλέκτων ἀργῶν λίθων οὕτω συγκείμενος· πλευ« ρὰν μὲν ἑκάστην εἴκοσι πηχῶν, ὕψος δὲ δεκάπηχυ. « Καὶ παρ' αὐτὸν οἴκημα μέγα, οὗ βωμός ἐστι καὶ λυ« χνίον, ἀμφότερα χρυσᾶ, δύο τάλαντα τὴν ὁλκήν. « Ἐπὶ τούτων φῶς ἐστιν ἀναπόσβεστον καὶ τὰς νύκτας « καὶ τὰς ἡμέρας. Ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀνά« θημα τὸ παράπαν· οὐδὲ φύτευμα παντελῶς οὐδὲν, « οἷον ἀλσῶδες ἤ τι τοιοῦτον. Διατρίβουσι δ' ἐν αὐτῷ « καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας ἱερεῖς, ἁγνείας τινὰς « ἁγνεύοντες, καὶ τὸ παράπαν οἶνον οὐ πίνοντες ἐν τῷ « ἱερῷ. » Ἔτι γε μὴν ὅτι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ

« ledictis impeti solent a vicinis advenisque cunctis, et in« juriose sæpe tractati sunt a Persicis regibus et satrapis, « non possunt a sententia deduci, sed pro ea maxime omnium « forti animo omne genus cruciatus sævissimasque mortes « subeunt, nec adduci possunt ut patria instituta abdicent. » Quin et indicia perhibet non exigua animi eorum propositi tenacis et validi circa legem observandam. Dicit enim, « quum aliquando apud Babylonem esset Alexander, et « vellet is Beli templum quod conciderat reponere, et omni« bus militibus præcepisset humum aggerere, solos Ju« dæos non opitulatos, imo et verbera et mulctas graves « pertulisse, donec rex eis ignoscens laboris talis gratiam « fecit. * * Qui quum in regionem, inquit, ad suos reversi « fuissent, et templa et altaria exstruxissent, ista omnia « diruerunt : et pro aliis quidem mulctam satrapis quidem « exsolvere, pro aliis vero veniam consequuti sunt. » Et præterea adjicit quod merito ob hæc admirationem habent. Atque insuper memorat gentem nostram populo maxime abundasse : « Nam multas nostrorum, inquit, my« riadas e sedibus suis primum abduxerunt Persæ : non « paucæ autem etiam post obitum Alexandri in Ægyptum « et Phœnicen migrarunt, propter seditionem in Syria « factam. » Hic idem vir et magnitudinem regionis quam incolimus et pulchritudinem prodidit. « Ad tricies, inquit, centena millia ararum habitant optimi fere et feracissimi « soli : Judæa namque hujus est amplitudinis. » Imo quod et urbem, Hierosolyma, pulcherrimam et maximam ex multis retro seculis incolimus, et de virorum multitudine, et de templi exstructione, idem ipse sic refert : Sunt enim « Judæorum castella multa et vici per regionem sparsi : « una autem urbs munita, ambitu ferme quinquaginta « stadiorum, quam incolunt quidem hominum circiter « centum et viginti millia. Istam vero Hierosolyma vo« cant. Illic autem in meditullio scilicet urbis septum « est lapideum, quinque fere jugerum longitudinis, latitu« dinis cubitorum centum, portas habens geminas. Ibi« dem altare quadratum, ex impolitorum et candidorum « lapidum coagmentatione conflatum ; cujus latera singula « viginti cubitorum sunt, altitudo vero decem. Et præter « hoc altare, ingens tabernaculum est, quo et ara et lychnu« chus continentur, utrumque aureum, pondus talentorum « duûm. His impositum est lumen inexstinctum, quod « dies noctesque continenter ardet. Nullum ibi simula« crum, donarium omnino nullum, adeoque nec planta nec « lucus, nec aliud quicquam ejusmodi. Sacerdotes in eo, « noctu pariter atque interdiu assidui, certis quibusdam « expiationibus dant operam, quos in templo vinum omnino « gustare nefas. » Sed præterea testis est militasse nos

συνεστρατεύομεν καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ μεμαρτύρηκεν· οἷς δ' αὐτὸς παρατυχεῖν φησιν ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου κατὰ τὴν στρατείαν γενομένοις, τοῦτο παραθήσομαι. Λέγει δ' οὕτως· « Ἐμοῦ γοῦν ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν βαδίζοντος συνηκολούθει τις μετὰ τῶν ἄλλων τῶν παραπεμπόντων ἡμᾶς ἱππέων Ἰουδαίων, ὄνομα Μοσόλλαμος, ἄνθρωπος ἱκανὸς κατὰ ψυχήν, εὔρωστος, καὶ τοξότης ὑπὸ δὴ πάντων ὁμολογούμενος καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἄριστος. Οὗτος οὖν ὁ ἄνθρωπος, διαβαδιζόντων πολλῶν κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ μάντεώς τινος ὀρνιθευομένου καὶ πάντας ἐπισχεῖν ἀξιοῦντος, ἠρώτησε διὰ τί προσμένουσι. Δείξαντος δὲ τοῦ μάντεως αὐτῷ τὸν ὄρνιθα καὶ φήσαντος, ἐὰν μὲν αὐτοῦ μένῃ, προσμένειν συμφέρειν πᾶσιν, ἐὰν δ' ἀναστὰς εἰς τοὔμπροσθεν πέτηται, προάγειν, ἐὰν δὲ εἰς τοὔπισθεν, ἀναχωρεῖν αὖθις, σιωπήσας καὶ παρελκύσας τὸ τόξον ἔβαλε, καὶ τὸν ὄρνιθα πατάξας ἀπέκτεινεν. Ἀγανακτούντων δὲ τοῦ μάντεως καί τινων ἄλλων καὶ καταρωμένων αὐτῷ, Τί μαίνεσθε, ἔφη, κακοδαιμονέστατον ὄρνιθα λαβόντες εἰς τὰς χεῖρας; πῶς γὰρ οὗτος τὴν αὑτοῦ σωτηρίαν οὐ προϊδὼν, περὶ τῆς ἡμετέρας πορείας ἡμῖν ἄν τι ὑγιὲς ἀπήγγελλεν; εἰ γὰρ ἠδύνατο προγινώσκειν τὸ μέλλον, εἰς τὸν τόπον τοῦτον οὐκ ἂν ἦλθε, φοβούμενος μὴ τοξεύσας αὐτὸν ἀποκτείνῃ Μοσόλλαμος Ἰουδαῖος. » Ἀλλὰ τῶν μὲν Ἑκαταίου μαρτυριῶν ἅλις· τοῖς γὰρ βουλομένοις πλείω μαθεῖν τῷ βιβλίῳ ῥᾴδιόν ἐστιν ἐντυχεῖν. Οὐκ ὀκνήσω δὲ καὶ τὸν ἐπ' εὐηθείας διασυρμῷ, καθάπερ αὐτὸς οἴεται, μνήμην πεποιημένον ἡμῶν Ἀγαθαρχίδην ὀνομάσαι. Διηγούμενος γὰρ τὰ περὶ Στρατονίκην, « ὃν τρόπον ἦλθε μὲν εἰς Συρίαν ἐκ Μακεδονίας, καταλιποῦσα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Δημήτριον, Σελεύκου δὲ γαμεῖν αὐτὴν οὐ θελήσαντος, ὅπερ ἐκείνη προσεδόκησε, ποιουμένου δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος στρατιὰν αὐτοῦ, τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἐνεωτέρισεν. Εἶθ' ὡς ἀνέστρεψεν ὁ βασιλεὺς, ἁλισκομένης τῆς Ἀντιοχείας, εἰς Σελεύκειαν φυγοῦσα, παρὸν αὐτῇ ταχέως ἀποπλεῖν, ἐνυπνίῳ κωλύοντι πεισθεῖσα ἐλήφθη καὶ ἀπέθανεν. » Ταῦτα προειπὼν ὁ Ἀγαθαρχίδης, καὶ ἐπισκώπτων τῇ Στρατονίκῃ τὴν δεισιδαιμονίαν, παραδείγματι χρῆται τῷ περὶ ἡμῶν λόγῳ καὶ γέγραφεν οὕτως· « Οἱ καλούμενοι Ἰουδαῖοι πόλιν οἰκοῦντες ὀχυρωτάτην πασῶν, ἣν καλεῖν Ἱεροσόλυμα συμβαίνει τοὺς ἐγχωρίους, ἀργεῖν εἰθισμένοι δι' ἑβδόμης ἡμέρας, καὶ μηδὲ τὰ ὅπλα βαστάζειν ἐν τοῖς εἰρημένοις χρόνοις, μήτε γεωργίας ἅπτεσθαι, μήτε ἄλλης ἐπιμελεῖσθαι λειτουργίας μηδεμιᾶς, ἀλλ' ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐκτετακότες τὰς χεῖρας εὔχεσθαι μέχρι τῆς ἑσπέρας, εἰσιόντος εἰς τὴν πόλιν Πτολεμαίου τοῦ Λάγου μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀντὶ τοῦ φυλάττειν τὴν πόλιν διατηρούντων τὴν ἄνοιαν, ἡ μὲν πατρὶς εἰλήφει δεσπότην πικρὸν, ὁ δὲ νόμος ἐξηλέγχθη φαῦλον ἔχων ἐθισμόν. Τὸ δὲ συμβὰν πλὴν ἐκείνων τοὺς ἄλλους πάντας δεδίδαχε, τηνικαῦτα

cum Alexandro, et postea ejus cum successoribus. Subjiciam illa, quibus ipse se interfuisse dicit, ab homine quodam Judæo gesta in expeditione. Ita enim narrat : « Quum proficiscerer ad mare Rubrum, una cum aliis equitibus Judæis, quos itineris duces habebamus, unus eorum aliquis comitabatur, nomine Mosollamus, vir quum animi magnitudine tum corporis robore non vulgari, idemque sagittarius omnium tam Græcorum quam barbarorum confessione peritissimus. Is igitur homo, quum universa multitudo iter illud agerent, et vates quidam augurium captaret peteretque ut cuncti starent, interrogavit quorsum substitissent. Quum autem augur ei avem ostendisset, simulque dixisset, si quidem ibi resideret avis, omnibus ut eo in loco manerent expedire; sin protinus volando contenderet, porro pergerent ipsi quoque; sin denique retro, retro similiter ipsi redirent : Judæus nihil contra, sed intento arcu jaculatur, avemque confixam peremit. Hic augure aliisque nonnullis graviter indignantibus, ipsique una diras imprecantibus, Quid, inquit, usque adeo furitis, infaustissimam avem in manus sumentes? quomodo ista, quæ vitæ ipsa suæ providere non potuit, sani quicquam de suscepto a nobis itinere prænunciare valuit? Enimvero si prænosse futurum potuisset, nunquam hunc in locum venisset, præ metu ne Mosollami Judæi sagittis confixa moreretur. » Verum testimoniorum ex Hecatæo satis : nam quibus in animo est plura cognoscere, facile est librum ipsum adire. Non vero me pigebit nominare Agatharchiden, cum irrisione simplicitatis, ut ipsi visum est, nostrûm mentionem facientem. Is enim narrans de Stratonice, « quemadmodum in Syriam quidem e Macedonia venerit, viro suo Demetrio derelicto : Seleuco autem uxorem eam ducere nolente, id quod ipsa exspectaverat, exercitum vero apud Babylonem illo colligente, res novas circa Antiochiam molita est. Deinde, post regis reversionem capta Antiochia, in Seleuciam fugerit : quumque liceret ipsi statim navi discedere, somnio id facere prohibenti parendo capta est et interiit. » Ista præfatus Agatharchides, et cum dicteriis Stratonice exprobrans superstitionem, in exemplum adhibet quod de genere nostro dicitur, et in hunc modum scripsit : « Ii qui appellantur Judæi, quum urbem habeant firmissimam, quam ab indigenis Hierosolyma vocari accidit, soliti otiari diebus septimis, ita ut eo tempore nec arma ferant, nec agrum colant, nec alius omnino cujusquam ministerii curam habeant, sed in templo extensis manibus preces faciant ad vesperam usque, quum illam urbem intraret Ptolemæus Lagi filius cum exercitu, et hominibus, qui urbem custodire debuerant, stultitiam observantibus, patria quidem ipsorum acerbum accepit dominum, lex vero convicta est stultam habere consuetudinem. Docuit autem, alios omnes, præter i-

« φυγεῖν ἐνύπνια, καὶ τὴν περὶ τοῦ νόμου παραδεδο-« μένην ὑπόνοιαν, ἡνίκ' ἂν τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς « περὶ τῶν διαπορουμένων ἐξασθενήσουσιν. » Τοῦτο μὲν Ἀγαθαρχίδῃ καταγέλωτος ἄξιον δοκεῖ, τοῖς δὲ μὴ μετὰ δυσμενείας ἐξετάζουσι φαίνεται μέγα καὶ πολλῶν ἄξιον ἐγκωμίων, εἰ καὶ σωτηρίας καὶ πατρίδος ἄνθρωποί τινες νόμων φυλακὴν καὶ τὴν πρὸς Θεὸν εὐσέβειαν ἀεὶ προτιμῶσιν.

κγ'. Ὅτι δὲ οὐχ ἀγνοοῦντες ἔνιοι τῶν συγγραφέων τὸ ἔθνος ἡμῶν, ἀλλ' ὑπὸ φθόνου τινὸς ἢ δι' ἄλλας αἰτίας οὐχ ὑγιεῖς τὴν μνήμην παρέλιπον, τεκμήριον οἶμαι παρέξειν. Ἱερώνυμος γὰρ ὁ τὴν περὶ τῶν διαδόχων ἱστορίαν συγγεγραφὼς, κατὰ τὸν αὐτὸν μὲν ἦν Ἑκαταίῳ χρόνον, φίλος δ' ὢν Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως, τὴν Συρίαν ἐπετρόπευεν. Ἀλλ' ὅμως Ἑκαταῖος μὲν καὶ βιβλίον ἔγραψε περὶ ἡμῶν· Ἱερώνυμος δ' οὐδαμοῦ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐμνημόνευσε, καίτοι σχεδὸν ἐν τοῖς τόποις διατετριφώς. Τοσοῦτον αἱ προαιρέσεις τῶν ἀνθρώπων διήνεγκαν· τῷ μὲν γὰρ ἐδόξαμεν καὶ σπουδαίας εἶναι μνήμης ἄξιοι, τῷ δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν πάντως τι πάθος οὐκ εὔγνωμον ἐπεσκότησεν. Ἀρκοῦσι δὲ ὅμως εἰς τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἀρχαιότητος αἵ τε Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων καὶ Φοινίκων ἀναγραφαὶ, πρὸς ἐκείναις τε τοσοῦτοι τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις Θεόφιλος, καὶ Θεόδοτος, καὶ Μνασέας, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ Ἑρμογένης, Εὐήμερός τε καὶ Κόνων, καὶ Ζωπυρίων, καὶ πολλοί τινες ἄλλοι τάχα (οὐ γὰρ ἔγωγε πᾶσιν ἐντετύχηκα τοῖς βιβλίοις) οὐ παρέργως ἡμῶν ἐμνημονεύκασιν. Οἱ πολλοὶ δὲ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν τῆς μὲν ἀληθείας τῶν ἐξ ἀρχῆς πραγμάτων διήμαρτον, ὅτι μὴ ταῖς ἱεραῖς ἡμῶν βίβλοις ἐνέτυχον, κοινῶς μέντοι περὶ τῆς ἀρχαιότητος ἅπαντες μεμαρτυρήκασιν, ὑπὲρ ἧς τὰ νῦν λέγειν προεθέμην. Ὁ μέντοι Φαληρεὺς Δημήτριος καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος καὶ Εὐπόλεμος οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. Οἷς συγγιγνώσκειν ἄξιον· οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν.

κδ'. Ἓν ἔτι μοι κεφάλαιον ὑπολείπεται τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν προτεθέντων τοῦ λόγου, τὰς διαβολὰς καὶ τὰς λοιδορίας, αἷς κέχρηνταί τινες κατὰ τοῦ γένους ἡμῶν, ἀποδεῖξαι ψευδεῖς καὶ τοῖς γεγραφόσι ταύτας καθ' ἑαυτῶν χρήσασθαι μάρτυσιν. Ὅτι μὲν οὖν καὶ ἑτέροις τοῦτο πολλοῖς συμβέβηκε διὰ τὴν ἐνίων δυσμένειαν, οἶμαι γιγνώσκειν τοὺς πλέον ταῖς ἱστορίαις ἐντυγχάνοντας. Καὶ γὰρ ἐθνῶν τινες καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων πόλεων ῥυπαίνειν τὴν εὐγένειαν καὶ τὰς πολιτείας ἐπεχείρησαν λοιδορεῖν, Θεόπομπος μὲν τὴν Ἀθηναίων, τὴν δὲ Λακεδαιμονίων Πολυκράτης· ὁ δὲ τὸν Τριπολιτικὸν γράψας (οὐ γὰρ δὴ Θεόπομπός ἐστιν, ὥς τινες οἴονται) καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν διέβαλε. Πολλὰ δὲ καὶ Τίμαιος ἐν ταῖς ἱστορίαις περὶ τῶν προειρημένων καὶ περὶ ἄλλων βεβλασφήμηκεν. Μάλιστα δὲ τοῦτο ποιοῦσι τοῖς ἐνδοξοτάτοις προσπλεκόμενοι, τινὲς μὲν διὰ φθόνον καὶ κακοήθειαν, ἄλλοι δὲ διὰ τοῦ καινολογεῖν μνήμης ἀξιω-

« psos, eventus ille, ut tunc somnia fugerent, et a concepta « per legem opinione desisterent, ubi in rebus ambiguis « humana eos consilia destituunt. » Hoc igitur Agatharchidæ ridiculum videtur; eis autem qui non animo infenso hæc examinant, magnum apparet et multa laude dignum, si et saluti et patriæ quidam custodiam legum inque Deum pietatem semper præferunt.

23. Quod vero scriptorum nonnulli gentem nostram non ignorantes, sed propter invidiam quandam aut alias ob causas non justas memoriam nostri omiserint, indicium me daturum esse arbitror. Hieronymus enim, qui successorum Alexandri historiam conscripsit, æqualis quidem Hecatæi, regis vero Antigoni amicus, Syriæ erat procurator. Verum Hecatæus etiam librum quidem scripsit de gente nostra: Hieronymus autem nequaquam nostri in historia meminit, licet pene in ipsis locis nutritus esset. In tantum hominum voluntates inter se dissident. Alter namque dignos existimavit quos studiose memoraret; alteri vero omnino iniqua quædam passio ad veritatem discernendam tenebras offudit. Sufficiunt tamen ad fidem hujus antiquitatis faciendam Ægyptiorum et Chaldæorum ac Phœnicum historiæ, prætereaque tot e Græcis historici. Quibus insuper etiam licet addere Theophilum, et Theodotum, et Mnaseam, et Aristophanem, et Hermogenem, et Euhemerum, et Cononem, et Zopyrionem, aliosque forte quamplurimos (nec enim omnes evolvi libros), qui rerum nostrarum non obiter tantum meminerunt. Et quanquam eorum, quos nominatim citavimus, plerique, quod literas nostras minime attigerint, a rerum jam inde ab initio gestarum veritate aberrarunt; communi tamen consensu omnes eidem antiquitati suffragati sunt, quod unum mihi hoc loco propositum fuerat. Verum Demetrius Phalereus, et Philo senior, et Eupolemus, a vero propius abfuerunt: quibus etiam, si quid peccarunt, veniam hoc nomine dare æquum utique sit, quod librorum nostrorum sensum accurate capere et assequi non potuerint.

24. Unum adhuc mihi caput restat ex iis quæ sub initium orationis proposui, ut calumnias et convicia, quibus nostrum genus onerant nonnulli, falsa esse ostendam, auctoresque eorum testes contra semetipsos adducam. Et quod quidem multis aliis hoc evenit propter quorundam inimicitias, eos intelligere arbitror, qui majori studio in historiis versantur. Nam et gentium nonnulli et gloriosissimarum civitatum nobilitatem fœdare, rerumque publicarum formas maledictis insectari tentarunt, Theopompus quidem Atheniensium, Lacedæmoniorum vero Polycrates; atque is qui Tripoliticum scripsit (non enim Theopompus est, ut quidam arbitrantur), etiam Thebanorum civitatem calumniatus est. Multa vero etiam Timæus in historiis de prædictis aliisque detraxit. Maximeque hoc faciunt quando rem habent cum præclarissimis, quidam propter invidiam atque malevolentiam, alii vero nova dicendo memoria se

θήσεσθαι νομίζοντες. Παρὰ μὲν οὖν τοῖς ἀνοήτοις ταύτης οὐδαμῶς ἁμαρτάνουσι τῆς ἐλπίδος, οἱ δ' ὑγιαίνοντες τῇ κρίσει πολλὴν αὐτῶν μοχθηρίαν καταδικάζουσι.

κε'. Τῶν δὲ εἰς ἡμᾶς βλασφημιῶν ἤρξαντο μὲν Αἰγύπτιοι· βουλόμενοι δ' ἐκείνοις τινὲς χαρίζεσθαι παρατρέπειν ἐπεχείρησαν τὴν ἀλήθειαν, οὔτε τὴν εἰς Αἴγυπτον ἄφιξιν ὡς ἐγένετο τῶν ἡμετέρων προγόνων ὁμολογοῦντες οὔτε τὴν ἔξοδον ἀληθεύοντες. Αἰτίας δὲ πολλὰς ἔλαβον τοῦ μισεῖν καὶ φθονεῖν, τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὅτι κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν ἐδυνάστευσαν ἡμῶν οἱ πρόγονοι, κἀκεῖθεν ἀπαλλαγέντες ἐπὶ τὴν οἰκείαν πάλιν ηὐδαιμόνησαν, εἶθ' ἡ τῶν ἱερῶν ὑπεναντιότης πολλὴν αὐτοῖς ἐνεποίησεν ἔχθραν, τοσοῦτον τῆς ἡμετέρας διαφερούσης εὐσεβείας πρὸς τὴν ὑπ' ἐκείνων νενομισμένην ὅσον Θεοῦ φύσις ζώων ἀλόγων διέστηκεν. Κοινὸν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐστι πάτριον τὸ ταῦτα θεοὺς νομίζειν, ἰδίᾳ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς τιμαῖς αὐτῶν διαφέρονται, κοῦφοι δὲ καὶ ἀνόητοι παντάπασιν ἄνθρωποι, κακῶς ἐξ ἀρχῆς εἰθισμένοι δοξάζειν περὶ θεῶν. Μιμήσασθαι μὲν τὴν σεμνότητα τῆς ἡμετέρας θεολογίας οὐκ ἐχώρησαν, ὁρῶντες δὲ ζηλουμένους ὑπὸ πολλῶν ἐφθόνησαν. Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἦλθον ἀνοίας καὶ μικροψυχίας ἔνιοι τῶν παρ' αὐτοῖς ὥστ' οὐδὲ ταῖς ἀρχαίαις αὐτῶν ἀναγραφαῖς ὤκνησαν τἀναντία λέγειν, ἀλλὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐναντία γράφοντες, ὑπὸ τυφλότητος τοῦ πάθους ἠγνόησαν.

κϛ'. Ἐφ' ἑνὸς δὴ πρώτου στήσω τὸν λόγον ᾧ καὶ μάρτυρι μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς ἀρχαιότητος ἐχρησάμην. Ὁ γὰρ Μανεθὼν οὗτος, ὁ τὴν Αἰγυπτιακὴν ἱστορίαν ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθερμηνεύειν ὑπεσχημένος, προειπὼν τοὺς ἡμετέρους προγόνους πολλαῖς μυριάσιν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐλθόντας κρατῆσαι τῶν ἐνοικούντων, εἶτ' αὐτὸς ὁμολογῶν χρόνῳ πάλιν ὕστερον ἐκπεσόντας τὴν νῦν Ἰουδαίαν κατασχεῖν, καὶ κτίσαντες Ἱεροσόλυμα τὸν νεὼν κατασκευάσασθαι, μέχρι μὲν τούτων ἠκολούθησε ταῖς ἀναγραφαῖς, ἔπειτα δὲ δοὺς ἐξουσίαν αὑτῷ, διὰ τοῦ φάναι γράψειν τὰ μυθευόμενα καὶ λεγόμενα περὶ τῶν Ἰουδαίων, λόγους ἀπιθάνους παρενέβαλεν, ἀναμῖξαι βουλόμενος ἡμῖν Αἰγυπτίων πλῆθος λεπρῶν καὶ ἐπὶ ἄλλοις ἀρρωστήμασιν, ὥς φησι, φυγεῖν ἐκ τῆς Αἰγύπτου καταγνωσθέντων. Ἀμένωφιν γὰρ βασιλέα προσθεὶς, ψευδὲς ὄνομα, καὶ διὰ τοῦτο χρόνον αὐτοῦ τῆς βασιλείας ὁρίσαι μὴ τολμήσας, καίτοι γε ἐπὶ τῶν ἄλλων βασιλέων ἀκριβῶς τὰ ἔτη προστιθεὶς, τούτῳ προσάπτει τινὰς μυθολογίας, ἐπιλαθόμενος σχεδὸν ὅτι πεντακοσίοις ἔτεσι καὶ ὀκτωκαίδεκα πρότερον ἱστόρηκε γενέσθαι τὴν τῶν ποιμένων ἔξοδον εἰς Ἱεροσόλυμα· Τέθμωσις γὰρ ἦν βασιλεὺς ὅτε ἐξῄεσαν. Ἀπὸ δὲ τούτων μεταξὺ τῶν βασιλέων κατ' αὐτόν ἐστι τριακόσια ἐνενήκοντα τρία ἔτη, μέχρι τῶν δύο ἀδελφῶν Σέθω καὶ Ἑρμαίου, ὧν τὸν μὲν Σέθων Αἴγυπτον, τὸν δὲ Ἕρμαιον Δαναὸν μετονομασθῆναί φησιν. Ὃν ἐκβαλὼν ὁ Σέθως ἐβασίλευσεν ἔτη νθ'· καὶ μετ' αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος τῶν υἱῶν αὐτοῦ Ῥάμψης ξϛ'. Τοσούτοις οὖν πρότερον ἔτεσιν

dignos fore existimantes. Et apud stultos quidem nequaquam hac de spe decidunt; sani vero judicii viri iis hanc malignitatem vitio vertunt.

25. Quæ vero probra et maledicta in nostrates jactata sunt, iis causam et originem Ægyptii præbuerunt; quorum gratiæ nonnulli scriptores inservire cupientes veritatem rerum gestarum pervertere aggressi sunt, nec majorum nostrorum adventum in Ægyptum, ut re vera fuit, ingenue fatentes, nec inde egressum bona fide commemorantes. Causas autem multas odii atque invidiæ habuerunt, queis in nostram gentem extimulati sunt: et ab initio quidem quod nostri olim rerum in patria eorum potiti sunt; deinde quod illinc digressi in propriam patriam, secunda omnia nacti sunt: postremo religionum diversitas ingens eis odium in nos accendit, tantum religione nostra ab ea quam ipsi veram pietatem putant differente, quantum divina natura brutis animalibus præstat. Communis namque apud illos ritus est patrius, ejuscemodi bruta deos arbitrari; singillatim autem alii alia colunt, homines fatui omnino et insipientes, et ab initio malas de diis opiniones habere consueti. Non ceperunt quidem gravitatem nostræ de Deo doctrinæ, quum autem nostra instituta viderent a multis probata, nobis inviderunt. Nam eo quidem amentiæ animique pusilli processere quidam apud ipsos, ut non pigeret eos etiam contra antiquas suorum historias aliqua dicere: imo odio et invidia occæcati ignorarunt, quod sibimet contraria scripserint.

26. Ad unum itaque præcipuum orationem referam, quem paullo ante antiquitatis nostræ testem adhibui. Hic enim Manetho, qui historiam Ægyptiacam e sacris literis interpretari pollicitus est, præfatus nostros progenitores cum multis myriadibus in Ægyptum advenisse, ejusque incolas subjugasse, deinde ipse agnoscens quod tempore postea sequuto illa regione exciderint et Judæam nunc dictam occuparint, atque Hierosolymis ædificatis templum exstruxerint, eousque historias quidem antiquas sequutus est: postea vero sumpta sibi licentia, ut videretur scripsisse relata et dicta de Judæis, incredibilia quædam inseruit, volens permiscere nobis multitudinem Ægyptiorum leprosorum et alios ob morbos, ut dicit, ex Ægypto fugere compulsorum. Amenophin enim regem, falsum nomen, adjiciens, et idcirco tempus ipsius regni definire non ausus, quamvis ceteris regibus accurate annos apponeret, huic annectit quasdam fabulas, oblitus ferme tradidisse se, quingentis et octodecim annis prius evenisse Pastorum exitum ad Hierosolyma: rex enim, quando illi exierunt, fuit Tethmosis. Et ab hoc tempore regum qui postea fuere, anni sunt trecenti nonaginta tres, usque ad fratres Sethonem et Hermæum; quorum Sethonem quidem Ægyptum, Hermæum vero Danaum denominatum dicit. Quem quum Sethon expulisset, regnavit annis quinquaginta et novem, et post illum filiorum natu major Rampses annis LXVI. Ante

ἀπελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς πατέρας ἡμῶν ὁμολογηκὼς, εἶτα τὸν Ἀμένωφιν εἰσποιήσας ἐμβόλιμον βασιλέα, φησὶ τοῦτον ἐπιθυμῆσαι θεῶν γενέσθαι θεατὴν, ὥσπερ Ὧρος εἷς τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων· ἀνενεγκεῖν δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ὁμωνύμῳ μὲν αὐτῷ Ἀμενώφει, πατρὸς δὲ Παάπιος ὄντι, θείας δὲ δοκοῦντι μετεσχηκέναι φύσεως κατά τε σοφίαν καὶ πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων. Εἰπεῖν οὖν αὐτῷ τοῦτον τὸν ὁμώνυμον ὅτι δυνήσεται θεοὺς ἰδεῖν, εἰ καθαρὰν ἀπό τε λεπρῶν καὶ τῶν ἄλλων μιαρῶν ἀνθρώπων τὴν χώραν ἅπασαν ποιήσειεν. Ἡσθέντα δὲ τὸν βασιλέα πάντας τοὺς τὰ σώματα λελωβημένους ἐκ τῆς Αἰγύπτου συναγαγεῖν (γενέσθαι δὲ τοῦ πλήθους μυριάδας ὀκτώ), καὶ τούτους εἰς τὰς λιθοτομίας τὰς ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν μέρει τοῦ Νείλου ἐμβαλεῖν αὐτὸν, ὅπως ἐργάζοιντο καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων οἱ ἐγκεχωρισμένοι. Εἶναι δέ τινας ἐν αὐτοῖς καὶ τῶν λογίων ἱερέων φησὶ λέπρᾳ συγκεχυμένους. Τὸν δὲ Ἀμένωφιν ἐκεῖνον, τὸν σοφὸν καὶ μαντικὸν ἄνδρα, ὑποδεῖσαι πρὸς αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα χόλον τῶν θεῶν, εἰ βιασθέντες ὀφθήσονται· καὶ προσθέμενον εἰπεῖν ὅτι συμμαχήσουσί τινες τοῖς μιαροῖς καὶ τῆς Αἰγύπτου κρατήσουσιν ἐπ' ἔτη τρισκαίδεκα. Μὴ τολμῆσαι μὲν αὐτὸν εἰπεῖν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, γραφὴν δὲ καταλιπόντα περὶ πάντων ἑαυτὸν ἀνελεῖν. Ἐν ἀθυμίᾳ δὲ εἶναι τὸν βασιλέα. Κἄπειτα κατὰ λέξιν οὕτω γέγραφεν· « Τῶν δὲ ταῖς λατομίαις ὡς χρόνος ἱκανὸς διῆλθεν ταλαιπωρούντων, « ἀξιωθεὶς ὁ βασιλεὺς ἵνα πρὸς κατάλυσιν αὐτοῖς καὶ « σκέπην ἀπομερίσῃ τὴν τότε τῶν ποιμένων ἐρημωθεῖσαν πόλιν, Αὔαριν συνεχώρησεν. Ἔστι δ' ἡ πόλις « κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν Τυφώνιος. Οἱ δὲ εἰς « ταύτην εἰσελθόντες καὶ τὸν τόπον τοῦτον εἰς ἀπόστασιν « ἔχοντες ἡγεμόνα αὐτῶν λεγόμενόν τινα τῶν Ἡλιοπολιτῶν ἱερέων Ὀσάρσιφον ἐστήσαντο· καὶ τούτῳ πειθαρχήσοντες ἐν πᾶσιν ὡρκομότησαν. Ὁ δὲ πρῶτον « μὲν αὐτοῖς νόμον ἔθετο μήτε προσκυνεῖν θεοὺς μήτε « τῶν μάλιστα ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ἱερῶν ζώων « ἀπέχεσθαι μηδενὸς, πάντα τε θύειν καὶ ἀναλοῦν, συνάπτεσθαι δὲ μηδενὶ πλὴν τῶν συνωμοσμένων. Τοιαῦτα « δὲ νομοθετήσας καὶ πλεῖστα ἄλλα, μάλιστα τοῖς « Αἰγυπτίοις ἐθισμοῖς ἐναντιούμενα, ἐκέλευσε πολυχειρίᾳ τὰ τῆς πόλεως ἐπισκευάζειν τείχη, καὶ πρὸς πόλεμον ἑτοίμους γίνεσθαι τὸν πρὸς Ἀμένωφιν τὸν βασιλέα. Αὐτὸς δὲ προσλαβόμενος μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν « ἄλλων ἱερέων καὶ συμμεμιασμένων ἔπεμψε πρέσβεις « πρὸς τοὺς ὑπὸ Τεθμώσεως ἀπελαθέντας ποιμένας εἰς « πόλιν τὴν καλουμένην Ἱεροσόλυμα. Καὶ τὰ καθ' « ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συνατιμασθέντας δηλώσας « ἠξίου συνεπιστρατεύειν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' Αἴγυπτον. « Ἐπάξειν μὲν οὖν αὐτοὺς ἐπηγγείλατο πρῶτον μὲν εἰς « Αὔαριν τὴν προγονικὴν αὐτῶν πατρίδα, καὶ τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ὄχλοις παρέξειν ἀφθόνως, ὑπερμαχήσεσθαι « δὲ, ὅτε δέοι, καὶ ῥᾳδίως ὑποχείριον αὐτοῖς τὴν χώραν « ποιήσειν. Οἱ δὲ ὑπερχαρεῖς γενόμενοι πάντες προθύμως εἰς εἴκοσι μυριάδας ἀνδρῶν συνεξώρμησαν, καὶ

tot igitur annos patres nostros ex Ægypto egressos confessus, dein quum Amenophin regem supposuisset, hunc ait concupivisse deorum spectatorem esse, sicut et Orum quendam priorum regum, et hoc suum desiderium communicasse cum filio cujusdam Paapios, cui idem cum eo nomen erat Amenophis, quique de divina visus est participare natura propter sapientiam præscientiamque futurorum. Itaque regi dixisse hunc cognominem, quod posset videre deos, si regionem universam de leprosis hominibus et immundis purgare vellet. Regem gaudio perfusum omnes corporis aliqua injuria affectos ex Ægypto congregasse dicit; et multitudinem crevisse ad numerum octo myriadum; eosque ad sectiones lapidum in partem Nili orientalem misisse, ut in opere exercerentur pariter ac alii Ægyptii eo destinati Fuisse autem quosdam inter eos etiam eruditorum sacerdotum lepra perfusos ait. Amenophin vero illum sapientem divinumque virum subveritum esse, ne in se regemque deorum iram concitaret, si illis vis adhiberetur; prætereaque dixisse nonnullos auxilio venturos pollutis, et Ægypto dominaturos tredecim annis. Et ipsum quidem ista regi dicere non ausum esse, omnia vero scripta reliquisse et semet interemisse. Qua de causa regem anxietate laborasse. Deinde ad verbum ita scripsit : « Quum autem illi satis longo tempore in lapicidinis graviter laborassent, rex imploratus ut ad requiem « et tutamen eorum secerneret civitatem, urbem incolis « exhaustam, quæ fuerat Pastorum, nomine Auarin, eis « concessit. Est autem hæc urbs, juxta theologiam antiquam, Typhonis. Porro illi in eam ingressi, atque hunc « locum ad res novas moliendas opportunum nacti, ducem « sibimet quendam Heliopolitanorum pontificum Osarsiphum constituere, et huic se in omnibus obtemperaturos « juraverunt. At ille primam quidem eis legem posuit, ut « neque deos adorarent, neque ab animalibus ullis, quæ « præcipue sacra apud Ægyptios erant, se abstinerent, sed « ut omnia mactarent atque consumerent; nullique copularentur nisi qui ejusdem conjurationis esset. Quum autem « ista sanxisset et alia quamplurima maxime Ægyptiorum « moribus adversantia, multarum manuum opera jussit « ædificare civitatis muros, et ad bellum sese parare adversus Amenophin regem. Ipse vero, assumptis secum « etiam aliis sacerdotibus et pollutorum quibusdam, misit « legatos ad Pastores, qui a Tethmosi depulsi in urbem « Hierosolyma dictam se contulerant. Et declaratis iis quæ « sibi ceterisque ignominiose habitis acciderant, rogavit ut « una expeditionem facerent in Ægyptum. Et quidem promisit se primum eos ducturum in Auarin avitam suam « patriam, et necessaria se copiose exhibiturum turbæ, « propugnaturum autem quum opus foret, et facile regionem « sub potestatem eorum redacturum. Illi vero supra modum læti, omnes alacriter usque ad ducenta millia virorum pariter sunt egressi et non multo post ad Auarin

« μετ' οὐ πολὺ ἧκον εἰς Αὔαριν. Ἀμένωφις δ', ὁ τῶν « Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ὡς ἐπύθετο τὰ κατὰ τὴν ἐκείνων « ἔφοδον, οὐ μετρίως συνεχύθη, τῆς παρ' Ἀμενώφεως « τοῦ Παάπιος μνησθεὶς προδηλώσεως. Καὶ πρότερον « συναγαγὼν πλῆθος Αἰγυπτίων, καὶ βουλευσάμενος « μετὰ τῶν ἐν τούτοις ἡγεμόνων, τά τε ἱερὰ ζῶα τὰ πρῶ- « τα μάλιστα ἐν τοῖς ἱεροῖς τιμώμενα ὥς γ' ἑαυτὸν « μετεπέμψατο, καὶ τοῖς κατὰ μέρος ἱερεῦσιν παρήγ- « γειλεν ὡς ἀσφαλέστατα τῶν θεῶν συγκρύψαι τὰ ξόανα. « Τὸν δὲ υἱὸν Σέθων τὸν καὶ Ῥαμέσσην ἀπὸ Ῥάμψεως « τοῦ πατρὸς ὠνομασμένον, πενταέτη ὄντα, ἐξέθετο « πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Αὐτὸς δὲ διαβὰς τοῖς ἄλλοις « Αἰγυπτίοις, οὖσιν εἰς τριάκοντα μυριάδας ἀνδρῶν « μαχιμωτάτων, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀπαντήσασιν οὐ « συνέβαλεν, ἀλλὰ μέλλειν θεομαχεῖν νομίσας, παλιν- « δρομήσας ἧκεν εἰς Μέμφιν· ἀναλαβών τε τόν τε « Ἄπιν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐκεῖσε μεταπεμφθέντα ἱερὰ ζῶα, « εὐθὺς εἰς Αἰθιοπίαν σὺν ἅπαντι τῷ στόλῳ καὶ πλήθει « τῶν Αἰγυπτίων ἀνήχθη. Χάριτι γὰρ ἦν αὐτῷ ὑπο- « χείριος ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεύς· ὅθεν ὑποδεξάμενος « καὶ τοὺς ὄχλους πάντας ὑπολαβὼν οἷς ἔσχεν ἡ χώρα « τῶν πρὸς ἀνθρωπίνην τροφὴν ἐπιτηδείων, καὶ πόλεις « καὶ κώμας πρὸς τὴν τῶν πεπρωμένων τρισκαίδεκα « ἐτῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἔκπτωσιν αὐτάρκεις, οὐχ « ἧττόν γε καὶ στρατόπεδον Αἰθιοπικὸν πρὸς φυλακὴν « ἐπέταξε τοῖς παρ' Ἀμενώφεως τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῶν « ὁρίων τῆς Αἰγύπτου. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Αἰθιο- « πίαν τοιαῦτα. Οἱ δὲ Σολυμῖται κατελθόντες σὺν τοῖς « μιαροῖς τῶν Αἰγυπτίων οὕτως ἀνοσίως τοῖς ἀνθρώποις « προσηνέχθησαν, ὥστε τὴν τῶν προειρημένων κράτη- « σιν χειρίστην φαίνεσθαι τοῖς τότε τὰ τούτων ἀσεβή- « ματα θεωμένοις. Καὶ γὰρ οὐ μόνον πόλεις καὶ κώμας « ἐνέπρησαν, οὐδὲ ἱεροσυλοῦντες οὐδὲ λυμαινόμενοι « ξόανα θεῶν ἠρκοῦντο, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις « τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζώων χρώμενοι διετέλουν, « καὶ θύτας καὶ σφαγεῖς τούτων ἱερεῖς καὶ προφήτας « ἠνάγκαζον γίνεσθαι, καὶ γυμνοὺς ἐξέβαλον. Λέγεται « δ' ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβα- « λόμενος ἱερεὺς, τὸ γένος Ἡλιουπολίτης, ὄνομα Ὀσαρ- « σὶφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλιουπόλει θεοῦ Ὀσίρεως, ὡς « μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετετέθη τοὔνομα καὶ « προσηγορεύθη Μωϋσῆς. »

κζ'. Ἃ μὲν οὖν Αἰγύπτιοι φέρουσι περὶ τῶν Ἰουδαίων, ταῦτ' ἐστὶ καὶ ἕτερα πλείονα, ἃ παρίημι συντομίας ἕνεκα. Λέγει δὲ ὁ Μανεθὼν πάλιν ὅτι μετὰ ταῦτα ἐπῆλθεν ὁ Ἀμένωφις ἀπὸ Αἰθιοπίας μετὰ μεγάλης δυνάμεως, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ῥάμψης καὶ αὐτὸς ἔχων δύναμιν· καὶ συμβαλόντες οἱ δύο τοῖς ποιμέσι καὶ τοῖς μιαροῖς, ἐνίκησαν αὐτοὺς, καὶ πολλοὺς ἀποκτείναντες ἐδίωξαν αὐτοὺς ἄχρι τῶν ὁρίων τῆς Συρίας. Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα Μανεθὼν συνέγραψεν· ὅτι δὲ ληρεῖ καὶ ψεύδεται περιφανῶς ἐπιδείξω, προδιαστειλάμενος ἐκεῖνο τῶν ὕστερον πρὸς αὐτὸν λεχθησομένων ἕνεκα. Δέδωκε γὰρ οὗτος ἡμῖν καὶ ὡμολόγηκεν ἐξ ἀρ-

« veniebant. Amenophis autem Ægyptiorum rex, quum « primum illorum invasionem audivit, non mediocriter « animum despondere cœpit, quum ei in mentem venirent « quæ prædixerat Amenophis Paapios filius. Et primum « quidem congregata plebe Ægyptiaca, initoque consilio « cum principibus eorum, et animalia sacra, maxime illa « quæ præcipue in templis colebantur, ad se arcessivit; et « sacerdotibus sigillatim præcepit ut simulacra deorum « quam securissime occultarent. Filium vero Sethonem, « qui etiam Ramesses a Rampse patris nomine vocabatur, « quum quinque esset annorum, transportandum curavit ad « amicum. Ipse autem transgressus cum ceteris Ægyptiis, ad « trecenta millia virorum pugnacissimorum, hostibus ei « obviam factis prælio non congressus est : sed fore ratus « ut contra deos pugnaret, retrorsum reversus Memphin « petebat : assumptoque Api et reliquis animalibus sacris, « quæ ad se accersiverat, mox in Æthiopiam cum universis « navibus et Ægyptiorum multitudine se transtulit. Benefi- « ciis enim ipsi obstrictus erat Æthiopum rex : unde quum « eum suscepisset, populumque universum omnibus istius « regionis ad hominum victum necessariis excepisset, et « urbes et vicos, qui ad fatale illud tredecim annorum exsi- « lium sufficerent, tribui jussit, ut et exercitum Æthiopi- « cum, qui in custodiam Amenopheos suorumque excubias « ageret ad fines Ægypti. Et in Æthiopia quidem hæc gesta « sunt. Solymitæ vero, ubi descenderant, cum pollutis « Ægyptiorum adeo male homines tractarunt, ut eorum « victoria pessima illis videretur, qui tunc eorum impietates « inspiciebant. Etenim non solum urbes et vicos incende- « runt, neque sacrilegia committere, aut deorum simula- « cra vastare satis habebant; sed iisdem etiam continuo « utebantur ad assandas carnes animalium sacrorum quæ « cultu divino afficiebantur, hisque mactandis jugulandisque « sacerdotes et vates adhiberi coegerunt, nudosque ejece- « runt. Dicitur autem quod reipublicæ conditor erat le- « gumque lator, sacerdos, genere Heliopolitanus, nomine « Osarsiph, ex Osiride deo, quem colit urbs Heliopolis, « denominatus, quum ad hoc genus transisset, nomen mu- « tavit, et vocatus erat Moyses. »

27. Et quæ quidem Ægyptii de Judæis ferunt, ejusmodi sunt cum aliis multis, quæ brevitatis ergo prætereo. Rursus autem dicit Manetho, quod postea Amenophis ex Æthiopia regressus est cum magna militum manu, et filius ejus Rampses itidem cum exercitu; quodque hi duo congressi cum Pastoribus atque pollutis eos superarint, et multis cæsis persequuti sint eos usque ad Syriæ fines. Hæc quidem et ejuscemodi alia scripsit Manetho. Illum autem nugari et manifeste mentiri ostendam, facta prius distinctione illorum gratia quæ mox contra illum proferam. Is quippe concessit nobis atque agnovit, istos origine nequa-

χῆς τε μὴ εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους, ἀλλ' αὐτοὺς ἔξωθεν ἐπελθόντας κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου, καὶ πάλιν ἐξ αὐτῆς ἀπελθεῖν· ὅτι δ' οὐκ ἀνεμίχθησαν ἡμῖν ὕστερον τῶν Αἰγυπτίων οἱ τὰ σώματα λελωβημένοι, καὶ ὅτι ἐκ τούτων οὐκ ἦν Μωϋσῆς ὁ τὸν λαὸν ἀγαγὼν, ἀλλὰ πολλαῖς ἐγεγόνει γενεαῖς πρότερον, ταῦτα πειράσομαι διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἐλέγχειν.

κη'. Πρώτην δὴ τὴν αἰτίαν τοῦ πλάσματος ὑποτίθεται καταγέλαστον. « Ὁ βασιλεὺς γὰρ, φησὶν, Ἀμένωφις ἐπεθύμησε τοὺς θεοὺς ἰδεῖν. » Ποίους; εἰ μὲν τοὺς παρ' αὐτοῖς νενομοθετημένους, τὸν βοῦν καὶ τράγον καὶ κροκοδείλους καὶ κυνοκεφάλους ἑώρα· τοὺς οὐρανίους δὲ πῶς ἠδύνατο; Καὶ διὰ τί ταύτην ἔσχε τὴν ἐπιθυμίαν; ὅτι νὴ Δία καὶ πρότερος αὐτοῦ βασιλεὺς ἄλλος ἑοράκει. Παρ' ἐκείνου τοίνυν ἐπέπυστο ποταποί τινές εἰσι καὶ τίνα τρόπον αὐτοὺς εἶδεν· ὥστε καινῆς αὐτῷ τέχνης οὐκ ἔδει. Ἀλλὰ σοφὸς ἦν ὁ μάντις, δι' οὗ τοῦτο κατορθώσειν ὁ βασιλεὺς ὑπελάμβανε. Καὶ πῶς οὐ προέγνω τὸ ἀδύνατον αὐτοῦ τῆς ἐπιθυμίας; οὐ γὰρ ἀπέβη. Τίνα δὲ καὶ λόγον εἶχε διὰ τοὺς ἠκρωτηριασμένους ἢ λεπρῶντας ἀφανεῖς εἶναι τοὺς θεούς; ὀργίζονται γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀσεβήμασιν, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἐλαττώμασι τῶν σωμάτων. Ὀκτὼ δὲ μυριάδας τῶν λεπρῶν καὶ κακῶς διακειμένων πῶς οἷόντε μιᾷ σχεδὸν ἡμέρᾳ συλλεγῆναι; πῶς δὲ παρήκουσε τοῦ μάντεως ὁ βασιλεύς; ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκέλευσεν ἐξορίσαι τῆς Αἰγύπτου τοὺς λελωβημένους, ὁ δ' αὐτοὺς εἰς τὰς λιθοτομίας ἐνέβαλεν, ὥσπερ τῶν ἐργαζομένων δεόμενος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ καθᾶραι τὴν χώραν προαιρούμενος. Φησὶ δὲ τὸν μὲν μάντιν αὑτὸν ἀνελεῖν, τὴν ὀργὴν τῶν θεῶν προορώμενον καὶ τὰ συμβησόμενα περὶ τὴν Αἴγυπτον, τῷ δὲ βασιλεῖ γεγραμμένην τὴν πρόρρησιν καταλιπεῖν. Εἶτα πῶς οὐκ ἐξ ἀρχῆς ὁ μάντις τὸν αὐτοῦ θάνατον προηπίστατο; πῶς δὲ οὐκ εὐθὺς ἀντεῖπε τῷ βασιλεῖ βουλομένῳ τοὺς θεοὺς ἰδεῖν; πῶς δ' εὔλογος ὁ φόβος τῶν μὴ παρ' αὐτὸν συμβησομένων κακῶν; ἢ τί χεῖρον ἔδει παθεῖν, διὸ ἀνελεῖν ἑαυτὸν ἔσπευδεν; Τὸ δὲ δὴ πάντων εὐηθέστατον ἴδωμεν. Πυθόμενος γὰρ ταῦτα, καὶ περὶ τῶν μελλόντων φοβηθεὶς, τοὺς λελωβημένους ἐκείνους, ὧν αὐτῷ καθαρεῦσαι προείρητο τὴν Αἴγυπτον, οὐδὲ τότε τῆς χώρας ἐξήλασεν, ἀλλὰ « δεηθεῖσιν αὐτοῖς ἔδωκε πόλιν, ὥς φησι, τὴν πάλαι μὲν οἰκηθεῖσαν ὑπὸ τῶν ποιμένων, Αὔαριν δὲ καλουμένην. Εἰς ἣν ἀθροισθέντας αὐτοὺς ἡγεμόνα φησὶν ἐξελέσθαι τῶν ἐξ Ἡλιουπόλεως πάλαι γεγονότων ἱερέων, καὶ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι μήτε θεοὺς προσκυνεῖν μήτε τῶν ἐπ' Αἰγύπτῳ θρησκευομένων ζώων ἀπέχεσθαι, πάντα δὲ θύειν καὶ κατεσθίειν, συνάπτεσθαι δὲ μηδενὶ πλὴν τῶν συνωμοσμένων· ὅρκοις τε τὸ πλῆθος ἐνδησάμενον, ἦ μὴν τούτοις ἐμμένειν τοῖς νόμοις, καὶ τειχίσαντα τὴν Αὔαριν πρὸς τὸν βασιλέα πόλεμον ἐξενεγκεῖν. » Καὶ προστίθησιν ὅτι « ἔπεμψεν εἰς Ἱεροσόλυμα, παρακαλῶν ἐκείνους αὐτοῖς συμμαχεῖν, καὶ δώσειν αὐτοῖς τὴν Αὔαριν ὑπισχνούμενος· εἶναι γὰρ αὐτὴν τοῖς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀφιξομένοις προγονικήν·

quam Ægyptios esse, sed ipsos aliunde advenisse et Ægyptum occupasse, et inde rursus egressos esse. Quod vero nobis postea non permixti fuerint Ægyptii morbidi, quodque ex illis non fuerit Moyses populi ductor, sed multis eos ætatibus præcesserit, hæc ex illius ipsius dictis probare conabor.

28. Primam itaque figmenti causam posuit ridiculam. « Rex enim, inquit, Amenophis videre deos desideravit. » Quos putas? siquidem legibus apud eos receptos, Bovem, et Hircum, et Crocodilos, Et Cynocephalos videbat: cœlestes autem quomodo poterat? Et cur hoc habuit desiderium? quia utique et prior rex alius hos viderat. Ab illo ergo audierat, quales essent, et quemadmodum eos vidisset: adeo ut nova nequaquam egeret arte. Sed forsan dicatur sapientem exstitisse vatem illum, per quem hæc rex posse agere confidebat. Quod si ita fuisset, quomodo non præscivit, fieri id non posse cujus desiderio tenebatur? non enim evenit. Proinde quid causæ fuit quod propter mutilos aut leprosos oculorum ejus obtutum effugerent dii? irascuntur enim propter flagitia, non propter corpora mutilata et debilitata. Deinde qui fieri potuit ut octo myriadas leprosorum et male se habentium uno propemodum die congregaret? aut quomodo rex vati dicto audiens non erat? nam ille quidem præcepit corpore debilitatos Ægypti finibus pelli: illic vero eos in latumias conjiciendos curavit, tanquam operariis egeret, non autem regionem purgare vellet. Dicit etiam quod vates sibimet mortem consciverit, ut qui deorum iram prævideret et ea quæ Ægypto eventura essent mala; quodque prædictionem regi in scriptis reliquerit. Proinde quomodo non ab initio vates suum interitum præscivit? quomodo non e vestigio regi contradixit volenti videre deos? quomodo autem justus ille metus calamitatum non sui temporis? aut quid gravius patiendum ipsi instabat, ut se ipse interimere festinaret? Quod vero omnium stultissimum jam videamus. Quum enim ista audivisset et de futuris jam metuisset, debiles illos, quibus Ægyptum ex prædictione purgare debuerat, neque tunc de regione pepulit; sed « rogantibus eis, sicut ait, civitatem dedit dudum a Pastoribus habitatam, quæ vocabatur Auaris. Ad quam congregati principem, inquit, delegere ex sacerdotibus olim Heliopolitanis: atque hunc apud illos introduxisse, ut neque deos adorarent, neque ab animalibus abstinerent quæ in Ægypto cultu divino afficiebantur, sed omnia mactarent atque consumerent, et nemini nisi ejusdem conjurationis societate jungerentur; fideque jurejurando data eos devinxisse ad perseverandum in istis legibus; quumque Auarin munivisset, regi bellum intulisse. » Deinde adjicit quod « Hierosolyma misit, incolas obsecrans ut sese ipsis adjungerent, promittensque se iis daturum esse Auarin, avitam scilicet adventuris ex Hierosolymis pa-

ἀφ' ἧς ὁρμωμένους αὐτοὺς πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καθέξειν. » Εἶτα « τοὺς μὲν ἐπελθεῖν εἴκοσι στρατοῦ μυριάσι λέγει, τὸν δὲ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων Ἀμένωφιν, οὐκ οἰόμενον δεῖν θεομαχεῖν, εἰς τὴν Αἰθιοπίαν εὐθὺς ἀποδρᾶναι, τὸν δὲ Ἆπιν καί τινα τῶν ἄλλων ἱερῶν ζώων παρατεθεικέναι τοῖς ἱερεῦσι, διαφυλάττεσθαι κελεύσαντα. » Εἶτα « τοὺς Ἱεροσολυμίτας ἐπελθόντας τάς τε πόλεις ἀνιστάναι καὶ τὰ ἱερὰ κατακαίειν καὶ τοὺς ἱππέας ἀποσφάττειν, ὅλως τε μηδεμιᾶς ἀπέχεσθαι παρανομίας μηδὲ ὠμότητος. Ὁ δὲ τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος ἱερεὺς, φησὶν, ἦν τὸ γένος Ἡλιουπολίτης, ὄνομα δ' Ὀσαρσὶφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλιουπόλει θεοῦ Ὀσίρεως· μεταθέμενος δὲ Μωϋσῆν αὑτὸν προσηγόρευσεν. Τρισκαιδεκάτῳ δὲ, φησὶν, ἔτει τὸν Ἀμένωφιν (τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ χρόνον εἶναι τῆς ἐκπτώσεως πεπρωμένον) ἐξ Αἰθιοπίας ἐπελθόντα μετὰ πολλῆς στρατιᾶς, καὶ συμβαλόντα τοῖς ποιμέσι καὶ τοῖς μιαροῖς, νικῆσαί τε τῇ μάχῃ, καὶ κτεῖναι πολλοὺς ἐπιδιώξαντα μέχρι τῶν τῆς Συρίας ὅρων. »

κθ'. Ἐν τούτοις πάλιν οὐ συνίησιν ἀπιθάνως ψευδόμενος. Οἱ γὰρ λεπροὶ καὶ τὸ μετ' αὐτῶν πλῆθος, εἰ καὶ πρότερον ὠργίζοντο τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς τὰ περὶ αὐτοὺς πεποιηκόσι κατά τε τὴν τοῦ μάντεως προαγόρευσιν, ἀλλ' ὅτε τῶν λιθοτομιῶν ἐξῆλθον, καὶ πόλιν παρ' αὐτοῦ καὶ χώραν ἔλαβον, πάντως ἂν ἐγεγόνεισαν πρᾳότεροι πρὸς αὐτόν. Εἰ δὲ δὴ κἀκεῖνον ἐμίσουν, ἰδίᾳ μὲν ἂν αὐτῷ ἐπεβούλευον, οὐκ ἂν δὲ πρὸς ἅπαντας ἤραντο πόλεμον, δηλονότι πλείστας ἔχοντες συγγενείας, τοσοῦτοί γε τὸ πλῆθος ὄντες. Ὅμως δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις πολεμεῖν διεγνωκότες οὐκ ἂν εἰς τοὺς αὐτῶν θεοὺς πολεμεῖν ἐτόλμησαν, οὐδ' ὑπεναντιωτάτους ἔθεντο νόμους τοῖς πατρίοις αὐτῶν καὶ οἷς ἐνετράφησαν. Δεῖ δ' ἡμᾶς τῷ Μανεθῶνι χάριν ἔχειν, ὅτι ταύτης τῆς παρανομίας οὐχὶ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων ἐλθόντας ἀρχηγοὺς γενέσθαι φησὶν, ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους ὄντας Αἰγυπτίους, καὶ τούτων μάλιστα τοὺς ἱερέας ἐπινοῆσαί τε ταῦτα καὶ ὁρκωμοτῆσαι τὸ πλῆθος. Ἐκεῖνο μέντοι πῶς οὐκ ἄλογον; τῶν μὲν οἰκείων αὐτοῖς καὶ τῶν φίλων συναποστῆσαι οὐδένα, μηδὲ τοῦ πολέμου τὸν κίνδυνον συνάρασθαι, πέμψαι δὲ τοὺς μιαροὺς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων ἐπάγεσθαι συμμαχίαν. Ποίας αὐτοῖς φιλίας, ἢ τίνος αὐτοῖς οἰκειότητος προϋπηργμένης; τοὐναντίον γὰρ ἦσαν πολέμιοι καὶ τοῖς ἔθεσι πλεῖστον διέφερον. Ὁ δέ φησιν εὐθὺς ὑπακοῦσαι τοῖς ὑπισχνουμένοις, ὅτι τὴν Αἴγυπτον καθέξουσιν, ὥσπερ αὐτῶν οὐ σφόδρα τῆς χώρας ἐμπείρως ἐχόντων, ἧς βιασθέντες ἐκπεπτώκασιν. Εἰ μὲν οὖν ἀπόρως ἢ κακῶς ἔπραττον, ἴσως ἂν καὶ παρεβάλλοντο· πόλιν δὲ κατοικοῦντες εὐδαίμονα καὶ χώραν πολλὴν κρείττω τῆς Αἰγύπτου καρπούμενοι, διὰ τί ποτ' ἂν ἐχθροῖς μὲν πάλαι, τὰ δὲ σώματα λελωβημένοις, οὓς μηδὲ τῶν οἰκείων οὐδεὶς ὑπομένει, τούτοις ἔμελλον παρακινδυνεύσειν βοηθοῦντες; οὐ γὰρ δή γε τὸν γενησόμενον προῄδεσαν δρασμὸν τοῦ βασιλέως. Τοὐναντίον γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν

triam : unde facto impetu posse illos Ægyptum omnem in suam potestatem redigere. » Mox subjungit, « illos quidem eo venisse cum ducentis armatorum millibus, regem vero Ægyptiorum Amenophin, ut qui putaret cum diis non esse pugnandum, statim in Æthiopiam se fuga recepisse, et Apin cum ceteris sacris animalibus apud sacerdotes deposuisse, ea servare jussos. » Dein, « Hierosolymitas, postquam venissent, urbes evertisse et templa concremasse et equites peremisse, refert, et omnino nulla iniquitate aut crudelitate abstinuisse. Qui vero reipublicæ formam et leges eis posuit, erat, inquit, genere Heliopolites, nomine Osarsiph, ab Osiri Heliopolitano deo denominatus; qui quum nomen sibi mutasset, Moysen se appellavit. Amenophin vero dicit anno tertio decimo (tantum enim temporis quo regno pelleretur ei fatis decretum fuisse) ex Æthiopia profectum cum magnis copiis, congressumque cum Pastoribus et pollutis, et prælio eos superasse et multos interfecisse, ad fines usque Syriæ persequutum. »

29. In his iterum non intellexit sine verisimilitudine se mentiri. Leprosi namque et multitudo quæ cum illis erat, licet prius irascerentur regi et iis qui eos male adeo tractarunt, etiam juxta prædictionem vatis : tamen quum latomiis exiissent, et urbem ab ipso et provinciam accepissent, omnes in eum procul dubio mitiores evasissent. Quodsi etiam ipsum odio habuissent, seorsum ei insidiati essent, neque omnibus intulissent bellum, quum scilicet totidem numero plurimas illic cognationes habere deberent. Verum etiam si contra homines pugnare decreverint; non erat ut auderent contra deos ipsorum pugnare, et leges patriis eorum et quibus educti erant contrarias ferre. Oportet vero nos Manethoni gratias agere, quod hujus iniquitatis principes exstitisse dicat, non eos qui Hierosolymis egressi sunt, sed illos ipsos utpote Ægyptios, et ex illis maxime sacerdotes ista excogitasse et multitudinem ad jurandum adegisse. Illud autem quomodo rationi non absonum? familiarium quidem et amicorum nemo a republica defecit, neque periculorum belli particeps factus est; sed misere pollutos Hierosolyma, ut inde auxilia adducerent. Quanam amicitia aut familiaritate ipsis intercedente? nam econtra hostes erant et moribus plurimum differebant. Illi vero, ut dicit, sine mora eis obsequuti sunt, pollicitationibus inducti, quod Ægyptum occupaturi essent : quasi ipsi non admodum fuissent ejus regionis gnari, ex qua per vim pulsi fuerant. Qui si tum miseram aut egenam vitam egissent, forsan periculum adiissent. Atqui quum urbem habitarent beatam, et regione satis ampla Ægypto meliori fruerentur, quid tandem erat cur ob veteres hostes, eosque corporibus morbidos, quos nemo vel e suis libenter sustinet, illis ut opem ferant discrimen adituri essent? neque enim certo futuram regis fugam præsciebant. Imo contra ipse dixit,

ὡς « ὁ παῖς τοῦ Ἀμενώφιος τριάκοντα μυριάδας ἔχων, εἰς Πηλούσιον ὑπηντίαζεν· » καὶ τοῦτο μὲν ᾔδεισαν πάντως οἱ παραγινόμενοι· τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτοῦ καὶ τὴν φυγὴν πόθεν εἰκάζειν ἔμελλον; Τὰ σιτία κρατήσαντάς φησι τῆς Αἰγύπτου πολλὰ καὶ δεινὰ δρᾶν τοὺς ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπιστρατεύσαντας. Καὶ περὶ τούτων ὀνειδίζει, καθάπερ οὐ πολεμίους αὐτοῖς ἐπαγαγὼν, ἢ δέον τοῖς ἔξωθεν ἐπικληθεῖσιν ἐγκαλεῖν, ὁπότε ταῦτα πρὸ τῆς ἐκείνων ἀφίξεως ἔπραττον, καὶ πράξειν ὠμωμόκεσαν, οἱ τὸ γένος Αἰγύπτιοι. « Ἀλλὰ καὶ χρόνοις ὕστερον Ἀ- « μένωφις ἐπελθὼν ἐνίκησε μάχῃ, καὶ κτείνων τοὺς « πολεμίους μέχρι τῆς Συρίας ἤλασεν. » Οὕτω γὰρ παντάπασίν ἐστιν ἡ Αἴγυπτος τοῖς ὁποθενδηποτοῦν ἐπιοῦσιν εὐάλωτος· καὶ οἱ τότε πολέμῳ κρατοῦντες αὐτὴν, ζῆν πυνθανόμενοι τὸν Ἀμένωφιν, οὔτε τὰς ἐκ τῆς Αἰθιοπίας ἐμβολὰς ὠχύρωσαν, πολλὴν εἰς τοῦτο παρασκευὴν ἔχοντες, οὔτε τὴν ἄλλην ἡτοίμασαν δύναμιν. « Ὁ δὲ καὶ μέχρι τῆς Συρίας ἀναιρῶν, φησὶν, αὐτοὺς, « ἠκολούθησε διὰ τῆς ψάμμου τῆς ἀνύδρου. » Δηλονότι οὐ ῥᾴδιον ὂν ἀμαχεὶ στρατοπέδῳ διελθεῖν.

λ'. Κατὰ μὲν οὖν τὸν Μανεθῶνα οὔτε ἐκ τῆς Αἰγύπτου τὸ γένος ἡμῶν ἐστιν οὔτε τῶν ἐκεῖθέν τινες ἀνεμίχθησαν. Τῶν γὰρ λεπρῶν καὶ νοσούντων πολλοὺς μὲν εἰκὸς ἐν ταῖς λιθοτομίαις ἀποθανεῖν, πολὺν χρόνον ἐκεῖ γενομένους καὶ κακοπαθοῦντας, πολλοὺς δ' ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα μάχαις, πλείστους δ' ἐν τῇ τελευταίᾳ καὶ τῇ φυγῇ.

λα'. Λοιπόν μοι πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν περὶ Μωϋσέως. Τοῦτον δὲ τὸν ἄνδρα θαυμαστὸν μὲν Αἰγύπτιοι καὶ θεῖον νομίζουσι, βούλονται δὲ προσποιεῖν αὑτοῖς μετὰ βλασφημίας ἀπιθάνου, λέγοντες Ἡλιουπολίτην εἶναι τῶν ἐκεῖθεν ἱερέων ἕνα, διὰ τὴν λέπραν συνεξεληλαμένον. Δείκνυται δ' ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς ὀκτωκαίδεκα σὺν τοῖς πεντακοσίοις πρότερον ἔτεσι γεγονὼς καὶ τοὺς ἡμετέρους ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς Αἰγύπτου πατέρας εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν οἰκουμένην ὑφ' ἡμῶν. Ὅτι δὲ οὐδὲ συμφορᾷ τινι τοιαύτῃ περὶ τὸ σῶμα κεχρημένος ἦν, ἐκ τῶν λεγομένων ὑπ' αὐτοῦ δῆλός ἐστι. Τοῖς γὰρ λεπρῶσιν ἀπείρηκε μήτε μένειν ἐν πόλει μήτ' ἐν κώμῃ κατοικεῖν, ἀλλὰ μόνους περιπατεῖν κατεσχισμένους τὰ ἱμάτια· καὶ τὸν ἁψάμενον αὐτῶν ἢ ὁμώροφον γενόμενον οὐ καθαρὸν ἡγεῖται. Καὶ μὴν κἂν θεραπευθῇ τὸ νόσημα καὶ τὴν αὑτοῦ φύσιν ἀπολάβῃ, προείρηκέ τινας ἁγνείας, καθαρμοὺς πηγαίων ὑδάτων λουτροῖς, καὶ ξυρήσεις πάσης τριχὸς, πολλάς τε κελεύει καὶ παντοίας ἐπιτελέσαντα θυσίας, τότε παρελθεῖν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν. Καίτοι τοὐναντίον εἰκὸς ἦν προνοίᾳ τινὶ καὶ φιλανθρωπίᾳ χρήσασθαι τὸν ἐν τῇ συμφορᾷ ταύτῃ γεγονότα πρὸς τοὺς ὁμοίως αὐτῷ δυστυχήσαντας. Οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν λεπρῶν οὕτως ἐνομοθέτησεν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς καὶ τὸ βραχύτατόν τι τοῦ σώματος ἠκρωτηριασμένοις ἱερᾶσθαι συγκεχώρηκεν· ἀλλ' εἰ καὶ μεταξύ τις ἱερωμένος τοιαύτῃ χρήσαιτο συμφορᾷ, τὴν τιμὴν αὐτὸν ἀφείλετο. Πῶς οὖν εἰκὸς ἐκεῖνον ταῦτα νομοθετεῖν καθ' ἑαυτοῦ,

« filium Amenophios cum trecentis millibus ad Pelusium occurrisse : » id quod omnino cognitum erat universis qui advenerant : mutationem vero propositi et fugam ejus unde conjectare poterant? Deinde, occupatis horreis Ægypti, multa mala fecisse ait exercitum Hierosolymitanum. Atque hæc eis exprobrat, quasi non hostes eis induxisset, aut quasi hæc sint aliunde accito militi objicienda, quum eadem ante adventum eorum fecissent, facturosque se jurassent qui genere erant Ægyptii. « Verum aliquanto post Amenophis, ait, hostes aggressus prælio superavit, fusosque « ac fugatos Syriam usque persequutus est. » Adeo scilicet Ægyptus est omnibus undecunque eam invadentibus captu facilis; et qui tunc ea jure belli potiebantur, quum scirent Amenophin vivere, neque aditus ex Æthiopia communiverant, quum ad hoc bene parati instructique essent; neque de aliis copiis comparandis cogitaverant. « Ille vero « etiam Syriam usque trucidans eos, ut ait, persequutus est per arenosa et inaquosa loca. » Scilicet quum haud facile esset exercitui etiam absque pugna ea pertransire.

30. Jam quidem juxta Manethonem neque ex Ægypto genus nostrum oriundum, neque inde aliqui admixti sunt. Leprosorum enim et morbidorum multos quidem in lapicidinis periisse verisimile est, qui longo tempore illic fuerint et duriter tractati; multos vero in pugnis quas postea inierunt, plurimos denique in postrema et in fuga.

31. Reliquum mihi ut de Moyse illi contradicam. Hunc virum mirandum quidem Ægyptii et divinum existimant; volunt autem eum sibimet vindicare cum obtrectatione incredibili, dicentes Heliopoliten esse, unum e sacerdotibus istius loci, ob lepram cum aliis pulsum. Ostenditur autem ex historiis eum DXVIII annis priorem exstitisse, et patres nostros ex Ægypto in regionem quam nunc tenemus eduxisse. Quod vero nulla ejusmodi calamitas in corpus ejus inciderit, manifestum est ex iis quæ ab ipso dicuntur. Lepra affectos vetuit aut in urbe aut in vico habitare, sed solos ambulare voluit, et quidem conscissis vestibus; et qui eos tetigerit, aut eodem usus fuerit tecto, eum censet impurum. Præterea si sanetur morbus, et corpus ad suam naturam redeat, imperat purificationes quasdam per ablutiones in fontanis aquis et per abrasiones omnium pilorum; multisque et multiplicibus sacris peractis, tum demum eis permittit redire ad sacram urbem. Quanquam econtra par erat ut qui talem calamitatem expertus esset, provida quadam cura et humanitate uteretur erga eos quibus accideret malo ejusmodi conflictari. Non solum autem de leprosis ad hunc modum leges tulit, sed ne minima quidem corporis parte mutilatos ad sacrorum curam admisit : verum etiam si quis sacris admotus in talem calamitatem incideret, honore eum privari jussit. Quomodo igitur verisimile est illum has adversus semetipsum cum opprobrio

εἰς ὄνειδός τε καὶ βλάβην νόμους συντιθεμένους; Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὔνομα λίαν ἀπιθάνως μετατέθεικεν. « Ὀσαρσὶφ γάρ, φησίν, ἐκαλεῖτο ». Τοῦτο μὲν οὖν εἰς τὴν μετάθεσιν οὐχ ἐναρμόζει. Τὸ δ' ἀληθὲς ὄνομα δηλοῖ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος σωθέντα Μωϋσῆν· τὸ γὰρ ὕδωρ οἱ Αἰγύπτιοι μῶϋ καλοῦσιν. Ἱκανῶς οὖν γεγονέναι νομίζω καὶ δῆλον ὅτι Μανεθώς, ἕως μὲν ἠκολούθει ταῖς ἀρχαίαις ἀναγραφαῖς, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διημάρτανεν, ἐπὶ δὲ τοὺς ἀδεσπότους μύθους τραπόμενος ἢ συνέθηκεν αὐτοὺς ἀπιθάνως, ἢ τισι τῶν πρὸς ἀπέχθειαν εἰρηκότων ἐπίστευσεν.

λϛ'. Μετὰ τοῦτον ἐξετάσαι βούλομαι Χαιρήμονα. Καὶ γὰρ οὗτος Αἰγυπτιακὴν φάσκων ἱστορίαν συγγράφειν, καὶ προσθεὶς ταὐτὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως, ὅπερ ὁ Μανεθώς, Ἀμένωφιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ῥαμέσσην, φησὶν ὅτι « κατὰ τοὺς ὕπνους ἡ Ἶσις ἐφάνη τῷ Ἀμενώφει, μεμφομένη αὐτὸν ὅτι τὸ ἱερὸν αὐτῆς ἐν τῷ πολέμῳ κατέσκαπται. Φριτιφάντην δὲ ἱερογραμματέα φάναι, ἐὰν τῶν τοὺς μολυσμοὺς ἐχόντων ἀνδρῶν καθάρῃ τὴν Αἴγυπτον, παύσασθαι τῆς πτοίας αὐτόν. Ἐπιλέξαντα δὲ τῶν ἐπισινῶν μυριάδας εἴκοσι πέντε ἐκβαλεῖν. Ἡγεῖσθαι δ' αὐτῶν γραμματέας Μωϋσῆν τε καὶ Ἰώσηπον, καὶ τοῦτον ἱερογραμματέα· Αἰγύπτια δ' αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, τῷ μὲν Μωϋσεῖ Τισιθέν, τῷ δὲ Ἰωσήπῳ Πετεσήφ. Τούτους δ' εἰς Πηλούσιον ἐλθεῖν καὶ ἐπιτυχεῖν μυριάσι τριάκοντα ὀκτὼ καταλελειμμέναις ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, ἃς οὐ θέλειν εἰς τὴν Αἴγυπτον διακομίζειν. Οἷς φιλίαν συνθεμένους ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον στρατεῦσαι. Τὸν δὲ Ἀμένωφιν οὐχ ὑπομείναντα τὴν ἔφοδον αὐτῶν εἰς Αἰθιοπίαν φυγεῖν καταλιπόντα τὴν γυναῖκα ἔγκυον· ἣν κρυπτομένην ἔν τισι σπηλαίοις τεκεῖν παῖδα, ὄνομα Μεσσήνην, ὃν ἀνδρωθέντα ἐκδιῶξαι τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὴν Συρίαν, ὄντας περὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ τὸν πατέρα Ἀμένωφιν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας καταδέξασθαι. »

λγ'. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Χαιρήμων. Οἶμαι δ' αὐτόθεν φανερὰν εἶναι ἐκ τῶν εἰρημένων τὴν ἀμφοῖν ψευδολογίαν. Ἀληθείας μὲν γάρ τινος ὑποκειμένης ἀδύνατον ἦν διαφωνεῖν ἐπὶ τοσοῦτον. Οἱ δὲ τὰ ψευδῆ συντιθέντες οὐχ ἑτέροις σύμφωνα γράφουσιν, ἀλλ' αὐτοῖς τὰ δόξαντα πλάττουσιν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐπιθυμίαν τοῦ βασιλέως ἵνα τοὺς θεοὺς ἴδῃ φησὶν ἀρχὴν γενέσθαι τῆς τῶν μιαρῶν ἐκβολῆς, ὁ δὲ Χαιρήμων ἴδιον ὡς τῆς Ἴσιδος ἐνύπνιον συντέθεικεν. Κἀκεῖνος μὲν Ἀμένωφιν εἶναι λέγει τὸν προειπόντα τῷ βασιλεῖ τὸν καθαρμόν, οὗτος δὲ Φριτιφάντην. Ὁ δὲ δὴ τοῦ πλήθους ἀριθμὸς καὶ σφόδρα σύνεγγυς, ὀκτὼ μὲν μυριάδας ἐκείνου λέγοντος, τούτου δὲ πέντε πρὸς ταῖς εἴκοσιν. Ἔτι τοίνυν ὁ μὲν Μανεθὼς πρότερον εἰς τὰς λιθοτομίας τοὺς μιαροὺς ἐκβαλών, εἶτα αὐτοῖς τὴν Αὔαριν δοὺς ἐγκατοικεῖν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ἐκπολεμώσας, τότε φησὶν ἐπικαλέσασθαι τὴν παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν αὐτοὺς ἐπικουρίαν· ὁ δὲ Χαιρήμων ἀπαλλαττομένους ἐκ τῆς Αἰγύπτου περὶ Πηλούσιον εὑ-

et damno leges tulisse? Quin etiam nomen ei valde incredibiliter mutatum. « Osarsiph enim, inquit, vocabatur. » Et hoc quidem mutationi parum congruum. Verum autem nomen significat ex aqua servatum Moysen : nam aquam moy vocant Ægyptii. Satis igitur declaratum esse existimo quod Manetho, quatenus veterum scripta sequitur, non multum a veritate aberraverit ; ubi vero ad fabulas ab incerto auctore se vertit, aut parum verisimiliter eas confinxit, aut iis qui ex odio in gentem eas narraverant fidem habuit.

32. Post hunc volo in Chæremonem inquirere. Hic enim Ægyptiacam se scribere historiam professus, afferensque idem nomen regi quod Manethon, Amenophin, et filium ejus Ramessen, ait « Isidem in somnis Amenophi apparuisse, de eo querentem, quod templum ipsius per bellum dirutum esset. Phritiphanten vero sacrum scribam dixisse, si de pollutis hominibus Ægyptum purgare vellet, fore ut liberetur a nocturnis terroribus. Atque ita morbidorum millia CCL collegisse et e finibus ejecisse. Duces vero eorum fuisse scribas Moysen et Josephum, atque hunc sacrorum scribam : Ægyptia vero eis nomina esse, Moysi quidem Tisithen, Josepho vero Peteseph. Hos Pelusium venisse, ibique offendisse CCCLXXX millia ab Amenophi relicta, quæ is in Ægyptum transferre noluerit. Cum his icto fœdere contra Ægyptum expeditionem factam. Amenophin autem, impetum illorum non sustinentem, in Ægyptum fugisse, relicta uxore gravida : quam, in speluncas quasdam abditam, puerum enixam esse, nomine Messenen, eumque adultum expulisse Judæos in Syriam, numero circiter ducenta millia ; et patrem Amenophin ex Æthiopia recepisse. »

33. Et hæc quidem Chæremon. Reor autem ex his ipsis quæ dicta sunt amborum manifestam esse mentiendi voluntatem. Si quid enim veritatis subesset, fieri non potuit ut in tantum discreparent. At qui mendacia componunt, non quæ cum aliis consentiunt ista scribunt, sed quod ipsis visum est confingunt. Et ille quidem regiam cupiditatem videndi deos ait causam exstitisse ejiciendi impuros : Chæremon autem suum tanquam Isidis somnium finxit. Et ille quidem Amenophin esse dicit qui regem præmonuerit de lustratione facienda ; hic vero Phritiphantem. In multitudinis autem numero sane non multum discordant, illo octoginta millia referente, hoc ducenta quinquaginta. Præterea Manetho quidem primum in lapicidinas ejicit pollutos, deinde Auarin habitandam iis tradit ; ac reliqua Ægypto bello vexata, tum demum ab illis accita esse dicit Hierosolymitanorum auxilia : Chæremon autem Ægypto discedentes circa Pelusium invenisse trecenta et octoginta

ρεῖν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα μυριάδας ἀνθρώπων, καταλελειμμένας ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, καὶ μετ' ἐκείνων πάλιν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐμβαλεῖν, φυγεῖν δὲ τὸν Ἀμένωφιν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν. Τὸ δὲ δὴ γενναιότατον, οὐδὲ τίνες ἢ πόθεν ἦσαν αἱ τοσαῦται τοῦ στρατοῦ μυριάδες εἴρηκεν, εἴτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος εἴτ' ἔξωθεν ἥκοντες, ἀλλ' οὐδὲ τὴν αἰτίαν διεσάφησε, δι' ἣν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀγαγεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ὁ περὶ τῶν λεπρῶν τὸ τῆς Ἴσιδος ἐνύπνιον συμπλάσας. Τῷ δὲ Μωϋσεῖ καὶ τὸν Ἰώσηπον ὁ Χαιρήμων, ὡς ἐν ταὐτῷ χρόνῳ συνεξηλελαμένον, προστέθεικεν, τὸν πρὸ Μωϋσέως πρεσβύτερον τέσσαρσι γενεαῖς τετελευτηκότα, ὧν ἐστιν ἔτη σχεδὸν ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀλλὰ μὴν ὁ Ῥαμέσσης ὁ τοῦ Ἀμενώφιος υἱός, κατὰ μὲν τὸν Μανεθῶνα νεανίας συμπολεμεῖ τῷ πατρὶ καὶ συνεκπίπτει φυγὼν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν, οὗτος δὲ πεποίηκεν αὐτὸν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἐν σπηλαίῳ τινὶ γεγενημένον, καὶ μετὰ ταῦτα νικῶντα μάχῃ, καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς Συρίαν ἐξελαύνοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντας περὶ μυριάδας εἴκοσιν. Ὢ τῆς εὐχερείας· οὔτε γὰρ πρότερον οἵτινες ἦσαν αἱ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ μυριάδες εἶπεν οὔτε πῶς αἱ τεσσαράκοντα καὶ τρεῖς διεφθάρησαν, πότερον ἐν τῇ μάχῃ κατέπεσον, ἢ πρὸς τὸν Ῥαμέσσην μετεβάλοντο. Τὸ δὲ δὴ θαυμασιώτατον, οὐδὲ τίνας καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους δυνατόν ἐστι παρ' αὐτοῦ μαθεῖν, ἢ ποτέροις αὐτῶν τίθεται ταύτην τὴν προσηγορίαν, ταῖς εἴκοσι πέντε μυριάσι τῶν λεπρῶν, ἢ ταῖς ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ταῖς περὶ τὸ Πηλούσιον. Ἀλλὰ γὰρ εὔηθες ἴσως ἂν εἴη διὰ πλειόνων ἐλέγχειν τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐληλεγμένους· τὸ γὰρ ὑπ' ἄλλων ἦν μετριώτερον.

λδ′. Ἐπεισάξω δὲ τούτοις Λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑπόθεσιν τοῦ ψεύσματος, ὑπερπεπαικότα δὲ τὴν ἐκείνων ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. Δι' ὃ καὶ δῆλός ἐστι συντεθεικὼς κατὰ πολλὴν ἀπέχθειαν. Λέγει γὰρ « ἐπὶ Βοχχόρεως τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων λεπροὺς ὄντας καὶ ψωροὺς, καὶ ἄλλα νοσήματά τινα ἔχοντας, εἰς τὰ ἱερὰ καταφεύγοντας μεταιτεῖν τροφήν. Παμπόλλων δὲ ἀνθρώπων νοσηλίᾳ περιπεσόντων ἀκαρπίαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενέσθαι. Βόκχοριν δὲ, τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, εἰς Ἄμμωνα πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρπίας τοὺς μαντευσομένους· τὸν θεὸν δὲ εἰπεῖν τὰ ἱερὰ καθᾶραι ἀπ' ἀνθρώπων ἀνάγνων καὶ δυσσεβῶν, ἐκβαλόντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς δὲ ψωροὺς καὶ λεπροὺς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῇ τούτων ζωῇ, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρποφορήσειν. Τὸν δὲ Βόκχοριν τοὺς χρησμοὺς λαβόντα τούς τε ἱερεῖς καὶ ἐπιβωμίτας προσκαλεσάμενον κελεῦσαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων τοῖς στρατιώταις τούτους παραδοῦναι κατάξειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον, τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολιβδίνους χάρτας ἐνδήσαντας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. Βυθισθέντων δὲ τῶν λεπρῶν καὶ ψωρῶν τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς τόπους ἐρήμους ἐκτεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ·

millia hominum ab Amenophi relicta, et cum illis rursus Ægyptum invasisse, Amenophin vero in Æthiopiam se recepisse. Quod vero est omnium lepidissimum, ne illud quidem, quinam et unde erant tot militum myriades dixit, neque Ægyptiine fuerint genere, an aliundo advenientes : sed neque causam indicavit, cur eos rex in Ægyptum ducere noluerit, qui de leprosis illud somnium Isidis confinxit. Moysi vero et Josephum, quasi eodem tempore simul expulsum, Chæremon adjunxit, et quidem quattuor ætatibus ante Moysen defunctum, quorum sunt anni centum fere et septuaginta. Quin et Ramesses Amenophios filius, secundum Manethonem quidem adolescens, bellum administrat cum patre, et cum eodem exsulat, fuga elapsus in Æthiopiam : hic autem finxit eum post patris obitum in spelunca quadam natum, et postea in prælio victoriam reportantem, et Judæos in Syriam abigentem, numero circiter CC millia. O facilitatem hominis! neque enim prius, quinam fuerint illa CCCLXXX millia, dixit, neque quomodo CDXXX millia perierint, in aciene ceciderint, an ad Ramessen transfugerint. Quod vero maxime mirandum, ne cognoscere quidem ex eo licet quosnam vocet Judæos, vel utris eorum det hanc appellationem, illisne CCL millibus leprosorum, an his CCCLXXX millibus, quæ circa Pelusium erant. Sed stultum fortasse fuerit eos pluribus redarguere, qui a semetipsis redarguti sunt : nam si ab aliis, hoc lenius foret.

34. His autem addam Lysimachum, idem quidem habentem cum prædictis mendacii argumentum, illorum vero incredibilitatem figmentorum enormitate superantem. Unde constat eum ex magno in nos odio sua continxisse. Dicit enim, « sub Bocchori rege Ægyptiorum, populum Judæorum, quod essent lepra, scabie et aliis quibusdam morbis infecti, ad templa confugisse, et victum mendicasse. Multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchorim vero, Ægyptiorum regem, ad Ammonem scitatum oracula de sterilitate misisse : responsumque a deo, repurganda esse templa ab hominibus impuris et impiis, ejiciendo eos e templis in loca deserta; ceterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole ut isti viverent ægre ferente; et templa expianda, atque ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem, accepto oraculo, accersitisque sacerdotibus et sacrificis, jussisse ut impuri collecti militibus traderentur, deportandi in desertum; utque leprosi plumbeis laminis involuti in pelagus dejicerentur. Submersis autem leprosis ac impetiginosis, reliquos congregatos in loca deserta expositos esse ut peri-

συναχθέντας δὲ βουλεύσασθαι περὶ αὑτῶν, νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης πῦρ καὶ λύχνους καύσαντας φυλάττειν ἑαυτούς, τήν τ' ἐπιοῦσαν νύκτα νηστεύσαντας ἱλάσκεσθαι τοὺς θεούς, περὶ τοῦ σῶσαι αὐτούς. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Μωῦσῆν τινα συμβουλεῦσαι αὐτοῖς παραβαλλομένους μίαν ὁδὸν τέμνειν, ἄχρις ἂν ἔλθωσιν εἰς τόπους οἰκουμένους, παρακελεύσασθαί τε αὐτοῖς μήτε ἀνθρώπων τινὶ εὐνοήσειν μήτε ἄριστα συμβουλεύσειν, ἀλλὰ τὰ χείρονα, θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμούς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν. Συναινεσάντων δὲ τῶν ἄλλων, τὰ δοχθέντα ποιοῦντας διὰ τῆς ἐρήμου πορεύεσθαι, ἱκανῶς δὲ ὀχληθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην χώραν, καὶ τούς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν προσαγορευομένην, κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν. Τὸ δὲ ἄστυ τοῦτο Ἱερόσυλα ἀπὸ τῆς ἐκείνων διαθέσεως ὠνομάσθαι· ὕστερον δ' αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομασίαν πρὸς τὸ μὴ ὀνειδίζεσθαι, καὶ τήν τε πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσαγορεύεσθαι. »

λε'. Οὗτος δὲ οὐ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις ηὗρεν εἰπεῖν βασιλέα, καινότερον δ' ὄνομα συντέθεικεν, καὶ παρεὶς ἐνύπνιον καὶ προφήτην Αἰγύπτιον, εἰς Ἄμμωνα ἀπελήλυθε περὶ τῶν ψωρῶν καὶ λεπρῶν χρησμὸν οἴσων. Φησὶ γὰρ εἰς τὰ ἱερὰ συλλέγεσθαι πλῆθος Ἰουδαίων, ἆρά γε τούτοις τοῖς λεπροῖς ὄνομα θέμενος, ἢ μόνων τῶν Ἰουδαίων τοῖς νοσήμασι περιπεσόντων; λέγει γὰρ ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων. Ὁποῖος; ἔπηλυς, ἢ τὸ γένος ἐγχώριος; Διὰ τί τοίνυν Αἰγυπτίους αὐτοὺς ὄντας Ἰουδαίους καλεῖς; εἰ δὲ ξένοι, διὰ τί πόθεν οὐ λέγεις; Πῶς δὲ, τοῦ βασιλέως πολλοὺς μὲν αὐτῶν βυθίσαντος εἰς τὴν θάλασσαν, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς ἐρήμους τόπους ἐκβαλόντος, τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὑπελείφθησαν; ἢ τίνα τρόπον διεξῆλθον μὲν τὴν ἔρημον, ἐκράτησαν δὲ τῆς χώρας ἧς νῦν κατοικοῦμεν, ἔκτισαν δὲ καὶ πόλιν, καὶ νεὼν ᾠκοδομήσαντο πᾶσι περιβόητον; Ἐχρῆν δὲ καὶ περὶ τοῦ νομοθέτου μὴ μόνον εἰπεῖν τοὔνομα, δηλῶσαι δὲ καὶ τὸ γένος ὅστις ἦν καὶ τίνων, διὰ τί δὲ τοιούτους ἂν αὐτοῖς ἐπεχείρησε τιθέναι νόμους περὶ θεῶν, καὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους ἀδικίας κατὰ τὴν πορείαν. Εἴτε γὰρ Αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν, οὐκ ἂν ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν οὕτω ῥᾳδίως μετεβάλλοντο· εἴτ' ἀλλαχόθεν ἦσαν, πάντως τινὲς ὑπῆρχον αὐτοῖς νόμοι διὰ μακρᾶς συνηθείας πεφυλαγμένοι. Εἰ μὲν οὖν περὶ τῶν ἐξελασάντων αὐτοὺς ὤμοσαν μηδέποτε εὐνοήσειν, λόγον εἶχεν εἰκότα, πᾶσι δὲ πόλεμον ἀνθρώποις ἀκήρυκτον ἄρασθαι τούτους, εἴπερ ἔπραττον ὡς αὐτὸς λέγει κακῶς, παρὰ πάντων βοηθείας δεομένους, ἄνοιαν οὐκ ἐκείνων, ἀλλὰ τοῦ ψευδομένου πάνυ πολλὴν παρίστησιν, ὅς γε καὶ τοὔνομα θέσθαι τῇ πόλει ἀπὸ τῆς ἱεροσυλίας αὐτοὺς ἐτόλμησεν εἰπεῖν, τοῦτο δὲ μετὰ ταῦτα παρατρέψαι. Δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς μὲν ὕστερον γενομένοις αἰσχύνην τοὔνομα καὶ μῖσος ἔφερεν, αὐτοὶ δ' οἱ κτίζοντες τὴν πόλιν κοσμήσειν αὐτοὺς ὑπελάμβανον οὕτως ὀνομάσαντες. Ὁ δὲ

rent : eos autem habito concilio de se ipsis consultasse; et nocte superveniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse; sequentique nocte jejunasse, ut deos saluti suæ propitios haberent. Insequenti vero luce a Moyse quodam ipsis consilium datum, ut irent intrepidi una via, usquedum ad loca culta perveniretur : tum præcepisse ne cui hominum in posterum benevoli essent, neque optima suggererent, sed deteriora; utque deorum templa et altaria, prout in ea inciderent, everterent. Quum autem ceteri ista comprobassent, decreta peragentes iter fecisse per desertum, et post multa incommoda tandem ad loca culta pervenisse : dein et hominibus injuriose tractatis, et fanis compilatis ac incensis, venisse in regionem quæ nunc Judæa dicitur, conditaque civitate illic habitare. Istam autem urbem Ἱερόσυλα (*id est* Sacrilega) ab ipsorum dispositione nominatam esse : postea autem auctos viribus nomen mutasse, ut probro non afficerentur, et urbem Hierosolyma, et se ipsos Hierosolymos vocasse. »

35. Hic non eundem cum illis invenit regem quem memoraret, sed recentius nomen confinxit; et omisso somnio et vate Ægyptio, ad Ammonem abiit de impetiginosis ac leprosis responsum relaturus. Dicit enim ad templa collectam multitudinem Judæorum, leprosisne his nomen imponens, an quod solos Judæos morbus ille occuparit? ait enim, populus Judæorum. Qualis? advena, an indigena? Cur igitur eos, quum sint Ægyptii, Judæos vocas? Quodsi hospites sint, cur undenam sint non dicis? Quomodo autem, quum rex tam multos ex his in mare demersisset, et reliquos in loca deserta ejecisset, tanta multitudo superfuit? aut quo pacto desertum pertransierunt, et regionem occuparunt quam nunc tenemus, et urbem insuper condiderunt, et templum exstruxerunt apud omnes celebre? Oportebat autem non solum nominasse legislatorem, sed et genus ejus indicasse, quisnam fuerit, et ex quibus ortus; et quamobrem eis inter eundum tales voluerit ferre leges de diis, deque iis quæ hominibus cederent in injuriam. Sive enim Ægyptii erant genere, non tam facile patrios mores abdicassent : sive aliunde erant, omnino aliquas habebant leges, ad quas longa consuetudine instituti erant. At enim si quidem jurassent, nunquam se illis qui ipsos expulerant fore benevolos, non immerito factum fuisset; eos vero bellum acerrimum adversus omnes homines suscepisse, quum essent (ut ipse ait) miseri et omnium opis egeni, magnam plane non illorum, sed ejus qui ista finxit, stultitiam ostendit; qui scilicet affirmare ausus est, nomen impositum civitati a templorum spoliatione, et hoc postea fuisse mutatum. Manifestum enim posteris quidem tale nomen probrosum fuisse et odiosum : ipsi vero qui fundarunt urbem, sibi ornamento fore existimarunt ejusmodi nomen. Hic autem vir bonus præ immoderata con-

γενναῖος ὑπὸ πολλῆς τοῦ λοιδορεῖν ἀκρασίας οὐ συνῆκεν ὅτι ἱεροσυλεῖν οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαῖοι τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζομεν. Τί οὖν ἔτι πλείω τις λέγοι πρὸς τὸν ψευδόμενον οὕτως ἀναισχύντως; Ἀλλ' ἐπειδὴ σύμμετρον ἤδη τὸ βιβλίον εἴληφε μέγεθος, ἑτέραν ποιησάμενος ἀρχήν, τὰ λοιπὰ τῶν εἰς τὸ προκείμενον πειράσομαι προσαποδοῦναι.

ΛΟΓΟΣ Β.

Διὰ μὲν οὖν τοῦ προτέρου βιβλίου, τιμιώτατέ μοι Ἐπαφρόδιτε, περί τε τῆς ἀρχαιότητος ἡμῶν ἐπέδειξα τοῖς Φοινίκων καὶ Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων γράμμασι πιστωσάμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς παρασχόμενος μάρτυρας· τήν τε ἀντίρρησιν ἐποιησάμην πρὸς Μανεθῶνα καὶ Χαιρήμονα καί τινας ἑτέρους. Ἄρξομαι δὲ νῦν τοὺς ὑπολειπομένους τῶν γεγραφότων τι καθ' ἡμῶν ἐλέγχειν, καίτοι περὶ τῆς πρὸς Ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν ἀντιρρήσεως ἐπῆλθέ μοι διαπορεῖν, εἰ χρὴ σπουδάσαι. Τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προστέθεικεν, τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει καὶ πολλήν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν, ὡς ἂν ὑπ' ἀνθρώπου συγκείμενα καὶ φαύλου τὸν τρόπον καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγοῦ γεγονότος. Ἐπεὶ δ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν ἄνοιαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἁλίσκονται λόγων μᾶλλον ἢ τῶν μετά τινος σπουδῆς γεγραμμένων, καὶ χαίρουσι μὲν ταῖς λοιδορίαις, ἄχθονται δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἶναι μηδὲ τοῦτον ἀνεξέταστον καταλιπεῖν, κατηγορίαν ἡμῶν ἄντικρυς ὡς ἐν δίκῃ γεγραφότα. Καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ὁρῶ παρακολουθοῦν, τὸ λίαν ἐφήδεσθαι, ὅταν τις ἀρξάμενος βλασφημεῖν ἕτερον αὐτὸς ἐλέγχηται περὶ τῶν αὐτῷ προσόντων κακῶν. Ἔστι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον αὐτοῦ διελθεῖν τὸν λόγον, οὐδὲ σαφῶς γνῶναι τί λέγειν βούλεται· σχεδὸν δ' ὡς ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ψευσμάτων συγχύσει, τὰ μὲν εἰς τὴν ὁμοίαν ἰδέαν πίπτει τοῖς προεξητασμένοις, περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου τῶν ἡμετέρων προγόνων μεταναστάσεως, τὰ δ' ἐστὶ κατηγορία τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων. Τρίτον δ' ἐπὶ τούτοις μέμικται, περὶ τῆς ἁγιστείας τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων κατηγορίας.

β'. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν ἡμῶν οἱ πατέρες, οὔτε διὰ λύμην σωμάτων ἢ τοιαύτας ἄλλας συμφοράς τινας ἐκεῖθεν ἐξηλάθησαν, οὐ μόνον μετρίως, ἀλλὰ καὶ πέρα τοῦ συμμέτρου προαποδεδεῖχθαι νομίζω. Περὶ ὧν δὲ προστίθησιν ὁ Ἀπίων ἐπιμνησθήσομαι συντόμως. Φησὶ γὰρ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν τάδε· « Μωϋσῆς, ὡς ἤκουσα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων « τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ἡλιουπολίτης· ὃς, πατρίοις ἔθεσι « κατηγγυημένος, αἰθρίους προσευχὰς ἀνῆγεν εἰς οἵους

vitiandi intemperantia non intellexit, sacrorum direptionem non eadem voce Græcis et Judæis exprimi. Quid ergo amplius aliquis dixerit contra mendacium impudenter adeo confictum? Sed quoniam justam ad magnitudinem excrevit libellus, alio facto principio, reliqua quæ ad id quod proposui spectant, faciam sedulo ut adjiciantur.

LIBER II.

Superiori quidem libro, mi carissime Epaphrodite, et gentis nostræ antiquitatem demonstravi, veritatem ex Phœnicum et Chaldæorum et Ægyptiorum scriptis confirmando, multis etiam Græcorum historicis in testes adductis, et calumnias Manethonis et Chæremonis et aliorum quorundam refutavi. Nunc vero ad reliquos, qui aliquid contra nos scripserunt, refellendos arguendosque aggrediar: quanquam subit mihi dubitare an Apioni grammatico refutando operam impendere debeam. Nam eorum quæ ab ipso scripta sunt, nonnulla quidem similia sunt dictis aliorum, quæ vero de suo adjecit, valde frigida sunt; et in plerisque scurrilitatem prodit, et magnam (si vere loquendum) ignorantiam, ut quæ composita sint ab homine pravis moribus, quique omni vita sua se pro circulatore gessit. Quoniam vero multi hominum præ stultitia istiusmodi potius orationibus capiuntur, quam iis quæ cura quadam literis sunt mandatæ, et contumeliis quidem gaudent, aliorum vero laudes moleste ferunt, necessarium esse duxi ne hunc quidem sine examine dimittere, qui in nos palam tanquam in judicio libellum scripsit. Etenim illud quoque hominum plerisque insitum video, ut valde delectentur, quum is, qui alteri orsus est maledicere, sua ob vitia redarguitur. Ejus quidem certe orationem nec legere facile est, neque plane intelligere quid dicere velit: fere autem, ut est valde perturbatus et ex mendaciis confusus, passim quidem in similia incidit iis quæ supra ad examen vocavimus de majorum nostrorum ex Ægypto migratione; partim vero accusationem instituit Judæorum Alexandriam habitantium. Tertium autem istis admiscetur de sacris templi nostri ceremoniis et ceteris ritibus quos criminatur.

2. Jam quod nec genere Ægyptii fuerint patres nostri, neque ob labem corporis aut alias quasdam ejusmodi calamitates inde pulsi fuerint, non mediocriter solum, sed pæne ultra modum, superius a me demonstratum existimo. Quæ vero istis adjungit Apion breviter memorabo. Ista enim in tertio rerum Ægyptiacarum dicit: « Moyses, ut accepi a « grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat; qui, « patriis institutis obligatus, subdiales precationes ad septa

« εἶχεν ἡ πόλις περιβόλους, πρὸς ἀφηλιώτην δὲ πᾶσαν « ἀπέστρεφεν· ὧδε γὰρ καὶ Ἡλίου κεῖται πόλις. « Ἀντὶ δὲ ὀβελῶν ἔστησε κίονας, ὑφ' οἷς ἦν ἐκτύπωμα « σκάφης, σκιὰ δ' ἀπ' ἄκρων ἐπ' αὐτὴν διακειμένη, « ὡς, ὃν ἐν αἰθέρι, τοῦτον ἀεὶ τὸν δρόμον ἡλίῳ συμ- « περιπολεῖ. » Τοιαύτη μέν τις ἡ θαυμαστὴ τοῦ γραμματικοῦ φράσις, τὸ δὲ ψεῦσμα λόγων οὐ δεόμενον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων περιφανές. Οὔτε γὰρ αὐτὸς Μωϋσῆς, ὅτε τὴν πρώτην σκηνὴν τῷ Θεῷ κατεσκεύασεν, οὐδὲν ἐκτύπωμα τοιοῦτον εἰς αὐτὴν ἐνέθηκεν, οὔτε ποιεῖν τοῖς ἔπειτα προσέταξεν· ὅ τε μετὰ ταῦτα κατασκευάσας τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις Σολομὼν πάσης ἀπέσχετο τοιαύτης περιεργίας, οἵαν συμπέπλεχεν Ἀπίων. Ἀκοῦσαι δέ φησι τῶν πρεσβυτέρων ὅτι Μωϋσῆς ὁ Ἡλιουπολίτης, δηλονότι νεώτερος μὲν ὢν αὐτὸς, ἐκείνοις δὲ πιστεύσας, τοῖς διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπισταμένοις αὐτὸν καὶ συγγενομένοις. Καὶ περὶ μὲν Ὁμήρου τοῦ ποιητοῦ, γραμματικὸς ὢν αὐτὸς, οὐκ ἂν ἔχοι τίς αὐτοῦ πατρίς ἐστι διαβεβαιωσάμενος εἰπεῖν, οὐδὲ περὶ Πυθαγόρου μόνον οὐκ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότος· περὶ δὲ Μωϋσέως τοσούτῳ πλήθει προάγοντος ἐκείνους ἐτῶν, οὕτως ἀποφαίνεται ῥᾳδίως πιστεύων ἀκοῇ πρεσβυτέρων, ὡς δῆλός ἐστι καταψευσάμενος. Τὰ δὲ δὴ τῶν χρόνων, ἐν οἷς φησι τὸν Μωϋσῆν ἐξαγαγεῖν τοὺς λεπρῶντας καὶ τυφλοὺς καὶ τὰς βάσεις πεπηρωμένους, σφόδρα δὴ τοῖς πρὸ αὐτοῦ συμπεφώνηκεν, ὡς οἶμαι, ὁ γραμματικὸς ὁ ἀκριβέστατος. Μανεθὼς μὲν γὰρ κατὰ τὴν Τεθμώσιος βασιλείαν ἀπαλλαγῆναί φησιν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐνενήκοντα τριῶν τῆς εἰς Ἄργος Δαναοῦ φυγῆς, Λυσίμαχος δὲ κατὰ Βόκχοριν τὸν βασιλέα, τουτέστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων, Μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν· ὁ δέ γε πάντων πιστότατος Ἀπίων ὡρίσατο τὴν ἔξοδον ἀκριβῶς, κατὰ τὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ ταύτης ἔτος εἶναι πρῶτον, ἐν ᾧ, φησὶ, Καρχηδόνα Φοίνικες ἔκτισαν. Τοῦτο δὲ πάντως προσέθηκε τὸ Καρχηδόνα, τεκμήριον οἰόμενος αὐτῷ γενέσθαι τῆς ἀληθείας ἐναργέστατον· οὐ συνῆκε δὲ καθ' ἑαυτοῦ τὸν ἔλεγχον ἐπισπώμενος. Εἰ γὰρ περὶ τῆς ἀποικίας πιστεύειν δεῖ ταῖς Φοινίκων ἀναγραφαῖς, ἐν ἐκείναις Εἴρωμος ὁ βασιλεὺς γέγραπται πρεσβύτερος τῆς Καρχηδόνος κτίσεως, ἔτεσι πλείοσι πρὸς τοῖς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, περὶ οὗ τὰς πίστεις ἀνωτέρω παρέσχον ἐκ τῶν Φοινίκων ἀναγραφῶν, καὶ ὅτι Σολομῶνι, τῷ τὸν ναὸν οἰκοδομησαμένῳ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, φίλος ἦν Εἴρωμος, καὶ πολλὰ συνεβάλλετο πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. Αὐτὸς δὲ ὁ Σολομὼν ᾠκοδόμησε τὸν ναὸν μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλαθέντων τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ σχεδιάσας (ἕνδεκα γὰρ αὐτούς εἶναί φησι μυριάδας) θαυμαστήν τινα καὶ πιθανὴν ἀποδίδωσιν αἰτίαν, ἀφ' ἧς φησι τὸ σάββατον ὠνομάσθαι· « Ὁδεύσαντες γὰρ, φησὶν, ἓξ ἡμερῶν « ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ « ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν

« qualia urbs habebat, reduxit : totam autem civitatem ad « subsolanum convertebat ; ita enim Heliopolis sita est. « Pro gnomonibus autem columnas statuit, quibus scaphæ « forma subjecta erat ; ab harum vero summitatibus umbra « in eam incidebat, ita ut eumdem cursum quem sol in « æthere absolveret. » Atque hujuscemodi est admiranda illa hujus grammatici phrasis : mendacium autem verbis argui non desiderat, sed ex operibus Moysis abunde constat. Neque enim, quum primum tabernaculum Deo construeret, Moyses aut ipse ullam talem formam ei indidit, aut posteros facere præcepit : neque Solomon, qui postea templum construxit Hierosolymis, se ita curiosum exhibuit, qualiter confinxit Apion. Accepisse autem dicit a senioribus, Moysen fuisse Heliopolitanum : scilicet ipse quidem junior, illis vero fidem habens, qui per ætatem illum noverant, et cum eo versati fuerant. Ac de Homero quidem poeta, ipse, licet grammaticus, non potuerit quænam ejus sit patria certo affirmare ; neque de Pythagora tantum non heri nudiusve tertius nato : de Moyse vero tam multis annis illos præcedente tam facile decernit, credens iis quæ a senioribus acceperat. Unde manifeste illum mentiri apparet. Quod ad temporum vero rationem, quibus Moysen ait eduxisse leprosos et cæcos et claudos, belle antecessoribus suis, uti puto, concinit grammaticus exactissimus. Nam Manetho quidem Judæos dicit regnante Tethmosi ex Ægypto discessisse, annis CCCXCIII antequam exsilium apud Argos egerit Danaus ; Lysimachus vero tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos MDCC ; Molon autem et alii quidam, ut cuique visum est. At vero Apion ceteris fide dignior exacte illum exitum definivit septima Olympiade, ejusque anno primo, in quo, ut ait, Pœni Carthaginem condiderunt. Carthaginis autem mentionem adjecit, ratus id veritatis argumentum fore evidentissimum : nec animadvertit a semetipso adductum quo coargueretur. Si enim de hac colonia monumentis Phœnicum credendum est, in illis Hiromus rex traditur antiquior Carthaginis conditu annis plus quam CL, de quo superius ex Phœnicum commentariis confirmatum dedi quod Solomoni, qui templum Hierosolymitanum exstruxit, amicus fuerit Hiromus, et multa ad templi fabricam contulerit. Ipse vero Solomon templum ædificavit post Judæorum discessum ex Ægypto annis DCXII. Porro numerum pulsorum eumdem quem Lysimachus commentus (ait enim eorum fuisse millia CX) miram quandam et credibilem reddit causam, cur Sabbatum nominari dicit diem septimam : « Exacto enim, inquit, sex « dierum itinere, inguinum ulceribus affecti sunt, et hac « de causa septima die quieverunt, incolumes constituti

« τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέ« ραν σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶτταν· « τὸ γὰρ βουβῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι σαββά« τωσιν. » Οὐκ ἂν οὖν τις ἢ καταγελάσειε τῆς φλυαρίας, ἢ τοὐναντίον μισήσειε τὴν ἐν τῷ τοιαῦτα γράφειν ἀναίδειαν; δῆλον γὰρ ὅτι πάντες ἐβουβωνίασαν ἕνδεκα μυριάδες ἀνθρώπων· (ἀλλ' εἰ μὲν ἦσαν ἐκεῖνοι τυφλοὶ καὶ χωλοὶ καὶ πάντα τρόπον νοσοῦντες), ὁποίους αὐτοὺς εἶναί φησιν Ἀπίων, οὐδ' ἂν μιᾶς ἡμέρας προελθεῖν ὁδὸν ἠδυνήθησαν· εἰ δ' οἷοι βαδίζειν διὰ πολλῆς ἐρημίας, καὶ προσέτι νικᾶν τοὺς αὐτοῖς ἀνθισταμένους μαχόμενοι πάντες, οὐκ ἂν ἀθρόοι μετὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν ἐβουβωνίασαν. Οὔτε γὰρ φύσει πως γίνεται τοιοῦτον τοῖς βαδίζουσιν ἐξ ἀνάγκης. ἀλλὰ πολλαὶ μυριάδες στρατοπέδων τὸ σύμμετρον ἀεὶ βαδίζουσιν), οὔτε κατ' αὐτόματον εἰκὸς οὕτω συμβῆναι· πάντων γὰρ ἀλογώτατον. Ὁ δὲ θαυμαστὸς Ἀπίων διὰ μὲν ἓξ ἡμερῶν αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν προείρηκε, πάλιν δὲ « τὸν Μωϋσῆν εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σίναιον, ἀναβάντα φησὶν ἡμέραις τεσσαράκοντα κρυφθῆναι, κἀκεῖθεν καταβάντα δοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις τοὺς νόμους. » Καίτοι πῶς οἷόν τε τοὺς αὐτοὺς καὶ τεσσαράκοντα μένειν ἡμέρας ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ τόπῳ καὶ τὴν μεταξὺ πᾶσαν ἐν ἡμέραις ἓξ διελθεῖν; Ἡ δὲ περὶ τὴν ὀνομασίαν τοῦ σαββάτου γραμματικὴ μετάθεσις ἀναίδειαν ἔχει πολλὴν ἢ δεινὴν ἀμαθίαν. Τὸ γὰρ σαββὼ καὶ σάββατον πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ σάββατον κατὰ τὴν Ἰουδαίαν διάλεκτον ἀνάπαυσίς ἐστιν ἀπὸ παντὸς ἔργου, τὸ δὲ σαββὼ, καθάπερ ἐκεῖνός φησι, δηλοῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ βουβῶνος ἄλγος.

γ'. Τοιαῦτα μέν τινα περὶ Μωϋσέως καὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου γενομένης τοῖς Ἰουδαίοις ἀπαλλαγῆς ὁ Αἰγύπτιος Ἀπίων ἐκαινοποίησε, παρὰ τοὺς ἄλλους ἐπινοήσας. Καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ περὶ τῶν ἡμετέρων ψεύδεται προγόνων, λέγων αὐτοὺς εἶναι τὸ γένος Αἰγυπτίους; αὐτὸς γὰρ περὶ αὑτοῦ τοὐναντίον ἐψεύδετο, καὶ γεγενημένος ἐν Ὀάσει τῆς Αἰγύπτου, πάντων Αἰγυπτίων πρῶτος ὢν, ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν μὲν ἀληθῆ πατρίδα καὶ τὸ γένος ἐξωμόσατο, Ἀλεξανδρεὺς δὲ εἶναι καταψευδόμενος ὁμολογεῖ τὴν μοχθηρίαν τοῦ γένους. Εἰκότως οὖν οὓς μισεῖ καὶ βούλεται λοιδορεῖν, τούτους Αἰγυπτίους καλεῖ. Εἰ μὴ γὰρ φαυλοτάτους εἶναι ἐνόμιζεν Αἰγυπτίους, οὐκ ἂν τοῦ γένους αὐτὸς ἔφυγεν, ὡς οἵ γε μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι σεμνύνονται μὲν ἀπὸ τούτων αὐτοὶ χρηματίζοντες, τοὺς ἀδίκως δ' αὐτῶν ἀντιποιουμένους ἐλέγχουσι. Πρὸς ἡμᾶς δὲ δυοῖν θάτερον Αἰγύπτιοι πεπόνθασιν, ἢ γὰρ ὡς ἐπισεμνυνόμενοι προσποιοῦνται τὴν συγγένειαν, ἢ κοινωνοὺς ἡμᾶς ἐπισπῶνται τῆς αὑτῶν κακοδοξίας. Ὁ δὲ γενναῖος Ἀπίων δοκεῖ μὲν τὴν βλασφημίαν τὴν καθ' ἡμῶν ὥσπερ τινὰ μισθὸν ἐθελῆσαι παρασχεῖν Ἀλεξανδρεῦσι τῆς δοθείσης αὐτῷ πολιτείας, καὶ τὴν ἀπέχθειαν αὐτῶν ἐπιστάμενος τὴν πρὸς τοὺς συνοικοῦντας αὐτοῖς ἐπὶ

« in regione, quæ nunc Judæa vocatur : et appellaverunt « eam diem Sabbatum, servata Ægyptiorum voce; nam « inguinis dolorem Ægyptii vocant Sabbatosin. » Annon igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel contra odio habenda talis in scribendo impudentia? apparet enim quod omnes inguinibus laboraverint, hominum millia centum et decem. Atqui si erant illi cæci et claudi et omne genus morbis vexati, quales eos fuisse ait Apion, ne unius quidem diei iter progredi valuissent : sin autem poterant per magnam solitudinem proficisci, prætereaque sibi obsistentes vincere ad unum omnes pugnando, nequaquam universi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim a natura tale quippiam venire iter agentibus necesse est : (sed plurimarum myriadum exercitus definita semper itinera peragunt); neque temere ita accidisse verisimile videtur : hoc enim omnium absurdissimum est. At vero mirificus Apion sex quidem diebus eos pervenisse in Judæam ante dixit : rursus autem « Moysen conscenso monte Ægyptum inter et Arabiam medio, qui Sinæus appellatur, quadraginta diebus delituisse dicit, indeque descendentem Judæis leges dedisse. » Quanquam quomodo fieri potest ut iidem et quadraginta dies in deserto ac inaquoso loco maneant, et quod in medio spatium est, id totum sex diebus pertranseant? Grammatica autem translatio de appellatione Sabbati multam præ se fert impudentiam vel certe magnam imperitiam. Nam Sabbo et Sabbatum plurimum inter se differunt : quippe Sabbatum ex Judæorum dialecto est cessatio ab omni opere ; Sabbo vero, ut ille affirmat, apud Ægyptios inguinum dolorem significat.

3. Hujuscemodi quidem nonnulla de Moyse et Judæorum ex Ægypto discessu nuper excogitavit Ægyptius Apion, præter alios ista commentus. Et quid mirum, si de nostris mentitur patribus, dicens eos genere Ægyptios esse? ipse enim econtra de se ipso mentiebatur, et natus in Oasi Ægypti, et Ægyptiorum omnium (ut sic dixerim) primus, veram quidem patriam et genus suum ejuravit, Alexandrinum autem se mentitus, generis sui pravitatem agnoscit. Merito igitur quos odit et conviciis insectatur, eos Ægyptios appellat. Nisi enim pessimos esse existimaret Ægyptios, genus suum haud ipse negasset : quandoquidem qui se patriæ celebritate efferunt, honorificum quidem ducunt ab ea cognominari, eos vero redarguunt qui præter jus eam sibi vindicant. Erga nos autem alterutro modo affecti sunt Ægyptii : aut enim quasi sese efferentes cognationem simulant, aut nos in infamiæ suæ societatem adsciscunt. At præclarus iste Apion videtur contumeliosam nostrùm insectationem quasi mercedem voluisse reddere Alexandrinis pro data sibi civitate ; cognitoque illis cum Judæis una se-

τῆς Ἀλεξανδρείας Ἰουδαίους προὐτίθετο μὲν ἐκείνοις λοιδορεῖσθαι, συμπεριλαμβάνει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἐν ἀμφοτέροις ἀναισχύντως ψευδόμενος.

δʹ. Τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ δεινὰ καὶ σχέτλια τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων Ἰουδαίων, ἃ κατηγόρηκεν αὐτῶν, ἴδωμεν. « Ἐλθόντες, φησὶν, ἀπὸ Συρίας ᾤκησαν πρὸς ἀλίμενον θάλασσαν, γειτνιάσαντες ταῖς τῶν κυμάτων ἐκβολαῖς. » Οὐκοῦν ὁ τόπος εἰ λοιδορίαν ἔχει, τὴν οὐ πατρίδα μὲν, λεγομένην δὲ αὐτοῦ, τὴν Ἀλεξάνδρειαν λοιδορεῖ. Ἐκείνης γὰρ καὶ τὸ παράλιόν ἐστι μέρος, ὡς πάντες ὁμολογοῦσιν, εἰς κατοίκησιν τὸ κάλλιστον. Ἰουδαῖοι δ' εἰ μὲν βιασάμενοι κατέσχον, ὡς μηδ' ὕστερον ἐκπεσεῖν, ἀνδρείας τεκμήριόν ἐστ' αὐτοῖς. Εἰς κατοίκησιν δὲ αὐτοῖς ἔδωκε τόπον Ἀλέξανδρος, καὶ ἴσης παρὰ τοῖς Μακεδόσι τιμῆς ἐπέτυχον. Οὐκ οἶδα δὲ τί ποτ' ἂν ἔλεγεν Ἀπίων, εἰ πρὸς τῇ Νεκροπόλει κατῴκουν, καὶ μὴ πρὸς τοῖς βασιλείοις ἦσαν ἱδρυμένοι, καὶ μέχρι νῦν αὐτῶν ἡ φυλὴ τὴν προσηγορίαν εἶχε Μακεδόνες. Εἰ μὲν οὖν ἀναγνοὺς τὰς ἐπιστολὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως καὶ τὰς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον τῆς Αἰγύπτου βασιλέων ἐντυχὼν τοῖς γράμμασι, καὶ τὴν στήλην τὴν ἑστῶσαν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τὰ δικαιώματα περιέχουσαν, ἃ Καῖσαρ ὁ μέγας τοῖς Ἰουδαίοις ἔδωκεν· εἰ μὲν οὖν ταῦτα, φημὶ, γινώσκων, τἀναντία γράφειν ἐτόλμησε, πονηρὸς ἦν· εἰ δὲ μηδὲν ἠπίστατο τούτων, ἀπαίδευτος. Τὸ δὲ δὴ θαυμάζειν πῶς Ἰουδαῖοι ὄντες Ἀλεξανδρεῖς ἐκλήθησαν, τῆς ὁμοίας ἀπαιδευσίας. Πάντες γὰρ οἱ εἰς ἀποικίαν τινὰ κατακληθέντες, κἂν πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι διαφέρωσιν, ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσι. Καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν; αὐτῶν γὰρ ἡμῶν οἱ τὴν Ἀντιόχειαν κατοικοῦντες Ἀντιοχεῖς ὀνομάζονται· τὴν γὰρ πολιτείαν αὐτοῖς ἔδωκεν ὁ κτίστης Σέλευκος. Ὁμοίως οἱ ἐν Ἐφέσῳ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην Ἰωνίαν τοῖς αὐθιγενέσι πολίταις ὁμωνυμοῦσι, τοῦτο παρασχόντων αὐτοῖς τῶν διαδόχων. Ἡ δὲ Ῥωμαίων φιλανθρωπία πᾶσι μικροῦ δεῖν τῆς αὐτῶν προσηγορίας μεταδέδωκεν, οὐ μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις ἔθνεσιν ὅλοις. Ἴβηρες γοῦν οἱ πάλαι καὶ Τυρρηνοὶ καὶ Σαβῖνοι Ῥωμαῖοι καλοῦνται. Εἰ δὲ τοῦτον ἀφαιρεῖται τὸν τρόπον τῆς πολιτείας Ἀπίων, παυσάσθω λέγων αὑτὸν Ἀλεξανδρέα. Γεννηθεὶς γὰρ, ὡς προεῖπον, ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου, πῶς ἂν Ἀλεξανδρεὺς εἴη, τῆς κατὰ δόσιν πολιτείας ὡς αὐτὸς ἐφ' ἡμῶν ἠξίωκεν ἀναιρουμένης; Καίτοι μόνοις Αἰγυπτίοις οἱ κύριοι νῦν Ῥωμαῖοι τῆς οἰκουμένης μεταλαμβάνειν ἡστινοσοῦν πολιτείας ἀπειρήκασιν. Ὁ δ' οὕτως ἐστὶ γενναῖος ὡς μετέχειν ἀξιῶν αὐτὸς ὧν τυχεῖν ἐκωλύετο, συκοφαντεῖν ἐπεχείρησε τοὺς δικαίως λαβόντας. Οὐ γὰρ ἀπορίᾳ γε τῶν οἰκησόντων τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην Ἀλέξανδρος τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν, ἀλλὰ πάντας δοκιμάζων ἐπιμελῶς ἀρετῆς καὶ πίστεως, τοῦτο τοῖς ἡμετέροις τὸ γέρας ἔδωκεν. Ἐτίμα γὰρ ἡμῶν τὸ ἔθνος, ὡς καί φησιν Ἑκαταῖος περὶ ἡμῶν,

cum Alexandriam habitantibus intercedere inimicitiam, proposuit sibi illis convicium facere, reliquos vero universos simul comprehendit, de utrisque impudenter mentiens.

4. Videamus igitur quænam sint illa gravia et non ferenda, de quibus Judæos Alexandriam habitantes accusat. « E Syria, inquit, profecti sedes fixerunt ad importuosum mare, « in vicinia allisionis fluctuum. » Ergo si locus opprobrium habet, non quidem patriæ suæ, sed tamen quam patriam dicit, Alexandriæ conviciatur. Illius enim etiam ora maritima pars est, ut omnes fatentur, ad inhabitandum optima. Sin autem per vim eam Judæi occupaverint, ita ut ne post quidem ejicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexander eis locum ad habitandum dedit, et parem cum Macedonibus honorem consequuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiam sedes posuissent, et hodieque eorum tribus appellaretur Macedones. Sane si legit epistolas Alexandri regis, et Ptolemæi Lagi, atque in successorum illius Ægypti regum rescripta incidit, et columnam stantem Alexandriæ, et jura continentem quæ Cæsar magnus Judæis concessit : hæc, inquam, si sciens contraria his scribere ausus est, improbus erat : sin vero nihil horum novit, indoctus. Illud autem quod se mirari dicit, quomodo, quum Judæi essent, Alexandrini vocarentur, similis inscientiæ est. Omnes enim in coloniam aliquam evocati, etsi plurimum invicem genere differunt, a conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? nostrorum enim ipsorum qui Antiochiam inhabitant, Antiocheni nominantur : jus enim civium eis dedit conditor Seleucus. Similiter qui in Epheso sunt et in reliqua Ionia, eandem cum civibus inde natis appellationem sortiuntur, illis hoc præstantibus Alexandri successoribus. Romanorum autem clementia omnibus fere de suo nomine appellari concessit, non solum viris singulis, sed et maximis gentibus in universum. Hispani scilicet antiqui et Tyrrheni et Sabini vocantur Romani. Si vero hunc modum juris civitatis tollit Apion, desinat semetipsum Alexandrinum dicere. Natus enim, ut antea dixi, in intima Ægypto, quomodo erit Alexandrinus, jure civitatis concessæ, quod ipse de nobis prædicat, sublato? Atqui solis Ægyptiis orbis nunc Romani domini participare cujuscunque civitatis interdixerunt. Ille vero adeo generosus est, ut, quum vellet obtinere quæ impetrare prohibetur, conatus fuerit eos calumniari, qui ista justissime assequuti sunt. Non enim Alexander propter inopiam habitatorum civitatis, quam studiose ædificabat, nostrorum aliquos illic congregavit; sed, omnes probitatis ergo et fidei accurate perspectos et exploratos habens, hoc præmium nostris tribuit. Nostram enim gentem honorabat, ut etiam de nobis dicit Hecatæus, quod propter pro-

ὅτι διὰ τὴν ἐπιείκειαν καὶ πίστιν, ἣν αὐτῷ παρέσχον Ἰουδαῖοι, τὴν Σαμαρεῖτιν χώραν προσέθηκεν ἔχειν αὐτοῖς ἀφορολόγητον. Ὅμοια δὲ Ἀλεξάνδρου καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων ἐφρόνησε. Καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον αὐτοῖς ἐνεχείρισε φρούρια, πιστῶς ἅμα καὶ γενναίως φυλάξειν ὑπολαμβάνων, καὶ Κυρήνης ἐγκρατῶς ἄρχειν βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλεων, εἰς αὐτὰς μέρος Ἰουδαίων ἔπεμψε κατοικῆσον. Ὁ δὲ μετ' αὐτὸν Πτολεμαῖος, ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, οὐ μόνον εἴ τινες ἦσαν αἰχμάλωτοι παρ' αὐτῷ τῶν ἡμετέρων, πάντας ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ χρήματα πολλάκις ἐδωρήσατο· καὶ τὸ μέγιστον, ἐπιθυμητὴς ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν. Ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἀποσταλῆναι τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ τὸν νόμον, καὶ τοῦ γραφῆναι ταῦτα καλῶς τὴν ἐπιμέλειαν ἐπέταξεν οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ Δημήτριον τὸν Φαληρέα καὶ Ἀνδρέαν καὶ Ἀριστέα, τὸν μὲν παιδείᾳ τῶν καθ' ἑαυτὸν διαφέροντα Δημήτριον, τοὺς δὲ τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ φυλακὴν ἐγκεχειρισμένους, ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ταύτης ἔταξεν, οὐκ ἂν δήπου τοὺς νόμους καὶ τὴν πάτριον ἡμῶν φιλοσοφίαν ἐπιθυμήσας ἐκμαθεῖν, εἰ τῶν χρωμένων αὐτοῖς ἀνδρῶν κατεφρόνει καὶ μὴ λίαν ἐθαύμαζεν.

ε'. Ἀπίωνα δὲ σχεδὸν ἐφεξῆς πάντες ἔλαθον οἱ τῶν προγόνων αὐτοῦ Μακεδόνων βασιλεῖς, οἰκειότατα πρὸς ἡμᾶς διατεθέντες. Καὶ γὰρ τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ λεγόμενος Εὐεργέτης, κατασχὼν ὅλην Συρίαν κατὰ κράτος, οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰς, ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν, ἐπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια. Ὁ δὲ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Κλεοπάτρα τὴν βασιλείαν ὅλην τὴν ἑαυτῶν Ἰουδαίοις ἐπίστευσαν, καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν Ὀνίας καὶ Δοσίθεος Ἰουδαῖοι, ὧν Ἀπίων σκώπτει τὰ ὀνόματα, δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ὅτι διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἧς ὡς πολίτης ἀντιποιεῖται. Πολεμούντων γὰρ αὐτῶν τῇ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ καὶ κινδυνευόντων ἀπολέσθαι κακῶς, οὗτοι συμβάσεις ἐποίησαν καὶ τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἀπήλλαξαν. Ἀλλὰ « μετὰ ταῦτα, φησὶν, Ὀνίας ἐπὶ τὴν « πόλιν ἤγαγε στρατὸν ὀλίγον, ὄντος ἐκεῖ Θέρμου τοῦ « παρὰ Ῥωμαίων πρεσβευτοῦ καὶ παρόντος. » Ὀρθῶς δὲ ποιῶν, φαίην ἂν, καὶ μάλα δικαίως. Ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, ἀπὸ Κυρήνης ἐξῆλθε Κλεοπάτραν ἐκβαλεῖν βουλόμενος τῆς βασιλείας, . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

bitatem atque fidem, quam ei præbuere Judæi, regionem Samaritidem, ab omni tributo liberam, ab iis insuper teneri voluerit. Similiter quoque atque Alexander sensit Ptolemæus Lagi de Judæis Alexandriam habitantibus. Etenim castella Ægyptiaca eis commisit, arbitratus illis nec fidem defuturam nec fortitudinem ad ea conservanda: quumque firmum in Cyrene imperium tenere vellet et in aliis Libyæ civitatibus, illuc misit partem Judæorum habitandi causa. Post hunc autem Ptolemæus qui Philadelphus est appellatus, non solum si qui fuere captivi apud eum nostrorum, omnibus libertatem, sed et pecunias sæpius dedit: et (quod maximum est) leges nostras cognoscendi desiderio tenebatur, legendique sacrarum scripturarum libros. Rogatum igitur misit sibi delegari viros qui ei interpretarentur legem; utque volumina pulchre exscriberentur, curam mandavit non quibuslibet viris, sed Demetrium Phalereum et Andream et Aristeam, Demetrium quidem sui ævi omnium doctrina eminentissimum, illos vero custodiam corporis sibi creditam habentes, huic curæ præfecit; non utique leges et patriam nostram philosophiam discere concupiverat, si his utentes despectui habuisset, neque potius valde admiratus esset.

5. Apion autem pæne omnes deinceps Macedonum majorum ejus reges ignoravit, nobis familiarissimos et amicissimos. Nam et tertius Ptolemæus, dictus Euergetes, tota Syria vi et armis occupata, non diis Ægyptiacis sacra fecit ut pro victoria gratias ageret; sed, quum Hierosolyma venisset, multas hostias, sicut nostri moris est, Deo immolavit, et donaria victoria digna dedicavit. Ptolemæus autem Philometor et uxor ejus Cleopatra regnum omne suum commisere Judæis, factique sunt totius militiæ duces Onias et Dositheus Judæi: quorum nomina cavillatur Apion, quum debuisset facta eorum potius admirari et non conviciari, sed gratias illis habere quod servarint Alexandriam, cujus civis videri vult et haberi. Quum enim bellum inferrent reginæ Cleopatræ, et male pereundi discrimen adirent, isti fecerunt ut pax iniretur et mala intestina cessarent. Sed « post « ea, inquit, Onias ad urbem deduxit parvum exercitum, « quum illic præsens adesset Thermus Romanorum legatus. » Id quod bene recteque admodum factum dixerim. Ptolemæus enim cognomine Physcon, mortuo suo fratre Ptolemæo Philometore, egressus est de Cyrene, eo animo ut Cleopatram e regno ejiceret, et filios regis, ut ipse regnum injuste sibimet applicaret: propter hæc ergo Onias adversus eum bellum pro Cleopatra suscepit, et fidem quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus justitiæ ejus manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemæus, quum adversum exercitum quidem Oniæ pugnare præsumeret, omnes vero Judæos in civitate positos cum filiis et uxoribus capiens nudos atque vinctos elephantis subjecisset, ut ab eis conculcati deficerent, et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ

præparaverat evenere. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Judæos, impetu facto super amicos ejus, multos ex ipsis interemere. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus : concubina vero sua carissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Hirenen denominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, ei concessit, et ex his, quæ jam egerat vel acturus erat, pœnitentiam egit. Unde recte hanc diem Judæi Alexandriæ constituti, eo quod aperte a Deo salutem promeruere, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum adversus Physconem gestum Judæos accusare præsumpsit, quum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis impro perans, quoniam circa nos fuit ingrata : et non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino injustitiæ et malorum operum defuit, vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, et benefactores suos imperatores, quæ etiam sororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peremit autem et fratrem insidiis ; paternosque deos, et sepulcra progenitorum depopulata est. Percipiensque regnum a primo Cæsare, ejus filio et successori rebellare præsumpsit : Antoniumque corrumpens amatoriis rebus et patriæ inimicum fecit, et infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem dementans ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dicere, quum illum ipsum in navali certamine relinquens, id est maritum et parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, et se sequi coegit? Novissime vero Alexandria a Cæsare capta, ad hoc usque perducta est, ut saltem hinc sperare se judicaret, si posset ipse manu sua Judæos perimere : eo quod circa omnes crudelis et infidelis exstaret. Putasne gloriandum nobis non esse, si, quemadmodum dicit Apion, famis tempore Judæis triticum non est mensa? Sed illa quidem pœnam subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxilii atque fidei quam circa eum contra Ægyptios gessimus, nec non et senatu ejusque consultis, et epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, et secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, et omnibus Ptolemæis, et quæ a senatu constituta sunt, nec non et maximis Romanis Imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Judæorum. Quid enim sentiant omnes Imperatores de Judæis in Alexandria commorantibus, palam est. Nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quam ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam vero eis fidem olim a regibus datam conservare voluerunt, id est, fluminis custodiam, totiusque custodiæ, nequaquam his rebus indignos esse judicantes.

6. Sed super hoc : quomodo ergo, inquit, si sunt cives, eosdem deos, quos Alexandrini, non colunt? Cui respondeo : Quomodo etiam, quum vos sitis Ægyptii, inter alterutros prælio magno et sine fœdere de religione contenditis? aut certe propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, et neque communiter homines, quoniam bestias adversantes naturæ [nostræ] colitis, multa diligentia nutrientes? quum genus utique nostrorum unum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam advenerunt, si legibus a principio constitutis, circa talia permansere? Is autem seditionis causas nobis apponit : qui si cum veritate ob hoc accusat Judæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quod noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis auctores quilibet inveniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse cives. Donec enim Græci fuere et Macedones hanc civitatem habentes, nullam seditionem adversus nos gessere, sed antiquis cessere solemnitatibus. Quum vero multitudo Ægyptiorum crevisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ hujus fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam, sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Ægyptiorum, et antiquas inimicitias adversum nos exercentibus. E diverso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. Nam quum plurimi eorum non opportune jus ejus civitatis obtineant, peregrinos vocantes eos, qui hoc privilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quisquam videtur jus civitatis fuisse largitus, neque nunc quilibet Imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxere, Romani vero semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia Imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus : quum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamque Romanorum, quoniam subjectos non cogunt patria jura transcendere ; sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate et violentia conferuntur. Græcis itaque et aliis quibusdam bonum esse creditur imagines instituere. Denique et patrum et uxorum filiorumque figuras depingentes exsultant, quidam vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. Alii vero et servos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porro autem Legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus utilem despiciens, et quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. Aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos et Imperatores et populum Romanum dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia : et non solum quotidianis diebus ex impensa communi omnium Judæorum talia celebramus ; verum quum

nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis Imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persolvimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit adversus Apionem pro his quæ de Alexandria dicta sunt.

7. Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi fomitem præbuere, id est, Posidonium et Apollonium Molonis: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus. Mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: quum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, « asini caput « collocasse Judæos, et id colere, ac dignum facere tanta « religione: et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antio« chus Epiphanes et expoliasset templum, et illud caput « invenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. » Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Ægyptius, vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, quum non sit deterior asinus furonibus et hircis et aliis, qui sunt apud eos dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio? Legibus namque semper utimur iisdem: in quibus sine fine consistimus. Et quum varii casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum vexaverint, et [*Antiochus*] Theos, ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, et ad novissimum Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil hujusmodi illic invenere; sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, quum non esset hostis, et socios insuper nos suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit. Multi et digni conscriptores super hoc quoque testantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, et Castor chronographus, et Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Judæorum, et spoliasse templum auro argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, et impudentiam canis, qui apud ipsos assolet coli. Neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptii crocodilis et aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur et a crocodilis rapiuntur, felices et Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes: et si ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus et ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. Sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus initia sumens, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia provenire.

7. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per templa transire, quam sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti vero magis studuere defendere sacrilegum regem, quam justa et veracia de nostris et de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari et perfidiam ac sacrilegium ejus tegere, quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Apion, et dixit « Antio« chum in templo invenisse lectum et hominem in eo jacen« tem, et appositam ei mensulam maritimis terrenisque « volatilium dapibus plenam, et quod obstupuisset his « homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum, tan« quam maximam sibi opem præbituri: ac procidentem ad « ejus genua, extensa dextera poposcisse libertatem; et « jubente rege ut consideret, et diceret quis esset, vel cur « ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum ejus, « tunc hominem cum gemitu et lacrimis lamentabiliter « suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græ« cum: et dum peragraret provinciam parandi victus causa, « correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque de« ductum ad templum, et inclusum illic, et a nullo con« spici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum « quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse læti« tiam; deinde suspicionem, postea stuporem: postremum « consulentem a ministris ad se accedentibus audisse legem « ineffabilem Judæorum, pro qua nutriebatur; et hoc « illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et « comprehendere quidem Græcum peregrinum, eumque « annuo tempore saginare, et deductum ad quandam « silvam occidere quidem eum hominem, ejusque corpus « sacrificare secundum suas solemnitates, et gustare ex ejus « visceribus, et jusjurandum facere in immolatione Græci, « ut inimicitias contra Græcos haberent: et tunc in quan« dam foveam reliqua hominis pereuntis abjicere. » Deinde refert eum dixisse, « paucos jam dies debitos sibimet super« esse, atque rogasse, ut reveritus Græcorum deos, et su« perans in suo sanguine insidias Judæorum, de malis eum « circumstantibus deliberaret. » Hujusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen a sacrilegio privat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsere. Non enim præsumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet; sed sic invenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, et nihilominus sine Deo, quicquid jussit mendacii superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facillimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime adversus Ægyptios et plurimos alios. Cujus enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari, ut adversus solos Græcos renovata conjuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile, ut ad

has hostias omnes Judæi colligerentur, et tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inventum hominem quicunque fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, et Græcorum amator eximius, assumere vero contra Judæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo : insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui videre constructionem templi nostri, qualis fuerit, et intransgressibilem ejus purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, et harum singulæ propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis : mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur : in secundam vero porticum cuncti Judæi ingrediebantur, eorumque conjuges cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam masculi Judæorum mundi exsistentes atque purificati : in quartam autem sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus : in adytum vero soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta vero est circa omnia providentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etiam aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire : et meridie rursus, dum clauderetur templum. Denique ne vas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus ulla epulatio administratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemque gestorum. Licet enim sint tribus quattuor sacerdotum, et harum tribuum singulæ habeant hominum plus quam quinque millia, fit tamen observatio particulariter per dies certos : et his transactis, alii succedentes ad sacrificia veniunt : et congregati in templum mediante die a præcedentibus claves templi, et ad numerum vasa omnia percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur.

8. Quid ergo Apionem dicimus, nisi, nihil horum examinantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit : hominis autem Græci comprehensionem finxit, pabulum ineffabile, et ciborum opulentissimam claritatem : et pravos ingredientes, ubi nec nobilissimos Judæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ prædicta sunt, nobis detrahere tentavere.

9. Rursumque tanquam piissimus deridet, adjiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, « dum bellum « Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, « ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem cole« bat venisse ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Za« bidus, deinde eis promisisse traditurum se eis Apollinem « deum Dorensium : venturumque illum ad nostrum tem« plum, si omnes ascenderent, et adducerent omnem mul« titudinem Judæorum. Zabidum vero fecisse quoddam « machinamentum ligneum, et circumposuisse sibi, et in « eo tres ordines finxisse lucernarum, et ita ambulasse, ut « procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter « agens. Judæos quidem, inexspectata visione obstupe« factos, quum procul quidem abessent, quiescere : Zabidum « vero multa quiete ad templum venisse, et aureum de« traxisse cantherii caput (ita enim scripsit, facetus videri « volens) et rursus Doram velociter se contulisse. » Igitur et nos dicere possumus quod asinum, hoc est semetipsum, gravat Apion, facitque stultitia simul et mendaciis oneratum. Nam et loca ponit, quæ nusquam terrarum exstant, et civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni nostræ confinis est, sita juxta Gazam, et nulla in ea est urbs Dora : in Phœnice vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis : quattuor enim dierum itinere distat a Judæa. Cur itaque nos præterea accusat, quod non habeamus communes cum aliis deos, si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, et cum stellis super terram eum ambulantem intueri se putaverunt? scilicet enim manifestum quod lucernam nunquam prius conspexerunt, qui tot et tanta lucernarum accensionis festa celebrarunt. Sed nec aliquis ei per regionem ambulanti e tot myriadibus obviam ivit : quin et muros sine custodibus invenit bello

« τὴν πορείαν ποιουμένων. Τοὺς μὲν Ἰουδαίους ὑπὸ « τοῦ παραδόξου τῆς θέας καταπεπληγμένους, πόρρω « μὲν ὄντας ἡσυχίαν ἄγειν· τὸν δὲ Ζάβιδον ἐπὶ πολλῆς « ἡσυχίας εἰς τὸν ναὸν παρελθεῖν, καὶ τὴν χρυσῆν ἀπο« σῦραι τοῦ κάνθωνος κεφαλήν (οὕτω γὰρ ἀστεϊζόμενος « γέγραφε), καὶ πάλιν εἰς Δῶραν κατὰ τάχος ἀπελθεῖν. » Ἆρ' οὖν καὶ ἡμεῖς ἂν εἴποιμεν ὅτι τὸν κάνθωνα, τουτέστιν ἑαυτὸν, Ἀπίων ἐπιφορτίζει καὶ ποιεῖ τῆς μωρολογίας ἅμα καὶ τῶν ψευσμάτων κατάγομον; καὶ γὰρ τόπους οὐκ ὄντας γράφει καὶ πόλεις οὐκ εἰδὼς μετατίθησιν. Ἡ μὲν γὰρ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δῶρα ταύτης ἐστὶν οὐδεμία πόλις· τῆς μέντοι Φοινίκης παρὰ τὸ Καρμήλιον ὄρος Δῶρα πόλις ὀνομάζεται, μηδὲν ἐπικοινωνοῦσα τοῖς Ἀπίωνος φλυαρήμασι· τεσσάρων γὰρ ἡμερῶν ὁδὸν τῆς Ἰουδαίας ἀφέστηκεν. Τί δ' ἡμῶν ἔτι κατηγορεῖ τὸ μὴ κοινοὺς ἔχειν τοῖς ἄλλοις θεοὺς, εἰ ῥᾳδίως οὕτως ἐπείσθησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἥξειν τὸν Ἀπόλλωνα πρὸς αὐτοὺς, καὶ μετὰ τῶν ἄστρων ἐπὶ τῆς γῆς ᾠήθησαν ὁρᾶν αὐτὸν περιπατοῦντα; λύχνον γὰρ οὐδέπω δῆλον ὅτι πρόσθεν ἑοράκασιν οἱ τὰς τοσαύτας καὶ τηλικαύτας λυχνοκαίας ἐπιτελοῦντες. Ἀλλ' οὐδέ τις αὐτῷ βαδί-

ζοντι κατὰ τὴν χώραν τῶν τοσούτων μυριάδων ὑπήντησεν, ἔρημα δὲ καὶ τὰ τείχη φυλάκων ηὗρε πολέμου συνεστηκότος. Ἐῶ τἄλλα· τοῦ ναοῦ δ' αἱ θύραι τὸ μὲν ὕψος ἦσαν ἑπτὰ πηχῶν, εἴκοσι δὲ τὸ πλάτος, κατάχρυσοι δὲ πᾶσαι καὶ μικροῦ δεῖν σφυρήλατοι· ταύτας ἔκλειον οὐκ ἐλάττους ὄντες ἄνδρες διακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸ καταλιπεῖν ἠνοιγμένας ἦν ἀθέμιτον. Ῥαδίως οὖν αὐτὰς ὁ λυχνοφόρος ἐκεῖνος ἠνέωξεν ἂν ἀνοίξειν οἰόμενος καὶ τὴν τοῦ κάνθωνος, ὡς ᾤετο, κεφαλὴν ἔχων. Πότερον οὖν αὐτὴν πάλιν ὡς ἡμᾶς ἀνέστρεψεν, ἢ λαβὼν Ἀπίων αὐτὴν εἰσεκόμισεν, ἵν' Ἀντίοχος εὕρῃ πρὸς δευτέραν Ἀπίωνι μυθολογίαν;

ι'. Καταψεύδεται δὲ καὶ ὅρκον ἡμῶν ὡς ὀμνυόντων τὸν Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, μηδενὶ εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ Ἕλλησιν. Ἔδει δὲ καταψευδόμενον ἅπαξ εἰπεῖν, μηδενὶ εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δ' Αἰγυπτίοις. Οὕτω γὰρ ἂν τοῖς ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ πλάσμασιν ἥρμοττε τὰ περὶ τὸν ὅρκον, εἴπερ ἦσαν ὑπὸ Αἰγυπτίων τῶν συγγενῶν οἱ πατέρες ἡμῶν, οὐχὶ διὰ πονηρίαν, ἀλλ' ἐπὶ συμφοραῖς ἐξεληλαμένοι. Τῶν Ἑλλήνων δὲ πλέον τοῖς τόποις ἢ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἀφεστήκαμεν, ὥστε μηδεμίαν ἡμῖν εἶναι πρὸς αὐτοὺς ἔχθραν μηδὲ ζηλοτυπίαν. Τοὐναντίον μέντοι πολλοὶ παρ' αὐτῶν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους συνέβησαν εἰσελθεῖν, καὶ τινὲς μὲν ἔμειναν, εἰσὶ δ' οἳ τὴν καρτερίαν οὐχ ὑπομείναντες πάλιν ἀπέστησαν. Καὶ τοῦτον οὐδεὶς πώποτε τὸν ὅρκον εἶπεν ἀκοῦσαι παρ' ἡμῖν ὀμωμοσμένον, ἀλλὰ μόνος Ἀπίων, ὡς ἔοικεν, ἤκουσεν· αὐτὸς γὰρ ὁ συνθεὶς αὐτὸν ἦν.

ια'. Σφόδρα τοίνυν τῆς πολλῆς συνέσεως καὶ ἐπὶ τῷ μέλλοντι ῥηθήσεσθαι θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν Ἀπίωνα. Τεκμήριον γὰρ εἶναί φησι τοῦ μήτε νόμοις ἡμᾶς χρῆσθαι δικαίοις μήτε τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν ὡς προσῆκε, τὸ μὴ ἄρχειν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεσι καὶ ἄλλοτε ἄλλοις, καὶ τὸ κεχρῆσθαι συμφοραῖς τισι περὶ τὴν πόλιν, αὐτῶν δηλονότι πόλεως ἡγεμονικωτάτης ἐκ τῶν ἄνωθεν ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ Ῥωμαίοις δουλεύειν συνειθισμένων· καίτοι τούτων ἄν τις ἀπόσχοιτο τοιαύτης μεγαλοψυχίας. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνθρώπων οὐχ ἱκανῶς καθ' αὑτοῦ φαίη τοῦτον ὑπ' Ἀπίωνος λελέχθαι τὸν λόγον. Ὀλίγοις μὲν γὰρ ὑπῆρξεν ἐφ' ἡγεμονίας διὰ καιροπτίας γενέσθαι, καὶ τούτους αἱ μεταβολαὶ πάλιν ἄλλοις δουλεύειν ὑπέζευξαν. Τὸ πλεῖστον δὲ φῦλον ἄλλων ὑπακήκοεν πολλάκις. Αἰγύπτιοι δ' ἄρα μόνοι διὰ τὸ καταφυγεῖν, ὥς φασιν, εἰς τὴν χώραν αὐτῶν τοὺς θεοὺς καὶ σωθῆναι μεταβαλόντας εἰς μορφὰς θηρίων, ἐξαίρετον γέρας ηὕροντο τὸ μηδενὶ δουλεύειν τῶν τῆς Ἀσίας ἢ τῆς Εὐρώπης κρατησάντων· οἱ μίαν ἡμέραν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐλευθερίας οὐ τυχόντες φαίνονται, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν. Ὅντινα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο Πέρσαι τρόπον οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις πορθοῦντες τὰς πόλεις, ἱερὰ κατασκάπτοντες, τοὺς παρ' αὐτῶν νομιζομένους θεοὺς κατασφάζοντες, οὐκ ἂν ὀνειδίσαιμι· μιμεῖσθαι γὰρ οὐ προσῆκε

conflato. Cetera prætereo: januæ autem templi altitudine quidem erant cubitorum VII, latitudine vero XX, omnes etiam deauratæ, et fere ex auro solido; has singulis diebus claudebant viri non minus quam ducenti [*viginti*], easque apertas relinquere nefas erat. Facile igitur illas lucernifer iste aperuit, aut si aperuisse creditur, etiam cantherii, id quod putabatur, caput habens. Utrum igitur cum hoc capite ad nos reversus est, aut illud quum sumpsisset Apion introduxit, ut Antiochus inveniret quo alteram Apioni fabulam narrandi occasionem suppeditaret?

10. Mentitur autem et de juramento nostro, quod juremus per Deum, et cœli et terræ et maris creatorem, nemini fauturos alienigenæ, præcipue si Græci fuerint. Oportebat autem mentientem plane dicere, nemini fauturos alienigenæ, præcipue si fuerint Ægyptii. Ita enim primis ipsius figmentis congruissent ista de juramento, si a cognatis Ægyptiis patres nostri non propter improbitatem, sed ob calamitates expulsi fuissent. A Græcis autem magis locis quam studiis disjuncti sumus, ita ut nullæ inter nos et illos inimicitiæ intercedant aut obtrectationes. Verumtamen econtra multos eorum ad nostras leges accessisse contigit: et nonnulli quidem istis institutis adhæserunt, alii vero, in illis perseverare non ferentes, iterum recesserunt. Et hoc jusjurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum; sed solus Apion, ut apparet, audivit: ipse enim ille erat qui id confinxit.

11. Vehementer igitur in Apione admiranda est eximia prudentia, etiam ob hoc quod mox dicetur. Nam indicio esse, affirmat, quod neque legibus justis utamur, neque Deum convenienter ejus naturæ colamus, hoc quod non imperemus, sed diversis potius gentibus serviamus, et in ipsa civitate calamitates quasdam perferamus, utique quum ipsi ex urbe primaria a multis retro sæculis imperare, sed non Romanis servire consueverint; quanquam nemo fere non expertus est horum egregiam magnanimitatem. Nullus etenim aliorum est qui non affirmet, istiusmodi verborum abunde contra se ipsum fecisse Apionem. Paucis etenim contigit in principatu continue præsidere, atque hi rursus aliis facta mutatione serviebant. Plurimæ namque gentes aliæ sæpe aliis obedire coactæ sunt. Ægyptii autem soli, eo quod se receperint, sicut aiunt, in ipsorum regionem dii, et salutem consequuti fuerint assumendo bestiarum formas, eximiam gratiam invenerunt ut eorum nemini servirent, qui Asiam Europamve tenuere: qui scilicet per unam diem ex omni ævo non habuere libertatem, ne apud indigenas quidem dominos. Nam quemadmodum eis usi sunt Persæ, non semel solummodo, sed frequenter urbes eorum vastantes, sacra evertentes, et quos deos esse credunt interficientes, illis exprobrare non studeo. Haud enim convenit

τὴν Ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν, ὃς οὔτε τὰς Ἀθηναίων τύχας οὔτε τὰς Λακεδαιμονίων ἐνενόησεν, ὧν τοὺς μὲν ἀνδρειοτάτους, τοὺς δὲ εὐσεβεστάτους τῶν Ἑλλήνων ἅπαντες λέγουσιν. Ἐῶ βασιλέας τοὺς ἐπ' εὐσεβείᾳ διαβοηθέντας, ὧν ἕνα Κροῖσον, οἵαις ἐχρήσατο συμφοραῖς βίου· ἐῶ τὴν καταπρησθεῖσαν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν, τὸν ἐν Δελφοῖς, ἄλλους μυρίους, καὶ οὐδεὶς ὠνείδισε ταῦτα τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δράσασι. Καινὸς δὲ κατήγορος ἡμῶν Ἀπίων ηὑρέθη, τῶν ἰδίων αὐτοῦ περὶ τὴν Αἴγυπτον κακῶν ἐκλαθόμενος. Ἀλλὰ Σέσωστρις αὐτὸν ὁ μυθευόμενος Αἰγύπτου βασιλεὺς ἐτύφλωσεν. Ἡμεῖς δὲ τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἂν εἴποιμεν βασιλέας, Δαυίδην καὶ Σολομῶνα, πολλὰ χειρωσαμένους ἔθνη. Τούτους μὲν οὖν παραλίπωμεν· τὰ δὲ γνώριμα πᾶσιν Ἀπίων ἠγνόηκεν, ὅτι Περσῶν καὶ μετ' ἐκείνους ἡγουμένων τῆς Ἀσίας Μακεδόνων Αἰγύπτιοι μὲν ἐδούλευον ἀνδραπόδων οὐδὲν διαφέροντες, ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐλεύθεροι προσέτι καὶ τῶν πέριξ πόλεων ἤρχομεν, ἔτη σχεδὸν εἴκοσί που καὶ ἑκατὸν, μέχρι Μάγνου Πομπηίου. Καὶ πάντων ἐκπολεμηθέντων πρὸς Ῥωμαίων τῶν πανταχοῦ βασιλέων, μόνοι διὰ πίστιν οἱ παρ' ἡμῖν σύμμαχοι καὶ φίλοι διεφυλάχθησαν.

ιβʹ. « Ἀλλὰ θαυμαστοὺς ἄνδρας οὐ παρεσχήκαμεν, « οἷον τεχνῶν τινων εὑρετὰς, ἢ σοφίᾳ διαφέροντας. » Καὶ καταριθμεῖ Σωκράτην καὶ Ζήνωνα καὶ Κλεάνθην καὶ τοιούτους τινάς· εἶτα τὸ θαυμασιώτατον τῶν εἰρημένων αὐτὸς ἑαυτὸν προστίθησι, καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην. Ἔδει γὰρ αὐτῷ μάρτυρος ἑαυτοῦ. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ὀχλαγωγὸς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος, ὥστε εἰκότως ἐλεῆσαι τις ἂν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα ἐφρόνει. Περὶ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀνδρῶν γεγονότων, οὐδενὸς ἧττον ἐπαίνου τυγχάνειν ἀξίων, ἴσασιν οἱ ταῖς ἡμετέραις ἀρχαιολογίαις ἐντυγχάνοντες.

ιγʹ. Τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ γεγραμμένων ἄξιον ἦν ἴσως ἀναπολόγητα παραλιπεῖν, ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων ᾖ ὁ κατηγορῶν. Ἐγκαλεῖ γὰρ ὅτι ζῷα θύομεν, καὶ χοῖρον οὐκ ἐσθίομεν, καὶ τὴν τῶν αἰδοίων χλευάζει περιτομήν. Τὸ μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν ἡμέρων ζώων ἀναιρέσεως κοινόν ἐστι καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας, Ἀπίων δὲ τοῖς θύουσιν ἐγκαλῶν, αὐτὸν ἐξήλεγξεν ὄντα τὸ γένος Αἰγύπτιον· οὐ γὰρ ἂν Ἕλλην ὢν ἢ Μακεδὼν ἐχαλέπαινεν. Οὗτοι γὰρ εὔχονται θύειν ἑκατόμβας τοῖς θεοῖς, καὶ χρῶνται τοῖς ἱερείοις πρὸς εὐωχίαν, καὶ οὐ διὰ τοῦτο συμβέβηκεν ἐρημοῦσθαι τὸν κόσμον τῶν βοσκημάτων, ὅπερ Ἀπίων ἔδεισεν. Εἰ μέντοι τοῖς Αἰγυπτίων ἔθεσιν ἠκολούθουν ἅπαντες, ἠρήμωτο μὲν ἂν ὁ κόσμος τῶν ἀνθρώπων, τῶν ἀγριωτάτων δὲ θηρίων ἐπληθύνθη, ἃ θεοὺς οὗτοι νομίζοντες ἐπιμελῶς ἐκτρέφουσι. Καὶ μὴν εἴ τις αὐτὸν ἤρετο, τῶν πάντων Αἰγυπτίων τίνας εἶναι καὶ σοφωτάτους καὶ θεοσεβεῖς νομίζει, πάντως ἂν ὡμολόγησε τοὺς ἱερεῖς. Δύο γὰρ αὐτούς φασιν ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐξ ἀρχῆς ταῦτα προσ-

ut nos indoctam Apionis stultitiam imitemur, qui neque de casibus Atheniensium neque Lacedæmoniorum cogitavit; quorum hos quidem fortissimos, illos vero Græcorum religiosissimos esse omnes affirmant. Taceo reges ob pietatem omnium sermone celebratos, interque eos Crœsum, in quas vitæ calamitates inciderit: taceo incensam Atheniensium arcem, templum Ephesinum et Delphicum, aliaque multa, ac nemo calamitatem passis, sed inferentibus casus exprobravit. Novus autem nostrorum accusator inventus est Apion, malorum suorum, quæ in Ægypto ei acciderant, prorsus oblitus. Sed Sesostris illum excæcavit, Ægypti rex, cujus res fabulis sunt aspersæ. Non est autem ut reges nostros nos memoremus, Davidem et Solomonem, qui multas subegerunt gentes. Et hos quidem missos faciamus: hæc vero cunctis nota ignoravit Apion, quod Persis, et post illos Asiæ dominantibus Macedonibus Ægyptii servierunt, a mancipiis nihil differentes, nos autem liberi exsistentes etiam civitatum finitimarum dominatum et principatum tenuimus, annis centum et viginti usque ad Pompeium Magnum. Et quum omnes a Romanis rerum ubique dominis expugnati fuissent, soli majores nostri propter fidem suam socii et amici conservati sunt.

12. « Sed viros admirabiles non tulimus, veluti artium « quarundam inventores, aut sapientia præcellentes. » Atque enumerat Socratem, et Zenonem, et Cleanthen, aliosque hujusmodi: deinde, quod ex dictis maxime mirandum, semetipsum adjicit, et Alexandriam beatam prædicat, quæ civem habuerit tali ingenio præditum. Oportebat enim ipsum de se testimonium dare. Nam celeris quidem circulator esse videbatur improbus, et vita et sermone pravus: adeo ut merito quis Alexandriam misereretur, si super isto sese efferat. De viris autem qui fuere apud nos, non minus quam alii quicunque laude digni, probe sciunt qui in nostris versati sunt originum libris.

13. Reliqua autem eorum quæ complectitur accusatio, mereantur forsan ut præteream tanquam responso indigna, ita ut ipse sui et reliquorum Ægyptiorum accusator habeatur. Nam vitio nobis vertit quod animalia pro victimis mactemus, et non vescamur carne suilla; et pudendorum circumcisionem irridet. Sane quod attinet ad mansuetorum animalium mactationem, id nobis cum ceteris hominibus universis commune est: Apion autem, nos sacra facientes redarguens, indicat semetipsum genere esse Ægyptium: non enim, si Græcus fuisset aut Macedo, hoc ægre tulisset. Isti enim vovent Hecatombas diis sacrificare, et victimas epulis apponunt. Et non idcirco contigit mundum in penuria esse pecorum, quod veritus est Apion. Verumtamen si Ægyptiorum moribus omnes semet addicerent, mundus destitutus quidem esset hominibus, ferocissimis autem bestiis abundaret, quas pro diis isti habentes cum cura studioque nutriunt. Quodsi quis eum interrogaret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientissimos et maxime religiosos, illos procul dubio sacerdotes esse agnosceret.

τετάχθαι, τήν τε τῶν θεῶν θεραπείαν καὶ τῆς σοφίας τὴν ἐπιμέλειαν. Ἐκεῖνοι τοίνυν ἅπαντες καὶ περιτέμνονται καὶ χοιρείων ἀπέχονται βρωμάτων. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων οὐδὲ εἷς συνθύει τοῖς θεοῖς. Ἆρ' οὖν τυφλὸς ἦν τὸν νοῦν Ἀπίων ὑπὲρ Αἰγυπτίων ἡμᾶς λοιδορεῖν συνθέμενος, ἐκείνων δὲ κατηγορῶν, οἵ γε μὴ μόνον χρῶνται τοῖς ὑπὸ τούτου λοιδορουμένοις ἔθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἐδίδαξαν περιτέμνεσθαι, καθάπερ εἴρηκεν Ἡρόδοτος; Ὅθεν εἰκότως μοι δοκεῖ τῆς εἰς τοὺς πατρίους αὐτοῦ νόμους βλασφημίας δοῦναι δίκην Ἀπίων τὴν πρέπουσαν. Περιετμήθη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἑλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης, καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν δειναῖς ὀδύναις ἀπέθανεν. Δεῖ γὰρ τοὺς εὖ φρονοῦντας τοῖς μὲν οἰκείοις νόμοις περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβῶς ἐμμένειν, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μὴ λοιδορεῖν. Ὁ δὲ τούτους μὲν ἔφυγε, τῶν ἡμετέρων δὲ κατεψεύσατο. Τοῦτο μὲν Ἀπίωνι τοῦ βίου τὸ τέλος ἐγένετο, καὶ τοῦτο παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔστω τοῦ λόγου.

ιδ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων καὶ Λυσίμαχος καί τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν, περί τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωϋσέως καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηνται λόγους οὔτε δικαίους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ οὐδεμιᾶς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους, βούλομαι συντόμως καὶ περὶ τῆς ὅλης ἡμῶν καταστάσεως τοῦ πολιτεύματος καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος, ὡς ἂν ὦ δυνατὸς, εἰπεῖν. Οἶμαι γὰρ ἔσεσθαι φανερὸν ὅτι καὶ πρὸς εὐσέβειαν καὶ πρὸς κοινωνίαν τὴν μετ' ἀλλήλων καὶ πρὸς τὴν καθόλου φιλανθρωπίαν, ἔτι δὲ πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὴν ἐν τοῖς πόνοις καρτερίαν καὶ θανάτου περιφρόνησιν ἄριστα κειμένους ἔχομεν τοὺς νόμους. Παρακαλῶ δὲ τοὺς ἐντευξομένους τῇ γραφῇ μὴ μετὰ φθόνου ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσιν. Οὐ γὰρ ἐγκώμιον ἡμῶν αὐτῶν προειλόμην συγγράφειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ψευδῆ κατηγορημένοις ἡμῖν ταύτην ἀπολογίαν δικαιοτάτην εἶναι νομίζω, τὴν ἀπὸ τῶν νόμων, καθ' οὓς ζῶντες διατελοῦμεν· ἄλλως τε καὶ τὴν κατηγορίαν ὁ Ἀπολλώνιος οὐχ ἀθρόαν ὥσπερ ὁ Ἀπίων ἔταξεν, ἀλλὰ σποράδην καὶ διὰ πάσης τῆς συγγραφῆς. Ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους καὶ μισανθρώπους λοιδορεῖ, ποτὲ δ' αὖ δειλίαν ἡμῖν ὀνειδίζει, καὶ τοὔμπαλιν ἔστιν ὅπου τόλμαν κατηγορεῖ καὶ ἀπόνοιαν. Λέγει δὲ καὶ ἀφυεστάτους εἶναι τῶν βαρβάρων, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν εἰς τὸν βίον εὕρημα συμβεβλῆσθαι μόνους. Ταῦτα δὲ πάντα διελεγχθήσεσθαι νομίζω σαφῶς, εἰ τἀναντία τῶν εἰρημένων φανείη διὰ τῶν νόμων ἡμῖν προστεταγμένα καὶ πραττόμενα μετὰ πάσης ἀκριβείας ὑφ' ἡμῶν. Εἰ δ' ἄρα βιασθείην μνησθῆναι τῶν παρ' ἑτέροις ὑπεναντίως νενομισμένων, τούτου δίκαιοι τὴν αἰτίαν ἔχειν εἰσὶν οἱ τὰ παρ' ἡμῖν ὡς χείρω παραβάλλειν ἀξιοῦντες. Οἷς οὐδέτερον ἀπολειφθήσεσθαι νομίζω λέγειν, οὔθ' ὡς οὐχὶ τούτους ἔχομεν τοὺς νόμους, ὧν ἐγὼ παραθήσομαι τοὺς κεφαλαιω-

Hæc enim duo dicunt sibimet ab initio a regibus esse præcepta, ut deos colant et sapientiam diligant. Illi igitur et circumciduntur omnes, et a porcinis abstinent carnibus. Sed neque ullus alius Ægyptiorum cum eis sacra diis facere dignoscitur. Mentem igitur occæcatam habuit Apion, qui Ægyptiorum gratia nos data opera conviciis insectatur, illosque accusat, qui non solum utuntur iisdem, quos in nobis reprehendit, moribus, sed etiam alios circumcidi docuerunt, sicuti dixit Herodotus. Unde jure mihi videtur Apion ob maledicta in patriæ suæ leges pœnas dedisse quas commeruit. Nam ex necessitate circumcisus erat, utpote ulceratus circa pudenda: et quum nihil ei profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus exspiravit. Oportet enim bene ac sapienter institutos legibus propriis circa pietatem adhærere, ceterorum vero leges minime carpere. At iste suas quidem deseruit, de nostris vero mentitus est. Atque ita quidem vitam finivit Apion, et hic etiam de eo nobis finem dicendi facere par sit.

14. Quoniam vero et Apollonius Molonis et Lysimachus et alii quidem nonnulli, partim quidem per ignorantiam, maxima vero ex parte per malevolentiam de legislatore nostro Moyse et legibus ejus verba fecerunt nec justa nec vera, hunc quidem ut præstigiatorem et deceptorem calumniantes, leges autem malitiæ apud nos, nulliusque virtutis magistras esse affirmantes, volo breviter et de omni reipublicæ nostræ constitutione, et de qualibet re singillatim, sicuti potero, sermonem proferre. Puto enim evidens fore, quod et ad pietatem et societatem inter homines servandam, et ad omnia humanitatis officia tuenda, prætereaque ad justitiam, et tolerantiam laborum, mortisque contemptum, optime factas habeamus leges. Rogo tamen eos qui in hanc scriptionem inciderint, ut non cum invidia lectionem adhibeant. Non enim proposui nosmetipsos laudibus prosequi; sed defensionem esse justissimam puto, ductam a legibus juxta quas adhuc vivimus, adversus eos, qui multa nobis eaque falsa objecerunt: præsertim quum Apollonius accusationem non continue sicut Apion instituit, sed sparsim et hinc inde per totam orationem. Quippe qui aliquando quidem nobis tanquam atheis et hominum osoribus conviciatur, aliquando vero iterum formidinem nobis exprobrat: et e diverso rursus aliquando temerariæ audaciæ et amentiæ nos insimulat. Quin et nos e barbaris maxime omnium ineptos esse dicit: et propterea nos solos nihil ad vitæ emolumentum utile contulisse. Hæc autem omnia manifeste redargui posse existimo, si universa contra quam ab eo sunt dicta appareant et legibus imperata, et a nobis accurate admodum observata. Si vero coactus fuero mentionem facere legum contrariarum apud alios constitutarum, ob hoc merito culpandi sunt quibus in animo est nostra ut pejora cum iis conferre quæ apud alios sunt. Quibus neutrum puto relictum fore quod dicant, neque quod non eas habeamus le-

δεστάτους, οὔθ' ὡς οὐχὶ μάλιστα πάντων ἐμμένομεν τοῖς ἑαυτῶν νόμοις.

ιε'. Μικρὸν οὖν ἀναλαβὼν τὸν λόγον τοῦτ' ἂν εἴποιμι πρῶτον, ὅτι τῶν ἀνόμως καὶ ἀτάκτως βιούντων οἱ τάξεως καὶ νόμου κοινωνίας ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι καὶ πρῶτοι κατάρξαντες εἰκότως ἂν ἡμερότητι καὶ φύσεως ἀρετῇ διενεγκεῖν μαρτυρηθεῖεν. Ἀμέλει πειρῶνται τὰ παρ' ἑαυτοῖς ἕκαστοι πρὸς τὸ ἀρχαιότατον ἀνάγειν, ἵνα μὴ μιμεῖσθαι δόξωσιν ἑτέρους, ἀλλ' αὐτοὶ τοῦ ζῆν νομίμως ἄλλοις ὑφηγήσασθαι. Τούτων δὲ τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον ἀρετὴ μέν ἐστι νομοθέτου τὰ βέλτιστα συνιδεῖν καὶ πεῖσαι τοὺς χρησομένους περὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τιθεμένων, πλήθους δὲ τὸ πᾶσι τοῖς δόξασιν ἐμμεῖναι, καὶ μήτε εὐτυχίαις μήτε συμφοραῖς αὐτῶν μηδὲν μεταβάλλειν. Φημὶ τοίνυν τὸν ἡμέτερον νομοθέτην τῶν ὁπουδηποτοῦν μνημονευομένων νομοθετῶν προάγειν ἀρχαιότητι. Λυκοῦργοι γὰρ καὶ Σόλωνες καὶ Ζάλευκος ὁ τῶν Λοκρῶν καὶ πάντες οἱ θαυμαζόμενοι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐχθὲς δὴ καὶ πρώην ὡς πρὸς ἐκεῖνον παραβαλλόμενοι φαίνονται γεγονότες, ὅπου γε μηδ' αὐτὸ τοὔνομα πάλαι ἐγιγνώσκετο τοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ μάρτυς Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος. Οὐδὲ γὰρ ἦν κατὰ τοῦτον, ἀλλὰ γνώμαις ἀορίστοις τὰ πλήθη διῳκεῖτο καὶ προστάγμασι τῶν βασιλέων. Ἀφ' οὗ καὶ μέχρι πολλοῦ διέμειναν ἔθεσιν ἀγράφοις χρώμενοι, καὶ πολλὰ τούτων ἀεὶ πρὸς τὸ συντυγχάνον μετατιθέντες. Ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ἀρχαιότατος γεγονώς (τοῦτο γὰρ δήπουθεν ὁμολογεῖται καὶ παρὰ τοῖς πάντα καθ' ἡμῶν λέγουσιν), ἑαυτόν τε παρέσχεν ἄριστον τοῖς πλήθεσιν ἡγεμόνα καὶ σύμβουλον, τήν τε κατασκευὴν αὐτοῖς ὅλην τοῦ βίου τῷ νόμῳ παραλαβὼν ἔπεισε παραδέξασθαι καὶ βεβαιοτάτην ἴσασι φυλαχθῆναι παρεσκεύασεν.

ις'. Ἴδωμεν δὲ τῶν ἔργων αὐτοῦ τὸ πρῶτον μεγαλεῖον. Ἐκεῖνος γὰρ τοὺς προγόνους ἡμῶν, ἐπείπερ ἔδοξεν αὐτοῖς τὴν Αἴγυπτον ἐκλιποῦσιν ἐπὶ τὴν πάτριον γῆν ἐπανιέναι, πολλὰς τὰς μυριάδας παραλαβὼν ἐκ πολλῶν καὶ ἀμηχάνων διέσωσεν εἰς ἀσφάλειαν· καὶ γὰρ τὴν ἄνυδρον αὐτοὺς καὶ πολλὴν ψάμμον ἔδει διοδοιπορῆσαι, καὶ νικῆσαι πολέμους, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ λείαν ὁμοῦ σώζειν μαχομένους. Ἐν οἷς ἅπασι καὶ στρατηγὸς ἄριστος ἐγένετο καὶ σύμβουλος συνετώτατος καὶ πάντων κηδεμὼν ἀληθέστατος. Ἅπαν δὲ τὸ πλῆθος εἰς ἑαυτὸν ἀνηρτῆσθαι παρεσκεύασε, καὶ περὶ παντὸς ἔχων πεισθέντας αὐτοὺς τοῦ κελευθέντος, εἰς οὐδεμίαν οἰκείαν ἔλαβε ταῦτα πλεονεξίαν. Ἐν ᾧ μάλιστα τῷ καιρῷ δυνάμεις μὲν αὐτοῖς περιβάλλονται καὶ τυραννίδας οἱ προεστηκότες, ἐθίζουσι δὲ τὰ πλήθη μετὰ πολλῆς ἀνομίας ζῆν, ἐν τούτῳ τῆς ἐξουσίας ἐκεῖνος καθεστηκὼς τοὐναντίον ᾠήθη δεῖν εὐσεβεῖν, καὶ πολλὴν εὔνοιαν τοῖς λαοῖς ἐμπαρασχεῖν· οὕτως αὐτός τε τὰ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείξειν τὴν αὐτοῦ νομίζων καὶ σωτηρίαν τοῖς αὐτὸν ἡγεμόνα ποιουμένοις βεβαιοτάτην

ges, quarum ego summas in medium proferam; neque quod non maxime omnium in legibus propriis perseveremus.

15. Paulo ergo altius exorsus volo primum dicere quod ii qui ordinis et communium legum primi amatores exstiterunt, eis qui sine lege et ordine vivunt, mansuetudine et bonitate naturæ non immerito præstantiores habeantur. Hinc fit quod singuli legum latores summam suis vetustatem tribui affectant, ut non imitatores aliorum videantur, sed ipsi potius aliis legitime vivendi duces exstitisse. Istis hunc in modum se habentibus, virtus quidem legislatoris est, quæ optima sunt perspicere, et de constitutis in bonam opinionem adducere eos qui illis usuri sunt: populi vero, ut maneant in omnibus quæ scita et jussa fuerint; et neque ex felicitate, neque ex calamitatibus horum aliquid immutare. Dico igitur nostrum legislatorem quoslibet qui memorantur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus enim, et Solon, et Zaleucus Locrensis, et omnes qui in admiratione sunt apud Græcos, non ita pridem exstitisse videntur, si illi conferantur: quando ne ipsum quidem legis nomen olim apud Græcos cognoscebatur; quod et testatur Homerus, qui nusquam in poesi sua isto est usus. Nihil quippe hujusmodi erat ipsius tempore, sed sententiis non definitis, et regum jussis populi regebantur. Unde etiam longo tempore permansere consuetudinibus non scriptis utentes, multasque illarum semper, prout res ceciderit, subinde mutantes. Noster vero legislator, qui et antiquissimus (hoc etenim in confesso est etiam apud universos, qui omnia contra nos loquuntur), et semetipsum populo exhibuit ducem consultoremque præstantissimum; et totam vitæ rationem lege complexus, eis suasit hanc libenter excipere, fecitque ut diligentissime observaretur a scientibus prudentibusque.

16. Primum autem videamus quod inter opera ejus magnificum est. Ille enim progenitorum nostrorum, postquam eis visum est Ægypto relicta ad terram patriam revertere, quum multa millia assumpsisset, illos ex multis difficultatibus ad incolumitatem perduxit: nam et inaquosam eos et valde arenosam oportebat viam transire, et bella profligare, et liberos ac uxores cum præda inter pugnandum servare. In quibus omnibus et ducem egregium et consiliarium sapientissimum se præstitit, et omnium curatorem verissimum. Fecit autem ut omnis ab ipso penderet multitudo, et quum omnia quæ vellet iis persuadere posset, in nullo horum vindicavit sibimet potestatem. Sed in quo maxime tempore potentiam quidem sibimet comparant et tyrannidem occupant qui aliis præsunt, populum vero licenter admodum vivere assuefaciunt, in hac ille potestate constitutus, e contrario ipsum oportere pie vivere censuit, multumque benevolentiæ populo præstare: ita se et ipsum maxime virtutem suam ostensurum esse existimans, et salutem certissimam illis daturum qui ipsum sibimet ducem

παρέξειν. Καλῆς οὖν αὐτῷ προαιρέσεως καὶ πράξεων μεγάλων ἐπιτυγχανομένων εἰκότως ἐνομίζομεν ἡγεμόνα τε καὶ σύμβουλον θεῖον ἔχειν· καὶ πείσας πρότερον ἑαυτὸν ὅτι κατὰ τὴν ἐκείνου βούλησιν ἅπαντα πράττει καὶ διανοεῖται, ταύτην ᾤετο δεῖν πρὸ παντὸς ἐμποιῆσαι τὴν ὑπόληψιν τοῖς πλήθεσιν. Οἱ γὰρ πιστεύσαντες ἐπισκοπεῖν Θεὸν τοὺς ἑαυτῶν βίους οὐδὲν ἀνέχονται ἐξαμαρτεῖν. Τοιοῦτος μὲν δή τις αὐτὸς ἡμῶν ὁ νομοθέτης, οὐ γόης, οὐδ' ἀπατεών, ἅπερ λοιδοροῦντες λέγουσιν ἀδίκως, ἀλλ' οἷον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν αὐχοῦσι τὸν Μίνω γεγονέναι καὶ μετ' αὐτὸν τοὺς ἄλλους νομοθέτας. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοὺς νόμους ** ὑποτίθενται, ὁ δέ γε Μίνως ἔλεγεν ὅτι εἰς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸ Δελφικὸν αὐτοῦ μαντεῖον τὰς τῶν νόμων μαντείας ἀνέφερεν, ἤτοι τἀληθὲς οὕτως ἔχειν νομίζοντες ἢ πείσειν ῥᾷον ὑπολαμβάνοντες. Τίς δ' ἦν ὁ μάλιστα κατορθώσας τοὺς νόμους, καὶ τίς ὁ δικαιότατα περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ πίστεως ἐπιτυχὼν, πάρεστιν ἐξ αὐτῶν κατανοεῖν τῶν νόμων ἀντιπαραβάλλοντας· ἤδη γὰρ περὶ τούτων λεκτέον. Οὐκοῦν ἄπειροι μὲν αἱ κατὰ μέρος τῶν ἐθῶν καὶ τῶν νόμων παρὰ τοῖς ἅπασιν ἀνθρώποις διαφοραί· οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς ὀλίγων δυναστείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξουσίαν τῶν πολιτευμάτων. Ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν τούτων οὐδοτιοῦν ἀπεῖδεν, ὡς δ' ἄν τις εἴποι βιασάμενος τὸν λόγον, θεοκρατίαν ἀπέδειξε τὸ πολίτευμα, Θεῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεὶς, καὶ πείσας εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν ὡς αἴτιον μὲν ἁπάντων ὄντα τῶν ἀγαθῶν, ἃ κοινῇ τε πᾶσιν ἀνθρώποις ἰδίᾳ τε ἑκάστοις ὑπάρχει, καὶ ὅσων ἔτυχον αὐτοὶ δεηθέντες ἐν ἀμηχάνοις· λαθεῖν δὲ τὴν ἐκείνου γνώμην οὐκ ἐνὸν οὔτε τι τῶν πραττομένων οὐδὲν οὔθ' ὧν ἄν τις παρ' αὐτῷ διανοηθείη. Ἀλλ' αὐτὸν ἀπέφηνε καὶ ἀγένητον καὶ πρὸς τὸν ἀΐδιον χρόνον ἀναλλοίωτον, πάσης ἰδέας θνητῆς κάλλει διαφέροντα, καὶ δυνάμει μὲν ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖος δὲ κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἄγνωστον. Ταῦτα περὶ Θεοῦ φρονεῖν οἱ σοφώτατοι παρ' Ἕλλησιν ὅτι μὲν ἐδιδάχθησαν, ἐκείνου τὰς ἀρχὰς παρασχόντος, ἐῶ νῦν λέγειν· ὅτι δ' ἐστὶ καλὰ καὶ πρέποντα τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει καὶ μεγαλειότητι σφόδρα μεμαρτυρήκασι. Καὶ γὰρ Πυθαγόρας καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πλάτων καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι, καὶ μικροῦ δεῖν ἅπαντες οὕτω φαίνονται περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως πεφρονηκότες. Ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς ὀλίγους φιλοσοφοῦντες εἰς πλήθη δόξαις προκατειλημμένα τὴν ἀλήθειαν τοῦ δόγματος ἐξενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμησαν, ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ἅτε δὴ τὰ ἔργα παρέχων τοῖς νόμοις σύμφωνα, οὐ μόνον τοὺς καθ' αὐτὸν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀεὶ γενησομένοις τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ πίστιν ἐνέφυσεν ἀμετακίνητον. Αἴτιον δ' ὅτι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νομοθεσίας πρὸς τὸ χρήσιμον πάντων ἀεὶ πολὺ διήνεγκεν· οὐ γὰρ μέρος τῆς ἀρετῆς ἐποίησε τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ ταύτης τὰ μέρη τἄλλα συνεῖδε καὶ κατέστησε· λέγω δὲ τὴν δικαιοσύνην, τὴν καρτερίαν, τὴν σωφροσύνην, τὴν τῶν πολιτῶν πρὸς ἀλ-

fecerunt. Itaque cum bonum ei propositum fuerit, et magnas res gesserit, jure censebamus eum ducem atque consiliarium Deum habere : et quum sibimet prius persuasisset quod secundum illius voluntatem omnia ageret atque mente agitaret, credidit modis omnibus oportere ut etiam populus in ejusmodi opinionem adduceretur. Nam qui Deum suam vitam respicere credunt, nulla in re peccare sustinent. Hujusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, non impostor, sicut conviciatores injuste pronunciant; sed qualem apud Græcos gloriantur fuisse Minoem, et post eum legislatores alios. Namque quidam eorum leges *positas a Deo* dicebant : Minos vero ad Apollinem et Delphicum ejus oraculum legum vaticinia referebat, sive hoc verum esse credentes, sive hoc facile aliis persuasuros esse existimantes. Qui vero maxime perfectissimam legum rationem instituerit, et justissimam de Deo persuasionem habuerit, ex mutua legum ipsarum contentione quivis intelligat : jam enim tempus est ut ad eas veniamus. Enimvero infinita quidem, si singula expendantur, morum atque legum toto passim hominum genere discrimina sunt. Alii quippe uni tantum, paucis quibusdam alii, alii denique populo summam reipublicæ potestatem commiserunt. At legislator noster, hisce neglectis omnibus, Theocraticam (liceat enim hac voce tametsi paullo duriore uti) reipublicæ formam instituit : atque ita summo principatu Dei numini attributo, id egit maxime ut in eo cunctorum oculi ac mentes acquiescerent, tanquam in eo qui et omnium bonorum, seu quæ universe hominum generi eveniunt, seu quæ privatim singuli, difficilioribus suis temporibus, votis ac precibus impetrant, auctor et causa sit : adeo ut ejus cognitionem nullum omnino factum, cogitatio nulla fugere ac latere possit. Eum præterea quum ortu carere, tum nullam tota æternitate mutationem subire, omnis quoque mortalis formæ dignitatem pulchritudine superare, postremo ut sua nobis potestate notum, sic natura et essentia prorsus ignotum esse profitetur. Mitto sane Græcorum sapientissimos hujus de Deo sententiæ magistrum illum ac ducem habuisse : quam præclara vero illa quamque Dei cum natura ac majestate conjuncta foret, gravissime testatum ipsi quoque reliquerunt. Pythagoras enim, et Anaxagoras, et Plato, quique Platonem excepere Stoici philosophi, ac ceteri prope omnes, in hujus de natura divina sententiæ communionem societatemque venerunt. At enimvero, quum isti fere non nisi cum paucis philosopharentur, et dogmatis hujus veritatem in vulgus aliis jam opinionibus occupatum efferre metuerent : tum noster hic legislator, qui suarum ad legum æquitatem operum consensionem adjungeret, non eos modo qui sua ætate viverent, in eam secum mentem adduxit, verum etiam nepotibus ac posteris illorum omnibus firmam hanc atque constantem de divino numine fidem inseruit. Quod autem in ea legum suarum informatione fructum etiam fuerit longe quam ceteri majorem assequutus, eo maxime factum est, quod non religionem virtutis partem aliquam fecerit, sed religionis potius alias partes esse quasdam et viderit et vero statuerit : justitiam dico, patientiam, temperantiam, ac mutuam civium inter se rebus in omnibus

λήλους ἐν ἅπασι συμφωνίαν. Ἅπασαι γὰρ αἱ πράξεις καὶ διατριβαὶ καὶ λόγοι πάντες ἐπὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῖν εὐσέβειαν ἔχουσι τὴν ἀναφοράν· οὐδὲν γὰρ τούτων ἀνεξέταστον οὐδὲ ἀόριστον παρέλιπε. Δύο μὲν γάρ εἰσιν ἁπάσης παιδείας τρόποι καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη κατασκευῆς, ὧν ὁ μὲν λόγων διδασκαλικὸς, ἕτερος δὲ ὁ διὰ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἐθῶν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθέται ταῖς γνώμαις διέστησαν, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν, ὃν ἔδοξαν ἕκαστοι ἑλόμενοι, τὸν ἄλλον παρέλιπον, οἷον Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ Κρῆτες ἔθεσιν ἐπαίδευον, οὐ λόγοις, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ σχεδὸν οἱ ἄλλοι πάντες Ἕλληνες, ἃ μὲν χρὴ πράττειν ἢ μὴ, προσέτασσον διὰ τῶν νόμων, τοῦ δὲ πρὸς αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐθίζειν ὠλιγώρησαν.

ιζ'. Ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἄμφω ταῦτα συνήρμοσε κατὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν· οὔτε γὰρ κωφὴν ἀπέλιπε τὴν τῶν ἐθῶν ἄσκησιν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ λόγου νόμον ἄπρακτον εἴασεν, ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος τροφῆς καὶ τῆς κατὰ τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ διαίτης, οὐδὲν οὔτε τῶν βραχυτάτων αὐτεξούσιον ἐπὶ ταῖς βουλήσεσι τῶν χρησομένων κατέλιπεν, ἀλλὰ καὶ περὶ σιτίων, ὅσων ἀπέχεσθαι χρὴ καὶ τίνα προσφέρεσθαι, καὶ περὶ τῶν κοινωνησόντων τῆς διαίτης, ἔργων τε εὐτονίας περὶ τὰς τέχνας καὶ τοὔμπαλιν ἀναπαύσεως ὅρον ἔθηκεν αὐτὸς καὶ κανόνα τὸν νόμον, ἵν' ὥσπερ ὑπὸ πατρὶ τούτῳ καὶ δεσπότῃ ζῶντες μήτε βουλόμενοι μηδὲν μήθ' ὑπ' ἀγνοίας ἁμαρτάνωμεν. Οὐδὲ γὰρ τὴν ἀπ' ἀγνοίας ὑποτίμησιν ἠνέσχετο καταλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον καὶ ἀναγκαιότατον ἀπέδειξε παιδευμάτων τὸν νόμον, οὐχ εἰσάπαξ ἀκροασαμένους οὐδὲ δὶς ἢ πολλάκις, ἀλλ' ἑκάστης ἑβδομάδος τῶν ἄλλων ἔργων ἀφεμένους ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τοῦ νόμου ἐκέλευσε συλλέγεσθαι, καὶ τοῦτον ἀκριβῶς ἐκμανθάνειν· ὃ δὴ πάντες οἱ νομοθέται ἐοίκασι παραλιπεῖν.

ιη'. Καὶ τοσοῦτον οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπέχουσι τοῦ κατὰ τοὺς οἰκείους ζῆν νόμους, ὥστε σχεδὸν αὐτοὺς οὐδ' ἴσασιν, ἀλλ' ὅταν ἐξαμάρτωσι, τότε παρ' ἄλλων μανθάνουσιν ὅτι τὸν νόμον παραβεβήκασιν. Οἵ τε τὰς μεγίστας καὶ κυριωτάτας παρ' αὐτοῖς ἀρχὰς διοικοῦντες ὁμολογοῦσι τὴν ἄγνοιαν· ἐπιστάτας γὰρ παρακαθίστανται τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας τοὺς ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν νόμων ὑπισχνουμένους. Ἡμῶν δ' ὁντινοῦν εἴ τις ἔροιτο τοὺς νόμους, ῥᾷον ἂν εἴποι πάντα ἢ τοὔνομα τὸ ἑαυτοῦ. Τοιγαροῦν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτοὺς ἐκμανθάνοντες ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὥσπερ ἐγκεχαραγμένους. Καὶ σπάνιος μὲν ὁ παραβαίνων, ἀδύνατος δ' ἡ τῆς κολάσεως παραίτησις.

ιθ'. Τοῦτο πρῶτον ἁπάντων τὴν θαυμαστὴν ὁμόνοιαν ἡμῖν ἐμπεποίηκεν. Τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεοῦ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἤθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν ἀποτελεῖ. Παρ' ἡμῖν γὰρ μόνοις οὔτε περὶ τοῦ Θεοῦ λόγους ἀκούσεταί τις ἀλλήλοις

conjunctionem. Quippe quod actionum, studiorum ac sermonum omnium rationes ex una divini numinis religione suspensas habere nos oporteat : quum nihil penitus aut non expensum, aut non definitum constitutumque reliquerit. Nam quum duæ omnino sint cujusvis disciplinæ, ac morum instituendorum viæ, quarum altera præceptis, altera conformatione vitæ continetur : ceteri quidem legislatores, dissidentium opinionum varietate distracti, atque alteram utram suo quisque sensu viam sequuti, alteram omisere. Ita igitur Lacedæmonii simul et Cretenses moribus ipsis docebant, non præceptis : Athenienses autem Græcique propemodum universi, quid agendum esset, quidve fugiendum, legibus edicebant, suos tamen ad utrumque rebus ipsis consuefacere negligebant.

17. At legislator hic noster præcipuo quodam studio ambo ista conjunxit : dum neque mutam vitæ morumque conformationem reliquit, neque legis præcepta operum societate carere permisit; sed, jam inde ab ipsomet alimenti genere, et domestica singulorum victus ratione auspicatus, ne minutissimum quidem aliquid eorum qui illis uterentur potestatis et arbitrii facere voluit : imo quibus abstinendum cibis, quibus item vesci liceat, quinam in victus communionem ac societatem vocandi, quam in operibus contentionem adhibere, quem in otio tenere modum oporteat, certis quasi legis finibus regulisque descripsit : uti sub ejus tanquam parentis cujusdam aut dominæ imperio nutuque viventes, nihil omnino vel malitia vel ignoratione peccemus. Ita ne ignorationem illam, velut aliquam deprecandæ pœnæ speciem, relinqueret, longe pulcherrimum nobis maximeque necessarium disciplinæ genus legem ipsam esse voluit : nec satis id futurum putavit, ut semel, iterum aut sæpius eam audivissemus, nisi hebdomadis quoque singulis ab alio quolibet opere feriatos omnes ad illam dum recitaretur audiendam, animoque penitus informandam, convenire juberet. Id quod ab reliquis omnibus legumlatoribus prætermissum videmus.

18. Ac tantum plerique mortalium a vita suarum ex legum præceptis instituenda absunt, ut in summa fere illarum ignoratione versentur, atque ubi peccaverint, eas tum demum abs se violatas, ex aliis intelligant. Quam ignorantiam summi quoque et principes eorum magistratus confitentur, dum eos rerum administrationi præesse potissimum ac sibi assidere volunt, qui præcipuam quandam legum peritiam præ se ferant. At ex nostris, quemcunque de legum nostrarum capitibus interroges, universas facilius quam suum ipse nomen edisseret. Proinde eas jam usque ab ea qua primum aliquid sentire cœpimus ætate, haustas, mentibus deinceps inustas quodammodo impressasque tenemus. Ac rari admodum sunt qui eas violent; qui autem violarit, nulla prorsus ei deprecandæ pœnæ ratio superest.

19. Atque hic admirabilis inter nos animorum consensionis fons est præcipuus. Nam et idem omnes de Deo sentire, et nullo vitæ morumque dissidio laborare, id vero pulcherrimam ac jucundissimam hominibus animorum studiorumque conjunctionem afferre solet. Enimvero soli omnino sumus, apud quos neque discrepantes unquam de

ὑπεναντίους, ὁποῖα πολλὰ παρ' ἑτέροις (οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων μόνον κατὰ τὸ προσπεσὸν ἑκάστῳ λέγεται πάθος, ἀλλὰ καὶ παρά τισι τῶν φιλοσόφων αὐτῶν τετόλμηται, τῶν μὲν τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ φύσιν ἀναιρεῖν τοῖς λόγοις ἐπικεχειρηκότων, ἄλλων δὲ τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτοῦ πρόνοιαν ἀφαιρουμένων), οὔτ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν βίων ὄψεται διαφοράν, ἀλλὰ κοινὰ μὲν ἔργα πάντων παρ' ἡμῖν, εἷς δὲ ὁ λόγος ὁ τῷ νόμῳ συμφωνῶν περὶ Θεοῦ, πάντα λέγων ἐκεῖνον ἐφορᾶν. Καὶ μὴν περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων ὅτι δεῖ πάντα τὰ ἄλλα τέλος ἔχειν τὴν εὐσέβειαν καὶ γυναικῶν ἀκούσειεν ἄν τις καὶ τῶν οἰκετῶν.

κ'. Ὅθεν δὴ καὶ τὸ προφερόμενον ἡμῖν ὑπό τινων ἔγκλημα, τὸ δὴ μὴ καινῶν εὑρετὰς ἔργων ἢ λόγων ἄνδρας παρασχεῖν, ἐντεῦθεν συμβέβηκεν. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μηδενὶ τῶν πατρίων ἐμμένειν καλὸν εἶναι νομίζουσι, καὶ τοῖς μάλιστα τολμῶσι ταῦτα παραβαίνειν σοφίας δεινότητα μαρτυροῦσιν· ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον μίαν εἶναι καὶ φρόνησιν καὶ ἀρετὴν ὑπειλήφαμεν τὸ μηδὲν ὅλως ὑπεναντίον μήτε πρᾶξαι μήτε διανοηθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθεῖσιν. Ὅπερ εἰκότως ἂν εἴη τεκμήριον τοῦ κάλλιστα τεθῆναι τὸν νόμον. Τὰ γὰρ μὴ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον αἱ πεῖραι δεόμενα διορθώσεως ἐλέγχουσιν.

κα'. Ἡμῖν δὲ τοῖς πεισθεῖσιν ἐξ ἀρχῆς τεθῆναι τὸν νόμον κατὰ Θεοῦ βούλησιν, οὐδ' εὐσεβὲς ἦν ἔτι τοῦτο μὴ φυλάττειν. Τί γὰρ αὐτοῦ τις ἂν μετακινήσειεν, ἢ τί κάλλιον ἐξεύροι, ἢ τί παρ' ἑτέρων ὡς ἄμεινον ἐξενέγκοι; ἆρά γε τὴν ὅλην κατάστασιν τοῦ πολιτεύματος; καὶ τίς ἂν καλλίων ἢ δικαιοτέρα γένοιτο τῆς Θεὸν μὲν ἡγεμόνα τῶν ὅλων ἡγεῖσθαι πεποιημένης, τοῖς ἱερεῦσι δὲ κοινῇ μὲν τὰ μέγιστα διοικεῖν ἐπιτρεπούσης, τῷ δὲ πάντων ἀρχιερεῖ πάλιν αὖ πεπιστευκυίας τὴν τῶν ἄλλων ἱερέων ἡγεμονίαν; οὓς οὐ κατὰ πλοῦτον οὐδέ τισιν ἄλλαις προύχοντας αὐτομάτοις πλεονεξίαις πρῶτον εὐθὺς ὁ νομοθέτης ἐπὶ τὴν τιμὴν ἔταξεν, ἀλλ' ὅσοι τῶν μετ' αὐτοῦ πειθοῖ τε καὶ σωφροσύνῃ τῶν ἄλλων διέφερον, τούτοις τὴν περὶ τὸν Θεὸν μάλιστα θεραπείαν ἐνεχείρισεν. Τούτοις δ' ἦν καὶ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀκριβὴς ἐπιμέλεια· καὶ γὰρ ἐπόπται πάντων καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητουμένων καὶ κολασταὶ τῶν κατεγνωσμένων οἱ ἱερεῖς ἐτάχθησαν.

κβ'. Τίς ἂν οὖν ἀρχὴ γένοιτο ταύτης ὁσιωτέρα; τίς δὲ Θεῷ τιμὴ μᾶλλον ἁρμόζουσα; παντὸς μὲν τοῦ πλήθους κατεσκευασμένου πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ἐξαίρετον δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἱερέων πεπιστευμένων, ὥσπερ δὲ τελετῆς τινος τῆς ὅλης πολιτείας οἰκονομουμένης; ἃ γὰρ ὀλίγων ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπιτηδεύοντες ἀλλόφυλοι φυλάττειν οὐ δύνανται, μυστήρια καὶ τελετὰς ὀνομάζοντες, ταῦτα μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ γνώμης ἀμεταπείστου φυλάττομεν ἡμεῖς διὰ τοῦ παντὸς αἰῶνος. Τίνες οὖν εἰσιν αἱ προρρήσεις καὶ ἀπαγορεύσεις; ἁπλαῖ τε καὶ γνώριμοι. Πρώτη δ' ἡγεῖται περὶ Θεοῦ,

Deo sententias audies, quod apud alios frequentissimum est (nec enim vulgaris tantum ac plebeius quilibet, prout peculiaris animi sensus impulerit, de Deo loquitur; sed hoc temeritatis vitium ad nonnullos etiam philosophos permanavit, quorum alii omnem Dei naturam funditus exterminare conati sunt, alii eundem omni hominum cura providentiaque spoliarunt), nec ullum in vitæ rationibus dissidium videbis: imo vero, quum summa quædam apud nos omnium sit operum functionumque communio, tum vox similiter eadem et cum ipsa lege de Deo consentiens, quæ omnia divini oculi sapientia regi profitetur. Ac quod ad vitæ instituta spectat, ex ipsis quoque mulierculis ac mancipiis intelliges, nihil non ex celeris ad unum religionis finem esse referendum.

20. Atque hinc profectum illud est, quod a nonnullis probro nobis et crimini vertitur, neminem ex nobis ullum aut novæ orationis, aut operis novi auctorem prodiisse. Nam celeri quidem, in nulla patriarum consuetudinum acquiescere, præclarum quiddam ac laude dignum arbitrantur, eosque potissimum qui aliquid earum labefactare conantur, a singulari prudentiæ vi sollertiaque commendant: nos contra, unam hanc et prudentiam et virtutem esse statuimus, nihil omnino quod cum legibus ante sancitis quoquo modo pugnet, aut invehere aut moliri. Quod sane argumento certissimo est, optime conditam hanc fuisse legem. Quæ enim secus instituta sunt, ea correctione indigere, experientia comprobatur.

21. At nos, qui hanc primam legem ex divinæ voluntatis arbitrio latam fuisse credimus, hanc deinceps violare sine impietate non possumus. Et vero, quid tandem aut ex ea mutare quis possit, aut excogitare melius, aut ab aliis convenientius mutuari? Num forte genus ipsum reipublicæ totum immutabit? At quodnam, obsecro, possit eo vel melius vel æquius institui, quod Deum quidem rerum universarum moderatorem constituat, sacerdotes vero ita publicæ maximorum negotiorum administrationi præficiat, ut illis ipsis sacerdotibus summum omnium pontificem præesse velit? quod eosdem ab ipso jam initio legislator, non pro census magnitudine, aut aliarum ejusmodi rerum, quam fortuna pepererit, copia, in tanto honoris gradu collocari voluerit, sed iis duntaxat suorum qui aliis partim orationis vi, partim etiam æquitate morum anteirent, divini cultus ritus commiserit. Ab his autem accurata et legis et reliquorum institutorum conservatio fiebat; quum et summi omnium quæsitores, et controversiarum judices, et damnatorum punitores constituti sacerdotes essent.

22. Quodnam igitur imperii genus hoc sanctius esse queat? aut qui Deo cultus convenientior exhiberi? ubi non multitudo tantum universa ad pietatem studiosissime informetur, sed etiam insignis quædam a sacerdotibus in rerum administratione diligentia exigatur, et solemnem sacri alicujus festi religionem tota reipublicæ ratio imitetur? nam quæ alienigenæ paucis aliquot diebus, mysteria appellantes statasque ceremonias, custodire non possunt, ea nos perpetuo quum suavissime, tum etiam constantissime retinemus. Quænam vero et cujusmodi sunt nostra illa vel edicta vel interdicta? Simplicia prorsus et illustria. Princeps quidem et caput omnium illud est, quod ita de

λέγουσα, ὁ Θεὸς ἔχει τὰ πάντα παντελὴς καὶ μακάριος, αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ πᾶσιν αὐτάρκης, ἀρχὴ καὶ μέσα καὶ τέλος πάντων· οὗτος ἔργοις μὲν καὶ χάρισιν ἐναργὴς καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν φανερώτερος, μορφὴν δὲ καὶ μέγεθος ἡμῖν ἀφανέστατος· πᾶσα μὲν γὰρ ὕλη πρὸς εἰκόνα τὴν τούτου, κἂν ᾖ πολυτελής, ἄτιμος, πᾶσα δὲ τέχνη πρὸς μιμήσεως ἐπίνοιαν ἄτεχνος· οὐδὲν ὅμοιον οὔτ' ἐπινοοῦμεν οὔτ' εἰκάζειν ἐστὶν ὅσιον. Ἔργα βλέπομεν αὐτοῦ, φῶς, οὐρανὸν, γῆν, ἥλιον καὶ σελήνην, ὕδατα, ζῴων γενέσεις, καρπῶν ἀναδόσεις. Ταῦτα ὁ Θεὸς ἐποίησεν οὐ χερσὶν, οὐ πόνοις, οὐδέ τινων συνεργασαμένων ἐπιδεηθεὶς, ἀλλ' αὐτοῦ καλὰ θελήσαντος καλῶς ἦν εὐθὺς γεγονότα. Τούτῳ δεῖ πάντας ἀκολουθεῖν καὶ θεραπεύειν αὐτὸν ἀσκοῦντας ἀρετήν· τρόπος γὰρ Θεοῦ θεραπείας οὗτος ὁσιώτατος.

κγ'. Εἷς ναὸς ἑνὸς Θεοῦ (φίλον γὰρ ἀεὶ παντὶ τὸ ὅμοιον), κοινὸς ἁπάντων κοινοῦ Θεοῦ ἁπάντων. Τοῦτον θεραπεύουσι μὲν διὰ παντὸς οἱ ἱερεῖς, ἡγεῖται δὲ τούτων ὁ πρῶτος ἀεὶ κατὰ γένος· οὗτος μετὰ τῶν συνιερέων θύσει τῷ Θεῷ, φυλάξει τοὺς νόμους, δικάσει περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, κολάσει τοὺς ἐλεγχθέντας ἐπ' ἀδίκῳ. Ὁ δέ γε τούτῳ μὴ πειθόμενος ὑφέξει δίκην ὡς εἰς τὸν Θεὸν αὐτὸν ἀσεβῶν. Θύομεν τὰς θυσίας οὐκ εἰς πλήρωσιν ἑαυτῶν καὶ μέθην (ἀβούλητα γὰρ τῷ Θεῷ τάδε, καὶ πρόφασις ἂν ὕβρεως γένοιτο καὶ πολυτελείας), ἀλλὰ σώφρονας, εὐτάκτους, εὐσταλεῖς, ὅπως μάλιστα σωφρονῶσι. Καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις ὑπὲρ τῆς κοινῆς εὔχεσθαι δεῖ πρῶτον σωτηρίας, εἶθ' ὑπὲρ ἑαυτῶν (ἐπὶ γὰρ κοινωνίᾳ γεγόναμεν), καὶ ταύτην ὁ προτιμῶν τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἰδίου μάλιστα εἴη Θεῷ κεχαρισμένος. Παράκλησις δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἔστω διὰ τῆς εὐχῆς καὶ δέησις οὐχ ὅπως διδῷ τὰ ἀγαθά (δέδωκε γὰρ αὐτὸς ἑκὼν καὶ πᾶσιν εἰς μέσον κατέθηκεν), ἀλλ' ὅπως δέχεσθαι δυνώμεθα καὶ λαβόντες φυλάττωμεν. Ἁγνείας ἐπὶ ταῖς θυσίαις διῄρηκεν ὁ νόμος ἀπὸ κήδους, ἀπὸ λέχους, ἀπὸ κοινωνίας τῆς πρὸς γυναῖκα, καὶ πολλῶν ἄλλων, ἃ μακρὸν ἂν εἴη νῦν γράφειν. Τοιοῦτος μὲν ὁ περὶ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκείνου θεραπείας λόγος ἡμῖν ἐστιν, ὁ δ' αὐτὸς ἅμα καὶ νόμος.

κδ'. Τίνες δὲ οἱ περὶ γάμων; μῖξιν μόνην οἶδεν ὁ νόμος κατὰ φύσιν τὴν πρὸς γυναῖκα, καὶ ταύτην εἰ μέλλοι τέκνων ἕνεκα γίνεσθαι· τὴν δὲ πρὸς ἄρρενας ἐστύγηκε, καὶ θάνατος τὸ ἐπιτίμιον, εἴ τις ἐπιχειρήσειεν. Γαμεῖν δὲ κελεύει μὴ προικὶ προσέχοντας, μηδὲ βιαίαις ἁρπαγαῖς, μηδ' ἂν δόλῳ καὶ ἀπάτῃ πείσαντας, ἀλλὰ μνηστεύειν παρὰ τοῦ δοῦναι κυρίου καὶ κατὰ συγγένειαν ἐπιτήδειον. Γυνὴ δὲ χείρων, φησὶν, ἀνδρὸς εἰς ἅπαντα. Τοιγαροῦν ὑπακουέτω, μὴ πρὸς ὕβριν, ἀλλ' ἵνα ἄρχηται· Θεὸς γὰρ ἀνδρὶ τὸ κράτος ἔδωκε. Ταύτῃ συνεῖναι δεῖ τὸν γήμαντα μόνῃ, τὸ δὲ τὴν ἄλλου πειρᾶν ἀνόσιον. Εἰ δέ τις τοῦτο πράξειεν, οὐδεμία θανάτου παραίτησις, οὔτ' εἰ βιάσαιτο παρθένον ἑτέρῳ προσωμολογημένην, οὔτ' εἰ πείσειε γεγαμημένην· τέκνα τρέφειν ἅπαντα προσέταξε. Καὶ γυναιξὶν ἀπεῖπε

Deo statuit : Deum universa complecti; perfectissimum illum esse atque beatissimum; sibi ipsi ac ceteris omnibus satis unum esse, principium, media, finemque cunctorum : eundem ut operibus ac beneficiis conspicuum, imo rerum omnium longe nobilissimum, ita quum figura, tum etiam magnitudine nobis ignotissimum : materiam omnem, ut genere ipso pretiosissima, vilem, si ad ejus imaginem exigatur, futuram; artem etiam omnem, si ad illius imitationem aspiret, inertem jacere : nihil ejus simile nec videri, nec cogitari fas esse. Hujus tamen opera sub aspectum cadere, lumen, cœlum, terram, solem, lunam, aquas, animantium procreationes, fructuumque proventus : hæc autem a Deo non manibus, non labore ullo, non precaria cujusquam opera, sed uno voluntatis suæ nutu perfecta continuo, proque eo ac statuerat, bonitatem sortita esse. Ad illum omnes adhærescere, unum virtutis exercitio colere oportere, quod ea cultus divini ratio sanctissima sit.

23. Unius Dei templum unum esse (quod simili simile delectetur), adeoque commune cum omnibus, quia Numini omnium communi sacrum. Ac sacerdotum quidem proprias ejus placandi partes esse, iis tamen unum semper aliquem præesse genere principem, qui cum aliis sacerdotibus Deo sacrificet, leges custodiat, si quid erit controversum arbitrio definiat, peractos denique reos justo supplicio coerceat. Ei qui minus paruerit, pœnam huic luendam esse quasi adversus Deum impie fecerit. Ceterum ea sacrificiorum lex est, uti ne ipsis ad ebrietatis turpitudinem abutamur (nam horret id Deus, tum vero et injuriarum et luxus occasionem præbet); verum modica, honesta, et sobria illa sint oportet, ut qui sacra faciunt, maxime modestiam præ se ferant. Jam inter sacrificandum, in primis pro communi, tum pro sua cuique salute nuncupanda vota sunt (nam ad mutuam societatem nati sumus); et qui illam sua vita potiorem habuerit, is Deum sibi maxime conciliet. Porro votorum ac precationum summa hæc sit, non uti beneficia nobis conferat (confert enim ille per sese, atque omnibus passim ingerit), verum ut ea quum rite accipere, tum diligenter conservare possimus. Ad extremum cui sacrificium faciendum erit, ei lex certa quædam præscribit lustrationum genera, quibus, susceptæ si quæ sint ex funere, lecto, uxoris consuetudine, et aliis multis rebus, quas nunc percensere longum esset, labes expientur. Atque hujusmodi nobis de Deo doctrina et divini cultus tradita ratio est, quæ legis simul vim obtinet.

24. De nuptiis vero quid? Eam tantum consuetudinem, quam cum uxore natura concedit, lex nostra probat, modo tamen ea prolis suscipiendæ causa ineatur : at marium cum maribus congressiones exsecratur, ejusque flagitii reos capitali supplicio damnat. Ceterum in matrimonio neque dotis rationem haberi, neque per vim rapi conjugem, neque dolo malo pellici vult; sed ab eo qui collocandæ potestatem habeat, postulari, sic tamen ut cognationis ratio habeatur. Ac mulier quidem, inquit scriptura, viro per omnia deterior est. Viro igitur obtemperet, non tamen contumeliæ causa, sed ut alterius imperium ac ductum sequatur : vim enim et potestatem viro Deus concessit. Unius porro tantum, quacum conjunctus fueris, expetenda consuetudo est; alterius enim uxorem tentare, nefas. Quod in scelus si quis inciderit, certum ei capitis supplicium : ut si quis aut virgini desponsæ cuipiam vim obtulerit, aut alii nuptam illexerit; liberorum quicquid susceptum erit, educari lex jubet. Vetat ne qua mulier

μήτ' ἀμβλοῦν τὸ σπαρὲν μήτε διαφθείρειν, ἀλλὰ ἣν φανείη, τεκνοκτόνος ἂν εἴη ψυχὴν ἀφανίζουσα καὶ τὸ γένος ἐλαττοῦσα. Τοιγαροῦν εἴ τις ἐπὶ λέχος ἢ φθορὰν παρέλθοι, καθαρὸς εἶναι οὐ δύναται. Ἡ καὶ μετὰ τὴν νόμιμον συνουσίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀπολούσασθαι κελεύει ὁ νόμος. Ψυχῆς τε γὰρ καὶ σώματος ἐγγίνεται μολυσμὸς, ὡς πρὸς ἄλλην χώραν ὑποβαλόντων. Καὶ γὰρ ἐμφυομένη σώμασι κακοπαθεῖ ἡ ψυχὴ, καὶ τούτων αὖ πάλιν ὡς θανάτῳ διακριθεῖσα. Δι' ὅπερ ἁγνείας ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις προσέταξεν.

κε'. Οὐ μὴν οὐδ' ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων γενέσεσιν ἐπέτρεπεν εὐωχίας συνάγειν καὶ προφάσεις ποιεῖσθαι μέθης, ἀλλὰ σώφρονα τὴν ἀρχὴν εὐθὺς τῆς τροφῆς ἔταξε καὶ γράμματα παιδεύειν ἐκέλευσε, περί τε τοὺς νόμους ἀναστρέφεσθαι καὶ τῶν προγόνων τὰς πράξεις ἐπίστασθαι, τὰς μὲν ἵνα μιμῶνται, τοῖς δ' ἵνα συντρεφόμενοι μήτε παραβαίνωσι μήτε σκῆψιν ἀγνοίας ἔχωσι.

κς'. Τῆς δ' εἰς τοὺς τετελευτηκότας προὐνόησεν ὁσίας οὔτε πολυτελείαις ἐνταφίων οὔτε κατασκευαῖς μνημείων ἐπιφανῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὴν κηδείαν προσέταξε τοῖς οἰκειοτάτοις ἐπιτελεῖν. Πᾶσι δὲ τοῖς παριοῦσι θαπτομένου τινὸς καὶ συνελθεῖν καὶ συναποδύρασθαι ἐποίησε νόμιμον, καθαίρειν δὲ καὶ τὸν οἶκον καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀπὸ κήδους, ἵνα πλεῖστον ἀπέχῃ τοῦ δοκεῖν καθαρὸς εἶναί τις φόνον ἐργασάμενος.

κζ'. Γονέων τιμὴν μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν δευτέραν ἔταξε, καὶ τὸν οὐκ ἀμειβόμενον τὰς παρ' αὐτῶν χάριτας, ἀλλ' εἰς ὁτιοῦν ἐκκλίνοντα, λιθασθησόμενον παραδίδοσθαι κελεύει. Καὶ παντὸς τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἔχειν τοὺς νέους φησὶν, ἐπεὶ πρεσβύτατον ὁ Θεός. Κρύπτειν οὐδὲν ἐᾷ πρὸς φίλους· οὐ γὰρ εἶναι φιλίαν τὴν μὴ πάντα πιστεύουσαν. Κἂν συμβῇ δέ τις ἔχθρα τούτων ἀπόρρητα λέγειν κεκώλυκε. Δικάζων εἰ δῶρά τις λάβοι, θάνατος ἡ ζημία. Περιορῶν ἱκέτην, βοηθεῖν ἐνὸν, ὑπεύθυνος. Ὃ μὴ κατέθηκέ τις, οὐκ ἀναιρήσεται. Τῶν ἀλλοτρίων οὐδενὸς ἅψεται· δανείσας, τόκον οὐ λήψεται. Ταῦτα καὶ πολλὰ τούτοις ὅμοια τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συνέχει κοινωνίαν.

κη'. Πῶς δὲ καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλοφύλους ἐπιεικείας ἐφρόνησεν ὁ νομοθέτης ἄξιον ἰδεῖν. Φανεῖται γὰρ ἄριστα πάντων προνοησάμενος, ὅπως μήτε τὰ οἰκεῖα διαφθείρωμεν, μήτε φθονήσωμεν τοῖς μετέχειν τῶν ἡμετέρων προαιρουμένοις. Ὅσοι μὲν γὰρ θέλουσιν ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν νόμους ζῆν ὑπελθόντες, δέχεται φιλοφρόνως, οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει τοῦ βίου νομίζων εἶναι τὴν οἰκειότητα. Τοὺς δ' ἐκ παρέργου προσιόντας ἀναμίγνυσθαι ταῖς συνηθείαις οὐκ ἠθέλησε.

κθ'. Τἄλλα δὲ προείρηκεν ὧν ἐστιν ἡ μετάδοσις ἀναγκαία· πᾶσι παρέχειν τοῖς δεομένοις πῦρ, ὕδωρ, τροφὴν, ὁδοὺς φράζειν, ἄταφον μὴ περιορᾶν. Ἐπιεικῆ

susceptum semen aut ejiciat, aut exstinguat : quæ secus faxit, pro liberorum interfectrice haberi vult, perinde ac si re ipsa et fœtus vitam oppresserit, et generis sui propagationem inhibuerit. Ergo si quis ad corruptionem stuprumque processerit, mundus esse non potest. Imo etiam post viri ac mulieris legitimam conjunctionem lavare jubet lex. Animæ siquidem et corporis pollutio innascitur, velut quasi ad aliam regionem animam demittant. Etenim anima corporibus insita male habet, atque ab iis iterum per mortem velut secernitur. Ideo lustrationes in omni hoc genere præcepit.

25. Jam nec liberorum natalitia lautioribus conviviis celebrari voluit, ne ebrietati color inde aliquis quæreretur : sed eos ab ipsa jam ætate ineunte quum ad moderatum victum assuescere, tum literis informari, legisque præcepta simul et res majorum præclaras edoceri : ut harum ad imitationem excitentur, illa vero cum ipso lacte combibentes, nec deinceps violare conentur, nec eorum ignorationem excusare possint.

26. Defunctorum etiam justis ita prospexit, ut neque profusis sumptibus, neque illustrium sepulcrorum apparatu luxus aleretur : sed quæ funeri necessaria sunt, ea propinquioribus perficienda mandavit. Et quicunque, dum cadaver efferretur, illac iter haberent, ii ut ad funebrem sese pompam compararent, lacrimasque suas adjungerent, pro lege sancivit. Domum præterea familiamque lustrari a funere voluit, ut ex eo jure quivis intelligeret, quam ille contaminatus haberetur qui cædem fecisset.

27. Liberorum erga parentes observantiam secundum a Dei cultu locum tenere jussit : et qui mutuam eorum beneficiis gratiam referre ulla in re neglexerit, eum lapidibus obruendum esse statuit. Junioribus suum erga seniores, quia omnium antiquissimus Deus, honorem imperavit. Amicis occultum mutuo nihil esse patitur, quod nulla ea sit amicitia, quæ amicorum fidei omnia non credat. Quodsi postea suboriantur inimicitiæ, eorum tamen arcana vulgari prohibet. Judex si munera acceperit, morte mulctatur. Qui supplicem, cui præsto esse potuisset, neglexerit, reus est. Quod non deposueris, auferre non licet. Alieni quicquam attingere nemo potest; nemo fœnus pro mutuo exigere. His multisque aliis vinculis mutua inter nos societas continetur.

28. Sed et operæ pretium fuerit videre, qua nos erga extraneos æquitate noster hic legislator esse voluerit. Quivis enim intelliget, omnium optime ab eo provisum id fuisse, uti nec patriorum ipsi rituum integritatem labefactemus, nec communionem rerum nostrarum cupidis earum invideamus. Quotquot enim legibus nostris vivere optaverint, omnes peramanter excipit, utique non solo genere, sed etiam voluntaria instituti societate communionem istam contineri ratus. Qui vero non nisi obiter ad nos atque aliud agentes accederent, eos in consuetudinem penitus admitti noluit.

29. Cetera quoque edixit, quorum omnino copiam fieri necesse est : cujusmodi sunt, indigentibus ignem, aquam, cibumque præbere, monstrare viam, insepultum neminem

δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους κριθέντα εἶναι. Οὐδὲ γὰρ ἐᾷ τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν, οὐδὲ κόπτειν ἥμερα δένδρα συγκεχώρηκεν· ἀλλὰ καὶ σκυλεύειν ἀπείρηκε τοὺς ἐν μάχῃ πεσόντας. Καὶ τῶν αἰχμαλώτων προὐνόησεν ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῇ, μάλιστα δὲ γυναικῶν. Οὕτω δὲ ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἡμᾶς ἐπαίδευσεν, ὡς οὐδὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὠλιγώρηκεν. Ἀλλὰ μόνην μὲν ἀφῆκε τούτων χρῆσιν τὴν νόμιμον, πᾶσαν δ' ἑτέραν ἐκώλυσεν. Ἃ δ' ὥσπερ ἱκετεύοντα προσφεύγει ταῖς οἰκίαις, ἀπεῖπεν ἀνελεῖν. Οὐδὲ νεοττοῖς ἐπέτρεψε τοὺς γονέας αὐτῶν συνεξαίρειν· φείδεσθαι δὲ κἂν τῇ πολεμίᾳ τῶν ἐργαζομένων ζώων, καὶ μὴ φονεύειν. Οὕτω πανταχόθεν τὰ πρὸς ἐπιείκειαν περιεσκέψατο, διδασκαλικοῖς μὲν τοῖς προειρημένοις χρησάμενος νόμοις, τοὺς δ' αὖ κατὰ τῶν παραβαινόντων τιμωρητικοὺς τάξας ἄνευ προφάσεως.

λ'. Ζημία γὰρ ἐπὶ τοῖς πλείστοις τῶν παραβαινόντων ἐστὶ θάνατος, ἂν μοιχεύσῃ τις, ἂν βιάσηται κόρην, ἂν ἄρσενι τολμήσῃ πεῖραν προσφέρειν, ἂν ὑπομείνῃ παθεῖν πειρασθείς. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ δούλοις ὁμοίως ὁ νόμος ἀπαραίτητος. Ἀλλὰ καὶ περὶ μέτρων εἴ τις κακουργήσειεν, ἢ σταθμῶν, ἢ περὶ πράσεως ἀδίκου καὶ δόλῳ γενομένης, κἂν ὑφέληταί τις ἀλλότριον, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται· πάντων εἰσὶ κολάσεις, οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. Περὶ μὲν γὰρ γονέων ἀδικίας, ἢ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβείας, κἂν μέλλῃ τις, εὐθέως ἀπόλλυται. Τοῖς μέντοι γε κατὰ τοὺς νόμους πάντα πράττουσι τὸ γέρας ἐστὶν οὐκ ἄργυρος, οὐδὲ χρυσὸς, οὐ μὴν οὐδὲ κοτίνου στέφανος, ἢ σελίνου, καὶ τοιαύτη τις ἀνακήρυξις, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ τὸ συνειδὸς ἔχων μαρτυροῦν πεπίστευκε (τοῦ μὲν νομοθέτου προφητεύσαντος, τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν πίστιν ἰσχυρὰν παρεσχηκότος) ὅτι τοῖς τοὺς νόμους διαφυλάξασι, κἂν εἰ δέοι θνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν προθύμως ἀποθανοῦσιν, ἔδωκεν ὁ Θεὸς γενέσθαι τε πάλιν καὶ βίον ἀμείνω λαβεῖν ἐκ περιτροπῆς. Ὤκνουν δ' ἂν ἐγὼ νῦν ταῦτα γράφειν, εἰ μὴ διὰ τῶν ἔργων ἅπασιν ἦν φανερὸν ὅτι πολλοὶ καὶ πολλάκις ἤδη τῶν ἡμετέρων περὶ τοῦ μηδὲ ῥῆμα φθέγξασθαι παρὰ τὸν νόμον πάντα παθεῖν γενναίως προείλοντο.

λα'. Καίτοι γε εἰ μὴ συμβεβήκει γνώριμον ἡμῶν τὸ ἔθνος ἅπασιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν κἂν φανερῷ κεῖσθαι τὴν ἐθελούσιον ἡμῶν τοῖς νόμοις ἀκολουθίαν, ἀλλά τις ἢ συγγράψαι λέγων αὐτὸς ἀνεγίνωσκε τοῖς Ἕλλησιν, ἤ που γε περιτυχεῖν ἔξω τῆς γινωσκομένης γῆς ἔφασκεν ἀνθρώποις, τοιαύτην μὲν ἔχουσι δόξαν οὕτω σεμνὴν περὶ τοῦ Θεοῦ, τοιούτοις δὲ νόμοις πολὺν αἰῶνα βεβαίως ἐμμεμενηκόσι, πάντας ἂν οἶμαι θαυμάσαι διὰ τὰς συνεχεῖς παρ' αὐτοῖς μεταβολάς. Ἀμέλει τῶν γράψαι τι παραπλήσιον εἰς πολιτείαν καὶ νόμους ἐπιχειρησάντων, ὡς θαυμαστὰ συνθέντων κατηγοροῦσι, φάσκοντες αὐτοὺς λαβεῖν ἀδυνάτους ὑποθέσεις. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους παραλείπω φιλοσόφους, ὅσοι τι τοιοῦτον ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐπραγματεύσαντο. Πλάτων δὲ θαυμαζόμε-

præterire. Imo suam quoque adversus hostes appellatos æquitatem constare voluit: dum nec illorum agros igne vastari, nec mites arbores succidi permisit; sed et eos, qui in acie cecidissent, a victoribus spoliari prohibuit. Et captivos, maximeque mulieres, ab injuriis vindicavit. Ac nos ita ad mansuetudinem et humanitatem repetitis longius præceptis condocefecit, ut ne brutarum quidem animantium curam neglexerit. Nam ubi a legitimo, quem unum concedit, earum usu discesseris, omni alio interdixit. Si quæ supplicum instar nostras in ædes confugerint, eas interfici vetuit: aut parentes cum pullis e nido tolli, aut animantes illas, quarum opera homines uti solent, etiam in hostili solo mactari noluit. Tantopere benignitati consultum esse cupiebat, partim ferendis iis, quæ adhuc commemoratæ sunt, quæque ad morum informationem pertinent, legibus; partim aliis sanciendis, quibus in superiorum violatores, citra excusationem omnem, pœnæ statuuntur.

30. Pœnam enim capitis proposuit plurimis delinquentium, ut ei qui adulterium patraverit; qui puellæ vim attulerit; qui vel marem de stupro appellare ausus, vel appellanti sponte obsequutus sit. Exstat etiam de servis lex ejusmodi, quam deprecari nemo queat. De mensuris item atque ponderibus, si quis flagitium commiserit, aut injuste quidpiam doloque malo vendiderit: qui vel ex rebus alienis furatus aliquid fuerit, vel quod abs se depositum non esset abstulerit: pœnæ omnium sunt non quales utique apud ceteros obtinent, sed quas summa fere severitas postulabat, constitutæ. Nam aut de parentum injuria, aut in Deum impietate, qui vel cogitarit, is ad mortem continuo rapitur. Jam qui legis ad præcepta rebus in omnibus adhærescunt, iis præmium est, non argentum, vel aurum, neque etiam corona ex oleastro, vel apio, aut aliquid ejusmodi præconium: sed conscientiæ quisque suæ testimonio freti, quod et legislator prædixit, et Deus certissimæ fidei pignore confirmavit, futurum omnino credant, ut illis qui leges constanter servaverint, proque eis, si opus sit mori, libenter strenueque mortem susceperint, et novum deinceps ortum, et vitæ vicissim alterius longeque melioris fructum Deus largiatur. Quæ sane ego nunc scribere reformidarem, nisi ex factis cognitum id omnibus intelligerem, hominum plerosque nostrorum, sæpiuscule, ne vel una sibi contra legem vocula excideret, omnia fortiter pertulisse.

31. Quod si non usque adeo in hominum cognitionem gens nostra venisset, neque singulare voluntatis studium, quo legibus obsequimur, in eorum oculis ac luce versaretur, si quis exsisteret, qui vel instituta nostra, quæ descripta abs sese diceret, Græcis audientibus recitaret, aut extra noti orbis terminos, in eos se alicubi homines incidisse narraret, qui quum tam graviter ac sublime de Deo sentirent, tum etiam iis legibus plura jam sæcula constantissime viverent: equidem in summa omnes admiratione tum futuros existimo, quum iis simul tam crebrarum apud se conversionum in mentem veniret. Enimvero qui ex illis simile quiddam de republica et legibus scribere conati sunt, eos quasi monstra quædam ac prodigia composuissent, et argumenta humanis viribus majora suscepissent, reprehendi ab omni-

νος παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὡς καὶ σεμνότητι βίου διενεγκὼν καὶ δυνάμει λόγων, καὶ πειθοῖ πάντας ὑπεράρας τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ γεγονότας, ὑπὸ τῶν φασκόντων δεινοὺς εἶναι τὰ πολιτικὰ μικροῦ δεῖν χλευαζόμενος καὶ κωμῳδούμενος διατελεῖ. Καίτοι τἀκείνου σκοπῶν συχνῶς τις ἂν εὕροι ῥᾷονα ὄντα καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἔγγιον συνηθείας. Αὐτὸς δὲ Πλάτων ὡμολόγησεν ὅτι τὴν ἀληθῆ περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν εἰς τὴν τῶν ὄχλων ἄγνοιαν οὐκ ἦν ἀσφαλὲς ἐξενεγκεῖν. Ἀλλὰ τὰ μὲν Πλάτωνος λόγους τινὰς εἶναι κενοὺς νομίζουσι, κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν κεκαλλιγραφημένους. Μάλιστα δὲ τῶν νομοθετῶν Λουκοῦργόν τε θαυμάζουσι καὶ τὴν Σπάρτην ἅπαντες ὑμνοῦσιν ὅτι τοῖς ἐκείνου νόμοις ἐπὶ πλεῖστον ἐνεκαρτέρησεν. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν ὁμολογείσθω τεκμήριον ἀρετῆς εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις. Οἱ δὲ Λακεδαιμονίους θαυμάζοντες τὸν ἐκείνων χρόνον ἀντιπαραβαλλέτωσαν τοῖς πλείοσιν ἢ δισχιλίοις ἔτεσι τῆς ἡμετέρας πολιτείας, καὶ προσέτι λογιζέσθωσαν ὅτι Λακεδαιμόνιοι μὲν ὅσον ἐφ' ἑαυτῶν χρόνον εἶχον τὴν ἐλευθερίαν, ἀκριβῶς ἔδοξαν τοὺς νόμους διαφυλάττειν· ἐπεὶ μέντοι περὶ αὐτοὺς ἐγένοντο μεταβολαὶ τῆς τύχης, μικροῦ δεῖν ἁπάντων ἐξελάθοντο τῶν νόμων. Ἡμεῖς δ' ἐν τύχαις μυρίαις γεγονότες, διὰ τὰς τῶν βασιλευσάντων τῆς Ἀσίας μεταβολάς, οὐδ' ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν δεινῶν τοὺς νόμους προὔδομεν, οὐκ ἀργίας οὐδὲ τρυφῆς αὐτοὺς χάριν περιέποντες, ἀλλ' εἴ τις ἐθέλοι σκοπεῖν, πολλῷ τινι τῆς δοκούσης ἐπιτετάχθαι Λακεδαιμονίοις καρτερίας μείζονας ἄθλους καὶ πόνους ἡμῖν ἐπιτιθέντας. Οἱ μέν γε μήτε γῆν ἐργαζόμενοι μήτε περὶ τέχνας πονοῦντες, ἀλλὰ πάσης ἐργασίας ἄφετοι, λιπαροί, καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκοῦντες, ἐπὶ τῆς πόλεως διῆγον, ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς ἅπαντα τὰ τοῦ βίου χρώμενοι καὶ τροφὴν ἑτοίμην παρ' ἐκείνων λαμβάνοντες. Ἐφ' ἣν δὴ τοῦτο μόνον τὸ καλὸν ἔργον καὶ φιλάνθρωπον, ἅπαντα καὶ πράττειν καὶ πάσχειν ὑπομένοντες, τὸ κρατεῖν πάντων ἐφ' οὓς ἂν στρατεύωσιν. Ὅτι δὲ μηδὲ τοῦτο κατώρθωσαν, ἐῶ λέγειν· οὐ γὰρ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ πολλάκις ἀθρόως τῶν τοῦ νόμου προσταγμάτων ἀμελήσαντες αὐτοὺς μετὰ τῶν ὅπλων παρέδοσαν τοῖς πολεμίοις.

λϐ'. Ἆρ' οὖν καὶ παρ' ἡμῖν, οὐ λέγω τοσούτους, ἀλλὰ δύο ἢ τρεῖς ἔγνω τις προδότας γενομένους τῶν νόμων, ἢ θάνατον φοβηθέντας, οὐχὶ τὸν ῥᾷστον ἐκεῖνον λέγω, τὸν συμβαίνοντα τοῖς μαχομένοις, ἀλλὰ τὸν μετὰ λύμης τῶν σωμάτων, ὁποῖος εἶναι δοκεῖ πάντων χαλεπώτατος; ὥστ' ἐγὼ νομίζω τινὰς κρατήσαντας ἡμῶν οὐχ ὑπὸ μίσους προσφέρεσθαι ὡς ὑποχειρίοις, ἀλλ' ὡς θαυμαστόν τι θέαμα βουλομένους ἰδεῖν, εἴ τινές εἰσιν ἄνθρωποι οἳ μόνον εἶναι κακὸν αὐτοῖς πεπιστευκότες, εἰ πρᾶξαί τι παρὰ τοὺς ἑαυτῶν νόμους, ἢ λόγον εἰπεῖν παρ' ἐκείνους παραβιασθεῖεν. Οὐ χρὴ δὴ θαυμάζειν εἰ πρὸς θάνατον ἀνδρείως ἔχομεν ὑπὲρ τῶν νόμων παρὰ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. Οὐδὲ γὰρ τὰ ῥᾷστα δοκοῦντα τῶν ἡμετέρων ἐπιτηδευμάτων ἄλλοι ῥᾳδίως ὑπομένου-

bus et accusari videmus. Alios philosophos prætereo, qui in simili disputationis genere versati sunt : Plato certe quidem, is qui propter singularem vitæ morumque gravitatem, et eximiam dicendi ac persuadendi vim, qua philosophorum nationem longe superavit, Græcorum omnium ore ad miraculum usque celebratur; ille, inquam, Plato, eorum qui aliquid se in republica gerenda videre arbitrantur, risu prope ac sibilis tanquam in theatro traducitur. Cujus tamen si quis hac de re scripta diligenter evolverit, is molliora pleraque vulgique consuetudini propiora reperiet. Nam ipse quidem ita profitetur, veram de Deo sententiam multitudinis stultitiæ secure committi non posse. Ceterum ista Platonis instituta sunt quibus verba tantum inania et exquisito quodam artificio contexta videantur. At Lycurgum quod attinet, illum maxime omnium legislatorum in admiratione habent, Spartamque omnes celebrant, quod ejus in legibus diutissime acquieverit. Ergo primum hoc habemus, virtutis argumento esse, quod legibus obtemperent. Deinde præcones isti Lacedæmoniorum, exiguum illorum constantiæ tempus cum duobus et amplius reipublicæ nostræ annorum millibus conferant, tum ita secum ipsi reputent; Lacedæmonios quam diu solum antiquam libertatem retinere potuerunt, suarum quoque legum retinentes fuisse : ubi vero fortunæ inclinationes factæ essent, tum earum simul omnem prope memoriam abjecisse. Verum nos, infinitis casibus ob frequentes regum Asiæ mutationes jactati, ne in supremis quidem periculis nostras unquam leges prodidimus, non ut in otio viveremus aut luxuriæ nosmet daremus, eas observantes; sed, si quis considerare voluerit, multo majora nobis certamina et opera imposita esse videbit, quam fuit illa tolerantia, quæ Lacedæmoniis jussa esse censetur. Illi quippe neque agrum colentes, neque circa opificia sese exercentes, sed ab omni opere vacui, pingues, et corpora ad pulchritudinem exercentes in civitate degebant, aliis ministris ad omnia vitæ necessaria utentes, et cibum paratum ab illis accipientes. Quam sane ob rem, id quod solum opus bonum et humanum, omnia facere et pati sustinent, ut victoriam in bello reportent. Quod autem ne hoc quidem perficere potuerunt, omitto dicere : non enim singuli solummodo, sed et frequenter multi confertim legis præcepta negligentes semetipsos cum armis hostibus tradidere.

32. Utrum igitur apud nos, non dico totidem, sed duo vel tres agniti fuerint legis proditores, vel mortem formidantes, non dico illam facilem, quæ solet præliantibus accidere, sed quæ cum corporis vexatione juncta omnium videri solet gravissima? quam (ut ego puto) quidam prævalentes nobis in potestatem suam redactis non per odium inflixerunt, sed desiderio videndi admirandum quoddam spectaculum, an homines sint qui unum tantummodo ipsis malum esse crederent, si agere quicquam contra leges suas, aut aliquid contra ipsas dicere ulla vi adigerentur. Nihil igitur miri esse debet, si mortem super alios omnes pro legibus fortiter oppetimus. Haud enim quæ ex nostris institutis facillima videntur, alii facile patiuntur,

σιν, αὐτουργίαν λέγω καὶ τροφῆς λιτότητα, καὶ τὸ μηδὲν εἰκῇ μηδ' ὡς ἔτυχεν ἕκαστος, ἐπιτεθυμηκὼς φαγεῖν ἢ πιεῖν, ἢ συνουσίᾳ προσελθεῖν, ἢ πολυτελείᾳ, καὶ πάλιν ἀργίας ὑπομεῖναι τάξιν ἀμετακίνητον. Ἀλλ' οἱ τοῖς ξίφεσιν ὁμόσε χωροῦντες καὶ τοὺς πολεμίους ἐξ ἐφόδου τρεπόμενοι, τοῖς προστάγμασι τοῖς περὶ διαίτης οὐκ ἀντέβλεψαν. Ἡμῖν δὲ πάλιν ἐκ τοῦ περὶ ταῦτα τῷ νόμῳ πειθαρχεῖν ἡδέως κἀκεῖ περίεστιν ἐπιδείκνυσθαι τὸ γενναῖον.

λγ'. Εἶτα Λυσίμαχοι καὶ Μόλωνες καὶ τοιοῦτοί τινες ἄλλοι συγγραφεῖς, ἀδόκιμοι σοφισταί, μειρακίων ἀπατεῶνες, ὡς πάνυ ἡμᾶς φαυλοτάτους ἀνθρώπων λοιδοροῦσιν. Ἐγὼ δ' οὐκ ἂν ἐβουλόμην περὶ τῶν παρ' ἑτέροις νομίμων ἐξετάζειν. Τὰ γὰρ αὐτῶν ἡμῖν φυλάττειν πάτριόν ἐστιν, οὐ τῶν ἀλλοτρίων κατηγορεῖν· καὶ περί γε τοῦ μήτε χλευάζειν μήτε βλασφημεῖν τοὺς νομιζομένους θεοὺς παρ' ἑτέροις ἄντικρυς ἡμῖν ὁ νομοθέτης ἀπείρηκεν, αὐτῆς ἕνεκα προσηγορίας τοῦ Θεοῦ. Τῶν δὲ κατηγόρων διὰ τῆς ἀντιπαραθέσεως ἡμᾶς ἐλέγχειν οἰομένων, οὐχ οἷόντε κατασιωπᾶν, ἄλλως τε καὶ τοῦ λόγου μέλλοντος οὐχ ὑφ' ἡμῶν ἐλεγχθήσεσθαι τῶν νῦν αὐτὸν συντιθέντων, ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν εἰρημένου καὶ λίαν εὐδοκιμούντων. Τίς γὰρ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ σοφίᾳ τεθαυμασμένων οὐκ ἐπιτετίμηκε καὶ ποιητῶν τοῖς ἐπιφανεστάτοις, καὶ νομοθετῶν τοῖς μάλιστα πεπιστευμένοις, ὅτι τοιαύτας δόξας περὶ θεῶν ἐξ ἀρχῆς τοῖς πλήθεσιν ἐγκατέσπειραν; ἀριθμῷ μὲν ὁπόσους ἂν αὐτοὶ ἐθελήσωσιν ἀποφήνασθαι, ἐξ ἀλλήλων δὲ γινομένους, καὶ κατὰ παντοίους τρόπους γενέσεων· τούτους δὲ καὶ διαιροῦντες τόποις καὶ διαίταις ὥσπερ τῶν ζώων τὰ γένη, τοὺς μὲν ὑπὸ γῆν, τοὺς δὲ ἐν θαλάττῃ, τοὺς μέντοι πρεσβυτάτους αὐτῶν ἐν ταρτάρῳ δεδεμένους· ὅσοις δὲ τὸν οὐρανὸν ἀπένειμαν, τούτοις πατέρα μὲν τῷ λόγῳ, τύραννον δὲ τοῖς ἔργοις καὶ δεσπότην ἐφιστάντες· καὶ διὰ τοῦτο συνισταμένην ἐπιβουλὴν ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ γυναικὸς καὶ ἀδελφοῦ καὶ θυγατρὸς, ἣν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ἐγέννησεν, ἵνα δὴ συλλαβόντες αὐτὸν καθείρξωσιν, ὥσπερ αὐτὸς ἐκεῖνος τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ.

λδ'. Ταῦτα δικαίως μέμψεως πολλῆς ἀξιοῦσιν οἱ φρονήσει διαφέροντες, καὶ πρὸς τούτοις καταγελῶσιν, εἰ τῶν θεῶν τοὺς μὲν ἀγενείους καὶ μειράκια, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ γενειῶντας εἶναι χρὴ δοκεῖν, ἄλλους δὲ τετάχθαι πρὸς ταῖς τέχναις, χαλκεύοντά τινα, τὴν δὲ ὑφαίνουσαν, τὸν δὲ πολεμοῦντα καὶ μετὰ ἀνθρώπων μαχόμενον, τοὺς δὲ κιθαρίζοντας, ἢ τοξικῇ χαίροντας· εἶτ' αὐτοῖς ἐγγινομένας πρὸς ἀλλήλους στάσεις καὶ περὶ ἀνθρώπων φιλονεικίας, μέχρι τοῦ μὴ μόνον ἀλλήλοις τὰς χεῖρας προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων τραυματιζομένους ὀδύρεσθαι καὶ κακοπαθεῖν. Τὸ δὲ δὴ πάντων ἀσελγέστερον, τὴν περὶ τὰς μίξεις ἀκρασίαν καὶ τοὺς ἔρωτας, πῶς οὐκ ἄτοπον μικροῦ δεῖν ἅπασι προσάψαι, καὶ τοῖς ἄρρεσι τῶν θεῶν καὶ ταῖς θηλείαις; Εἶθ' ὁ γενναιότατος καὶ πρῶτος αὐτὸς ὁ πατὴρ, τὰς

videlicet manuum laborem, simplicemque et tenuem victum, et ut nihil fortuito neque quod quisque expetat id comedat aut bibat, aut ad concubitum accedat, aut splendide vestiatur, rursusque ut cessationis a labore modus immutabilis observetur. Quin et quum acie congrediuntur, et hostes ex incursibus et populationibus fugant, ordinationibus de vivendi ratione non reluctantur. Nobis vero rursus gratum est circa hæc legibus obedire, et illic abunde habemus ad fortitudinis specimen exhibendum.

33. Et jam Lysimachi et Molones, et quidam hujusmodi alii scriptores, improbi sophistæ, adolescentum deceptores, nos quasi mortalium ignavissimos conviciis insectantur. Ego sane nolo in instituta aliena inquirere. Quippe nostratibus moris est patrii propria servare, non aliena accusatum ire; et ridere eos quos gentium aliarum opinio deos confinxit, iisve maledicere, id expresse legislator noster vetuit ob ipsam Dei appellationem. Sed quum accusatores nos facta contentione a se refelli arbitrentur, tacere nequeo, præsertim quum quæ dicturus sum, ea non nunc primum a nobis excogitata, sed jam ante a multis et quidem probatissimis dicta fuisse constet. Quis enim eorum qui apud Græcos ob sapientiam in admiratione habentur, non redarguit nobilissimos poetas, et legislatores maximæ fidei, quod tales de diis opiniones ab initio populis inseverint? facientes eos numero quidem quantos ipsi voluere, ex alterutris vero et variis nascendi modis procreatos : hos autem separantes locis et habitaculis, tanquam genera animalium, alios quidem sub terra, alios in mari, illorum vero antiquissimos in Tartaro vinctos collocarunt : quibus vero cœlum attribuerunt, his verbo quidem patrem, re autem vera tyrannum et dominum præficiendo : ideoque conflatas finxerunt in eum insidias ab uxore et fratre et filia, quam suo e capite procreavit, ut ipsum comprehensum vincirent, sicut ille ipse suum patrem.

34. Ista multa reprehensione digna existimant viri sapientia præcellentes, et præterea in ridiculo habent, quod deorum quidem aliquos imberbes et adolescentulos, alios vero ætate provectiores et barbatos esse credendum sit; quin et alios artibus præfectos esse, unum quippe fabrum, aliamque textricem, hunc vero belligerantem et cum hominibus pugnantem, aliosque citharizantes, aut arcu gaudentes : deinde inter se invicem seditiones exortas et hominum gratia contentiones, adeo ut non solum inter se alii aliis manus injicerent, sed etiam ab hominibus vulnerati lugerent et mala perferrent. Quod vero omnium flagitiosissimum, coitus intemperantiam et amores omnibus fere tum maribus tum feminis diis tribuere, quomodo non absurdum? Deinde, præstantissimus illorum et princeps,

ἀπατηθείσας ὑπ' αὐτοῦ καὶ γενομένας ἐγκύους, καθειργνυμένας ἢ καταποντιζομένας περιορᾷ· καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας οὔτε σώζειν δύναται, κρατούμενος ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, οὔτ' ἀδακρυτὶ τοὺς θανάτους αὐτῶν ὑπομένειν. Καλά γε ταῦτα καὶ τούτοις ἄλλα ἑπόμενα, μοιχείας μὲν ἐν οὐρανῷ βλεπομένης οὕτως ἀναισχύντως ὑπὸ τῶν θεῶν, ὥστε τινὰς καὶ ζηλοῦν ὁμολογεῖν τοὺς ἐπ' αὐτῇ δεδεμένους. Τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, ὁπότε μηδ' ὁ πρεσβύτατος καὶ βασιλεὺς ἐδυνήθη τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα μίξεως ἐπισχεῖν τὴν ὁρμὴν ὅσον γοῦν εἰς τὸ δωμάτιον ἀπελθεῖν; Οἱ δὲ δὴ δουλεύοντες τοῖς ἀνθρώποις θεοί, καὶ νῦν μὲν οἰκοδομοῦντες ἐπὶ μισθῷ, νῦν δὲ ποιμαίνοντες, ἄλλοι δὲ τρόπον κακούργων ἐν χαλκῷ δεδεμένοι δεσμωτηρίῳ, τίνα τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἂν παροξύνειαν, καὶ τοῖς ταῦτα συνθεῖσιν ἐπιπλῆξαι, καὶ πολλὴν εὐήθειαν καταγνῶναι τῶν προϊεμένων; Οἱ δὲ καὶ δεῖμόν τινα καὶ φόβον, ἤδη δὲ καὶ λύσσαν καὶ ἀπάτην, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν κακίστων παθῶν εἰς θεοῦ φύσιν καὶ μορφὴν ἀνέπλασαν. Τοῖς δὲ εὐφημοτέροις τούτων καὶ θύειν τὰς πόλεις ἔπεισαν. Τοιγαροῦν εἰς πολλὴν ἀνάγκην καθίστανται, τοὺς μέν τινας τῶν θεῶν νομίζειν δοτῆρας ἀγαθῶν, τοὺς δὲ καλεῖν ἀποτροπαίους. Εἶτα δὲ τούτους, ὥσπερ τοὺς πονηροτάτους τῶν ἀνθρώπων, χάρισι καὶ δώροις ἀποσείονται, μέγα τι λήψεσθαι κακὸν ὑπ' αὐτῶν προσδοκῶντες, εἰ μὴ μισθὸν αὐτοῖς παράσχοιεν.

λε'. Τί τοίνυν τὸ αἴτιον τῆς τοσαύτης ἀνωμαλίας καὶ περὶ τὸ θεῖον πλημμελείας; ἐγὼ μὲν ὑπολαμβάνω τὸ μήτε τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐξ ἀρχῆς συνιδεῖν αὐτῶν τοὺς νομοθέτας μήθ' ὅσον καὶ λαβεῖν ἠδυνήθησαν ἀκριβῆ γνῶσιν διορίσαντας, πρὸς τοῦτο ποιήσασθαι τὴν ἄλλην τάξιν τοῦ πολιτεύματος, ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο τι τῶν φαυλοτάτων ἐφῆκαν, τοῖς μὲν ποιηταῖς, οὕστινας ἂν βούλωνται θεοὺς εἰσάγειν, πάντα πάσχοντας, τοῖς δὲ ῥήτορσι, πολιτογραφεῖν διὰ ψηφισμάτων ξένων θεῶν τὸν ἐπιτήδειον. Πολλῆς δὲ καὶ ζωγράφοι καὶ πλάσται τῆς εἰς τοῦτο παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀπέλαυσαν ἐξουσίας, αὐτὸς ἕκαστός τινα μορφὴν ἐπινοῶν, ὁ μὲν ἐκ πηλοῦ πλάττων, ὁ δὲ γράφων· οἱ δὲ μάλιστα θαυμαζόμενοι τῶν δημιουργῶν τὸν ἐλέφαντα καὶ τὸν χρυσὸν ἔχουσι, τῆς ἀεὶ καινουργίας τὴν ὑπόθεσιν. [Καὶ τὰ μὲν τῶν ἱερῶν ἐν ἐρημίᾳ παντελῶς εἰσιν, τὰ δὲ ἐμπερισπούδαστα καθάρσεσι παντοδαπαῖς περικοσμούμενα.] Εἶθ' οἱ μὲν πρότερον ἐν ταῖς τιμαῖς ἀκμάσαντες θεοὶ γεγηράκασιν· [οἱ δὲ ἐπακμάζοντες τούτων ἐν δευτέρᾳ τάξει ὑποβέβληνται· οὕτω γὰρ εὐφημότερον λέγειν·] ἄλλοι δὲ καινοί τινες εἰσαγόμενοι θρησκείας τυγχάνουσιν, [ὡς, ἐν παρεκβάσει ὧν προείπομεν, τοὺς τόπους ἐρημωθέντας καταλιπεῖν]. Καὶ τῶν ἱερῶν τὰ μὲν ἐρημοῦνται, τὰ δὲ νεωστὶ κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων βούλησιν ἕκαστος ἱδρύεται, δέον τοὐναντίον τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν αὐτοὺς καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν τιμὴν ἀμετακίνητον διαφυλάττειν.

λς'. Ἀπολλώνιος μὲν οὖν ὁ Μόλων τῶν ἀνοήτων εἷς

idemque pater, seductas a semetipso et gravidas factas mulieres in carcerem inclusas aut in mare demersas insuper habet; eosque qui ex ipso nati sunt nec liberare potest, utpote fato constrictus, neque sine lacrimis eorum perferre mortes. Pulchra sane hæc, et his alia consequentia: quod adulterium in cœlo ita impudenter spectetur a diis, ut alii invidere se faterentur in tali fœditate vinctis. Quid enim facturi non essent, quum nec vetustissimus quidem illorum et rex ab uxoris congressu continere se potuerit donec saltem in cubiculum venissent? Alii vero dii servientes hominibus, et nunc mercedis gratia ædificantes, nunc autem greges pascentes, alii iterum maleficorum more in æneo carcere vincti, quem sapientum non irritarent, et ad eos redarguendos qui talia finxerunt, et ad magnam credentium stultitiam condemnandam? Alii vero et pavorem quendam et terrorem, necnon et rabiem atque fraudem, et quas non perturbationes pessimas in dei naturam formamque effinxerunt. Horumque honestioribus sacra facere etiam civitatibus persuaserunt. Unde necesse habent ut deorum quosdam bonorum largitores, aliosque vocent malorum depulsores. Deinde vero eos veluti malignissimos homines muneribus atque donis placare contendunt, magni quid mali se ab illis passuros exspectantes, nisi mercedem eis studiose præbuerint.

35. Quæ igitur causa est tantæ inæqualitatis, tantique in Deum delicti? Ego quidem arbitror, quod neque veram Dei naturam principio perspexerint eorum legislatores, neque, quantum consequi valuerant, cognitione accurate explicata, inde reliquam ordinarint rempublicam, sed quasi res esset parvi itidem ut aliæ momenti, neglexerint, dantes potestatem poetis, ut quos vellent deos introducerent omnia pati paratos; rhetoribus vero, deos peregrinos, ut quemque maxime idoneum judicarent, plebiscito admittere. Præterea pictores et plastæ in hoc apud Græcos multam habuere potestatem, ut cuilibet liceret formam quandam excogitare, alius quidem ex luto quod vellet fingens, alius vero pingens: qui vero opificum maxime in admiratione sunt, ebur et aurum habent, subjectam perpetuo rei novæ exprimendæ materiam. Proinde fanorum quidem alia plane jacent in solitudine, alia singulari studio frequentantur et expiationum omni genere exornantur. Et qui antea honoribus floruerunt dii, consenuere; qui vero ætate vigent, ii in secundam classem, ut honorificentius dicam, surrogati sunt, alii novi, nescio qui, introducti religione potiuntur, ut interim, quod diximus, deserta loca derelinquantur. Et fanorum alia deseruntur; alia cujusvis ad arbitrium recens construuntur: quum contra oporteat ipsos opinionem de Deo, honoremque ei debitum absque omni mutatione servare.

36. Et Apollonius quidem Molon erat e numero stulto-

ῆν καὶ τετυφωμένων. Τοὺς μέντοι κατὰ ἀλήθειαν ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φιλοσοφήσαντας οὔτε τῶν προειρημένων οὐδὲν διέλαθεν οὔτε τὰς ψυχρὰς προφάσεις τῶν ἀλληγοριῶν ἠγνόησαν. Δι' ὅπερ τῶν μὲν εἰκότως κατεφρόνησαν, εἰς δὲ τὴν ἀληθῆ καὶ πρέπουσαν περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν ἡμῖν συνεφώνησαν. Ἀφ' ἧς ὁρμηθεὶς ὁ Πλάτων οὔτε τῶν ἄλλων οὐδένα ποιητῶν φησι δεῖν εἰς τὴν πολιτείαν παραδέχεσθαι, καὶ τὸν Ὅμηρον εὐφήμως ἀποπέμπεται, στεφανώσας καὶ μύρον αὐτοῦ καταχέας, ἵνα δὴ μὴ τὴν ὀρθὴν δόξαν περὶ Θεοῦ τοῖς μύθοις ἀφανίσειε. Μάλιστα δὲ Πλάτων μεμίμηται τὸν ἡμέτερον νομοθέτην κἀν τῷ μηδὲν οὕτω παίδευμα προστάττειν τοῖς πολίταις, ὡς τὸ πάντας ἀκριβῶς τοὺς νόμους ἐκμανθάνειν· καὶ μὴν καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὡς ἔτυχεν ἐπιμίγνυσθαί τινας ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι καθαρὸν τὸ πολίτευμα τῶν ἐμμενόντων τοῖς νόμοις προὐνόησεν. Ὧν οὐδὲν λογισάμενος ὁ Μόλων Ἀπολλώνιος ἡμῶν κατηγόρησεν, ὅτι μὴ παραδεχόμεθα τοὺς ἄλλαις προκατειλημμένους δόξαις περὶ Θεοῦ, μηδὲ κοινωνεῖν ἐθέλομεν τοῖς καθ' ἑτέραν συνήθειαν βίου ζῆν προαιρουμένοις. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτ' ἐστὶν ἴδιον ἡμῶν· κοινὸν δὲ πάντων, οὐχ Ἑλλήνων δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμωτάτων. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ ξενηλασίας ποιούμενοι διετέλουν, καὶ τοῖς αὐτῶν ἀποδημεῖν πολίταις οὐκ ἐπέτρεπον, διαφθορὰν ἐξ ἀμφοῖν ὑφορώμενοι γενήσεσθαι περὶ τοὺς νόμους. Ἐκείνοις μὲν οὖν τάχα δυσκολίαν τις ὀνειδίσειεν ἂν εἰκότως· οὐδενὶ γὰρ οὔτε τῆς πολιτείας οὔτε τῆς παρ' αὐτοῖς μετεδίδοσαν διατριβῆς. Ἡμεῖς δὲ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ζηλοῦν οὐκ ἀξιοῦμεν, τοὺς μέντοι μετέχειν τῶν ἡμετέρων βουλομένους ἡδέως δεχόμεθα. Καὶ τοῦτο ἂν εἴη τεκμήριον, οἶμαι, φιλανθρωπίας ἅμα καὶ μεγαλοψυχίας.

λζ'. Ἐῶ περὶ Λακεδαιμονίων ἐπὶ πλείω λέγειν. Οἱ δὲ κοινὴν εἶναι τὴν ἑαυτῶν δόξαντες πόλιν Ἀθηναῖοι, πῶς περὶ τούτων εἶχον, Ἀπολλώνιος ἠγνόησεν· ὅτι καὶ τοὺς ῥῆμα μόνον παρὰ τοὺς ἐκείνων νόμους φθεγξαμένους περὶ θεῶν ἀπαραιτήτως ἐκόλασαν. Τίνος γὰρ ἑτέρου χάριν Σωκράτης ἀπέθανεν; οὐ γὰρ δὴ προεδίδου τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις, οὐδὲ τῶν ἱερῶν ἐσύλησεν οὐδέν, ἀλλ' ὅτι καινοὺς ὅρκους ὤμνυε, καί τι δαιμόνιον αὐτῷ σημαίνειν ἔφασκεν, ἢ σπουδάζων, ἢ διαπαίζων, ὥς ἔνιοι λέγουσι, διὰ ταῦτα κατεγνώσθη κώνειον πιὼν ἀποθανεῖν· καὶ διαφθείρειν δὲ τοὺς νέους ὁ κατήγορος αὐτὸν ᾐτιᾶτο, τῆς πατρίου πολιτείας καὶ τῶν νόμων ὅτι προῆγεν αὐτοὺς καταφρονεῖν. Σωκράτης μὲν οὖν πολίτης Ἀθηναίων τοιαύτην ὑπέμεινε τιμωρίαν. Ἀναξαγόρας δὲ Κλαζομένιος ἦν· ἀλλ' ὅτι νομιζόντων Ἀθηναίων τὸν ἥλιον εἶναι θεὸν, ὁ δ' αὐτὸν ἔφη μύδρον εἶναι διάπυρον, θάνατον αὐτοῦ παρ' ὀλίγας ψήφους κατέγνωσαν. Καὶ Διαγόρᾳ τῷ Μηλίῳ τάλαντον ἐπεκήρυξαν, εἴ τις αὐτὸν ἀνέλοι, ἐπεὶ τὰ παρ' αὐτοῖς μυστήρια χλευάζειν ἐλέγετο. Καὶ Πρωταγόρας, εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει, γράψαι τι δόξας οὐχ ὁμολογούμενον τοῖς Ἀθηναίοις περὶ θεῶν.

rum et superbia inflatorum. Eos autem de Græcis qui in scriptis suis vere philosophati sunt, neque prædictorum aliquid latuit, neque frigidas allegoriarum excusationes ignoravere. Itaque illos quidem juste sprevere, et in vera decentique de Deo opinione nobiscum consenserunt. Qua re motus Plato neque ullum quempiam poetarum censet in rempublicam esse admittendum; et Homerum honorifice amovet, coronatum et unguento delibutum, ne rectam de Deo opinionem fabulis destrueret. Plato autem potissimum imitatus est legislatorem nostrum, in hoc quod nihil magis civibus præceperit, quam ut accurate omnes leges ediscerent, et ne temere extraneorum ulli suis miscerentur, sed ex solis iis constaret respublica qui legibus parerent, curavit. De quibus nihil cogitans Apollonius Molo accusationem in nos instituit, quod eos non recepimus, qui aliis de Deo opinionibus sunt præoccupati, neque cum eis consortium habere volumus, qui aliud vitæ institutum elegerint. Verum neque hoc proprium generis nostri; sed commune omnium, non modo Græcorum, verum etiam eorum qui inter Græcos probatissimi habentur. Ac Lacedæmoniis curæ erat perpetuæ peregrinos expellere, neque suis civibus peregrinari permittebant: quod utroque modo leges labefactari suspicarentur. Et hos quidem juste forsan difficiles morososque esse quis existimet: nemini enim aut civitatem suam aut diutinam apud ipsos commorationem concedunt. Nos autem aliorum instituta imitari nolumus: qui vero nostrorum participes esse cupiunt, eos libenter excipimus. Quod utique reor indicium humanitatis et magnanimitatis nostræ.

37. Sed desino jam de Lacedæmoniis amplius dicere. Athenienses vero, qui suam civitatem omnibus communem esse gloriantur, quomodo se his de rebus habuerint, Apollonius ignoravit: quod scilicet in animadversione pœnaque inexorabiles erant, si qui vel verbum præter legem de diis loquerentur. Cujus enim rei alterius gratia Socrates diem obiit supremum? non enim hostibus prodidit civitatem, neque fanum aliquod spoliavit; sed ei vitio vertitur quod novo more jurabat, et dæmonem quendam id ipsum ei indicasse referebat, sive serio sive (ut dicunt quidam) joco, et propter hoc morti damnatus est cicutam bibendo: insuper et juvenum eum corruptorem esse aiebat accusator, quod auctor illis fuerit patria instituta legesque contemnere. Et Socrates quidem civis Atheniensis hujusmodi pœnam sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius erat: sed quia Athenienses solem esse deum existimabant, ille vero eum massam candentem esse dixit, in paucis tantum suffragiis vertebatur quin capitis condemnaretur. Eique qui Diagoram Melium occideret, talentum datum iri edicto pronunciarunt, utpote qui eorum mysteria deridere ferebatur. Et Protagoras, nisi ocius aufugisset, comprehensus interiisset, quod aliquid scripsisse putaretur

Τί δὲ δεῖ θαυμάζειν εἰ πρὸς ἄνδρας οὕτως ἀξιοπίστους διετέθησαν, οἵ γε μηδὲ γυναικῶν ἐφείσαντο; νῦν μὲν γάρ τινα ἱέρειαν ἀπέκτειναν, ἐπεί τις αὐτῆς κατηγόρησεν, ὅτι ξένους ἐμύει θεούς· νόμῳ δ' ἦν τοῦτο παρ' αὐτοῖς κεκωλυμένον, καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ξένον εἰσαγόντων θεὸν ὥριστο θάνατος. Οἱ δὲ τοιούτῳ νόμῳ χρώμενοι δῆλον ὅτι τοὺς τῶν ἄλλων οὐκ ἐνόμιζον εἶναι θεούς· οὐ γὰρ ἂν αὑτοῖς πλειόνων ἀπολαύειν ἐφθόνουν. Τὰ μὲν οὖν Ἀθηναίων ᾤχετο καλῶς. Σκύθαι δὲ φόνοις χαίροντες ἀνθρώπων καὶ βραχὺ τῶν θηρίων διαφέροντες, ὅμως τὰ παρ' αὐτοῖς οἴονται δεῖν περιστέλλειν· καὶ τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ σοφίᾳ θαυμασθέντα, τὸν Ἀνάχαρσιν, ἐπανελθόντα πρὸς αὐτοὺς ἀνεῖλον, ἐπεὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐθῶν ἔδοξεν ἥκειν ἀνάπλεως. Πολλοὺς δὲ καὶ παρὰ Πέρσαις ἄν τις εὕροι καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν κεκολασμένους. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι τοῖς Περσῶν ἔχαιρε νόμοις ὁ Ἀπολλώνιος, κἀκείνους ἐθαύμαζεν, ὅτι τῆς ἀνδρείας αὐτῶν ἀπέλαυσαν οἱ Ἕλληνες καὶ τῆς ὁμογνωμοσύνης ἧς εἶχον περὶ θεῶν· ταύτης μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς οἷς κατέπρησαν, τῆς ἀνδρείας δὲ δουλῶσαι παρὰ μικρὸν ἐλθόντες. Ἁπάντων δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων μιμητὴς ἐγένετο τῶν Περσικῶν, γυναῖκας ἀλλοτρίας ὑβρίζων, καὶ παῖδας ἐκτέμνων. Παρ' ἡμῖν δὲ θάνατος ὥρισται, κἂν ἄλογόν τις ζῷον οὕτως ἀδικῇ· καὶ τούτων ἡμᾶς τῶν νόμων ἀπαγαγεῖν οὔτε φόβος ἴσχυσε τῶν κρατησάντων οὔτε ζῆλος τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις τετιμημένων. Οὐδὲ τὴν ἀνδρείαν ἠσκήσαμεν ἐπὶ τῷ πολέμους ἄρασθαι χάριν πλεονεξίας, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοὺς νόμους διαφυλάττειν. Τὰς γοῦν ἄλλας ἐλαττώσεις πρᾴως ὑπομένοντες, ἐπειδάν τινες ἡμᾶς τὰ νόμιμα κινεῖν ἀναγκάζωσι, τότε καὶ παρὰ δύναμιν αἱρούμεθα πολέμους καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων ταῖς συμφοραῖς ἐγκαρτεροῦμεν. Διὰ τί γὰρ ἂν καὶ ζηλώσαιμεν τοὺς ἑτέρων νόμους, ὁρῶντες μηδὲ παρὰ τοῖς θεμένοις αὐτοὺς τετηρημένους; πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον Λακεδαιμόνιοι μὲν τῆς ἀνεπιμίκτου καταγνώσεσθαι πολιτείας καὶ τῆς περὶ τοὺς γάμους ὀλιγωρίας, Ἠλεῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι τῆς παρὰ φύσιν καὶ ἄγαν ἀνέδην πρὸς τοὺς ἄρρενας μίξεως; Ἃ γοῦν πάλαι κάλλιστα καὶ συμφορώτατα πράττειν ὑπελάμβανον, ταῦτ' εἰ καὶ μὴ παντάπασι τοῖς ἔργοις πεφεύγασιν, οὐχ ὁμολογοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς περὶ αὐτῶν νόμους ἀπομίγνυνται, τοσοῦτον ποτὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἰσχύσαντας ὥστε καὶ τοῖς θεοῖς τὰς τῶν ἀρρένων μίξεις ἐπεφήμισαν, κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τοὺς τῶν γνησίων ἀδελφῶν γάμους, ταύτην ἀπολογίαν αὐταῖς τῶν ἀτόπων καὶ παρὰ φύσιν ἡδονῶν συντιθέντες.

λη'. Ἐῶ νῦν περὶ τῶν τιμωριῶν λέγειν, ὅσας μὲν ἐξ ἀρχῆς ἔδοσαν οἱ πλεῖστοι νομοθέται τοῖς πονηροῖς διαλύσεις ἐπὶ μοιχείας μὲν ζημίας χρημάτων, ἐπὶ φθορᾶς δὲ γάμους νομοθετήσαντες, ὅσας δὲ περὶ τῆς ἀσεβείας προφάσεις περιέχουσιν ἀρνήσεως, εἰ καί τις ἐπιχειρήσειεν ἐξετάζειν. Ἤδη γὰρ παρὰ τοῖς πλείοσι μελέτη γέγονε τοῦ παραβαίνειν τοὺς νόμους· οὐ μὴν καὶ παρ' ἡμῖν. Ἀλλὰ κἂν πλούτου καὶ πόλεων καὶ

discrepans ab Atheniensium de diis opinionibus. Quid autem miri esse debet si in viros adeo fide dignos eo animo fuerint, qui ne mulieribus quidem pepercere? Etenim sacerdotem quandam interfecerunt, quodam eam accusante quod deos colendos docuerit peregrinos; lege quippe hoc vetitum erat, morsque eis in pœnam decreta qui deos peregrinos introducerent. Igitur qui tali lege utebantur, aliorum sane deos non credebant esse deos: non enim si credidissent, se ipsos beneficio ex pluribus diis privassent. Tam bene scilicet administrabatur Atheniensium respublica. Scythæ autem cædibus gaudentes humanis, et parum admodum differentes a bestiis, arbitrantur tamen sua mysteria esse custodienda: et Anacharsim, quem Græci sapientiæ ergo mirati sunt, ad ipsos reversum occiderunt, quod visus sit morum Græcorum plenus ad ipsos venire. Etiam apud Persas invenire est multos hujusmodi de causa supplicio affectos. Sed palam est, quod Apollonio placuerint leges Persarum, illosque in admiratione habuerit, quod eorum fortitudo et de diis concors opinio Græcis fuisset conducibilis: hæc videlicet in templorum concrematione, illa in eo quod propemodum in servitutem ab illis redacta fuerit Græcia. Is autem morum omnium imitator exstitit Persicorum, uxoribus alienis injurias faciens, et filios castrans. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel animalia rationis expertia hoc modo lædat: et ab his legibus nos abducere neque timor potuit dominorum præpotentium, neque desiderium eos æmulandi qui apud alios honorantur. Neque fortitudinem exercuimus, ad bella suscipienda ut res nostras augeamus, sed ut leges nobis permaneant. Cetera igitur damna ferentes leniter, ubi sunt qui nos a legibus cogant discedere, hinc etiam supra vires bella sumimus, et ad ultima usque mala duramus. Cur itaque nos aliorum æmulemur leges, quum eas ne a legislatoribus quidem suis servatas videamus? quidni enim damnarent Lacedæmonii insociabilem illam formam reipublicæ neglectumque nuptiarum; et Elei et Thebani projectissimum illum et contra naturam cum maribus concubitum? Nam quæ olim honestissime et utilissime a se fieri arbitrabantur, ea nisi re ipsa prorsus fugerunt, non confitentur: quinimo latas de eis leges admiscent, quæ quondam tantum apud Græcos valuerunt, ut etiam diis marium coitus tribuerint; eademque ratione germanarum sororum connubia, hanc sibi illicitarum et naturæ repugnantium voluptatum excusationem comminiscentes.

38. Supersedeo nunc de pœnis dicere, quot dederint olim plerique legislatores improbis compositiones, dum in adulterio mulctam pecuniariam, in corruptela connubium sanciunt, quot etiam impietatis crimine occasiones suppeditentur negandi, si quis reum examinare conetur. Jam enim apud plerosque meditatio inolevit leges violandi: At apud nos non ita est. Quin etiamsi divitiis et urbibus ce-

των ἄλλων ἀγαθῶν στερηθῶμεν, ὁ γοῦν νόμος ἡμῖν ἀθάνατος διαμένει· καὶ οὐδεὶς Ἰουδαίων οὔτε μακρὰν οὕτως ἂν ἀπέλθοι τῆς πατρίδος οὔτ' ἐπίπικρον φοβηθήσεται δεσπότην, ὡς μὴ πρὸ ἐκείνου δεδιέναι τὸν νόμον. Εἰ μὲν οὖν διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν νόμων οὕτω πρὸς αὐτοὺς διακείμεθα, συγχωρησάτωσαν ὅτι κρατίστους ἔχομεν νόμους· εἰ δὲ φαύλοις οὕτως ἡμᾶς ἐμμένειν ὑπολαμβάνουσι, τί οὐκ ἂν αὐτοὶ δικαίως πάθοιεν τοὺς κρείττονας οὐ φυλάττοντες; Ἐπεὶ τοίνυν ὁ πολὺς χρόνος πιστεύεται πάντων εἶναι δοκιμαστὴς ἀληθέστατος, τοῦτον ἂν ποιησαίμην ἐγὼ μάρτυρα τῆς ἀρετῆς ἡμῶν τοῦ νομοθέτου καὶ τῆς ὑπ' ἐκείνου φήμης περὶ τοῦ Θεοῦ παραδοθείσης. Ἀπείρου γὰρ τοῦ χρόνου γεγονότος, εἴ τις αὐτὸν παραβάλλοι ταῖς τῶν ἄλλων ἡλικίαις νομοθετῶν, παρὰ πάντας ἂν εὕροι τοῦτον.

λθ'. Ὑφ' ἡμῶν τε διηλέγχθησαν οἱ νόμοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτῶν ζῆλον ἐμπεποιήκασι. Πρῶτοι μὲν γὰρ οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πάτρια διεφύλαττον, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τῷ φιλοσοφεῖν ἐκείνῳ κατηκολούθησαν, ὅμοια μὲν περὶ Θεοῦ φρονοῦντες, εὐτέλειαν δὲ βίου καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν διδάσκοντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλήθεσιν ἤδη πολὺς ζῆλος γέγονεν ἐκ μακροῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, οὐδ' ἔστιν οὐ πόλις Ἑλλήνων οὐδητισοῦν οὐδὲ βάρβαρος, οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, ἔθος οὐ διαπεφοίτηκε, καὶ αἱ νηστεῖαι καὶ λύχνων ἀνακαύσεις καὶ πολλὰ τῶν εἰς βρῶσιν ἡμῖν οὐ νενομισμένων παρατετήρηται. Μιμεῖσθαι δὲ πειρῶνται καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοιαν καὶ τὴν τῶν ὄντων ἀνάδοσιν καὶ τὸ φιλεργὸν ἐν ταῖς τέχναις καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν νόμων ἀνάγκαις. Τὸ γὰρ θαυμασιώτατον, ὅτι χωρὶς τοῦ τῆς ἡδονῆς ἐπαγωγοῦ οὐ δελεαστὸς αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἴσχυσεν ὁ νόμος· καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου πεφοίτηκεν, οὕτως ὁ νόμος διὰ πάντων ἀνθρώπων βεβάδικεν. Αὐτὸς δέ τις ἕκαστος τὴν πατρίδα καὶ τὸν οἶκον ἐπισκοπῶν τὸν αὑτοῦ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις οὐκ ἀπιστήσει. Χρὴ τοίνυν πάντων ἀνθρώπων καταγνῶναι πονηρίαν ἐθελούσιον, εἰ τἀλλότρια καὶ φαῦλα πρὸ τῶν οἰκείων καὶ καλῶν ζηλοῦν ἐπιτεθυμήκασιν, ἢ παύσασθαι βασκαίνοντας ἡμῖν τοὺς κατηγοροῦντας. Οὐδὲ γὰρ ἐπιφθόνου τινὸς ἀντιποιούμεθα πράγματος, τὸν αὐτῶν τιμῶντες νομοθέτην καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνου προφητευθεῖσι περὶ τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες. Καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίεμεν αὐτοὶ τῆς ἀρετῆς τῶν νόμων ἁπάντων, ὑπὸ τοῦ πλήθους γοῦν τῶν ζηλούντων μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτοῖς προήχθημεν.

μ'. Ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας τὴν ἀκριβῆ πεποίημαι παράδοσιν ἐν τοῖς περὶ ἀρχαιολογίας μοι γραφεῖσι· νυνὶ δ' αὐτῶν ἐπεμνήσθην, ἐφ' ὅσον ἦν ἀναγκαῖον, οὔτε τὰ τῶν ἄλλων ψέγειν οὔτε τὰ παρ' ἡμῖν ἐγκωμιάζειν προθέμενος, ἀλλ' ἵνα τοὺς περὶ ἡμῶν ἀδίκως γεγραφότας ἐλέγξω, πρὸς αὐτὴν ἀναιδῶς τὴν ἀλήθειαν πεφιλονεικηκότας. Καὶ δή μοι

terisque bonis privemur, at lex quidem nobis permanet immortalis : nec ullus unquam Judæorum vel tam procul discesserit a patria, vel peracerbum ita formidaverit dominum, quin legem magis formidet. Si igitur ob legum virtutes sic sumus in eas animati, fateantur nos optimas habere leges : sin malis legibus sic nos obtemperare arbitrantur, quanam pœna digni sunt ipsi qui melioribus non pareant? Et quoniam temporis longinquitas exploratrix creditur esse omnium verissima, hanc ego testem non dubitem facere tum virtutis nostri legislatoris, tum traditæ ab illo de Deo persuasionis. Nam quum immensum tempus elapsum sit, si quis eum cum ceterorum legislatorum conferat ætatibus, inveniet eum longe ante omnes fuisse.

39. Jam ipsius leges cæteris omnibus mortalibus semper magis magisque æmulationem sui commovisse, a nobis demonstratum est. Primi enim qui apud Græcos philosophati sunt, patria quidem instituta visi sunt servare; sed in actionibus studioque sapientiæ illum sequuti sunt, tum eadem de Deo sentientes, tum victus tenuitatem et mutuam inter homines communionem docentes. Quin et jam pridem nostrorum Dei colendi rituum imitandorum quamplurimis desiderium incessit; neque ulla vel Græcorum urbs est vel barbarorum, neque ulla gens, ad quam non pervenerit septimi diei, quem otiosi traducimus, celebrandi consuetudo; et apud quam jejunia, et lucernarum incensiones, et multa quæ nobis comedere nefas est non observentur. Conantur autem mutuam nostram imitari concordiam et bonorum largitionem, et in artibus exercendis sedulitatem, et tolerantiam in tormentis quæ pro legibus nostris sustinemus. Etenim, quod est omnium maxime admirandum, citra voluptatis illecebram ipsa per se lex invaluit : ac sicuti Deus universum mundum permeavit, ita lex universos mortales pervasit. Quodsi suam quisque patriam domumque consideraverit, is meis dictis non diffidet. Quo fit ut aut condemnandi sint universi mortales voluntariæ pravitatis, si aliena, eademque vitiosa, ante domestica, eademque honesta, æmulari concupiverint; aut invidiæ suæ finem facere debeant accusatores nostri. Neque enim invidiosum quiddam nobis vindicamus, dum nostrum legislatorem honoramus et ejus de Deo effatis credimus. Nam etiamsi legum omnium virtutem non intelligeremus; vel æmulantium multitudo fecisset, ut de eis nobis placeremus.

40. Verum de legibus quidem et republica in meo Antiquitatum opere accurate tradidi : nunc ea commemoravi quantum erat necessarium, non quod aliena recensere, vel nostra collaudare mihi propositum esset; sed ut eos qui de nobis inique scripserunt, evincerem in ipsam veritatem impudenter invectos fuisse. Et sane mihi videor

δοκῶ πεπληρῶσθαι διὰ τῆς γραφῆς ἱκανῶς ἃ προϋπεσχόμην. Καὶ γὰρ ἀρχαιότητι προϋπάρχον ἐπέδειξα τὸ γένος, τῶν κατηγόρων ὅτι νεώτατόν ἐστι εἰρηκότων· καὶ γὰρ πολλοὺς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐμνημονευκότας ἡμῶν ἀρχαίους παρέσχομεν μάρτυρας, ἐκείνων ὅτι μηδείς ἐστι διαβεβαιουμένων. Ἀλλὰ μὴν Αἰγυπτίους ἔφασαν ἡμῶν τοὺς προγόνους· ἐδείχθησαν δ' εἰς Αἴγυπτον ἐλθόντες ἑτέρωθεν. Διὰ δὲ λύμην σωμάτων αὐτοὺς ἐκβληθῆναι κατεψεύσαντο· προαιρέσει καὶ περιουσίᾳ ῥώμης ἐφάνησαν ἐπὶ τὴν οἰκείαν ὑποστρέψαντες γῆν. Οἱ μὲν ὡς φαυλότατον ἡμῶν τὸν νομοθέτην ἐλοιδόρησαν, τῷ δὲ τῆς ἀρετῆς πάλαι μὲν ὁ Θεός, μετ' ἐκεῖνον δὲ μάρτυς ὁ χρόνος ηὕρηται γεγενημένος.

μα'. Περὶ τῶν νόμων οὐκ ἐδέησε λόγου πλείονος. Αὐτοὶ γὰρ ἑωράθησαν δι' αὐτῶν, οὐκ ἀσέβειαν μέν, εὐσέβειαν δ' ἀληθεστάτην διδάσκοντες, οὐδ' ἐπὶ μισανθρωπίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων κοινωνίαν παρακαλοῦντες, ἀδικίας ἐχθροί, δικαιοσύνης ἐπιμελεῖς, ἀργίαν καὶ πολυτέλειαν ἐξορίζοντες, αὐτάρκεις καὶ φιλοπόνους εἶναι διδάσκοντες, πολέμων μὲν ἀπείργοντες εἰς πλεονεξίαν, ἀνδρείους δ' ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι παρασκευάζοντες, ἀπαραίτητοι πρὸς τὰς τιμωρίας, ἀσόφιστοι λόγων παρασκευαῖς, τοῖς ἔργοις ἀεὶ βεβαιούμενοι· ταῦτα γὰρ ἀεὶ ἡμεῖς παρέχομεν τῶν γραμμάτων ἐναργέστερα. Δι' ὅπερ ἐγὼ θαρσήσας ἂν εἴποιμι, πλείστων ἅμα καὶ καλλίστων ἡμᾶς εἰσηγητὰς τοῖς ἄλλοις γεγονέναι. Τί γὰρ εὐσεβείας ἀπαραβάτου κάλλιον; τί δὲ τοῦ πειθαρχεῖν τοῖς νόμοις δικαιότερον; ἢ τί συμφορώτερον τοῦ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοεῖν, καὶ μήτ' ἐν συμφοραῖς διίστασθαι μήτ' ἐν εὐτυχίαις στασιάζειν ἐξυβρίζοντας, ἀλλ' ἐν πολέμῳ μὲν θανάτου καταφρονεῖν, ἐν εἰρήνῃ δὲ τέχναις ἢ γεωργίαις προσανέχειν, πάντα δὲ καὶ πανταχοῦ πεπεῖσθαι τὸν Θεὸν ἐποπτεύοντα διέπειν; Ταῦτ' εἰ μὲν παρ' ἑτέροις ἢ ἐγράφη πρότερον, ἢ ἐφυλάχθη βεβαιότερον, ἡμεῖς ἂν ἐκείνοις χάριν ὠφείλομεν ὡς μαθηταὶ γεγονότες· εἰ δὲ καὶ χρώμενοι μάλιστα πάντων βλεπόμεθα καὶ τὴν πρώτην εὕρεσιν αὐτῶν ἡμετέραν οὖσαν ἐπεδείξαμεν, Ἀπίωνες μὲν καὶ Μόλωνες καὶ πάντες ὅσοι τῷ ψεύδεσθαι καὶ λοιδορεῖν χαίρουσιν ἐξελέγχθωσαν· σοὶ δέ, Ἐπαφρόδιτε, μάλιστα τὴν ἀλήθειαν ἀγαπῶντι, καὶ διὰ σὲ τοῖς ὁμοίως βουλευσαμένοις περὶ τοῦ γένους ἡμῶν εἰδέναι, τοῦτό τε καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γεγράφθω βιβλίον.

scripto meo satis præstitisse promissa. Etenim inprimis vetustum esse demonstravi genus nostrum, quod accusatores recentissimum esse dixerant: et multos allegavi testes, qui antiquitatis nostræ in scriptis suis mentionem fecerunt, illis nullos esse affirmantibus. Quumque Ægyptios fuisse majores nostros dixerint, demonstratum est eos in Ægyptum aliunde venisse. Et quum ob corporum vitium eos ejectos fuisse mentiti sint, planum factum est eos et volentes et cum singulari robore patriam terram repetiisse. Et quum illi in legislatorem nostrum tanquam vitiosissimum invecti sint, compertum est virtutis ejus et olim Deum et post illum tempus exstitisse testem.

41. De legibus nihil opus fuit oratione longiore. Nam ipsas per se perspectum est non impietatem, sed pietatem docere verissimam; neque ad hominum odium, sed ad facultatum communitatem incitare; injustitiæ inimicas, justitiæ curam gerentes; expultrices otii et luxus; et quæ homines suis contentos et laboriosos esse doceant; et a bellis habendi cupidine gerendis avocent; et pro legibus fortes esse faciant; et in pœnis irrogandis sint inexorabiles; et verborum eloquentia indeceptæ, operibus semper confirmentur: hæc enim nos semper exhibemus literis manifestiora. Itaque ausim equidem dicere plurimorum simul et pulcherrimorum nos ceteris auctores exstitisse. Quid enim inviolata pietate pulchrius? quid justius quam parere legibus? quid utilius quam mutuam fovere concordiam, et neque in calamitatibus divelli, neque in rebus secundis sævire seditionibus; sed in bello mortem contemnere, in pace artibus et agriculturæ operam navare, et omnia et ubique ab arbitro Deo gubernari persuasum habere? Hæc si apud alios vel prius scripta vel constantius fuissent servata, nos illis, ut discipuli magistris, gratiam deberemus: sin vero his nos maxime omnium uti cernimur, et eorum inventionem primam nostram esse demonstravimus, valeant refutati Apiones et Molones, et quicûnque mentiri et conviciari gaudent. Tibi vero, Epaphrodite, veritatem maxime amanti, et propter te iis qui itidem genus nostrum cognoscere voluerint, et hic et superior liber scriptus esto.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΕΙΣ

ΜΑΚΚΑΒΑΙΟΥΣ

ΛΟΓΟΣ,

Η

ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΛΟΓΙΣΜΟΥ.

(1391,1391.)

Φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων, εἰ αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, συμβουλεύσαιμ' ἂν ὑμῖν ὀρθῶς, ὅπως προσέχητε προθύμως τῇ φιλοσοφίᾳ. Καὶ γὰρ ἀναγκαῖος εἰς ἐπιστήμην παντὶ ὁ λόγος, καὶ ἄλλως τῆς μεγίστης ἀρετῆς· λέγω δὴ ὅτι φρονήσεως περιέχει ἔπαινον, εἰ ἄρα τῶν σωφροσύνης κωλυτικῶν παθῶν ὁ λογισμὸς φαίνεται ἐπικρατεῖν, γαστριμαργίας τε καὶ ἐπιθυμίας· ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἐμποδιστικῶν παθῶν κυριεύειν ἀναφαίνεται, οἷον κακοηθείας, καὶ τῶν τῆς ἀνδρείας ἐμποδιστικῶν παθῶν, θυμοῦ τε καὶ φόβου καὶ πόνου. Πῶς οὖν, ἴσως εἴποιεν ἄν τινες, εἰ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς κρατεῖ, λήθης καὶ ἀγνοίας οὐ δεσπόζει; γελοῖον ἐπιχειροῦντες λέγειν. Οὐ γὰρ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ὁ λογισμὸς κρατεῖ, ἀλλὰ τῶν τῆς δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης ἐναντίων, καὶ τούτων οὐχ ὥστε αὐτὰ καταλῦσαι, ἀλλ' ὥστε αὐτοῖς μὴ εἶξαι. Πολλαχόθεν μὲν οὖν καὶ ἀλλαχόθεν ἔχοιμ' ἂν ὑμῖν ἐπιδεῖξαι ὅτι αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, πολὺ δὲ πλέον τοῦτο ἀποδεῖξαι ἀπὸ τῆς ἀνδραγαθίας τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἀποθανόντων, Ἐλεαζάρου τε καὶ τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν καὶ τῆς τούτων μητρός. Ἅπαντες γὰρ οὗτοι τῶν ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ἕως θανάτου πόνων καταφρονήσαντες καὶ ὑπὲρ θεοσεβείας τὸ ζῆν αὐτῶν ὑπεριδόντες, ὑπέδειξαν ὅτι περικρατεῖ τῶν παθῶν ὁ λογισμός. Τῶν μὲν οὖν ἀρετῶν ἐπέστη μοι ἐπαινεῖν τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπὲρ τῆς καλοκαγαθίας ἀποθανόντας μετὰ τῆς μητρὸς ἄνδρας, τῶν δὲ τιμῶν μακαρίσαιμ' ἂν αὐτούς· θαυμασθέντες γὰρ ἐκεῖνοι οὐ μόνον ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ ἀνδρείᾳ καὶ ὑπομονῇ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν καταικισαμένων, αἴτιοι κατέστησαν τοῦ καταλυθῆναι τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους τυραννίδα, νικήσαντες τὸν τύραννον τῇ ὑπομονῇ, ὥστε καθαρισθῆναι δι' αὐτῶν τὴν πατρίδα. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ζητουμένου αὐτίκα δὴ λέγειν ἐξέσται ἀρξαμένῳ τῆς ὑποθέσεως, ὥσπερ εἰώθαμεν ποιεῖν, καὶ οὕτως εἰς τὸν περὶ αὐτῶν τρέψομαι λόγον, δόξαν διδοὺς τῷ πανσόφῳ Θεῷ.

β'. Ζητοῦμεν δὴ τοίνυν εἰ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, καὶ διακρίνομεν τί ποτέ ἐστι λογισμὸς, καὶ τί πάθος καὶ πόσαι αἱ τῶν παθῶν ἰδέαι, καὶ εἰ πάντων ἐπικρατεῖ τούτων ὁ λογισμός. Λογισμὸς μὲν τοίνυν ἐστὶ νοῦς μετὰ ὀρθοῦ λόγου προτιμῶν τὸν τῆς

FLAVII JOSEPHI

DE

MACCABÆIS

LIBER,

SEU

DE RATIONIS IMPERIO.

[197,198.]

Gravissimum tractaturo e media philosophia locum, de rectæ ac piæ rationis in animi perturbationes dominatu; serio mihi estis admonendi, ut ad ea, quæ sum disputaturus, diligenter velitis attendere. Nam hæc oratio quum pernecessaria est cognitu cuivis, tum de splendidissima summaque virtute agit. Prudentiæ nimirum laudes complectitur, rationem posse adversantes temperantiæ perturbationes, ut ingluviem et cupiditatem, domare; quin et justitiæ reluctantes perturbationes reprimere, ut improbitatem : et fortitudini, ut iram, metum, dolorem. At enim, forsan dicent aliqui, si ratio perturbationibus imperat; qui fit ut ignorantiam et oblivionem non regat? id quod admodum ridicule quæritur : non enim suis ratio perturbationibus imperat; sed iis demum quæ justitiæ, fortitudini, temperantiæque repugnant : idque ita, ut eas non tollat penitus, sed eisdem non cedat. Multis itaque hinc inde collectis argumentis probare equidem vobis possem, rationem perturbationum dominam esse : verum multo id copiosius et illustrius facturus videor, si Eleazari, septem fratrum, eorumque matris, qui virtutis causa mortem obire non dubitarunt, præclara facinora in medium adduxero. Hi enim omnes legis divinæ studio gravissimis tormentis cruciatibusque ad mortem usque contemptis, atque adeo pietatis nomine vita ipsa spreta, rationem perturbationibus imperare fecerunt testatissimum. Quorum virorum, qui tum una cum matre probitatis causa vitam cum morte commutarunt, virtutes quidem laudibus meritis justisque cumulaverim; ob summos autem honores, quos adepti sunt, beatos plane ac felices dixerim. Nam quum eorum fortitudo ac patientia, non modo cunctis reliquis mortalibus, sed ipsis etiam carnificibus, admiranda suspiciendaque videretur, horum ope ac opera effectum est ut tyrannis immanissima, qua gens illa misere premebatur, penitus tolleretur, victo tandem patientia tyranno : ita ut patriam suam tanta scelerum diritate laborantem liberarint. Verumenimvero de quæstione jam ipsa agendum est, sumpto primum argumenti exordio, ut solemus; deinde ad illos orationem convertam, sapientissimo Deo gloriam dans.

2. Quærimus igitur an ratio perturbationibus imperet, et quid sit ratio, quid perturbatio, quot perturbationum formæ : item, an omnibus istis imperet ratio, explicamus. Est itaque ratio, mens quæ recta cum ratione vitam sapientiæ conformatam rebus omnibus anteponit. Sapientia est divinarum

σοφίας βίον· σοφία δ' ἐστὶ γνῶσις θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων. Αὕτη δὴ τοίνυν ἐστὶν ἡ τοῦ νόμου παιδεία, δι' ἧς τὰ θεῖα σεμνῶς καὶ τὰ ἀνθρώπινα συμφερόντως μανθάνομεν. Τῆς δὲ σοφίας ἰδέαι καθεστήκασι τέσσαρες, φρόνησις, δικαιοσύνη, ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη· κυριωτάτη δὲ πασῶν ἡ φρόνησις, ἐξ ἧς δὴ τῶν παθῶν λογισμὸς ἐπικρατεῖ. Παθῶν δὲ φύσεις εἰσὶν αἱ περιεκτικώταται δύο, ἡδονή τε καὶ πόνος· τούτων δὲ ἑκάτερον καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν πέφυκε· πολλαὶ δὲ καὶ περὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν πόνον παθῶν εἰσὶν ἀκολουθίαι. Πρὸ μὲν οὖν τῆς ἡδονῆς ἐστὶν ἐπιθυμία, μετὰ δὲ τὴν ἡδονὴν χαρά. Πρὸ δὲ τοῦ πόνου ἐστὶ φόβος, μετὰ δὲ τὸν πόνον λύπη. Θυμὸς δὲ κοινὸν πάθος ἐστὶν ἡδονῆς τε καὶ πόνου, ἐὰν ἐννοηθῇ τις ὅτι αὐτῷ περιέπεσεν. Ἐν τῇ ἡδονῇ δέ ἐστι καὶ ἡ κακοήθης διάθεσις πολυτροπωτάτη πάντων οὖσα τῶν παθῶν, κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν ἀλαζονεία, φιλαργυρία, φιλοδοξία, φιλονεικία, καὶ βασκανία, κατὰ δὲ τὸ σῶμα παντοφαγία, λαιμαργία, μονοφαγία. Καθάπερ οὖν δυοῖν τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς φυτῶν ὄντων ἡδονῆς τε καὶ πόνου, πολλαὶ τούτων τῶν φυτῶν εἰσὶ παραφυάδες, ὧν ἑκάστην ὁ παγγέωργος λογισμὸς περικαθαίρων τε καὶ ἀποκνίζων καὶ περιπλέκων καὶ ἐπάρδων καὶ πάντα τὸν τρόπον μετοχετεύων ἐξημεροῖ τὰς τῶν ἠθῶν καὶ παθῶν ὕλας. Ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς τῶν μὲν ἀρετῶν ἐστιν ἡγεμὼν, τῶν δὲ παθῶν αὐτοκράτωρ· ἐπιθεωρεῖται γὰρ πρῶτον διὰ τῶν κωλυτικῶν τῆς σωφροσύνης ἔργων ὅτι αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ λογισμός. Σωφροσύνη δὴ τοίνυν ἐστὶν ἐπικράτεια τῶν ἐπιθυμιῶν, τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν αἱ μέν εἰσι ψυχικαὶ, αἱ δὲ σωματικαὶ, τούτων δὲ ἀμφοτέρων ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς φαίνεται· ἐπεὶ πόθεν κινούμενοι πρὸς τὰς ἀπειρημένας τροφὰς ἀποστρεφόμεθα τὰς ἐξ αὐτῶν ἡδονάς; οὐχ ὅτι τῶν ὀρέξεων δύναται ἐπικρατεῖν ὁ λογισμός; ἐγὼ μὲν οἶμαι. Τοιγαροῦν ἐνύδρων ἐπιθυμοῦντες καὶ ὀρνέων καὶ τετραπόδων καὶ παντοίων βρωμάτων τῶν ἀπηγορευμένων ἡμῖν κατὰ τὸν νόμον ἀπεχόμεθα διὰ τὴν τοῦ λογισμοῦ ἐπικράτειαν· ἀνέχεται γὰρ τὰ τῶν ὀρέξεων πάθη ὑπὸ τοῦ σώφρονος νοὸς ἀνακαμπτόμενα καὶ φιμοῦται πάντα τὰ τοῦ σώματος κινήματα ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ.

γʹ. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ αἱ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαι πρὸς τοῦ κάλλους μετουσίαν ἀκυροῦνται· ταύτῃ γοῦν ὁ σώφρων Ἰωσὴφ ἐπαινεῖται, ὅτι τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ περιεκράτησε τῆς ἡδυπαθείας· νέος γὰρ ὢν καὶ ἀκμάζων πρὸς συνουσιασμὸν ἠκύρωσε τῷ λογισμῷ τὸν τῶν παθῶν οἶστρον. Οὐ μόνον δὲ τὴν ἐπὶ τῆς ἡδυπαθείας οἰστρηλασίαν ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς φαίνεται, ἀλλὰ καὶ πάσης ἐπιθυμίας δεσπόζειν ἀναδείκνυται. Λέγει γοῦν ὁ νόμος, « οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, « οὐδὲ ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστί. » Καίτοι ὅτε μηδ' ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς εἴρηκεν ὁ νόμος, πολὺ πλέον πείσειεν ἂν ἡμᾶς ὅτι τῶν ἐπιθυμιῶν κρατεῖν δύναιτ' ἂν ὁ λογισμὸς, ὥσπερ καὶ τῶν κωλυτικῶν τῆς δικαιοσύνης παθῶν· ἐπεὶ

humanarumque rerum, earumque causarum cognitio. Est autem hæc sapientia in legis institutione ac disciplina sita; cujus beneficio, divina graviter, humana utiliter discimus. Quattuor autem sapientiæ partes sunt, prudentia, justitia, fortitudo, et temperantia. Primas obtinet prudentia, ut pote cujus vi ratio perturbationibus imperet. Perturbationes latissime patentes, duæ sunt : voluptas et dolor. Alterutra in corpore et animo exsistit. In voluptate ac dolore permultæ sunt perturbationum vicissitudines. Antegreditur voluptatem cupiditas, eandem sequitur gaudium. Metus dolorem præcedit, ægritudo comitatur. Ira, perturbatio est communis voluptatis et doloris, quum quis secum cogitat in eum se incidisse. Voluptate comprehenditur prava et improba affectio, quæ omnium perturbationum diffunditur longe latissime : estque in animo quidem arrogantia, avaritia, ambitio, contentionis studium, invidia; in corpore autem heluatio, voracitas, solitaria ingluvies. Voluptatis ac doloris, quasi plantarum quarundam corporis et animi geminarum, quamplurimi sunt stolones : quos singulos ratio communis omnium agricola amputando, collucando, ablaqueando, irrigando, omni denique modo transponendo et curando, morum perturbationumque materias subigit ac domat. Est enim ratio dux virtutum, perturbationum imperatrix. Jam vero ex iis primum quæ temperantiæ adversantur, perspicias licet, rationem perturbationum esse dominam. Temperantia cupiditatum est moderatio : quarum aliæ animi sunt, corporis aliæ. Utrasque regit ac coercet ratio. Unde enim, quæso, fit ut quum ad interdictos nobis cibos impellimur, emanantes ex illis voluptates aversemur? nonne ex eo, quod appetitus ratio regat? Ego quidem opinor. Quum igitur ab aquatilibus, volucribus, quadrupedibus, omnibus denique cibis illis quibus lex nobis interdicit, flagrante cupiditate, abstinemus : mihi sane videri solet, rationis imperio nos id præstare. Appetitus siquidem impetus ac perturbatio, temperantis rationis flexa vi, cohibetur, omnesque corporis motus rationis refrenantur potestate.

3. Et quid mirum? ubi animi cupiditates, ad pulchritudinem exardescentes, ratione restinguuntur. Quo nomine moderatus ille Josephus celebratur, ob superatam ratione consilioque delectationem. Nam quum juvenili jam ætate floreret, ad coitum effervescente, perturbationum rabiem ratione sedavit. Neque vero delectationis modo præcipitem furorem ratio coercet ac reprimit; sed et omnis omnino cupiditatis æstum lenit. Præcipit itaque lex, « uxorem proximi « tui ne concupiscito; neve quicquam quod illius sit. » Ac sane quidem ubi vel concupiscere lex vetat, multo magis persuadere nobis debet, rationem posse cupiditatibus imperare, quemadmodum et illis perturbationibus quæ justitiæ adversantur. Alioquin qui posset fieri ut qui solus heluari

τίνα τρόπον μονοφάγος τις ὢν τὸ ἦθος καὶ γαστρίμαργος καὶ μέθυσος μεταπαιδεύεται, εἰ μὴ δῆλον ὅτι κύριός ἐστι τῶν παθῶν ὁ λογισμός; Αὐτίκα γοῦν ὁ τῷ νόμῳ πολιτευόμενος, κἂν φιλάργυρός τις ᾖ, βιάζεται τὸν αὐτοῦ τρόπον, τοῖς δεομένοις δανείζων χωρὶς τόκων, καὶ τὸ δάνειον τῶν ἑβδομάδων ἐνστασῶν χρεωκοπούμενος· κἂν φειδωλός τις ᾖ, ὑπὸ τοῦ νόμου κρατεῖται διὰ τὸν λογισμὸν, μήτε ἐπικαρπολογούμενος τοὺς ἀμητοὺς, μήτε ἐπιρρωλογούμενος τοὺς ἀμπελῶνας. Καὶ ἐπὶ τῶν ἑτέρων δὲ ἔστιν ἐπιγνῶναι τοῦτο, ὅτι τῶν παθῶν ἐστιν αὐτοκράτωρ ὁ λογισμός. Ὁ γὰρ νόμος καὶ τῆς πρὸς γονεῖς εὐνοίας κρατεῖ, μὴ καταπροδιδοὺς τὴν ἀρετὴν δι' αὐτούς· καὶ τῆς πρὸς γαμετὴν φιλίας ἐπικρατεῖ, διὰ παρανομίαν αὐτὴν ἀπελέγχων· καὶ τῆς τῶν τέκνων φιλίας κυριεύει, διὰ κακίαν αὐτὰ κολάζων· καὶ τῆς φίλων συνηθείας δεσπόζει, διὰ πονηρίαν αὐτοὺς ἐλέγχων. Καὶ μὴ νομίσητε παράδοξον εἶναι, ὅπου γε καὶ ἔχθρας ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς δύναται διὰ τὸν νόμον, μήτε δενδροτομῶν τὰ ἥμερα τῶν πολεμίων φυτὰ, τά τε τῶν ἐχθρῶν τοῖς ἀπολέσασι διασώζων καὶ τὰ πεπτωκότα συνεγείρων. Καὶ τῶν βιαιοτέρων δὲ παθῶν ἐπικρατεῖν ὁ λογισμὸς φαίνεται, φιλαρχίας καὶ κενοδοξίας καὶ ἀλαζονείας καὶ μεγαλαυχίας καὶ βασκανίας· πάντα γὰρ ταῦτα τὰ κακοήθη πάθη ὁ σώφρων νοῦς εἰς ἀγαθὸν προτρέπων ἀπωθεῖται καὶ βιάζεται, ὥσπερ καὶ τὸν θυμόν· καὶ γὰρ καὶ τούτου δεσπόζει. Θυμούμενος γέ τοι Μωϋσῆς κατὰ Δαθὰν καὶ Ἀβιρὰμ, οὐ θυμῷ τι κατ' αὐτῶν ἐποίησεν, ἀλλὰ λογισμῷ τὸν θυμὸν διῄτησε. Δυνατὸς γὰρ ὁ σώφρων νοῦς, ὡς ἔφην, κατὰ τῶν παθῶν ἀριστεῦσαι, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν μεταθεῖναι, τὰ δὲ καὶ ἀκυρῶσαι· ἐπεὶ διὰ τί ὁ πάνσοφος ἡμῶν πατὴρ Ἰακὼβ τοὺς περὶ Συμεὼν καὶ Λευὶ αἰτιᾶται, μὴ λογισμῷ τοὺς Σικιμίτας ἐθνηδὸν ἀποσφάξαντας, λέγων, « ἐπικατάρατος ὁ θυμὸς αὐτῶν; » εἰ μὴ γὰρ ἐδύνατο ὁ λογισμὸς τοῦ θυμοῦ κρατεῖν, οὐκ ἂν εἶπεν οὕτως. Ὁπηνίκα γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατεσκεύαζε, λόγῳ καὶ αὐτεξουσιότητι κοσμήσας, τηνικάδε καὶ τὰ πάθη αὐτῷ καὶ τὰ ἤθη περιεφύτευσε, καὶ τὸν ἡγεμόνα νοῦν διὰ τῶν ἔνδον αἰσθητηρίων ἐνεθρόνισε· καὶ τούτῳ νόμον ἔδωκε, καθ' ὃν πολιτευόμενος βασιλεύσει βασιλείαν σώφρονά τε καὶ δικαίαν καὶ ἀγαθὴν καὶ ἀνδρείαν. Πῶς οὖν, εἴποι τις ἂν, εἰ τῶν παθῶν δεσπότης ἐστὶν ὁ λογισμὸς, λήθης καὶ ἀγνοίας οὐ κρατεῖ; Ἔστι δὲ κομιδῇ γελοῖος ὁ λόγος· οὐ γὰρ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ὁ λογισμὸς ἐπικρατεῖν φαίνεται, ἀλλὰ τῶν σώματος· οἷον ἐπιθυμίαν τις οὐ δύναται ἐκκόψαι ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ μὴ δουλωθῆναι τῇ ἐπιθυμίᾳ δύναται ὁ λογισμὸς παρασχέσθαι· θυμόν τις οὐ δύναται ἐκκόψαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῷ μὴ δουλωθῆναι τῷ θυμῷ δυνατὸς ὁ λογισμὸς βοηθεῖν· κακοήθειάν τις ἡμῶν οὐ δύναται ἐκκόψαι, ἀλλὰ τῷ μὴ καμφθῆναι τῇ κακοηθείᾳ δύναται ὁ λογισμὸς συμμαχῆσαι· οὐ γὰρ ἐκριζωτὴς τῶν παθῶν ὁ λογισμός ἐστιν, ἀλλ' ἀνταγωνιστής. Ἔστι γοῦν τοῦτο διὰ τῆς τοῦ Δαυὶδ τοῦ βασιλέως δίψης σαφέστερον ἐπιλογίσασθαι· ἐπεὶ γὰρ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας πολεμῶν τοὺς ἀλλοφύλους καὶ πολ-

solet, atque abdomini inservire, qui pergræcari, alii se det disciplinæ, nisi scilicet quod perturbationum domina ratio sit? Quum primum igitur quis ad legis præscriptum vivit, si avaro fuerit ac sordido ingenio, suis vim adhibere moribus cogitur, ut tenuioribus sine fœnore mutuet, atque imminentibus jam septimanis mutuum amittat : sive parcus ac tenax fuerit, a lege vi rationis regitur, ut nec spicilegium facere possit nec racemationem. Quin et multis aliis indiciis liquere potest, rationem perturbationes regere. Lex enim pietatem erga parentes ita moderatur, ut ejus causa virtus non deseratur : amori etiam erga uxorem imperat, ut ob violatam legem reprehendatur : amorem erga liberos temperat, flagitiosam eorum vitam pœnis vindicando : amicorum denique familiaritates gubernat, improbitatem eorum redarguendo. Neque vero mirum hoc vobis videri debet, quum in inimicitias etiam ratio, legis auctoritate intercedente, dominetur, ut nec sativas hostium arbores exscindat, nec res inimicorum amissas sibi, sed dominis servet, et ut quæ ceciderint, erigat. Sed et violentioribus ratio perturbationibus leges dictat : ambitioni, dico, inanis gloriæ studio, arrogantiæ, jactantiæ, et invidiæ. Has enim improbas perturbationes universas mens temperata summovet ac depellit, ut et iracundiam : nam huic etiam ipsi illa præest. Iratus proinde Dathani et Abiramo Moyses nihil iracunde in eos admisit, sed ratione iracundiam mitigavit. Quandoquidem temperata mens perturbationes vincere ac debellare potest, easdemque partim huc illuc versare, partim omnino opprimere. Quod nisi ita se haberet, quare summa vir prudentia Jacobus ille, gentis nostræ auctor, Simeonem et Levin, qui Sichemitarum gentem universam e medio sustulerunt, his verbis increpat, « exsecrabilis sit ira eorum : » nequaquam enim ita illos compellaturus erat, nisi iram ratio vincere posset. Quum hominem Deus fabricaretur, ratione et arbitrii libertate instructo ac ornato perturbationes moresque insevit, ducemque mentem per interiora sensus instrumenta sublimi in sede collocavit; atque legem eidem proposuit, ex cujus præscripto se gerens, sobrie, juste, bene ac fortiter regnaret. Sed enim, dixerit quispiam, si modo perturbationum ratio domina est, qui fit ut oblivionem et ignorantiam non regat? Quod quidem perridicule quæritur; quum non suis, sed corporis perturbationibus ratio imperet. Verbi causa, cupiditatem non potest quis nobis plane adimere; verum ut cupiditati servitutem non serviamus, id demum ratio præstare potest. Nec iram prorsus exstirpare ex animis nostris quis potest; at quominus iræ vincti tradamur, ratio suppetias potest ferre. Nec improbitatem omnino nobis evellere; sed ne improbitate flectamur, novit ratio auxiliari. Nam perturbationes ratio non evellit radicitus, sed concertando oppugnat. Id quod clarius adhuc percipere licet exemplo a Davidis siti petito. Quum toto die Davides suorum copiis stipatus cum barbaris confligeret, magnamque stragem ederet; appetente vespera,

λοὺς ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνας ὁ Δαυὶδ μετὰ τοῦ ἔθνους στρατιωτῶν, τότε δὴ γενομένης ἑσπέρας, ἱδρῶν καὶ σφόδρα κεκμηκὼς ἐπὶ τὴν βασίλειον σκηνὴν ἦλθε, περὶ ἣν ὁ πᾶς τῶν προγόνων στρατὸς ἐστρατοπεδεύκει· οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον ᾔεσαν, ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς μάλιστα διψῶν, καίπερ ἀφθόνους ἔχων πηγάς, οὐχ ἠδύνατο δι' αὐτῶν ἰάσασθαι τὴν δίψαν, ἀλλά τις αὐτὸν ἀλόγιστος ἐπιθυμία τοῦ παρὰ τοῖς πολεμίοις ὕδατος ἐπιτείνουσα συνέφρυγε καὶ λύουσα κατέφλεγεν· ὅθεν τῶν ὑπερασπιστῶν ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως δίψῃ σχετλιαζόντων, τρεῖς νεανίσκοι στρατιῶται καρτεροί, καταιδεσθέντες τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιθυμίαν, τὰς παντευχίας καθωπλίσαντο, καὶ κάλπην λαβόντες ὑπερέβησαν τοὺς τῶν πολεμίων χάρακας· καὶ λαθόντες τοὺς τῶν πυλῶν ἀκροφύλακας, διεξῄεσαν, ἀνερευνώμενοι κατὰ πᾶν τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον, καὶ ἀνευράμενοι τὴν πηγήν, ἐξ αὐτῆς θαρραλέως τῷ βασιλεῖ ἐκόμισαν. Ὁ δὲ καίπερ τῇ δίψῃ διαπυρούμενος ἐλογίσατο πάνδεινον εἶναι κίνδυνον ψυχῇ λογισθὲν ἰσοδύναμον ποτὸν αἵματι· ὅθεν ἀντιθεὶς τῇ ἐπιθυμίᾳ τὸν λογισμόν, ἔσπεισε τὸ πόμα τῷ Θεῷ· δυνατὸς γὰρ ὁ σώφρων νοῦς νικῆσαι τὰς τῶν παθῶν ἀνάγκας καὶ σβέσαι τὰς τῶν οἴστρων φλεγμονάς, καὶ τὰς τῶν σωμάτων ἀλγηδόνας καθ' ὑπερβολὴν οὔσας καταπαλαῖσαι, καὶ τῇ καλοκαγαθίᾳ τοῦ λογισμοῦ διαπτύσαι πάσας τὰς τῶν παθῶν ἐπικρατείας. Ἤδη δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἡμᾶς καλεῖ ἐπὶ τὴν ἀπόδειξιν τῆς θεωρίας τοῦ σώφρονος λογισμοῦ.

δ'. Ἐπειδὴ γὰρ βαθεῖαν εἰρήνην διὰ τὴν εὐνομίαν οἱ πατέρες ἡμῶν εἶχον καὶ ἔπραττον καλῶς, ὥστε καὶ τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα Σέλευκον τὸν Νικάνορα χρήματα εἰς τὴν ἱερουργίαν αὐτοῖς ἀφορίσαι, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτῶν ἀποδέχεσθαι, τότε δή τινες πρὸς τὴν κοινὴν νεωτερίσαντες ὁμόνοιαν πολυτρόποις ἐχρήσαντο συμφοραῖς. Σίμων γάρ τις πρὸς Ὀνίαν ἀντιπολιτευόμενος, τὸν τότε τὴν ἀρχιερωσύνην ἔχοντα διὰ βίου, καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα, ἐπειδὴ πάντα τρόπον διαβάλλων ὑπὲρ τοῦ ἔθνους οὐκ ἴσχυσε κακῶσαι, φυγὰς ᾤχετο, τὴν πατρίδα προδώσων. Ὅθεν ἥκων ὡς Ἀπολλώνιον τὸν Συρίας τε καὶ Φοινίκης καὶ Κιλικίας στρατηγὸν ἔλεγεν· « εὔνους ὢν « τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν ἥκω, μηνύσων πολλὰς « ἰδιωτικῶν χρημάτων μυριάδας ἐν τοῖς Ἱεροσολύμων « γαζοφυλακίοις τεθησαυρίσθαι, τῷ ἱερῷ μὴ ἐπικοινω- « νούσας, καὶ προσήκειν ταῦτα Σελεύκῳ τῷ βασιλεῖ. » Τούτων δὲ ἕκαστα γνοὺς ὁ Ἀπολλώνιος τὸν μὲν Σίμωνα τῆς εἰς τὸν βασιλέα κηδεμονίας ἐπῄνει, πρὸς δὲ τὸν Σέλευκον ἀναβὰς κατεμήνυσε τὸν τῶν χρημάτων θησαυρόν· καὶ λαβὼν τὴν περὶ αὐτῶν ἐξουσίαν ταχὺ εἰς τὴν πατρίδα ἡμῶν μετὰ τοῦ καταράτου Σίμωνος καὶ βαρυτάτου στρατοῦ ἀνέβη. Καὶ προσελθὼν ταῖς τοῦ βασιλέως ἐντολαῖς ἥκειν ἔλεγεν, ὅπως τὰ ἰδιωτικὰ τοῦ γαζοφυλακίου λάβοι χρήματα. Καὶ τοῦ ἔθνους πρὸς τὸν λόγον σχετλιάσαντος, ἀντιλέγοντός τε, πάνδεινον εἶναι νομίσαντες εἰ οἱ τὰς παρακαταθήκας πιστεύσαντες τῷ ἱερῷ θησαυρῷ στερηθήσονται, ὡς οἷόν τε ἦν ἐκώλυον.

sudore totus madens, et labore exhaustus, tentorium regium, quod totus majorum exercitus undique castrametatus munierat, pervenit. Mox alii omnes ad cœnam properare : rex vehementissima laborans siti, licet aquarum satis superque esset, sitim tamen illis sedare haud poterat : verum nescio quæ turbida eum ac bruta cupiditas aquæ hostium incessens, majorem in modum torruit ac inflammavit. Satellitibus itaque regis sitim miserantibus; terni juvenes, præstanti milites virtute, regis moti cupiditate, armis instructi undique ac muniti, sumpta situla, hostium vallo superato, clam portarum custodibus perruperunt, fontem hic illic per hostium castra disquirentes : quo reperto, aquam inde regi asportarunt. At ille, quamvis siti torreretur majorem in modum, longe gravissimum sibi ducebat periculum, si potum sanguini parem sumeret. Itaque opposita cupiditati ratione, potum libavit Deo. Mens siquidem temperata, perturbationum impetus vincere, libidinum flammas exstinguere, vehementissimos corporis dolores superare, omnes denique perturbationum dominatus rationis bonitate pessumdare valet. Sed jam tempus nos vocat ad propositam de temperata ratione quæstionem confirmandam.

4. Nam quum alta majores nostri pace justitiam æquitatemque colendo fruerentur, omnibusque florerent copiis, adeo ut rex Asiæ Seleucus Nicanor pecuniam illis in sacrificiorum usum largiretur, eorumque rempublicam probaret : tum civium quorundam perditorum novis rebus studentium scelere, quo communem concordiam labefactarent, in varias calamitates inciderunt. Quidam enim, Simon nomine, cum Onia, summo per vitam pontifice, viro sane integerrimo et optimo, cujus nulla vitæ pars labe aliqua poterat aspergi, inimicitias exercens, ubi omni calumniarum genere petitum, nullo incommodo per populum afficere potuit, patriam proditurus solum vertit. Unde ad Apollonium, Syriæ et Phœnices et Ciliciæ ducem, accedens dixit : « commodorum « regis studio impulsus venio, ut ingentem privatarum pe- « cuniarum vim in Hierosolymitanis gazophylaciis recondi- « tam esse indicem, quæ ad templum nihil spectent, sed « omnes ad Seleucum regem jure attineant. » His singillatim cognitis, Apollonius Simonis erga regem studium collaudavit; et ad regem profectus, rem omnem de thesauro exposuit; acceptaque a rege pecuniæ illius asportandæ facultate, ad patriam nostram illico una cum impuro Simone atque exercitu ingenti contendit. Seque eo advenisse significat regis jussu, privatarum gazophylacii pecuniarum accipiendarum causa. Tum populo ad hanc orationem ingemiscente et reclamante, indignum facinus esse existimante, ut qui deposita sacrosancto thesauro credidissent, iisdem

Μετὰ ἀπειλῶν δὲ ὁ Ἀπολλώνιος ἀπῄει εἰς τὸ ἱερόν. Τῶν δὲ ἱερέων μετὰ γυναικῶν καὶ παιδίων ἐν τῷ ἱερῷ ἱκετευσάντων τῷ Θεῷ ὑπερασπίσαι τοῦ ἱεροῦ καταφρονουμένου τοῦ τόπου, ἀνιόντος τε μετὰ καθωπλισμένης τῆς στρατιᾶς τοῦ Ἀπολλωνίου πρὸς τὴν τῶν χρημάτων ἁρπαγὴν, οὐρανόθεν ἔφιπποι προὐφάνησαν ἄγγελοι περιαστράπτοντες τοῖς ὅπλοις καὶ πολὺν αὐτοῖς φόβον τε καὶ τρόμον ἐνῆκαν. Καταπεσὼν δὲ ἡμιθανὴς ὁ Ἀπολλώνιος ἐπὶ τὸν πάμφυλον τοῦ ἱεροῦ περίβολον, τὰς χεῖρας ἐξέτεινεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ μετὰ δακρύων τοὺς Ἑβραίους παρεκάλει, ὅπως προσευξάμενοι περὶ αὐτοῦ τὸν οὐράνιον ἐξευμενίσωνται στρατόν. Τούτοις ἐπαχθεὶς τοῖς λόγοις Ὀνίας ὁ ἀρχιερεὺς, καίπερ ἄλλως εὐλαβηθεὶς μήποτε νομίσειεν ὁ βασιλεὺς Σέλευκος ἐξ ἀνθρωπίνης ἐπιβολῆς καὶ οὐ θείας δίκης ἀνῃρῆσθαι τὸν Ἀπολλώνιον, ηὔξατο περὶ αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν παραδόξως διασωθεὶς ᾤχετο δηλώσων τῷ βασιλεῖ τὰ συμβάντα αὐτῷ. Τελευτήσαντος δὲ Σελεύκου τοῦ βασιλέως διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς υἱὸς αὐτοῦ, ἀνὴρ πάνδεινος καὶ ὑπερήφανος, ὃς καταλύσας τὸν Ὀνίαν τῆς ἀρχιερωσύνης, Ἰάσονα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατέστησεν ἀρχιερέα, συνθέμενον δώσειν, εἰ ἐπιτρέψειεν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν, κατ' ἐνιαυτὸν τάλαντα τρισχίλια ἑξακόσια ἑξήκοντα. Ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτῷ καὶ ἀρχιερᾶσθαι καὶ τοῦ ἔθνους ἀφηγεῖσθαι· ὃς καὶ ἐξεδιῄτησε τὸ ἔθνος καὶ ἐξεπολίτευσεν ἐπὶ πᾶσαν παρανομίαν· ὥστε μὴ μόνον ἐπ' αὐτῇ τῇ ἄκρᾳ τῆς πατρίδος ἡμῶν γυμνάσιον κατασκευάσαι, ἀλλὰ καὶ καταλῦσαι τὴν τοῦ ἱεροῦ κηδεμονίαν. Ἐφ' οἷς ἀγανακτήσασα ἡ θεία δίκη αὐτὸν αὐτοῖς τὸν Ἀντίοχον ἐπολέμωσεν. Ἐπειδὴ γὰρ πολεμῶν ἦν κατ' Αἴγυπτον Πτολεμαίῳ, ἤκουσέ τε ὅτι φήμης διαδοθείσης περὶ τοῦ τεθνάναι αὐτὸν, ὡς ἔνι μάλιστα χαίροιεν οἱ Ἱεροσολυμῖται, ταχέως ἐπ' αὐτοὺς ἀνέζευξεν. Καὶ ὡς ἐπόρθησεν αὐτοὺς, δόγμα ἔθετο, « ὅπως οἵτινες αὐτῶν φανεῖεν τῷ πατρίῳ « πολιτευόμενοι νόμῳ, κολασθέντες θάνοιεν. » Ἐπειδὴ δὲ κατὰ μηδένα τρόπον ἴσχυε καταλῦσαι διὰ τῶν δογμάτων τὴν εὐνομίαν τοῦ ἔθνους, ἀλλὰ πάσας τὰς ἀπειλὰς αὐτοῦ καὶ τιμωρίας ἑώρα καταλυομένας, ὥστε καὶ γυναῖκας, ὅτι περιέτεμνον παιδία, μετὰ τῶν βρεφῶν κατακρημνισθῆναι, προειδυίας ὅτι τοῦτο πείσονται· ἐπεὶ οὖν τὰ δόγματα αὐτοῦ κατεφρονεῖτο ὑπὸ τοῦ λαοῦ, αὐτὸς διὰ βασάνων ἕνα ἕκαστον ἠνάγκαζε μιαρῶν ἀπογευσαμένους ἐδεσμάτων ἐξόμνυσθαι τὸν Ἰουδαϊσμόν.

ε'. Προκαθίσας γέ τοι μετὰ τῶν συνέδρων ὁ τύραννος Ἀντίοχος ἐπί τινος ὑψηλοῦ τόπου, καὶ τῶν στρατευμάτων αὐτῷ παρεστηκότων κυκλόθεν ἐνόπλων, παρεκέλευσεν τοῖς δορυφόροις ἕνα ἕκαστον τῶν Ἑβραίων ἐπισπᾶσθαι καὶ κρεῶν ὑείων καὶ εἰδωλοθύτων ἀναγκάζειν ἀπογεύεσθαι· εἰ δέ τινες μὴ θέλοιεν μιαροφαγῆσαι, τούτους τροχισθέντας ἀναιρεθῆναι. Πολλῶν οὖν ἀναρπασθέντων ἐκ τοῦ ὄχλου, ἀνήρ τις ὀνόματι Ἐλεάζαρος, τὸ γένος ἱερεὺς, τὴν ἐπιστήμην νομικὸς, καὶ τὴν ἡλικίαν προήκων, καὶ πολλοῖς τῶν περὶ τὸν τύραννον διὰ τὴν ἡλικίαν γνώριμος, παρήχθη πλησίον αὐτοῦ. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ

fraudarentur; ut poterant obstabant. Apollonius autem in templum non sine minis perrumpit. Quumque sacerdotes una cum conjugibus ac liberis in templo supplicarent Deo, ut sacrosanctum locum tam indigne violatum tueri vellet : Apollonio, cum armata manu ad pecuniam diripiendam ascendenti, ecce angeli equis vecti cœlitus apparent, armis undique fulgurantes; qui non mediocrem terrorem horroremque illis incussere. Semianimis autem Apollonius in templi porticum exteriorem, cunctis patentem nationibus, corruens, manus in cœlum sustulit, et flens Hebræos orabat, ut precibus pro ipso conceptis, cœlestem exercitum placarent. Quibus verbis Onias pontifex maximus motus, quanquam et alias veritus ne rex Seleucus Apollonium non tam divina vindicta quam humana fraude sublatum arbitraretur, preces pro eo concepit. Qui contra suam omniumque opinionem servatus abiit, regi indicaturus quæ ipsi acciderant. Mortuo autem Seleuco rege, succedit in imperium filius ejus Antiochus, homo insolens ac dirus : qui Oniam summo pontificatu exuit; fratremque illius Iasonem pontificem maximum creavit, qui cum eo pactus fuerat, ut, si pontificatum sibi deferret, talenta ei quotannis ter mille sexcenta et sexaginta penderet. Quapropter non modo pontificatum illi rex, sed et dominatum in populum detulit. Ille autem cives suos, ab avitis moribus, institutis, republica, legibus abductos, in omnem impuritatem præcipitavit : adeo ut non solum in fastigio patriæ nostræ gymnasium exstrueret, sed et templi curam aboleret. Quibus sceleribus divina ultio accensa illum ipsum Antiochum infensum illis ac hostem reddidit. Nam quum in Ægypto foret bellum Ptolemæo inferens, fando accepit, rumore de ipsius morte didito, Hierosolymitanos quanto maximo gaudio fuisse perfusos, expeditionem confestim contra eos suscepit. Quibus debellatis, edicta promulgavit, ut « si qui patriam legem observarent, morte « multarentur. » Verum ubi nullo modo edictis suis efficere poterat ut a lege natio illa descisceret, sed suas minas pœnasque omnes passim contemptas videret; adeo ut mulierculæ ob infantulos circumcisos, una cum filiolis, præcipitarentur, minime nesciæ hoc se perpessuras : quum, inquam, ejus edicta contemnerentur a populo, ipse tormentis cogebat unumquemque, impuris cibis degustatis, Judaicos ritus religionemque ejurare.

5. Quum itaque immanis iste tyrannus Antiochus cum assessoribus pro tribunali in excelso quodam loco sederet, armatis copiis undique astantibus; jubet ut cuique Hebræorum præputium attrahant, atque ut suillas carnes et immolatas simulacris victimas cogant quemque degustare; si qui de impuro esu recusarent, in rotam actos tollant. Jamque compluribus raptis e promiscua multitudine, vir quidam nomine Eleazarus, genere sacerdos, professione legisperitus, ætate grandis natu, multis eorum qui tyrannum circumstabant per ætatem notus, coram eo adductus

Ἀντίοχος ἔφη, « ἐγὼ πρὶν ἄρξασθαι τῶν κατὰ σοῦ βασάνων, ὦ πρεσβῦτα, συμβουλεύσω σοι ὅπως ἀπογευσάμενος ὑείων σώζοιο· αἰδοῦμαι γάρ σου καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν πολιάν, ἣν μετὰ τοσοῦτον χρόνον ἔχων οὔ μοι δοκεῖς φιλοσοφεῖν, τῇ Ἰουδαίων χρώμενος θρησκείᾳ. Διὰ τί γάρ, τῆς φύσεως κεχαρισμένης καλλίστην τὴν τοῦδε τοῦ ζώου σαρκοφαγίαν βδελύττῃ; καὶ γὰρ ἀνόητον τοῦτο δοκεῖ, τὸ μὴ ἀπολαύειν τῶν χωρὶς ὀνείδους ἡδέων, καὶ ἄδικον ἀποστρέφεσθαι τὰς τῆς φύσεως χάριτας. Σὺ δέ μοι καὶ ἀνοητότερον ποιήσειν δοκεῖς, εἰ κενοδοξῶν περὶ τὸ ἀληθὲς ἔτι κἀμοῦ καταφρονήσεις ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ τιμωρίᾳ. Οὐκ ἐξυπνώσεις ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας ὑμῶν καὶ ἀποσκεδάσεις τῶν λογισμῶν σου τὸν λῆρον, καὶ ἄξιον νοῦν τῆς ἡλικίας ἀναλαβὼν φιλοσοφήσεις τὴν σύμφορον ἀλήθειαν, καὶ προσκυνήσας μου τὴν φιλάνθρωπον παρηγορίαν οἰκτειρήσεις τὸ σεαυτοῦ γῆρας; Καὶ γὰρ ἐνθυμήθητι ὡς εἰ καί τις ἐστὶ τῆσδε τῆς θρησκείας ὑμῶν ἐποπτικὴ δύναμις, συγγνωμονήσειεν ἄν σοι ἐπὶ πάσῃ τῇ δι' ἀνάγκην παρανομίᾳ γινομένῃ. » Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον ἐπὶ τὴν ἔκθεσμον σαρκοφαγίαν ἐποτρύνοντος τοῦ τυράννου, λόγον ᾔτησεν ὁ Ἐλεάζαρος. Καὶ λαβὼν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἤρξατο δημηγορεῖν, λέγων οὕτως· « ἡμεῖς, Ἀντίοχε, θείῳ πεπεισμένοι νόμῳ πολιτεύεσθαι, οὐδεμίαν ἀνάγκην βιαιοτέραν εἶναι νομίζομεν τῆς πρὸς τὸν νόμον ἡμῶν ἀπειθείας· διὸ δὴ κατ' οὐδένα τρόπον παρανομεῖν ἀξιοῦμεν. Καίτοι εἰ καὶ κατ' ἀλήθειαν μὴ ἦν ὁ νόμος ἡμῶν, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις, θεῖος, ἄλλως δὲ ἐνομίζομεν αὐτὸν εἶναι θεῖον, οὐδὲ οὕτως ἐξὸν ἦν ἡμῖν τὴν ἐπὶ τῇ εὐσεβείᾳ δόξαν ἀκυρῶσαι. Μὴ μικρὰν οὖν εἶναι νομίσῃς ταύτην, εἰ μιαροφαγήσαιμεν, ἁμαρτίαν· τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις παρανομεῖν ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρου γὰρ ὁ νόμος ὁμοίως ὑπερηφανεῖται. Χλευάζεις δὲ ἡμῶν τὴν φιλοσοφίαν, ὥσπερ οὐ μετ' εὐλογιστίας ἐν αὐτῇ βιούντων· σωφροσύνην τε γὰρ ἡμᾶς ἐκδιδάσκει, ὥστε πασῶν τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν κρατεῖν· καὶ ἀνδρείαν ἐξασκεῖ, ὥστε πάντα πόνον ἑκουσίως ὑπομένειν· καὶ δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν παιδεύει, ὥστε μόνον τὸν ὄντα Θεὸν εὐσεβεῖν μεγαλοπρεπῶς. Διὸ οὐ μιαροφαγοῦμεν· πιστεύοντες γὰρ Θεοῦ καθεστάναι τὸν νόμον, οἴδαμεν ὅτι κατὰ φύσιν ἡμῖν συμπαθεῖ ὁ νομοθετῶν· ὁ τοῦ νόμου κτίστης, τὰ μὲν οἰκειωθησόμενα ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς ἐπέτρεψεν ἐσθίειν, τὰ δὲ ἐναντιωθησόμενα ἐκώλυσε σαρκοφαγεῖν. Τυραννικὸν οὖν ἐστιν οὐ μόνον τὸ ἀναγκάζειν ἡμᾶς παρανομεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐσθίειν, ὅπως τῇ ἐχθίστῃ ἡμῶν μιαροφαγίᾳ ταύτῃ ἐπιγελάσῃς ἡμᾶς. Ἀλλ' οὐ γελάσεις κατ' ἐμοῦ τοῦτον τὸν γέλωτα· μὰ τοὺς ἱεροὺς τῶν προγόνων περὶ τοῦ φυλάξαι τὸν νόμον ὅρκους, οὐδ' ἂν ἐκκόψειάς μου τὰ ὄμματα καὶ τὰ σπλάγχνα τήξειας. Οὐχ οὕτως εἰμὶ γέρων ἐγὼ καὶ ἄνανδρος ὑπάρχω, ὥστε μοι διὰ τὴν εὐσέβειαν μὴ νεάζειν τὸν λογισμόν. Πρὸς ταῦτα τροχοὺς εὐτρέπιζε καὶ τὸ πῦρ ἐκφύσα σφοδρότερον· οὐχ οὕτως οἰκτείρομαι τὸ ἐμαυτοῦ γῆρας, ὥστε

est. Quem conspicatus Antiochus, dixit : « ego tibi, o senex, auctor sum, ut, priusquam tormenta experiare, suilla carne gustata, saluti consulas tuæ : nam tuam et ætatem et canos revereor, quibus tanto jam tempore aspersus, mihi certe, cum Judæorum superstitionem colas, sapere non videris. Quamobrem enim, quæso, natura præsertim hoc largiente, optimum hujusce animantis esum detestaris? nam rebus jucundis, a quibus abest probrum, frui nolle, delirum profecto ac stupidum est; quin et iniquum videtur, optimæ parentis naturæ dona aspernari. Tu autem multo mihi stultius videris facturus, si ad inanem de veritate opinionem mei etiam tuo cruciatui contemptum adjeceris. Nonne e nugaci ista vestra philosophia tandem aliquando evigilabis, cogitationumque tuarum gerras germanas dispelles, et dignam istac ætate mentem indues ut commodæ veritatis studio te dedas; meam denique tam benignam adhortationem amplexus, tuæ saltem senectutis miserebere? Sic enim apud te cogites velim, si modo aliquod sit numen, cui ista superstitio sit curæ, illud facile procul dubio hanc tibi noxam, quam necessitate coactus admiseris, condonaturum. » Quum istiusmodi oratione ad nefarias epulas tyrannus invitasset, Eleazarus, dicendi facultate orata et exorata, verba facere ita cœpit : « nos, Antioche, qui divinæ legi nomen dedimus nullam censemus violentiorem esse necessitatem, quam ut legi nostræ non obtemperemus. Quo fit ut nullo modo nobis legem violandam existimemus. Quanquam si revera non esset, uti tu augurari, lex nostra divinitus data, sed opinionis errore divinam esse crederemus; ne sic quidem nobis fas esset susceptam semel de pietate sententiam deponere et abjicere. Noli igitur putare, leve hoc fore peccatum, si rebus impuris vescamur. Nam sive in magnis, sive in parvis, legem violare perinde est : quum utrocunque modo legis auctoritas conculcetur. Nostram vero tu philosophiam ludos facis, quasi eam non convenienter rectæ rationi sectemur ac colamus. Quæ tamen nos temperantiam docet, ut omnibus voluptatibus cupiditatibusque imperemus; et fortitudinis præceptis excolit, ut nullum non laborem sponte subeamus : justitia quoque et pietate imbuit, ut verum Deum, qui unus est, rite et magnifice colamus. Quocirca nullo modo adduci possumus, ut impuris cibis vescamur : quum habeamus persuasum, divinitus hanc legem esse constitutam; sitque nobis cognitum et exploratum, hujusce legis auctorem, utpote nostræ naturæ probe conscium, quæ quidem nostris animis convenientia judicaret, ea nobis comedenda concessisse; quæ autem repugnantia, eorum usu nobis interdixisse. Crudele ergo est atque immane, non solum ad legem nos violandam, sed et ad vescendum, quo nostrum hunc ciborum impurorum esum odiosissimum irrideas, cogere. At hoc tu me risu nequaquam excipies, sacrosancta majorum de lege observanda fœdera testor : ne si oculos quidem mihi effoderis, et liquefeceris viscera. Non sum, non sum adeo senex et imbecillus, ut mihi ratio pietatis causa non juvenescat. Para contra hæc rotas, ignemque vehementius incende. Haudquaquam ita me meæ senectutis miseret, ut patriam legem illius

« με δι' αὐτοῦ τὸν πάτριον καταλῦσαι νόμον. Οὐ ψεύσομαί σε, παιδευτὰ νόμε, οὐδ' ἐξομοῦμαί σε, φίλη ἐγκράτεια, οὐδὲ καταισχυνῶ σε, φιλόσοφε λόγε, οὐδ' ἐξαρνήσομαί σε, ἱερωσύνη τιμία, καὶ νομοθεσίας ἐπιστήμη· οὐδὲ μιανεῖ μου τὸ σεμνὸν γῆρας στόμα, οὐδὲ νομίμου βίου ἡλικίαν· ἁγνὸν δέ με εἰσδέξονται οἱ πατέρες, μὴ φοβηθέντα σου τὰς μέχρι θανάτου ἀνάγκας. Ἀσεβῶν γάρ με τυραννήσεις· τῶν δὲ ἐμῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας λογισμῶν οὔτε διὰ λόγων οὔτε δι' ἔργων δεσπόσεις. »

ς' Τοῦτον τὸν τρόπον ἀντιρρητορεύσαντα ταῖς τοῦ τυράννου παρηγορίαις περιστάντες οἱ δορυφόροι πικρῶς ἔσυρον ἐπὶ τὰ βασανιστήρια τὸν Ἐλεάζαρον. Καὶ πρῶτον μὲν περιέδυσαν τὸν γηραιὸν ἐγκοσμούμενον τῇ περὶ τῆς εὐσεβείας εὐσχημοσύνῃ· ἔπειτα περιαγκωνίσαντες ἑκατέρωθεν, μάστιξι κατῄκιζον, « πείσθητι ταῖς τοῦ βασιλέως ἐντολαῖς » ἑτέρωθι κήρυκος ἐπιβοῶντος. Ὁ δὲ μεγαλόφρων καὶ εὐγενὴς ἀληθῶς Ἐλεάζαρος, ὥσπερ ἐν ὀνείρῳ βασανιζόμενος, κατ' οὐδένα τρόπον μετετρέπετο, ἀλλ' ὑψηλοὺς ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπεξαίνετο ταῖς μάστιξι τὰς σάρκας ὁ γέρων, καὶ κατερρεῖτο τῷ αἵματι καὶ τὰ πλευρὰ κατετιτρώσκετο· καὶ πίπτων εἰς τοὔδαφος ἐκ τοῦ μηκέτι φέρειν τὸ σῶμα τὰς ἀλγηδόνας, ὀρθὸν εἶχε καὶ ἀκλινῆ τὸν λογισμόν. Λὰξ γέ τοι τῶν πικρῶν τις δορυφόρων εἰς τοὺς κενεῶνας ἐναλλόμενος ἔτυπτεν, ὅπως ἐξανίσταιτο πίπτων· ὁ δὲ τυπτόμενος ὑπέμενε τοὺς πόνους καὶ περιεφρόνει τῆς ἀνάγκης, καὶ διεκαρτέρει τοὺς αἰκισμούς, καὶ ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὁ γέρων ἐνίκα τοὺς βασανίζοντας· ἱδρῶν δὲ τὸ πρόσωπον καὶ σφόδρα ἐπασθμαίνων καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν βασανιστῶν ἐθαυμάζετο τὴν εὐψυχίαν. Ὅθεν τὰ μὲν ἐλεοῦντες τὰ τοῦ γήρως αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐν συμπαθείᾳ διὰ τὴν συνήθειαν ὄντες, τὰ δὲ ἐν θαυμασμῷ τῆς καρτερίας, προσιόντες αὐτῷ τινες τῶν τοῦ βασιλέως ἔλεγον· « τί τοῖς κακοῖς τούτοις σεαυτὸν ἀλογίστως παραβάλλεις, Ἐλεάζαρε; ἡμεῖς μέν σοι τῶν ἡψημένων κρεῶν παραθήσομεν, σὺ δὲ ὑποκρινόμενος τῶν ὑείων ἀπογεύσασθαι, σώθητι. » ὁ δὲ ὡς πικρότερον αἰκισθεὶς διὰ τῆς συμβουλείας ἔκραζε λέγων· « μὴ γένοιτο ἵνα οὕτω κακῶς φρονήσωμεν οἱ παῖδες Ἀβραάμ, ὥστε μαλακοψυχήσαντας ἀπρεπὲς ἡμῖν δρᾶμα ὑποκρίνασθαι. Καὶ γὰρ ἀλόγιστον εἰ πρὸς ἀλήθειαν ζήσαντες τὸν μέχρι γήρως βίον καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ δόξαν νομίμως φυλάξαντες, νῦν μεταβαλοίμεθα, καὶ αὐτοὶ μὲν ἡμεῖς γενοίμεθα τοῖς νέοις ἀσεβείας τύπος, ἵνα καὶ παράδειγμα γενώμεθα τῆς μιαροφαγίας, αἰσχρὸν δὲ ἐπιβιώσωμεν ὀλίγον χρόνον καὶ τοῦτον καταγελώμενοι πρὸς ἁπάντων ἐπὶ τῇ δειλίᾳ, καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ τυράννου ὡς ἄνανδροι καταφρονηθῶμεν, τὸν δὲ θεῖον ἡμῶν νόμον μὴ μέχρι θανάτου προασπίσαιμεν. Πρὸς ταῦτα ὑμεῖς μέν, ὦ Ἀβραὰμ παῖδες, εὐγενῶς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τελευτᾶτε, οἱ δὲ τοῦ τυράννου δορυφόροι, τί μέλλετε; » Ἰδόντες οὖν αὐτὸν οὕτω πρὸς τὰς ἀνάγκας μεγαλοφρονούμενον, καὶ μηδὲ πρὸς τὸν οἰ-

« gratia sim deserturus. Te, o magistra lex, non frustrabo nec te, carissima continentia, ejurabo; neque tibi, ratio sapientissima, ero dedecori; neque te abnegabo, honorandum sacerdotium et legis prudentia; neque venerandam senectutem et ex legis præstituto actam ætatem os contaminabit unquam. Quin imo castum me et purum, tua tormenta vel ad mortem usque nihil prorsus reformidantem, majores excipient. Utcunque nefaria in me et immani diritate desævias : meas tamen de pietate tuenda cogitationes nec verbis nec factis reges. »

6. Ita tyranni adhortationi respondentem circumstantes satellites ad tormenta Eleazarum traxerunt crudelissime. Ac primum vestibus senem exuunt, splendido pietatis habitu ornatissimum : dein brachiis a tergo utrinque ligatis cædunt flagris, præcone ab altera parte magna voce clamante, « regis mandato obtempera. » Magnanimus interea et vere generosus Eleazarus, quasi in somnio cruciaretur, de sententia minime dimovebatur; sed oculis sublime in cœlum erectis, caro seni flagris discerpebatur et inundabat sanguine, et latera vulneribus conficiebantur : et quum jam corpusculum dolorum acerbitati diutius ferendæ esset impar, erecta interim et stabili et immota ratione perstante, humi concidit. Tum satellitum nescio quis calce ad ilia irruens percussit, ut lapsus exsurgeret. Ille vero ictus, dolorum asperitatem invicto animo pertulit, molestiam contempsit, verberum atrocitatem constanter toleravit; fortisque athletæ instar, senex vicit carnifices. Manante jam per vultum sudore, spirandique difficultate graviter opprimente, ejus animi magnitudo ipsis tortoribus fuit admirationi : adeo ut decrepitæ ætatis miseratione tacti, partim ob veterem necessitudinem condolentes, partim constantia obstupescentes, quidam regis satellitum, ad eum accedentes, sic alloquerentur : « quid te, malum, Eleazare, in has ærumnas tam inconsiderate ac temere conjicis? Quin potius nos tibi elixas carnes suillas apponemus : quas tu gustare præ te feres, ut vitæ tuæ consulas. » Ille autem, quasi his monitis acerbiore contumelia affectus, vociferabatur : « absit, absit ut Abrahami posteri ita deliremus, ut animo remisso et abjecto personam nostræ dignitati minus convenientem sustineamus. Nam plane videtur a ratione alienum et abhorrens, ut tota ætate ad extremam usque senectutem convenienter veritati acta, perstante ejus etiam gloria integra et illibata, nunc demum de sententia discedamus : nosque ipsi impietatis exemplar, impura dape gustata, juventuti proponamus; et quod vitæ reliquum est, turpiter atque ignominiose transigamus, idque nostra timiditate ab omnibus derisa; a tyranno quoque ipso ut imbecilli, contemnamur; pro divina denique lege nostra non ad mortem usque propugnemus. Vos igitur, qui genus ab Abrahamo ducitis, his spretis ac contemptis, fortiter animoseque pietatis causa mortem oppetite; vos autem, regis satellites, quid statis, quid cunctamini? » Quum itaque viderent illum tam excelso animo suppliciorum gravitatem infra se ducere ac despicere,

κτιρμὸν αὐτῶν μεταβαλλόμενον, ἐπὶ τὸ πῦρ ἀνῆγον. Ἔνθα διὰ κακοτέχνων ὀργάνων καταφλέγοντες αὐτὸν ὑπέρριπτον καὶ δυσώδεις χυλοὺς εἰς τοὺς μυκτῆρας αὐτοῦ κατέχεον. Ὁ δὲ μέχρι τῶν ὀστέων ἤδη κατακεκαυμένος καὶ μέλλων λιποθυμεῖν, ἀνατείνας τὰ ὄμματα πρὸς τὸν Θεὸν, εἶπε· « σὺ οἶσθα, Θεὲ, ὅτι, παρόν « μοι σώζεσθαι, βασάνοις καυστικαῖς ἀποθνήσκω διὰ « τὸν νόμον. Τοιγαροῦν ἵλεως γενοῦ τῷ ἔθνει σου, ἀρ« κεσθεὶς τῇ ἡμετέρᾳ ὑπὲρ αὐτῶν δίκῃ, καθάρσιον αὐ« τῶν ποίησαι τὸ ἐμὸν αἷμα, καὶ ἀντὶ ψυχῶν αὐτῶν λαβὲ « τὴν ἐμὴν ψυχήν. » Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ ἱερὸς ἀνὴρ εὐγενῶς ταῖς βασάνοις ἐναπέθανε, καὶ μέχρι τῶν τοῦ θανάτου βασάνων ἀντέστη τῷ λογισμῷ διὰ τὸν νόμον. Ὁμολογουμένως οὖν δεσπότης τῶν παθῶν ἐστιν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Εἰ γὰρ τὰ πάθη τοῦ λογισμοῦ ἐκεκρατήκει, τούτοις ἂν ἀπεδόμην τὴν ἐπικρατείας μαρτυρίαν· νυνὶ δὲ τοῦ λογισμοῦ τὰ πάθη νικήσαντος, αὐτῷ προσηκόντως τὴν τῆς ἡγεμονίας προσνέμομεν ἐξουσίαν. Καὶ δίκαιόν ἐστιν ὁμολογεῖν ἡμᾶς τὸ κράτος εἶναι τοῦ λογισμοῦ, ὅπου γε καὶ τῶν ἔξωθεν ἀλγηδόνων ἐπικρατεῖ· ἐπεὶ καὶ γελοῖον· καὶ οὐ μόνον τῶν ἀλγηδόνων ἐπιδείκνυμι κεκρατηκέναι τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡδονῶν κρατεῖν καὶ μηδὲ αὐταῖς ὑπείκειν.

ζ'. Ὥσπερ γὰρ ἄριστος κυβερνήτης ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἐλεαζάρου λογισμὸς πηδαλιουχῶν τὴν τῆς εὐσεβείας ναῦν ἐν τῷ τῶν παθῶν πελάγει, καὶ καταικιζόμενος ταῖς τοῦ τυράννου ἀπειλαῖς καὶ καταντλούμενος ταῖς τῶν βασάνων τρικυμίαις, κατ' οὐδένα τρόπον ἔτρεψε τοὺς τῆς εὐσεβείας οἴακας, ἕως οὗ ἔπλευσεν ἐπὶ τὸν τῆς ἀθανάτου νίκης λιμένα. Οὐχ οὕτω πόλις πολλοῖς καὶ ποικίλοις μηχανήμασιν ἀντέσχε ποτὲ πολιορκουμένη, ὡς ὁ πανάγιος Ἐλεάζαρος τὴν ἱερὰν ψυχὴν αἰκισμοῖς τε καὶ στρέβλαις πυρπολούμενος ἐνίκησε τοὺς πολιορκοῦντας διὰ τὸν ὑπερασπίζοντα τῆς εὐσεβείας λογισμόν· ὥσπερ γὰρ πρόκρημνον ἄκραν τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν ὁ πατὴρ Ἐλεάζαρος ἐκτείνας περιέκλασε τοὺς ἐπιμαινομένους τῶν παθῶν κλύδωνας. Ὦ ἄξιε τῆς ἱερωσύνης ἱερεῦ, οὐκ ἐμίανας τοὺς ἱεροὺς ὀδόντας, οὐδὲ τὴν θεοσέβειαν χωρήσασαν γαστέρα ἐκοίνωσας μιαροφαγίᾳ. Ὦ σύμφωνε νόμου καὶ φιλόσοφε θείου λόγου· τοιούτους δεῖ εἶναι τοὺς ἱερουργοῦντας τὸν νόμον ἰδίῳ αἵματι, καὶ γενναίῳ ἱδρῶτι τοῖς μέχρι θανάτου πάθεσιν ὑπερασπίζοντας. Σὺ, πάτερ, τὴν εὐνομίαν ἡμῶν διὰ τῶν ὑπομονῶν εἰς δόξαν ἐκύρωσας, καὶ τὴν ἁγιστείαν σεμνολογήσας οὐ κατέλυσας, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιστοποιήσας τοὺς τῆς θείας φιλοσοφίας λόγους, ὦ βασάνων βιαιότερε γέρων καὶ πυρὸς εὐτονώτερε πρέσβυ, καὶ μέγιστε παθῶν βασιλεῦ Ἐλεάζαρε. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ Ἀαρὼν τῷ θυμιατηρίῳ καθωπλισμένος διὰ τοῦ ἐθνοπλήκτου πυρὸς ἐπιτρέχων τὸν ἐμπυριστὴν ἐνίκησεν ἄγγελον, οὕτως ὁ Ἀαρωνίδης Ἐλεάζαρος διὰ τοῦ πυρὸς ὑπερτηκόμενος, οὐ μετετράπη τὸν λογισμόν· καὶ τὸ θαυμασιώτατον, γέρων ὢν, λελυμένων μὲν ἤδη τῶν τοῦ σώματος τόνων, περικεχαλασμένων δὲ

neque omnino ipsorum commiseratione mutari; igni imposuerunt. Quo enim conjiciebant admotis sonticis instrumentis ad ustulandum, et graveolentes succos in nares ei infundebant. Ille vero ad ossa usque jam combustus, et e vita mox emigraturus, oculis ad Deum sublatis, dixit : « tu probe nosti, o Deus, me legis tuæ causa, quum « salutis potestas oblata esset, tormentis flagrantibus vitam « finire. Quare meo, illorum nomine, supplicio con« tentus, genti tuæ propitius esto, sanguineque meo ex« piationem pro illis facito, et istam animulam loco anima« rum eorum accipito. » Quæ quum dixisset sanctissimus vir, intrepide atque animose in mediis cruciatibus vitam cum morte commutavit : atque ad extrema usque supplicia perturbationibus rationem legis gratia opposuit. Est igitur in confesso, piam rectamque rationem perturbationibus imperare. Nam si rationis perturbationes essent dominæ ac magistræ; consentaneum utique videretur, ut dominationis jus penes illas reperiri testimonio nostro confirmaremus. Jam vero quum ratio perturbationes vincat, par est ut principatum illi deferamus. Ac sane æquissimum est, nisi ridiculi esse velimus, imperium fateri rationis esse, quandoquidem molestias extrinsecus advenientes moderatur : neque molestias solum, sed et voluptates regit, uti demonstravi, neque ipsis omnino cedit.

7. Patris quippe nostri Eleazari ratio, scientissimi gubernatoris instar, clavum naviculæ pietatis in perturbationum pelago tenens, tyranni minis jactata et decumanis cruciatuum fluctibus obruta, pietatis gubernacula nullo modo convertit, donec immortalis victoriæ portum recto et secundo cursu appulit. Non ita solet unquam civitas multis variisque machinis obsessa resistere, ut sanctissimi Eleazari divinus animus, verberibus ac tormentis vastatus, hostes obsidentes, rationis pro pietate decertantis vi, debellavit : nam mente sua, quasi prærupte caute porrecta, pater Eleazarus insanos perturbationum fluctus dissipavit. O dignissime sacerdotio sacerdos! non polluisti sanctos dentes, nec ventrem, sacratos Deo cibos continere solitum, esca impura contaminasti. O astipulator legis, divinique verbi sectator! tales plane decet esse sacrificos, qui legem suo ipsorum sanguine ac generoso sudore, malis omnibus ad mortem usque exantlatis, asserere atque vindicare non dubitent. Tu, pater, juris nostri æquitatem tua tolerantia splendide confirmasti, et sacros ritus illustrans non abrogasti : re ipsa et factis divinæ philosophiæ præcepta et scita stabilivisti, o senex cruciatibus violentior, atque igne vehementior vetule, perturbationumque rex maxime Eleazare. Quemadmodum enim pater Aaron thuribulo instructus per ignem late grassantem in populum cursitando ustulatorem angelum devicit; sic Aaronides Eleazarus igne liquefactus a rationis constantia non decessit. Et, quod maxime mirum, jam senex, corporis vigore flaccido, viela carne, fatigatis nervis, vi tamen rationis juvenilem denuo roboris firmitatem, spiritu animoque declaravit. O beatam senectutem, venerandam canitiem,

τῶν σαρκῶν, κεκμηκότων δὲ τῶν νεύρων, ἀνενέασε τῷ πνεύματι διὰ τοῦ λογισμοῦ. Ὦ μακαρίου γήρως καὶ σεμνῆς πολιᾶς καὶ βίου νομίμου, ὃν πιστὴ θανάτου σφραγὶς ἐτελείωσεν. Εἰ δὲ τοίνυν γέρων ἀνὴρ τῶν μέχρι θανάτου βασάνων περιεώρα δι' εὐσέβειαν, ὁμολογουμένως ἡγεμών ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Ἴσως δ' ἂν εἴποιέν τινες, τῶν παθῶν οὐ πάντες ἐπικρατοῦσιν, ὅτι μηδὲ πάντες φρόνιμον ἔχουσι τὸν λογισμόν. Ἀλλ' ὅσοι ἔχονται τῆς εὐσεβείας, τὸν λογισμὸν φρόνιμον ἔχειν ἐξ ὅλης καρδίας προνοοῦσι· καὶ αὐτοὶ μόνοι δύνανται κρατεῖν τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν. Οὐδὲν οὖν ἐναντιοῦσθαι φαίνεται διὰ τὸν ἀσθενῆ λογισμόν· ἐπεὶ τίς πρὸς ὅλον τὸν τῆς φιλοσοφίας κανόνα φιλοσοφῶν, καὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ, καὶ εἰδὼς ὅτι τὸ δι' ἀρετὴν πάντα πόνον ὑπομένειν μακάριόν ἐστιν, οὐκ ἂν περικρατήσειε τῶν παθῶν διὰ τὴν θεοσέβειαν; μόνος γὰρ ὁ σοφὸς καὶ ἀνδρεῖός ἐστι καὶ τῶν παθῶν κύριος.

η'. Διὰ τοῦτό γέ τοι καὶ μειρακίσκοι τῷ τῆς εὐσεβείας λογισμῷ φιλοσοφοῦντες χαλεπωτέρων βασανιστηρίων ἐπεκράτησαν. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν πρώτην πεῖραν ἐνικήθη περιφανῶς ὁ τύραννος, μὴ δυνηθεὶς ἀναγκάσαι γέροντα μιαροφαγῆσαι, τότε σφόδρα περιπαθῶς ἐκέλευσεν ἄλλους ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων λείας ἀγαγεῖν, καὶ εἰ μὲν μιαροφαγήσαιεν, ἀπολύειν φαγόντας· εἰ δὲ ἀντιλέγοιεν, πικρότερον βασανίζειν. Ταῦτα διαταξαμένου τοῦ τυράννου, παρῆσαν ἀγόμενοι μετὰ γηραιᾶς μητρὸς ἑπτὰ ἀδελφοὶ καλοί τε καὶ αἰδήμονες καὶ γενναῖοι καὶ τὸν Θεὸν φοβούμενοι καὶ ἐν παντὶ χαρίεντες. Οὓς ἰδὼν ὁ τύραννος καθάπερ ἐν χορῷ μέσην τὴν μητέρα περιέχοντας, ἥσθη τε ἐπ' αὐτοῖς καὶ τῆς εὐπρεπείας ἐκπλαγεὶς καὶ τῆς εὐγενείας προσεμειδίασεν αὐτοῖς, καὶ πλησίον καλέσας ἔφη· « ὦ νεανίαι, φιλοφρόνως ἐγὼ ἑνὸς « ἑκάστου ὑμῶν τὸ κάλλος θαυμάζω· καὶ τὸ πλῆθος « τοσούτων ἀδελφῶν ὑπερτιμῶν, οὐ μόνον συμβουλεύω « μὴ μανῆναι τὴν αὐτὴν τῷ προβασανισθέντι γέροντι « μανίαν, ἀλλὰ καὶ παρακαλῶ συνείξαντάς μου τῇ « συμβουλίᾳ τῆς ἐμῆς ἀπολαύειν φιλίας. Δυναίμην « γὰρ ἂν ὥσπερ κολάζειν τοὺς ἀπειθοῦντάς μου τοῖς ἐπι- « τάγμασιν, οὕτω καὶ εὐεργετεῖν τοὺς εὐπειθοῦντάς μοι. « Πεισθέντες οὖν μοι καὶ ἀρχὰς καὶ ἐπὶ τῶν ἐμῶν « πραγμάτων ἡγεμονίας λήψεσθε, ἀρνηθέντες τὸν πά- « τριον ὑμῶν τῆς πολιτείας θεσμὸν, καὶ μεταλαβόντες « Ἑλληνικοῦ βίου καὶ μεταδιαιτηθέντες ἐντρυφήσατε « ταῖς νεότησιν ὑμῶν· ἐπεὶ, ἐὰν ὀργίλως με διαθῆ- « σθε διὰ τῆς ἀπειθείας, ἀναγκάσετέ με ἐπὶ δει- « ναῖς κολάσεσιν ἕνα ἕκαστον ὑμῶν διὰ τῶν βασάνων « ἀπολέσαι. Κατελεήσατε οὖν ἑαυτοὺς, οὓς καὶ ὁ πο- « λέμιος ἔγωγε καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς εὐμορφίας οἰ- « κτείρομαι, καὶ διαλογίσασθε τοῦθ' ὅτι οὐδὲν ὑμῖν « ἀπειθήσασι, πλὴν τοῦ μετὰ στρεβλῶν ἀποθανεῖν, « ἀπόκειται. » Ταῦτα δὲ εἰπὼν ἐκέλευσεν εἰς τοὔμπρο- « σθεν τεθῆναι τὰ βασανιστήρια, ὅπως καὶ διὰ τοῦ φόβου πείσειεν αὐτοὺς μιαροφαγῆσαι. Ὡς δὲ τροχούς τε καὶ χεῖρας σιδηρᾶς καὶ ἀρθρέμβολα, στρεβλωτήριά τε καὶ

vitamque sanctissimam, quam fidum mortis clausit sigillum. Quodsi igitur senex, pietatis asserendæ gratia, summos dolores ad mortem usque contempsit; negari certe non potest, rectam piamque rationem perturbationibus imperare. At enim, dicet aliquis, omnes non possunt perturbationibus imperare, quum prudens ratio non omnibus insit. Sed qui pietatem colunt, illi demum totis viribus satagunt ut prudentis sint rationis compotes : qui quidem soli corporis perturbationibus imperare possunt. Ergo in rationis imbecillitate diversitas sita non est. Nam quis tandem mortalium, universa philosophiæ norma sibi proposita, et fide in Deum fixa; cui pro comperto sit, nullum virtutis gratia laborem non adire ac perferre, beati ac felicis hominis esse: pietatis causa perturbationes non domet? Solus siquidem sapiens et fortis est, et perturbationum dominus.

8. Unde factum est ut adolescentuli, qui pietatis rationi nomen dederant, graviores cruciatus superarent. Victo siquidem plane tyranno primo illo periculo, quum ad nefarias dapes senem adigere non posset; tum magno iræ jactatus æstu, alios ex Hebræorum præda adduci jussit : qui si impuras dapes gustarent, dimitterentur; sin recusarent, torquerentur acerbius. Quæ ubi præcepit tyrannus, fratres una cum matre grandæva septem, corporis dignitate illustres, verecundi, magnanimi, pii, omnique decore et gratia splendidi, raptabantur. Quos ut vidit tyrannus, matrem mediam quasi choro circumdantes, lætabatur aspectu, corporisque dignitatem atque elegantiam summopere admiratus, blande eis arrisit, et ad se vocatos hac oratione delinivit : « dignitatem ego uniuscu- « jusque vestrûm, o præstantissimi juvenes, amo atque « admiror : multitudinemque tot fratrum faciens maximi, « auctor vobis sum, non solum ut senis modo cruciati « insaniam vobis imitandam non putetis; sed hortor etiam « ut meo consilio morem gerentes, mea frui amicitia veli- « tis. Nam ut meis mandatis refragantes castigare, sic « mihi obtemperantes beneficiis cumulare possum. Quare « mea jussa facessite, ut rebus ego vos meis principes du- « cesque præficiam : patrio vivendi more et ritu derelicto, « Græcam vitæ rationem ineuntes atque amplexi juventutis « vestræ deliciis fruamini. Quodsi bilem mihi vestra con- « tumacia moveritis, cogetis invitum diris ac immanibus « suppliciis unumquemque vestrûm perdere. Ergo vos « ipsos misereamini, quos ego hostis, et ætatis flore et « formæ præstantia motus, misereor : neque quicquam « aliud contumaciæ vestræ asservari cogitate, quam ut « tormentis miserrime pereatis. » Quæ quum dixisset, tormenta in medium afferri jubet, ut vel metu illos ad profanas escas gustandas impelleret. Prolatis jam a satellitio rotis, manicis ferreis, equuleo, fidiculis, uncis, catapultis, lebetibus, sartaginibus, digitalibus, cuneis, et folli-

τροχαντῆρας καὶ καταπέλτας καὶ λέβητας, τήγανά τε καὶ δακτυλήθρας καὶ σφῆνας καὶ τὰ ζώπυρα τοῦ πυρὸς οἱ δορυφόροι προέθεσαν, ὑπολαβὼν ὁ τύραννος ἔφη, « μειράκια, φοβήθετε, καὶ ἣν σέβεσθε δίκην ἵλεως ὑμῖν ἔσται δι' ἀνάγκην παρανομήσασιν. » Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπαγωγὰ ῥήματα καὶ ὁρῶντες δεινά, οὐ μόνον οὐκ ἐφοβήθησαν, ἀλλὰ καὶ ἀντεφιλοσόφησαν τῷ τυράννῳ, καὶ διὰ τῆς εὐλογιστίας τὴν τυραννίδα αὐτοῦ κατέλυσαν. Καὶ τί λογισώμεθα; εἰ δειλόψυχοί τινες ἦσαν καὶ ἄνανδροι ἐν αὐτοῖς, ποίοις ἂν ἐχρήσαντο τοῖς λόγοις; οὐχὶ τούτοις; « ὦ τάλανες ἡμεῖς καὶ λίαν ἀνόητοι, βασιλέως ἡμᾶς παρακαλοῦντος καὶ ἐπὶ εὐεργεσίᾳ καλοῦντος, εἰ πεισθείημεν αὐτῷ· τί τοῖς βουλεύμασι κενοῖς ἑαυτοὺς εὐφραίνομεν καὶ θανατηφόρον ἀπείθειαν τολμῶμεν; οὐ φοβηθησόμεθα, ἄνδρες ἀδελφοί, τὰ βασανιστήρια, καὶ λογιούμεθα τὰς τῶν βασάνων ἀπειλάς, καὶ φευξόμεθα τὴν κενοδοξίαν ταύτην καὶ ὀλεθροφόρον ἀλαζονείαν; ἐλεήσωμεν τὰς ἑαυτῶν ἡλικίας, καὶ κατοικτειρήσωμεν τὸ τῆς μητρὸς γῆρας· καὶ ἐνθυμηθῶμεν ὅτι ἀπειθοῦντες τεθνηξόμεθα· συγγνώσεται δὲ ἡμῖν καὶ ἡ θεία δίκη δι' ἀνάγκην τὸν βασιλέα φοβηθεῖσι. Τί ἐξάγομεν ἑαυτοὺς τοῦ ἡδίστου βίου, καὶ ἀποστεροῦμεν ἑαυτοὺς τοῦ γλυκέος κόσμου; Μὴ βιαζώμεθα τὴν ἀνάγκην, μηδὲ φιλοδοξήσωμεν ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν στρέβλῃ. Οὐδ' αὐτὸς ὁ νόμος ἀκουσίους ἡμᾶς θανατοῖ, φοβηθέντας τὰ βασανιστήρια. Πόθεν ἡμῖν ἡ τοσαύτη ἐντέτηκε φιλονεικία καὶ ἡ θανατηφόρος ἀρέσκει καρτερία, παρὸν μετ' ἀδείας ζῆν τῷ βασιλεῖ πεισθέντας; » Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν εἶπον οἱ νεανίαι βασανίζεσθαι μέλλοντες, οὐδ' ἐνεθυμήθησαν· ἦσαν γὰρ περίφρονες τῶν παθῶν καὶ αὐτοκράτορες τῶν ἀλγηδόνων. ὥστε ἅμα τῷ παύσασθαι τὸν τύραννον συμβουλεύοντα αὐτοῖς τοῦ μιαροφαγῆσαι, πάντες διὰ μιᾶς φωνῆς ὁμοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ψυχῆς, εἶπον πρὸς αὐτόν·

θ'. « Τί μέλλεις, ὦ τύραννε; σὺ ὄψει τί ποιεῖν προαιρῇ. Ἕτοιμοι γάρ ἐσμεν ἀποθνήσκειν, ἢ παραβαίνειν τὰς πατρίους ἡμῶν ἐντολάς. Αἰσχυνόμεθα γὰρ καὶ τοὺς προγόνους εἰκότως, εἰ μὴ τῇ τοῦ νόμου εὐπειθείᾳ καὶ συμβούλῳ Μωϋσῇ χρησαίμεθα. Μὴ συμβούλευε, τύραννε, παρανομίας· μὴ ἡμᾶς μισῶν ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἡμᾶς ἐλεῆσαι· χαλεπώτερον γὰρ αὐτοῦ τοῦ θανάτου νομίζομεν εἶναί σου τὸν ἐπὶ τῇ παρανόμῳ σωτηρίᾳ ἡμῶν ἔλεον. Ἐκφοβεῖς δὲ ἡμᾶς, τὸν διὰ τῶν βασάνων ἡμῖν θάνατον ἀπειλῶν, ὥσπερ οὐχὶ πρὸ βραχέος παρ' Ἐλεαζάρου μαθών. Εἰ δὲ οἱ γέροντες τῶν Ἑβραίων διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ βασανισμοὺς ὑπομείναντες εὐσέβησαν, ἀποθάνοιμεν ἂν δικαιότερον ἡμεῖς οἱ νέοι, τὰς βασάνους τῶν σῶν ἀναγκῶν ὑπεριδόντες, ἃς καὶ ὁ παιδευτὴς ἡμῶν γέρων ἐνίκησε. Πείραζε τοιγαροῦν, τύραννε. καὶ τὰς ἡμῶν ψυχάς, εἰ θανατώσεις διὰ τὴν εὐσέβειαν, μὴ νομίσῃς ἡμᾶς βλάπτειν βασανίζων. ἡμεῖς μὲν γὰρ διὰ τῆσδε τῆς κακοπαθείας καὶ ὑπομονῆς τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα οἴσομεν, καὶ ἐσόμεθα παρὰ Θεῷ, δι' ὃν καὶ πά-

bus; ita tyrannus infit, « horrete, adolescentuli : ignoscet procul dubio vobis, quod colitis, numen, necessitate ad legem violandam coactis. » Illi autem tantis verborum illecebris auditis, tormentorumque diritate proposita, non modo non reformidarunt, sed etiam tyranno reclamarunt, suaque prudenti ratione tyrannidem illius sustulerunt. Quid censemus? si parvo abjectoque animo fuissent, qua tandem eos oratione usuros existimamus? nonne tali? « o nos miseros et amentes, rege nos ultro hortante atque beneficio invitante, si dicto erimus audientes : quid inanissimis istis consiliis nos oblectamus, et perniciosam contumaciam temere amplexamur? nonne tormenta, fratres, perhorrescenda, et cruciatuum minæ ponderandæ, frivola ista gloriola, exitiosaque arrogantia deponenda tandem aliquando videtur? Misereamur nostram ætatulam, matrisque senectutem misereamur. Serio cogitemus immorigeris nobis præsentissimam mortem impendere : divina autem justitia necessitate regem veritis ignoscet. Quid suavissimæ hujusce vitæ usuram nobis negamus? quid jucundissimi mundi amœnitate nosmet fraudamus? Ne obluctemur necessitati, neque ex nostro ipsorum cruciatu gloriam aucupemur. Ne lex quidem ipsa id quod inviti, tormentorum metu, fecerimus, morte mulctat. Unde nam tanta hæc nobis pervicacia? Quorsum ista nobis letalis constantia allubescit, quum, si regem audiemus, secure detur vivere? » Sed nihil horum juvenes, jamjam cruciandi, aut dixerunt, aut cogitarunt. Nam dolores parvi pendebant, imperabant molestiis : adeo ut omnes, statim atque tyrannus ad impurum esum adhortandi finem fecerat, uno ore simul quasi ex eadem anima, illi ita responderint :

9. « Quid cunctaris, tyranne? tu, quid agas, videris : certum est enim nobis emori potius quam patria præcepta violare. Majorum quippe reverentia ducimur, tametsi nec legi obtemperandum censeremus, nec monitoris Moysis uteremur auctoritate. Legis violationem ne, tyranne, suaseris : nec tu, cui sumus odio, nos plus quam ipsi nosmetipsos misereare. Morte ipsa duriorem existimamus tuam ad nos nefarie servandos spectantem misericordiam. Territas identidem, mortem per tormenta minitando, quasi paulo ante nihil in Eleazaro animadverteris. Quodsi Hebræorum senes cruciatus pietatis ergo, salva ea et integra, pertulerunt; multo certe æquius est nos, qui florente ætate sumus, suppliciorum tuorum atrocitate, quam præceptor noster superavit senex, contempta mori. Fac itaque, tyranne, periculum. Cave putes te animis nostris, vitam nobis ob cultam pietatem adimendo, posse ullo modo torquendi sævitia incommodare. Nam nos quidem his nostris præclaris facinoribus, malorumque tolerantia ac patientia, debita virtuti præmia reportabimus : erimus

« σχομεν· σὺ δὲ διὰ τὴν ἡμῶν μιαιφονίαν αὐτάρκη καρτερήσεις ὑπὸ τῆς θείας δίκης αἰώνιον βάσανον. » Τούτων οὕτως εἰπόντων, οὐ μόνον ὡς κατὰ ἀπειθούντων ἐχαλέπαινεν ὁ τύραννος, ἀλλὰ καὶ ὡς κατὰ ἀχαρίστων ὠργίσθη. Εὐθὺς οὖν τὸν πρεσβύτατον αὐτῶν, κελευθέντες παρῆγον οἱ ὑπασπισταὶ καὶ διαρρήξαντες τὸν χιτῶνα διέδησαν τὰς χεῖρας αὐτοῦ καὶ τοὺς βραχίονας ἱμᾶσιν ἑκατέρωθεν. Ὡς δὲ τύπτοντες ταῖς μάστιξιν ἐκοπίασαν οὐδὲν ἀνύοντες, ἀνέβαλον αὐτὸν ἐπὶ τὸν τροχόν· περὶ ὃν κατατεινόμενος ὁ εὐγενὴς νεανίας ἔξαρθρος ἐγίνετο· καὶ κατὰ πᾶν μέλος κλώμενος ἐκατηγόρει λέγων, « τύραννε μιαρώτατε καὶ τῆς οὐρανίου δίκης ἐχθρὲ καὶ ὠμόφρον, οὐχ ἀνδροφονήσαντά με τοῦτον καταικίζεις τὸν τρόπον οὐδ' ἀσεβήσαντα, ἀλλὰ θείου νόμου προασπίζοντα. » Καὶ τῶν δορυφόρων λεγόντων αὐτῷ, « ὁμολόγησον φαγεῖν, ὅπως ἀπαλλαγῇς τῶν βασάνων· » αὐτὸς εἶπεν αὐτοῖς· « οὐχ οὕτως ἰσχυρότερός ἐστιν ὑμῶν ὁ τροχὸς, ὦ μιαροὶ διάκονοι, ὥστε μου τὸν λογισμὸν ἄγξαι· τέμνετέ μου τὰ μέλη καὶ πυροῦτέ μου τὰς σάρκας καὶ στρεβλοῦτε τὰ ἄρθρα· διὰ πασῶν γὰρ ὑμᾶς πείσω τῶν βασάνων ὅτι μόνοι παῖδες Ἑβραίων ὑπὲρ ἀρετῆς εἰσιν ἀνίκητοι. » Ταῦτα λέγοντι πῦρ ὑπέστρωσαν καὶ διηρέθισαν, τὸν τροχὸν προσεπικατατείνοντες· ἐμολύνετο δὲ πάντοθεν αἵματι ὁ τροχὸς καὶ ὁ σωρὸς τῆς ἀνθρακιᾶς τοῖς τῶν ἰχώρων ἐσβέννυτο σταλαγμοῖς, καὶ περὶ τοὺς ἄξονας τοῦ ὀργάνου περιέρρεον αἱ σάρκες. Καὶ περιτετμημένον ἤδη ἔχων τὸ τῶν ὀστέων πῆγμα ὁ μεγαλόφρων καὶ Ἀβραμιαῖος νεανίας οὐκ ἐστέναξεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν πυρὶ μετασχηματιζόμενος εἰς ἀφθαρσίαν, ὑπέμεινεν εὐγενῶς τὰς στρέβλας, « μιμήσασθέ με, ἀδελφοὶ, λέγων, μή μου τὸν αἰῶνα λιποτακτήσητε, μηδ' ἐξομόσησθέ μου τὴν τῆς εὐψυχίας ἀδελφότητα. Ἱερὰν καὶ εὐγενῆ στρατείαν στρατεύσασθε ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, δι' ἧς ἵλεως ἡ δικαία καὶ πάτριος ἡμῶν πρόνοια τῷ ἔθνει γενηθεῖσα τιμωρήσῃ τὸν ἀλάστορα τύραννον. » Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ ἱεροπρεπὴς νεανίας ἀπέρρηξε τὴν ψυχήν. Θαυμασάντων δὲ πάντων τὴν καρτεροψυχίαν αὐτοῦ, ἦγον οἱ δορυφόροι τὸν καθ' ἡλικίαν τοῦ προτέρου δεύτερον, καὶ σιδηρᾶς ἐναρμοσάμενοι χεῖρας ὀξέσι τοῖς ὄνυξιν ὀργάνῳ καταπέλτῃ προσέδησαν αὐτόν. Ὡς δὲ, εἰ φαγεῖν βούλοιτο πρὶν βασανίζεσθαι πυνθανόμενοι, τὴν εὐγενῆ γνώμην ἤκουσαν, ἀπὸ τῶν τενόντων ταῖς σιδηραῖς χερσὶν ἐπισπώμενοι, μέχρι γε τῶν γενείων τὴν σάρκα πᾶσαν καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς δορὰν οἱ παρδάλειοι θῆρες ἀπέσυραν. Ὁ δὲ ταύτην βαρέως τὴν ἀλγηδόνα καρτερῶν, ἔλεγεν· « ὡς ἡδὺς πᾶς θανάτου τρόπος διὰ τὴν πάτριον ἡμῶν εὐσέβειαν. Οὐ δοκεῖς, πάντων ὠμότατε τύραννε, πλεῖον ἐμοῦ σε νῦν βασανίζεσθαι, ὁρῶν σου νικώμενον τὸν τῆς τυραννίδος ὑπερήφανον λογισμὸν ὑπὸ τῆς διὰ τὴν εὐσέβειαν ἡμῶν ὑπομονῆς; ἐγὼ μὲν γὰρ ταῖς διὰ τὴν ἀρετὴν ἡδοναῖς τῶν πόνων ἐπικουφίζομαι· σὺ δὲ ἐν ταῖς τῆς ἀσεβείας ἀπειλαῖς βασανίζῃ· οὐκ ἐκφεύξῃ δὲ, μιαρώτατε τύραννε, τὰς τῆς θείας ὀργῆς δίκας. »

ι'. Καὶ τούτου ἀοίδιμον θάνατον καρτερήσαντος, ὁ

« quæ cum Deo, cujus causa patimur; contra vero tu justo Dei judicio ob cædem nostram in æterno cruciatu satis pœnarum dabis. » Quæ quum ita dixissent, tyrannus non modo ut in contumaces efferbuit, sed et ut contra ingratos excanduit. Unde satellites jussi maximum natu adducunt; lacerataque veste, manus et brachia utrinque loris colligant. Flagrisque jam cædendo lassi, nihil proficientes, rotam illi injiciunt: circa quam generosus adolescens extensus, luxabatur; totoque jam corpore diffracto, his verbis tyrannum increpabat: « tyranne consceleratissime, divinæque hostis justitiæ immanissime, non homicidii nec impietatis reum hoc me pacto lanias, sed divinæ legis vindicem assertoremque. » Tum satellites, « dic te, aiebant, esurum, ut a cruciatu libereris. » Quibus ille, « haud ita, inquit, rota vestra, scelerati ministri, valida est, ut rationem mihi suffocet: membra mea concidite, cremate carnem, artus distorquete: nam tormentis omnibus persuadebo vobis, solos Hebræorum pueros in virtute propugnanda esse invictos. » Ista dicenti ignem substernunt, et rota impensius acta, accendunt. Rota sanguine undique fœdata erat, prunarumque acervus sanie et tabo fluente exstinctus; et ad machinæ axem caro dissiliit. Diffracta jam ossium compage, magnanimus et patre Abrahamo plane dignus juvenis, non ingemuit: sed quasi in medio igne ad immortalitatem translatus, tormenta excelso animo et invicto pertulit: « ne me unquam fratres, exclamans, deseritote, neque fratris vestri magnanimitatem ejurate: sacram generosamque militiam pietatis tuendæ causa militate, per quam justi et patrii Dei nostri providentia, genti nostræ propitia facta, immanem istum tyrannum castigabit. » Hæc effatus juvenis sanctissimus, animam exhalavit. Cunctisque magnanimitatem illius suspicientibus, satellites priori secundum, pro ætatis ratione, ducunt; ferreis dein manicis aptatis, catapultæ unguibus acutissimis alligant. Ut autem de esu sciscitati, priusquam torqueretur, præclaram audiverunt sententiam: ferreis manicis totam carnem a tendonibus ad mentum usque detrahunt, et capitis cutem pardi feri discerpunt. Quem tamen ille fortiter dolorem perferens, « quam suavis est, inquit, quævis necis facies, patriæ nostræ pietatis causa! Nonne existimas, crudelissime tyranne, te nunc acrius me torqueri; quum superbam tyrannidis tuæ rationem a nostra ob pietatem tolerantia victam videas? Dolorum enim me asperitate voluptates e virtute emanantes levant: tu vero ferocibus impietatis minis discruciaris; neque divinæ vindictam iræ effugies, sceleratissime tyranne. »

10. Isto itidem mortem nobilem obeunte, tertius ducitur,

τρίτος ἤγετο, παρακαλούμενος πολλὰ ὑπὸ πολλῶν, ὅπως ἀπογευσάμενος σώζοιτο. Ὁ δὲ ἀναβοήσας ἔφη· « ἀγνοεῖτε ὅτι ὁ αὐτός με τοῖς ἀποθανοῦσιν ἔσπειρε πατὴρ καὶ ἡ αὐτὴ μήτηρ ἐγέννησε, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνετράφημεν δόγμασιν; οὐκ ἐξομοῦμαι τὴν εὐγενῆ τῆς ἀδελφότητός μου συγγένειαν. » Οἱ δὲ πικρῶς ἐνέγκαντες τὴν παρρησίαν τοῦ ἀνδρὸς, ἀρθρεμβόλοις ὀργάνοις τὰς χεῖρας αὐτοῦ καὶ τοὺς πόδας ἐξήρθρουν, καὶ ἐξ ἁρμῶν ἀναμοχλεύσαντες ἐξεμέλιζον, καὶ τοὺς δακτύλους, βραχίονας καὶ σκέλη καὶ ἀγκῶνας περιέκλων. Καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἰσχύοντες αὐτὸν ἄγξαι, περισύραντες τὸ δέρμα σὺν ἄκραις τῶν δακτύλων κορυφαῖς ἀπεσκύθιζον. Καὶ εὐθέως ἦγον ἐπὶ τὸν τροχόν· περὶ ὃν ἐκ σφονδύλων ἐκμελιζόμενος, ἑώρα τὰς ἑαυτοῦ σάρκας περιλακιζομένας, καὶ κατὰ σπλάγχνων σταγόνας αἵματος ἀπορρεούσας. Μέλλων δὲ ἀποθνήσκειν, ἔφη, « ἡμεῖς μὲν, ὦ μιαρώτατε τύραννε, διὰ παιδείαν καὶ ἀρετὴν Θεοῦ ταῦτα πάσχομεν· σὺ δὲ διὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ μιαιφονίαν ἀκαταλύτους καρτερήσεις βασάνους. » Καὶ τούτου θανόντος ἀδελφοπρεπῶς τὸν τέταρτον ἐπεσπῶντο λέγοντες, « μὴ συμμανῇς καὶ σὺ τοῖς ἀδελφοῖς σου τὴν αὐτὴν μανίαν; » Ὁ δὲ αὐτοῖς ἔφη, « οὐχ οὕτω καυστικώτερον ἔχετε κατ' ἐμοῦ τὸ πῦρ, ὥστε με δειλανδρῆσαι. Μὰ τὸν μακάριον τῶν ἀδελφῶν μου θάνατον, καὶ τὸν αἰώνιον τοῦ τυράννου ὄλεθρον, καὶ τὸν ἀοίδιμον τῶν εὐσεβῶν βίον, οὐκ ἀρνήσομαι τὴν εὐγενῆ ἀδελφότητα. Ἐπινόει, τύραννε, βασάνους, ἵνα καὶ δι' αὐτῶν μάθῃς ὅτι ἀδελφός εἰμι τῶν προβασανισθέντων. » Ταῦτα ἀκούσας ὁ αἱμοβόρος καὶ φονώδης καὶ παμμιαρώτατος Ἀντίοχος ἐκέλευσε τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐκτμηθῆναι. Ὁ δὲ ἔφη, « κἂν ἀφέλῃς τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον, καὶ σιωπώντων εἰσακούει ὁ Θεός. Ἰδοὺ προκεχάλασται ἡ γλῶττα· τέμνετε· οὐ γὰρ παρὰ τοῦτο τὸν λογισμὸν ἡμῶν γλωσσοτομήσεις. Ἡδέως ὑπὲρ τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ τὰ τοῦ σώματος μέλη ἀκρωτηριαζόμεθα· σὲ δὲ ἐν τάχει μετελεύσεται ὁ Θεὸς, ἐπεὶ τὴν τῶν θείων ὕμνων μελῳδὸν γλῶσσαν ἐκτέμνεις. »

ια'. Ὡς δὲ καὶ οὗτος ταῖς βασάνοις καταικισθεὶς ἀπέθανεν, ὁ πέμπτος παρεπήδησε λέγων· « οὐ μέλλω, τύραννε, πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς βασανισμόν· αὐτὸς δὲ ἀπ' ἐμαυτοῦ παρῆλθον, ὅπως κἀμὲ κατακτείνας περὶ πλειόνων ἀδικημάτων ὀφλήσῃς τῇ οὐρανίῳ δίκῃ τιμωρίαν. Ὦ μισάνθρωπε καὶ μισάρετε, τί δράσαντας ἡμᾶς τοῦτον πορθεῖς τὸν τρόπον; ὅτι τὸν πάντων κτίστην εὐσεβοῦμεν καὶ κατὰ τὸν ἐνάρετον αὐτοῦ ζῶμεν νόμον; ἀλλὰ ταῦτα τιμῶν, οὐ βασάνων εἰσὶν ἄξια. » Τοιαῦτα λέγοντα οἱ δορυφόροι δήσαντες αὐτὸν εἷλκον ἐπὶ τὸν καταπέλτην· ἐφ' ὃν δήσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὰ γόνατα, καὶ ταῦτα ποδάγραις σιδηραῖς ἐφαρμόσαντες τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, περὶ τροχαῖον σφῆνα κατέκαμψαν· περὶ ὃν ὅλος περὶ τὸν τροχὸν σκορπίου τρόπον ἀνακλώμενος ἐξεμελίζετο. Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ πνεῦμα στενοχωρούμενος καὶ τὸ σῶμα ἀγχόμενος, « καλὰς, ἔλεγεν, ἄκων, ὦ τύραννε, χάριτας ἡμῖν χαρίζῃ, διὰ

multis hortationibus rogatus, ut gustu saluti consuleret. Verum ille, « quid? inquit, latetne vos, eumdem patrem « me procreasse, matremque peperisse eamdem, atque mor« tuos hosce, iisdemque præceptis institutos? Generosam « fraterni vinculi cognationem nequaquam ejurabo. » Liberam tortores adolescentis vocem iniquo animo ferentes equuleo manus pedesque luxant, et e commissuris detrusos dirumpunt; digitos, brachia, crura et cubitos confringunt. Quumque nullo modo suffocare ipsum possent, cutem circumacto una cum digitorum extremis partibus detrahunt. Atque e vestigio in rotam agitur: circa quam, vertebris a se diremptis, suam ipsius carnem discerptam videt, guttasque sanguinis in viscera influentes. Jamque animam editurus, « nos, inquit, scelestissime tyranne, divinæ disciplinæ vir« tutisque causa hæc patimur; tu vero impietatis et parri« cidii pœnas sempiternas lues. » Quo mortuo pari cum fratribus virtute, quartum raptant, clamitantes, « eamdemne « atque fratres tu quoque insaniam insanies? » Tum ille, « non « ita calet, inquit, vester contra me ignis, ut animum de« spondeam. Per fratrum meorum beatam mortem, æter« numque tyranni exitium, ac piorum vitam gloriosam, « sancte dejero: fratrum magnanimitatem non abnegabo. « Excogita, tyranne, cruciatus: quibus experiaris me fra« trem eorum germanum esse, qui jam tormentis confecti « morte occubuere. » Quibus auditis, sanguinarius, atrox omnique diritate immanissimus Antiochus linguam illi præcidi jubet. « Ille autem, ut vocis, inquit, instrumentum « adimas, tacentes exaudit Deus. Ecce prominet lingua: « secate. Non enim propterea rationis usum nobis auferre « poteris. Libenter divinæ legis causa corporis partibus « mutilamur: te vero, qui laudum divinarum cantatricem « linguam exsecas, Deus ipse brevi adorietur. »

11. Quo fœdis tormentis sublato, quintus prosiliens, dixit: « supplicium virtutis ergo non moror; ipse ultro ac« cedo, ut me quoque interempto, plurium scelerum pœnas « cœlesti vindictæ des reus. O generis humani virtutisque « capitalis hostis, qua nostra culpa admissa in nos hunc in « modum grassaris? an quia rerum omnium conditorem rite « colimus, atque ex ipsius sanctissimæ legis præscripto vivi« mus? atqui hæc præmiis, non pœnis sunt digna. » Carnifices talia dicentem in catapultam rapiunt vinctum: ubi ligatis genibus, iisdemque ferrea compede aptatis, lumbos circa orbicularem cuneum contorquent: totusque rotam ambiens, scorpii instar refractus, membris divulsis detruncabatur. Atque ita, spiritu coarctato, corporeque præfocato, « maximo, inquit, tyranne, beneficio nolens et in-

γενναιοτέρων πόνων ἐπιδείξασθαι παρέχων τὴν εἰς τὸν νόμον ἡμῶν καρτερίαν. » Τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου ὁ ἕκτος ἤγετο μειρακίσκος· ὃς πυνθανομένου τοῦ τυράννου εἰ βούλοιτο φαγὼν ἀπολύεσθαι, ἔφη, « ἐγὼ τὴν μὲν ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν μου εἰμὶ νεώτερος, τὴν δὲ διάνοιαν ἡλικιώτης· εἰς τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ γεννηθέντες καὶ τραφέντες, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν καὶ ἀποθνήσκειν ὀφείλομεν ὁμοίως· ὥστε εἰ δοκεῖ σοι βασανίζειν μὴ μιαροφαγοῦντας, βασάνιζε. » Ταῦτα αὐτὸν εἰπόντα παρῆγον ἐπὶ τὸν τροχὸν, ἐφ' οὗ κατατεινόμενος ἐκμελῶς καὶ ἐκσφονδυλιζόμενος ὑπεκαίετο· καὶ ὀβελίσκους δὲ ὀξεῖς πυρώσαντες τοῖς νώτοις προσέφερον, καὶ τὰ πλευρὰ διαπείραντες αὐτοῦ καὶ τὰ σπλάγχνα διέκαιον. Ὁ δὲ βασανιζόμενος, « ὢ ἱεροπρεποῦς ἀγῶνος, ἔλεγεν, ἐφ' ὃν διὰ τὴν εὐσέβειαν εἰς πόνων γυμνασίαν ἀδελφοὶ τοσοῦτοι κληθέντες οὐκ ἐνικήθημεν· ἀνίκητος γάρ ἐστιν, ὦ τύραννε, ἡ εὐσεβὴς ἐπιστήμη. Καλοκαγαθίᾳ καθωπλισμένος τεθνήξομαι μὲν κἀγὼ μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου, σὺ δὲ, ὦ τύραννε, μέγαν προσλαβὼν καὶ αὐτὸς τιμωρόν. Καινουργὲ τῶν βασάνων καὶ πολέμιε τῶν ἀληθῶς εὐσεβούντων, ἓξ μειράκια κατελύσαμέν σου τὴν τυραννίδα· τὸ γὰρ μὴ δυνηθῆναί σε μεταπεῖσαι τὸν λογισμὸν ἡμῶν μηδὲ βιάσασθαι πρὸς τὴν μιαροφαγίαν, οὐ κατάλυσίς ἐστί σου; τὸ πῦρ σου ψυχρὸν ἡμῖν, καὶ ἄπονοι οἱ καταπέλται, καὶ ἀδύνατος ἡ βία· οὐ γὰρ τυράννου, ἀλλὰ θείου νόμου παρεστήκασιν ἡμῖν δορυφόροι· διὰ τοῦτο ἀνίκητον ἔχομεν τὸν λογισμόν. »

ιϐ'. Ὡς δὲ καὶ οὗτος μακαρίως ἀπέθανε καταβληθεὶς εἰς λέβητα, ὁ ἕβδομος παραγίνεται πάντων νεώτερος· ὃν κατοικτειρήσας ὁ τύραννος, καίτοι δεινῶς ὑπὸ πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καταικισθεὶς, ὁρῶν ἤδη τὰ δεσμὰ περικείμενον, πλησιέστερον αὐτοῦ μετεπέμψατο, καὶ παρηγορεῖν ἐπειρᾶτο λέγων· « τῆς μὲν τῶν ἀδελφῶν σου ἀπονοίας τὸ τέλος ὁρᾷς· διὰ γὰρ ἀπείθειαν στρεβλωθέντες τεθνᾶσι· σὺ δὲ εἰ μὲν μὴ πεισθείης, τάλας βασανισθεὶς καὶ αὐτὸς τεθνήξῃ ἄωρος, πεισθεὶς δὲ φίλος ἔσῃ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἀφηγήσῃ πραγμάτων. » Καὶ ταῦτα παρακαλῶν τὴν μητέρα τοῦ παιδὸς μετεπέμψατο, ὅπως αὐτὴν ἐλεήσας τοσούτων υἱῶν στερηθεῖσαν παρορμήσειεν ἐπὶ τὴν σωτηρίαν εὐπειθῆ ποιῆσαι τὸν περιλειπόμενον. Ὁ δὲ, τῆς μητρὸς τῇ Ἑϐραΐδι φωνῇ προτρεψαμένης αὐτὸν, ὡς ἐροῦμεν μικρὸν ὕστερον, « λύσατέ με, φησίν· εἴπω τι τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ φίλοις πᾶσι· » καὶ ἐπιχαρέντες ὅ τε βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ μάλιστα ἐπὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ παιδὸς ταχέως ἔλυσαν αὐτόν. Ὁ δὲ δραμὼν ἔστη πλησίον τῶν τηγάνων καὶ ἔφη· « ὦ ἀνόσιε καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἀσεβέστατε τύραννε, οὐκ ᾐδέσθης, παρὰ τοῦ Θεοῦ λαϐὼν τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν βασιλείαν, τοὺς θεράποντας αὐτοῦ κατακτεῖναι καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀσκητὰς στρεβλῶσαι· ἀνθ' ὧν ταμιεύεταί σε ἡ θεία δίκη πυκνοτέρῳ καὶ αἰωνίῳ πυρὶ καὶ βασάνοις, αἳ εἰς ὅλον τὸν αἰῶνα οὐκ ἀνήσουσί σε. Οὐκ ᾐδέσθης ἄνθρωπος ὢν, θηριωδέστατε, τοὺς ὁμοιο-

« vitus nos afficis, quod illustrioribus doloribus nostram legis nomine tolerantiam reddis testatam. » Eo mortuo, sextus adducitur adolescentulus. A quo tyrannus sciscitatus, an esca gustata liberari vellet, respondet, « ego quidem certe fratribus ætate sum minor, sed animo plane æqualis. Ad eadem siquidem geniti et educati, pro eisdem mori quoque debemus similiter. Quare, si placet esca impura vesci recusantem torquere, torque. » Dicentem ista, rotæ imponunt, in qua membris divulsis distentum, vertebrisque emotis, lento igne subjecto ustularunt; veruculisque etiam ignitis dorso admotis, latera visceraque perforata concremant. Ille autem in mediis cruciatibus, « o sacrum certamen, exclamat, ad quod pietatis causa, ut dolorum acerbitate exerceremur, tot fratres invitati manu non dederimus! pietatis etenim professio, tyranne, ut scias, invicta est. Ego comes fratribus additus, probitate munitus, jam morior : tibi vero, tyranne, mors similiter imminet, magnum et tremendum tortorem habituro. Tuam immanitatem, o tormentorum artifex, et vere piorum hostis, sex adolescentuli superavimus : quid enim aliud est te superare, quam non potuisse te verbis rationem nostram flectere, neque ad nefarium esum cogere? frigidus nobis tuus videtur ignis, catapultæ minime molestæ, violentia omnis cassa et irrita. Nam quum non tyranni, sed divinæ legis satellites a nobis stent, rationem habemus invictam. »

12. Utque hic quoque in lebetem conjectus beate exspiravit, septimus, omnium natu minimus, prodiit. Quem tyrannus misertus, licet ab omnibus illius fratribus acerrimis verbis proscissus, ut jam vinculis constrictum vidit, propius ad se adduci jussit. Quem his verbis delinire ac pellicere conatus est. « fratrum tuorum qualis fuerit exitus, vides : ob contumaciam enim cruciati perierunt. Tu quoque misellus si parere nolueris, tormentis confectus immaturam mortem obibis : sin parueris, in amicorum eris numero, regnique negotia cum dignitate administrabis. » Quibus verbis hortatus, puéruli matrem accersit, ut ipsam tot filiis orbatam miseratus impelleret ad superstitem salutis causa morigerum præstandum. Ille autem, matre Hebræa lingua hortata, ut paulo post dicturi sumus, « solvite me, inquit, ut regi aliquid ipsiusque amicis omnibus nunciem. » Pueri audita pollicitatione, rex et qui cum eo aderant, lætati, solverunt statim. Tum ille ad sartagines propius accedens, « impie, inquit, improborumque omnium scelestissime, nihilne veritus es, opibus et regno a Deo acceptis, illius famulos trucidare, pietatisque cultores cruciare? ob quæ scelera divina vindicta te vehementiori sempiternoque igni ac tormentis asservat, quæ te nullo unquam tempore sint desertura. Nihilne veritus, o immanissima bellua, homo

« παθεῖς καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότας στοιχείων γλωττο- « τομῆσαι, καὶ τοῦτον καταικίσας τὸν τρόπον βασανί- « σαι; ἀλλ' οἱ μὲν εὐγενῶς ἀποθανόντες ἐπλήρωσαν « τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν, σὺ δὲ κακὸς κακῶς οἰμώξῃ, « τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγωνιστὰς ἀναιτίως ἀποκτείνας. Ὅθεν « καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκειν μέλλων (ἔφη) οὐκ ἀπαυτομολῶ « τῆς τῶν ἀδελφῶν μου ἀριστείας· ἐπικαλοῦμαι δὲ τὸν « πατρῷον Θεὸν, ὅπως ἵλεως γένηται τῷ ἔθνει ἡμῶν· σὲ « δὲ καὶ ἐν τῷ νῦν βίῳ καὶ θανόντα τιμωρήσεται. » Καὶ ταῦτα κατευξάμενος ἑαυτὸν ἔρριψε κατὰ τῶν τηγάνων, καὶ οὕτως ἀπέδωκε τὴν ψυχήν.

ιγ'. Εἰ δὴ τοίνυν τῶν μέχρι θανάτου πόνων ὑπερεφρόνησαν οἱ ἑπτὰ ἀδελφοὶ, συνωμολόγηται πανταχόθεν ὅτι αὐτοδέσποτός ἐστι τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Ὥσπερ γὰρ, εἰ τοῖς πάθεσι δουλωθέντες ἐμιαροφάγησαν, ἐλέγομεν ἂν τούτους αὐτοὺς νενικῆσθαι. νυνὶ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῷ ἐπαινουμένῳ παρὰ Θεῷ λογισμῷ περιεγένοντο τῶν παθῶν, καὶ οὐκ ἔστι παριδεῖν τὴν ἡγεμονίαν τῆς διανοίας· ἐπεκράτησε γὰρ καὶ πάθους καὶ πόνων. Πῶς οὖν οὐκ ἔστι τούτοις τὴν τῆς εὐλογιστίας παθοκράτειαν ὁμολογεῖν, οἳ τῶν διὰ πυρὸς ἀλγηδόνων οὐκ ἐπεστράφησαν; καθάπερ γὰρ προβλῆτες λιμένων πύργοι τὰς τῶν κυμάτων ἀπειλὰς ἀνακόπτοντες γαληνὸν παρέχουσι τοῖς εἰσπλέουσι τὸν ὅρμον, οὕτως ἡ ἑπτάπυργος τῶν νεανίσκων εὐλογιστία τὸν τῆς εὐσεβείας ὀχυρώσασα λιμένα τὴν τῶν παθῶν ἐνίκησεν ἀκολασίαν. Ἱερὸν γὰρ εὐσεβείας στήσαντες χορὸν παρεθάρρυναν ἀλλήλους, λέγοντες, « ἀδελφικῶς ἀποθάνωμεν, ἀδελφοὶ, « περὶ τοῦ νόμου· μιμησώμεθα τοὺς τρεῖς τοὺς ἐπὶ « τῆς Ἀσσυρίας νεανίας, οἳ τῆς ἰσοπάλιδος καμίνου κα- « τεφρόνησαν. Μὴ δειλανδρήσωμεν πρὸς τὴν τῆς εὐσε- « βείας ἐπίδειξιν. » καὶ ὁ μὲν, « θάρρει ἀδελφὲ » ἔλεγεν· « ὁ δὲ, « εὐγενῶς καρτέρησον· » ὁ δὲ καταμνησθεὶς ἔλεγε, « μνήσθητε πόθεν ἐστὲ, ἢ τίνος πατρὸς χειρὶ « σφαγιασθῆναι διὰ τὴν εὐσέβειαν ὑπέμεινεν ὁ Ἰσαάκ. » εἷς δὲ ἕκαστος ἀλλήλους ὁμοῦ πάντες ἐφορῶντες φαιδροὶ καὶ μάλα θαρραλέοι, « ἑαυτοὺς, ἔλεγον, τῷ Θεῷ « ἀφιερώσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τῷ δόντι τὰς ψυχὰς, « καὶ χρήσωμεν τῇ περὶ τὸν νόμον φυλακῇ τὰ σώματα· « μὴ φοβηθῶμεν τὸν δοκοῦντα ἀποκτεῖναι τὸ σῶμα· « μέγας γὰρ ψυχῆς κίνδυνος ἐν αἰωνίῳ βασανισμῷ « κείμενος τοῖς παραβαίνουσι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ. « Καθοπλισώμεθα τοιγαροῦν τὴν τοῦ θείου λογισμοῦ πα- « θοκράτειαν· οὕτω γὰρ θανόντας ἡμᾶς Ἀβραὰμ καὶ « Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ὑποδέξονται εἰς τοὺς κόλπους αὐ- « τῶν, καὶ πάντες οἱ πατέρες ἐπαινέσουσι. » καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν ἀποσπωμένων αὐτῷ ἀδελφῶν ἔλεγον οἱ περιλειπόμενοι, « μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ἀδελφὲ, μηδὲ « ψεύσῃ τοὺς προαποθανόντας ἡμῶν ἀδελφούς. Οὐκ « ἀγνοεῖτε δὲ τὰ τῆς ἀδελφότητος φίλτρα, ἅπερ ἡ θεία « καὶ πάνσοφος πρόνοια διὰ πατέρων τοῖς γεννωμένοις « ἐμέρισε καὶ διὰ τῆς μητρῴας ἐφύτευσε γαστρός· ἐν ᾗ « τὸν ἴσον ἀδελφοὶ κατοικήσαντες χρόνον, καὶ ἐν τῷ « αὐτῷ χρόνῳ πλασθέντες, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος

« quum sis, ejusdem naturæ affectuumque particeps, et ex « eisdem elementis genitos, lingua privare, totque indignis « modis fœde cruciatos interimere? At illi quidem, generosa « ac magnanima morte obita, suam in Deum pietatem im- « plevere : tu vero malus male mulctatus ob cæsos immerito « virtutis cultores ejulabis. Quapropter ego quoque mori- « turus præstanti fratrum virtuti degener haud ero. Deum « autem patrium oro et obtestor, ut genti nostræ propitius « esse velit : qui te quum in hac ipsa vita, tum mortuum « puniet. » Hæc precatus, sese in sartagines conjecit, atque ita animam reddidit.

13. Quodsi igitur fratres isti septem summos dolores contempsere, fatendum certe est omnino, rectam piamque rationem perturbationum reginam esse. Nam prout, si quidem nefaria esca gustata perturbationibus inserviissent, istos ipsos merito victos fateremur : nunc vero contra, rationis a Deo laudatæ vi, perturbationes superarunt, neque divinæ rationis principatus leviter est prætereundus, qui et perturbationes vicerit et dolores. Jam qui fieri potest ut hisce, qui ne horrendos quidem et formidabiles ignis cruciatus tantilli fecerint, rectæ rationis in perturbationes imperium non agnoscamus? Quemadmodum enim prominentes portuum turres, dissipatis fluctuum tumoribus, tranquillam navigantibus stationem præstant : sic septiturris adolescentulorum ratio, pietatis munita portu, lasciviam perturbationum compescuit ac superavit. Etenim sacro pietatis choro confecto, alii alios acuebant et confirmabant, dicentes, « fra- « terne moriamur, fratres, legis causa : tres illos Assyriæ ju- « venes imitemur, qui parem tormentis istis fornacem flocci « faciebant : in pietate propugnanda ne despondeamus animum. » Alius item, « bono animo sis frater », inquit : alius, « perfer alto animo et obdura : » alius, vetera memoria repe- « tendo, recordamini, inquit, unde genus ducatis : aut cujus « patris manu, pietatis gratia, mactari sustinuerit Isaacus. » Singuli sese mutuo, atque universi simul, læto et intrepido vultu intuentes, « Deo nosmet, inquiebant, vitæ auctori, ani- « marumque parenti, cordicitus consecremus, legisque ob- « servationi mutuemus corpora. Ne reformidemus eum qui « corpus occidere videtur. Ingens animæ periculum in « sempiterno cruciatu divini præcepti violatores manet. « Quare armemus nos divinæ rationis in perturbationes au- « ctoritate ac dominatu, ut ita mortuos Abrahamus, Isaacus « et Jacobus in sinus nos suos excipiant, patresque universi « læti collaudent. » Porro unumquemque abreptum compellabant reliqui : « ne nos, frater, pudefacias, neque jam « ante mortuorum fratrum eludas exspectationem. Nemi- « nem vestrûm latere arbitror, quanta fraterno sanguini « ad amorem conciliandum vis insit, quam divina illa sa- « pientissimi numinis providentia liberis per parentes im- « pertita est, ac per maternum uterum insevit : in quo fra- « tres pari tempore agentes, eodemque temporis ficti ac « formati spatio, eodem sanguine aucti, ejusdem animæ vi « et facultate absoluti, æquali temporis intervallo in lucem

« αὐξηθέντες, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς ψυχῆς τελεσφορηθέντες, καὶ διὰ τῶν ἴσων ἀποτεχθέντες χρόνων, καὶ ἐκ « τῶν αὐτῶν γαλακτοποτοῦντες πηγῶν, ἀφ' ὧν συν« τρέφονται ἐν ἀγκάλαις μαστῶν φιλάδελφοι ψυχαὶ, « καὶ αὔξονται σφοδρότερον διὰ τῆς συντροφίας καὶ « διὰ τῆς καθ' ἡμέραν συνηθείας καὶ τῆς ἄλλης παι« δείας καὶ τῆς ἡμετέρας ἐν νόμῳ Θεοῦ ἀσκήσεως. » Οὕτω δὴ τοίνυν καθεστώσης συμπαθοῦς τῆς φιλαδελφίας οἱ ἑπτὰ ἀδελφοὶ συμπαθέστερον ἔσχον πρὸς ἀλλήλους. Νόμῳ γὰρ τῷ αὐτῷ παιδευθέντες καὶ τὰς αὐτὰς ἐξασκήσαντες ἀρετὰς, καὶ τῷ δικαίῳ συντραφέντας βίῳ, μᾶλλον ἑαυτοὺς ἠγάπων· ἡ γὰρ ὁμοζηλία τῆς καλοκαγαθίας ἐπέτεινεν αὐτοῖς τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν· σὺν γὰρ τῇ εὐσεβείᾳ ποθεινοτέραν ἑαυτοῖς κατεσκεύαζον τὴν φιλαδελφίαν. Ἀλλ' ὅμως καὶ περὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς συνηθείας καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς ἠθῶν τὰ τῆς ἀδελφότητος αὐτοῖς φίλτρα συναυξανόντων, ἀνέσχοντο διὰ τὴν εὐσέβειαν τοὺς ἀδελφοὺς οἱ ὑπολειπόμενοι τοὺς καταικιζομένους, ὁρῶντες καὶ μέχρι θανάτου βασανιζομένους προσέτι δὲ καὶ ἐπὶ τὸν αἰκισμὸν ἐποτρύνοντες, ὡς μὴ μόνον τῶν ἀλγηδόνων περιφρονῆσαι αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς φιλαδελφίας παθῶν κρατῆσαι.

ιδ'. Ὦ βασιλέων λογισμοὶ βασιλικώτεροι, καὶ ἐλευθέρων ἐλευθερώτεροι. ὢ ἱερᾶς καὶ ἁρμονίου περὶ τῆς εὐσεβείας τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν συμφωνίας. οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐδειλίασεν, οὐδὲ ἐπὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν ὤκνησεν, ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἐπ' ἀθανασίας ὁδὸν τρέχοντες ἐπὶ τὸν διὰ τῶν βασάνων θάνατον ἔσπευδον· καθάπερ γὰρ χεῖρες συμφώνως καὶ πόδες συμφώνως τοῖς τῆς ψυχῆς ἀφηγήμασι κινοῦνται, οὕτως οἱ ἱεροὶ μείρακες ἐκεῖνοι ὡς ὑπὸ ψυχῆς μιᾶς τῆς ἀθανάτου εὐσεβείας κινούμενοι πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτῆς συνεφώνησαν θάνατον. Ὦ παναγίας συμφώνων ἀδελφῶν ἑβδομάδος· καθάπερ γὰρ ἑπτὰ τῆς κοσμοποιΐας ἡμέραι περὶ τὴν εὐσέβειαν, οὕτω περὶ τὴν ἑβδομάδα χορεύοντες οἱ μείρακες ἐκύκλουν, τὸν τῶν βασάνων φόβον καταλύοντες. Νῦν ἡμεῖς ἀκούοντες τὴν θλίψιν τῶν νεανιῶν ἐκείνων φρίττομεν, οἱ δὲ οὐ μόνον ἀκούοντες τὴν θλίψιν, ἀλλὰ καὶ ὁρῶντες τὸν παραχρῆμα τῆς ἀπειλῆς λόγον ἐμακαρίζοντο, θαυμαζόμενοι πῶς πάσχοντες ἐνεκαρτέρουν, καὶ τοῦτο ταῖς διὰ πυρὸς ὀδύναις· ὧν τί ἂν γένοιτο ἐπαλγέστερον; ὀξεῖα γὰρ καὶ σύντομος ἡ τοῦ πυρὸς οὖσα δύναμις ταχέως διέλυσε τὰ σώματα αὐτῶν. Καὶ μὴ θαυμαστὸν ἡγεῖσθαι, εἰ ὁ λογισμὸς περιεκράτησε τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐν ταῖς βασάνοις, ὅπου γε καὶ γυναικὸς νοῦς πολυτροπωτέρων ὑπερεφρόνησεν ἀλγηδόνων. Ἡ μήτηρ γὰρ τῶν ἑπτὰ νεανίσκων ἐκείνων ὑπήνεγκε τὰς ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν τέκνων στρέβλας. Θεωρεῖτε δὲ πῶς πολύπλοκός ἐστιν ἡ τῆς φιλοτεκνίας στοργὴ, ἕλκουσα πάντα πρὸς τὴν τῶν σπλάγχνων συμπάθειαν, ὅπου γε καὶ τὰ ἄλογα ζῷα ὁμοίαν τὴν πρὸς ἐξ αὐτῶν γεννώμενα συμπάθειαν καὶ στοργὴν ἔχει τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ γὰρ τῶν πετεινῶν τὰ μὲν ἥμερα κατὰ τὰς οἰκίας ὀροφοιτοῦντα προασπίζει τῶν νεοττῶν, τὰ δὲ κατὰ κορυφὰς τῶν ὀρέων καὶ ἀπορρῶγας τῶν φαράγγων καὶ δέν-

« editi, ex eisdem fontibus emanantes lactis rivulos hau« rientes, quibus simul in mediis uberum amplexibus nu« triuntur conjunctissimæ animæ, pariterque educati ma« jorem in modum augescunt: quotidiana etiam consuetu« dine, aliaque disciplina et institutione, accedente etiam « nostro in Dei lege studio atque exercitatione. » Sic, inquam, fraterno amore flagrantissime constituto, septem illi fratres inflammatiore sese mutuo benevolentia complectebantur. Nam eadem lege instituti, eisdem virtutibus dediti, eademque vitæ sanctitate simul educati, impendio magis sese amabant. Probitatis siquidem et honestatis par studium mutuam illis concordiam auxit; caritatemque fraternam pietate sibi arctiorem reddidere. Verumtamen, quamvis et naturæ vi, et consuetudinis, morumque probitate, fraterni amoris impetus incenderetur; pietatis tamen causa fratres qui reliqui erant, fratres germanos indignissimis modis tractatos et summis confectos cruciatibus intueri potuerunt, quin etiam ad supplicia se incitare, ita ut non solum dolores contemnerent, sed etiam fraternos motus compescerent.

14. O cogitationes ipsis regibus augustiores magisque regias, et liberis liberiores! o sacrum et dulcem septem fratrum de pietate concentum! Eorum ne unus quidem trepidavit, ac mortem adire dubitavit; sed omnes pariter, quasi ad immortalitatis iter conficiendum properantes, ad mortem per cruciatus festinabant: quemadmodum manus pedesque convenienter imperio animi moveri solent; sic sanctissimi illi juvenes, ab immortali pietate ceu anima impulsi, ad mortem pro ipsa oppetendam consensere. O sacrosanctum concinentium fratrum septenarium! nam ut in mundi creatione septeni dies circa pietatem; ita adolescentuli illi circa septenarium tripudiantes circuibant, suppliciorum metu conculcato. Nos nunc auditam adolescentulorum calamitatem perhorrescimus, quum illi non modo eam spectantes, et minaces illico tyranni voces audientes, sed etiam dolorum atrocitatem perferentes, durarint constantissime; idque adeo flammarum ardore tosti: quo quid fingi potest acerbius? Nam ignis vis, utpote velox et rapida, citius eorum dissolvit corpora. Nec vero mirum vobis videri debet, in viris rationem superasse perturbationes, quum feminæ mens longe plura dolorum genera contempserit. Nam septem illorum adolescentulorum mater, in unoquoque natorum cruciatus sustinuit. Quantus vero sit et quam alte pateat naturalis erga prolem amor, qui cuncta ad caritatem erga fœtus rapere solet, facile videtis, quum bruta ipsa animantia simili atque homines erga partus suos affectu et amore tangantur. Volucres etenim cicures, in domiciliorum tectis nidulantes, tuentur pullos; et quæ in montium jugis valliumque præcipitiis, in arborum specubus ac verticibus nidis constructis pariunt, accedentem arcent: si id

δρων ὀπὰς καὶ τὰς τούτων ἄκρας ἐννοσσοποιησάμενα ἀποτίκτει καὶ τὸν προσιόντα κωλύει· εἰ δὲ καὶ μὴ δύναται κωλύειν, περιπτάμενα κυκλόθεν αὐτῶν ἀλγοῦντα τῇ στοργῇ, ἀνακαλούμενα τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, καθ' ὃν δύναται τρόπον βοηθεῖν τοῖς τέκνοις. Καὶ τί δεῖ τὴν διὰ τῶν ἀλόγων ζώων ἐπιδείκνυσθαι πρὸς τὰ τέκνα συμπάθειαν; ὅπου γε καὶ μέλισσαι περὶ τὸν τῆς κηρογονίας καιρὸν ἀπαμύνονται τοὺς προσιόντας, καὶ καθάπερ σιδήρῳ τῷ κέντρῳ πλήσσουσι τοὺς προσιόντας τῇ νοσσιᾷ αὐτῶν καὶ ἐπαμύνονται ἕως θανάτου. Ἀλλ' οὐχὶ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ὁμόψυχον τῶν νεανίσκων μητέρα μετεκίνησε συμπάθεια τῶν τέκνων.

ιε'. Ὦ λογισμὲ τύραννε παθῶν, καὶ εὐσέβεια μητρὶ τέκνων ποθεινοτέρα. Μήτηρ δυοῖν προκειμένων, εὐσεβείας καὶ τῆς τῶν ἑπτὰ υἱῶν σωτηρίας προσκαίρου, κατὰ τὴν τοῦ τυράννου ὑπόσχεσιν, τὴν εὐσέβειαν μᾶλλον ἠγάπησε τὴν σώζουσαν εἰς αἰώνιον ζωὴν κατὰ Θεόν. Ὦ τίνα τρόπον ἠθολογήσαιμι φιλότεκνα γονέων πάθη, ψυχῆς τε καὶ μορφῆς ὁμοιότητα εἰς μικρὸν παιδὸς χαρακτῆρα θαυμάσιον ἐναποσφραγίζοντα, μάλιστα διὰ τὸ πάθος τοῖς γεννηθεῖσι τὰς μητέρας τῶν πατέρων καθεστάναι συμπαθεστέρας; ὅσῳ γὰρ καὶ ἀσθενόψυχοι καὶ φιλογονώτεραι ὑπάρχουσιν αἱ μητέρες, τοσούτῳ μᾶλλόν εἰσι φιλοτεκνότεραι. Πασῶν δὲ τῶν μητέρων ἐγένετο ἡ τῶν ἑπτὰ μήτηρ φιλοτεκνοτέρα, ἥτις ἑπτὰ κυοφορίαις τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιφυτευομένην φιλοστοργίαν, καὶ διὰ πολλὰς τὰς καθ' ἕκαστον αὐτῶν ὀδύνας ἠναγκασμένη τὴν εἰς αὐτοὺς ἔχειν συμπάθειαν, διὰ τὸν πρὸς Θεὸν φόβον ὑπερεῖδε τὴν τῶν τέκνων πρόσκαιρον σωτηρίαν. Οὐ μήν γε ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν καλοκαγαθίαν τῶν υἱῶν καὶ τὴν πρὸς τὸν νόμον αὐτῶν εὐπείθειαν μείζω τὴν ἐν αὐτοῖς εἶχε φιλοστοργίαν· δίκαιοί τε γὰρ ἦσαν καὶ σώφρονες καὶ μεγαλόψυχοι καὶ φιλάδελφοι καὶ φιλομήτορες οὕτως ὥστε καὶ μέχρι θανάτου τὰ νόμιμα φυλάσσοντας πείθεσθαι αὐτῇ. Ἀλλ' ὅμως καίπερ τοσούτων ὄντων περὶ τῶν τὴν φιλοτεκνίαν εἰς συμπάθειαν ἑλκόντων τὴν μητέρα, ἐπ' οὐδενὸς αὐτῶν τὸν λογισμὸν αὐτῆς αἱ παμποίκιλοι βάσανοι ἴσχυσαν μετατρέψαι, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα παῖδα καὶ ὁμοῦ πάντας ἡ μήτηρ ἐπὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας προετρέπετο θάνατον. Ὦ φύσις ἱερὰ, καὶ φίλτρα γονέων καὶ σύνεσις φιλόστοργε, καὶ τροφεῖα, καὶ μητέρων ἀδάμαστα πάθη· καθ' ἕνα στρεβλούμενον καὶ φλεγόμενον ὁρῶσα ἡ μήτηρ οὐ μετεβάλετο διὰ τὴν εὐσέβειαν· τὰς σάρκας τῶν τέκνων ἑώρα περὶ τὸ πῦρ τηκομένας, καὶ τοὺς τῶν ποδῶν καὶ χειρῶν δακτύλους ἐπὶ γῆς σπαίροντας, καὶ τὰς τῶν κεφαλῶν μέχρι τῶν περὶ τὰ γένεια σάρκας ὥσπερ προσωπεῖα προκειμένας. Ὦ πικροτέρων νῦν μήτηρ πόνων πειραθεῖσα ὑπὲρ τῶν ἐπ' αὐτοῖς ὠδίνων· ὦ μόνη γυνὴ τὴν εὐσέβειαν ὁλόκληρον ἀποκυήσασα· οὐ μετέτρεψέ σε πρωτότοκος ἀποπνέων, οὐδὲ δεύτερος εἰς σὲ οἰκτρὸν ἐν βασάνοις βλέπων, οὐ τρίτος ἀποψύχων, οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑνὸς ἑκάστου θεωροῦσα ταυρηδὸν ἐπὶ τῶν βασάνων ὁρῶντας τὸν ἑαυτῶν αἰκισμὸν καὶ τοὺς μυκτῆ-

minus possunt, saltem circa eos undique volitando, naturali affectu cogente, sua voce compellando eo quo valent modo pullis auxiliantur. Et quid necesse est brutorum exemplis allatis, amorem erga fœtum comprobare? quum apes quo tempore ceræ conficiendæ incumbunt, accedentes ulciscantur, et aculeo, quasi ferro, suo alveari appropinquantes feriant, atque ad mortem usque vindicent. Sed tamen matrem adolescentulorum, ejusdem cum Abrahamo animi, liberorum cura minime movere potuit.

15. O rationem, perturbationum dominam, et pietatem matri liberis ipsis dilectiorem! Mater, duobus propositis, pietate nimirum, et filiorum septem ad tempus salute a tyranno promissa pietatem, quæ ad vitam servaret æternam cum Deo degendam, anteposuit. O quibus modis exprimam ac depingam tenerrimos parentum erga sobolem affectus, in perpusilla imagine pueri, animi formæque similitudinem mirum in modum imprimentes? præsertim quum matres, ubi aliquid filiis adversi acciderit, longe gravius quam patres commoveri soleant! Nam quo sunt imbecilliori matres animo et ad partum amandum propensiores, tanto magis liberorum amore tenentur. Omnibusque adeo matribus amore erga liberos, septem istorum puerorum mater antecellebat: quæ septem graviditatibus ad eos insito amore complectendos coacta, multisque molestiis uniuscujusque causa devoratis, ad commiserationem impulsa; Dei tamen reverentia ducta, temporalem filiorum salutem nihili æstimavit. Neque vero his solum de causis, sed etiam ob præstantem filiorum virtutem ac probitatem, legisque studium atque observationem, longe majori caritate illos complectebatur. Nam et justi erant, et temperantes, et magnanimi; fratrum matrisque adeo amantes, ut ad mortem usque scita legis retinendo matri monenti obtemperarint. Verumtamen licet tot ac tanta amoris erga filios causæ non deessent, quibus ad commiserationem mater traheretur; exquisitissimis tamen tormentis in unoquoque eorum icta, nullo modo a mentis constantia poterat dimoveri; sed singulos et universos mater filios ad mortem pietatis causa obeundam cohortabatur. O sanctissimam naturam, amorisque parentum illecebras, et intelligentiam indulgentissimam, et nutritia, matrumque motus indomitos! Unumquemque tortum atque ustulatum conspicata mater, pietatis causa, de sententiæ constantia non decessit: liberorum suorum carnes igne videt liquefactas, pedum manuumque digitos humi palpitantes, capitum carnes, nudatas cute usque ad menta, larvarum instar ante se jacentes. o matrem nunc acerbiores quam in illorum partu dolores expertam! O solam feminam quæ integram pietatem sis enixa! Nihil te primogenitus exspirans movit; nihil secundus, te miserabili vultu in mediis intuens cruciatibus: nihil tertius animam agens: nihil, oculos cernere uniuscujusque suum in tormentis supplicium torve aspicientes, naresque, mortis eorum indices. Filiorum carnes combustas videns, abscissasque manibus manus

ρας προσημειουμένους τὸν θάνατον αὐτῶν· οὐχ ἔκλαυσας ὁρῶσα σάρκας τέκνων ἀποκαιομένας, καὶ ἐπὶ χερσὶ χεῖρας ἀποτεμνομένας, καὶ ἐπὶ κεφαλαῖς κεφαλὰς ἀποδειροτομουμένας, καὶ ἐπὶ νεκροῖς νεκροὺς πίπτοντας, καὶ πολυάνδριον ὁρῶσα τῶν τέκνων τὸ χωρίον διὰ τῶν βασάνων οὐκ ἐδάκρυσας. Οὐχ οὕτω σειρήνειοι μελῳδίαι οὐδὲ κύκνειοι πρὸς φιληκοΐαν φωναὶ τοὺς ἀκούοντας ἐφέλκονται, ὡς τέκνων φωναὶ μετὰ βασάνων μητέρα φωνούντων. Πηλίκαις καὶ πόσαις τότε ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν βασανιζομένων τροχοῖς τε καὶ καυστηρίοις ἐβασανίζετο βασάνοις· ἀλλὰ τὰ σπλάγχνα αὐτῆς ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς ἐν αὐτοῖς τοῖς πάθεσιν ἀνδρειώσας ἐπέτεινε τὴν πρόσκαιρον φιλοτεκνίαν παριδεῖν· καίπερ ἑπτὰ τέκνων ἀπώλειαν ὁρῶσα καὶ τὴν τῶν στρεβλῶν πολύπλοκον ποικιλίαν· ἃς ἁπάσας ἡ γενναία μήτηρ ἐξέλυσε διὰ τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν. Καθάπερ γὰρ ἐν βουλευτηρίῳ τῇ ἑαυτῆς ψυχῇ δεινοὺς ὁρῶσα συμβούλους φύσιν τε καὶ γένεσιν καὶ φιλοτεκνίαν καὶ τέκνων στρέβλας, δύο ψήφους κρατοῦσα ἡ μήτηρ, θανατηφόρον τε καὶ σωτήριον, ὑπὲρ τέκνων, οὐκ ἔγνω τὴν σώζουσαν ἑπτὰ υἱοὺς πρὸς ὀλίγον χρόνον σωτηρίαν, ἀλλὰ τῆς θεοσεβοῦς Ἀβραὰμ καρτερίας ἡ θυγάτηρ ἐμνήσθη. Ὦ μήτηρ ἔθνους, ἔκδικε τοῦ νόμου, καὶ ὑπερασπίστρια τῆς εὐσεβείας, καὶ τοῦ διὰ σπλάγχνων ἀγῶνος ἀθλοφόρε, ὦ ἀρρένων πρὸς καρτερίαν γενναιοτέρα, καὶ ἀνδρῶν πρὸς ὑπομονὴν ἀνδρειοτέρα. Καθάπερ γὰρ ἡ τοῦ Νῶε κιβωτὸς ἐν τῷ κοσμοπληθεῖ κατακλυσμῷ κοσμοφοροῦσα καρτερῶς ὑπέμεινε τοὺς κλύδωνας, οὕτω καὶ σὺ ἡ νομοφύλαξ πανταχόθεν τῷ τῶν παθῶν περιαντλουμένη κατακλυσμῷ, καὶ καρτεροῖς ἀνέμοις τῶν υἱῶν βασάνοις συνεχομένη, γενναίως ὑπέμεινας τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας χειμῶνα.

ιϛ'. Εἰ δὴ τοίνυν καὶ γυνὴ καὶ γεραία καὶ ἑπτὰ παίδων μήτηρ ὑπέμεινεν ὁρῶσα τὰς μέχρι θανάτου τῶν τέκνων βασάνους, ὁμολογουμένως αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ εὐσεβὴς λογισμός. Ἀπέδειξα οὖν ὅτι οὐ μόνον ἄνδρες τῶν παθῶν ἐκράτησαν, ἀλλὰ καὶ γυνὴ τῶν μεγίστων βασάνων ὑπερεφρόνησε. Καὶ οὐχ οὕτως οἱ περὶ τὸν Δανιὴλ λέοντες ἦσαν ἄγριοι, οὐδὲ ἡ μετὰ τὸν Μισαὴλ ἐκφλεγομένη κάμινος λαβροτάτῳ πυρὶ, ὡς ἡ τῆς φιλοτεκνίας περιέκαιεν ἐκείνην φύσις, ὁρῶσαν αὐτὴν οὕτω ποικίλως βασανιζομένους τοὺς ἑπτὰ υἱούς· ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τῆς εὐσεβείας κατέσβεσε τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα πάθη ἡ μήτηρ. Καὶ γὰρ τοῦτο ἔστιν ἐπιλογίσασθαι, ὅτι δειλόψυχος εἰ ἦν ἡ γυνὴ, καίπερ μήτηρ οὖσα ὠλοφύρατο ἂν ἐπ' αὐτοῖς· καὶ ἴσως ταῦτα ἂν οὕτως εἶπεν· « ὦ μελέα ἔγωγε καὶ πολλάκις τρισαθλία, « ἥτις ἑπτὰ παῖδας τεκοῦσα οὐδενὸς μήτηρ γεγένημαι. « Ὦ μάταιοι ἑπτὰ κυοφορίαι, καὶ ἀνόνητοι ἑπτὰ δεκά- « μηνοι, καὶ ἄκαρποι τιθηνίαι, καὶ ταλαίπωροι γαλα- « κτοτροφίαι· μάτην ἐφ' ὑμῖν, ὦ παῖδες, πολλὰς ὑπέ- « μεινα ὀδύνας, καὶ χαλεπωτέρας φροντίδας ἀνατρο- « φῆς. Ὦ τῶν ἐμῶν παίδων οἱ μὲν ἄγαμοι, οἱ δὲ γή- « μαντες ἀνόνητοι· οὐκ ὄψομαι ὑμῶν τέκνα, οὐδὲ

impositas, et exsecta capita capitibus injecta, cadaveraque in cadavera corruentia, locum denique ipsum filiorum sepulcretum triste per tormenta factum cernens, non lacrimasti. Haud ita dulcissimi Sirenum cantus, aut suavissimæ cycnorum voces, voluptate aures permulcent, ut filiorum voces in mediis cruciatibus matrem appellantium. Quot et quantis tum mater, quum filii rotis candentibusque instrumentis cruciarentur, tormentis torquebatur! Sed pia ratio viscera ipsius, in mediis perturbationum fluctibus, virili fortitudine imbuens, ad momentaneam filiorum caritatem contemnendam confirmavit: quamvis septem liberorum mater exitium spectaret, tamque varia tormentorum cerneret genera: hæc tamen omnia generosa mater stabili in Deum fide superavit. In suo siquidem animo, ceu in senatu quodam, graves videns consiliarios: hinc, naturam, procreationem, amorem sobolis; liberorum illinc cruciatus; duosque manu calculos mater de filiis tenens, letalem et salutarem, septem filiis ad tempus perbreve candido salutem calculo non dedit; sed, sanctæ Abrahami constantiæ memoriam sibi filia proposuit. O mater gentis, legis ultrix, vindex pietatis, certaminisque in visceribus obiti victrix! o masculis ad tolerantiam animosior, virisque ad patientiam virilior! Nam ut arca Noæ in diluvio totum mundum obruente mundum vectans, turgidos fluctuum motus valide sustinuit: sic tu quoque, o custos legis, perturbationum diluvio undique jactata, filiorumque tormentis ceu ventis vehementissimis agitata, pietatis causa horrendæ tempestatis immanitatem fortiter pertulisti.

16. Quodsi igitur et femina et vetula et septem filiorum mater, ad mortem usque liberos suos cruciatos cernere sustinuit: manifestum est, piam rationem reginam esse perturbationum. Demonstratum itaque est a nobis, non viros solum dolores vicisse, sed et mulierculam maximos cruciatus superasse. Nec vero ita feri erant leones illi quibus Daniel objiciebatur, nec adeo torridus Misaelis caminus vehementissimo igne incensus, ut naturæ vi maternum illud pectus erga liberos undique incendebatur; quos septem jam variis exquisitisque tormentis cruciatos videns, pia tamen ratione tot et tantos motus mater repressit. Nam hoc quoque cogitare debemus, si quidem parvo femina illa fuisset animo, eos saltem, ut quæ mater erat, deplorasset; atque istiusmodi fortasse habuisset verba: « o me infelicem, sæpiusque miserrimam! quæ septem li- « beros enixa, nullius jam sim parens! o septem gravidita- « tes inanes, septenosque decem menses cassos, vanas nu- « tricationes, atque lactatus calamitosos! frustra de vobis, « o filii, multas ærumnas pertuli, difficilioresque educa- « tione sollicitudines. Eheu filiorum meorum! alios qui- « dem cælibes; alios vero frustra conjuges factos! Liberos « ego vestros non sum visura; neque avia vocata, diear-

« μάμμη κληθεῖσα μακαρισθήσομαι. Ὦ ἡ πολύπαις καὶ καλλίπαις ἐγὼ γυνὴ χήρα καὶ μόνη πολύθρηνος· οὐδὲ ἂν ἀποθάνω θάψοντα τῶν υἱῶν ἕξω τινά. » ἀλλὰ τούτῳ τῷ θρήνῳ οὐδένα ὠλοφύρατο ἡ ἱερὰ καὶ θεοσεϐὴς μήτηρ, οὐδ' ἵνα μὴ ἀποθάνωσιν ἀπέτρεπεν αὐτῶν τινα, ὡς οὐδὲ ἀποθνησκόντων ἐλυπήθη· ἀλλ' ὥσπερ ἀδαμάντινον ἔχουσα τὸν νοῦν, καὶ εἰς ἀθανασίαν ἀνακτίζουσα τὸν τῶν υἱῶν ἀριθμὸν, μᾶλλον ὑπὲρ τῆς εὐσεϐείας ἐπὶ τὸν θάνατον αὐτοὺς προετρέπετο ἱκετεύουσα. Ὦ μῆτερ δι' εὐσέϐειαν Θεοῦ στρατιῶτι πρεσϐῦτι, καὶ γυναικὸς διὰ καρτερίαν καὶ τύραννον ἐνίκησας, καὶ ἔργοις ηὑρέθης ἀνδρὸς καὶ λόγοις δυνατωτέρα. Καὶ γὰρ ὅτε συνελήφθης μετὰ τῶν παίδων, εἱστήκεις τὸν Ἐλεάζαρον ὁρῶσα βασανιζόμενον, καὶ ἔλεγες τοῖς παισὶ τῇ Ἑϐραΐδι διαλέκτῳ· « ὦ παῖδες, γενναῖος ὁ ἀγών· ἐφ' ὃν κληθέντες ὑπὲρ τῆς διαμαρτυρίας τοῦ ἔθνους, ἀναγωνίσασθε προθύμως ὑπὲρ τοῦ πατρῴου νόμου· καὶ γὰρ αἰσχρὸν τὸν μὲν γέροντα τοῦτον ὑπομένειν τὰς διὰ τὴν εὐσέϐειαν ἀλγηδόνας, ὑμᾶς δὲ τοὺς νεανίσκους καταπλαγῆναι τὰς βασάνους. Ἀναμνήσθητε ὅτι διὰ τὸν Θεὸν τοῦ κόσμου μετελάϐετε καὶ τοῦ βίου ἀπελαύσατε· καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλετε πάντα πόνον ὑπομεῖναι διὰ τὸν Θεόν· δι' ὃν καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀϐραὰμ ἔσπευδε τὸν ἐθνοπάτορα υἱὸν σφαγιάσαι Ἰσαὰκ, καὶ τὴν πατρῴαν χεῖρα ξιφηφόρον καταφερομένην ἐπ' αὐτὸν ὁρῶν ὁ Ἰσαὰκ οὐκ ἔπτηξε· καὶ Δανιὴλ ὁ δίκαιος εἰς λέοντας ἐϐλήθη, καὶ Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ εἰς κάμινον πυρὸς ἀπεσφενδονίσθησαν, καὶ ὑπέμειναν διὰ τὸν Θεόν. Καὶ ὑμεῖς οὖν τὴν αὐτὴν πίστιν εἰς τὸν Θεὸν ἔχοντες μὴ χαλεπαίνετε· ἀλόγιστον γὰρ τοὺς εἰδότας εὐσέϐειαν μὴ ἀντισταθῆναι τοῖς πόνοις. » Διὰ τούτων τῶν λόγων ἡ ἑπταμήτωρ ἕνα ἕκαστον τῶν υἱῶν παρακαλοῦσα ἀποθανεῖν ἔπεισε μᾶλλον ἢ παραϐῆναι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἔτι δὲ καὶ ταῦτα εἰδότας ὅτι οἱ διὰ τὸν Θεὸν ἀποθανόντες ζῶσι τῷ Θεῷ, ὥσπερ Ἀϐραὰμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼϐ καὶ πάντες οἱ πατριάρχαι.

ιη'. Ἔλεγον δὲ καὶ τῶν δορυφόρων τινὲς ὡς ὅτε ἔμελλε συλλαμϐάνεσθαι καὶ αὐτὴ πρὸς θάνατον, ἵνα μὴ ψαύσειέ τις τοῦ σώματος αὐτῆς, ἑαυτὴν ἔρριψε κατὰ τῆς πυρᾶς. Ὦ μήτηρ σὺν ἑπτὰ καταλύσασα τὴν τοῦ τυράννου βίαν καὶ ἀκυρώσασα τὰς κακὰς ἐπινοίας αὐτοῦ, καὶ δείξασα τὴν τῆς πίστεως γενναιότητα. Καθάπερ γὰρ στέγη ἐπὶ τοῖς στύλοις, οὕτω καὶ σὺ ἐπὶ παισὶ γενναίως ἱδρυμένη ἀκλινὴς ὑπήνεγκας τὸ διὰ τῶν βασάνων σεισμόν. Θάρρει τοιγαροῦν, ὦ μῆτερ ἱερόψυχε, τὴν ἐλπίδα τῆς ὑπομονῆς ἔχουσα βεβαίαν πρὸς τὸν Θεόν. Οὐχ οὕτω σελήνη κατ' οὐρανὸν σὺν ἄστροις σεμνὴ καθέστηκεν, ὡς σὺ τοὺς ἰσαστέρους ἑπτὰ παῖδας φωταγωγήσασα πρὸς τὴν εὐσέϐειαν ἔντιμος καθέστηκας τῷ Θεῷ, καὶ ἠστέρισαι ἐν οὐρανῷ σὺν αὐτοῖς· ἦν γὰρ ἡ παιδοποιία σου ἀπὸ Ἀϐραὰμ τοῦ πατρός. Εἰ δὲ ἐξὸν ἡμῖν ὥσπερ ἐπί τινος πίνακος ζωγραφῆσαι τὴν τῆς εὐσεϐείας ἱστορίαν, οὐκ ἂν ἔφριττον οἱ θεωροῦντες μητέρα

« beata. O me modo multis pulchrisque liberis stipatam, nunc orbam tristique in luctu solitariam relictam! filiorum, quum morior, qui me sepeliat, habituram neminem! » Verum sancta illa ac pia mater, talem lessum lamentando filiorum nulli facit, neque quenquam a morte oppetenda avertit, neque morientibus ipsis tristitia affecta est : sed velut adamantina mente prædita, et ad immortalitatem erigens numerum filiorum, ad mortem potius pietatis causa subeundam supplex eos impulit. O mater, propter pietatem veterana Dei miles! tyrannum muliebri tolerantia vicisti; factis dictisque viro reperta es potentior. Nam quando comprehendebare cum liberis, Eleazarum cernens cruciari stabas : illosque Hebraice sic es allocuta : « nobile, mi pueri, certamen videtis, ad quod vocati, ut fidei virtutisque testationem nationi nostræ relinquatis, pro patria lege alacriter decertate. Turpe enim fuerit, senem istum dolores ob pietatem perpeti; vos autem, juvenes, consternari tormentis. Recordamini vos Dei beneficio in hunc mundum prodiisse, lucisque accepisse usuram : quocirca nullum non dolorem tolerare debetis Dei causa, propter quem et pater ille noster Abrahamus Isaacum, gentis futurum parentem, mactare properavit; ipseque Isaacus patris manum ensiferam, in se jam agitatam, cernens, non reformidavit : justus quoque Daniel leonibus objectus, et Ananias et Azarias et Misael in fornacem igneam præcipitati, Dei causa durarunt. Vos igitur, quibus eadem est in Deum fides, ne conturbemini : quum absurdum sit, pietatis gnaros doloribus non posse resistere. » Hujusmodi verbis illa septem filiorum parens, unumquemque exhortata, mortem potius eis suasit, quam ut divina præcepta violarent. Quibus etiam cognitum est atque exploratum, eos qui Dei causa moriuntur, Deo vivere, ut Abrahamum, Isaacum et Jacobum, omnes postremo patriarchas.

18. Satellitum nonnulli retulere, quum jam illa quoque in eo esset ut ad mortem comprehenderetur : ne quis corpus ipsius attingeret, sese in rogum conjecisse. O mater quæ septem filiis comitata, tyranni violentiam fregisti, scelerata illius cogitata dissipavisti, generosamque fidei constantiam declaravisti! Tu, tecti instar, filiorum nixa et firmata columnis, tormentorum conquassationem immota sustinuisti. Bono itaque animo es, o mater sanctissima, quæ spem tolerantiæ firmam et stabilem habeas apud Deum. Haud ita luna cum stellis in cœlo splendida conspicitur, ut tu quæ septem filios, stellis pares splendore, ad claram pietatis lucem adduxisti, gloriosa Deo es effecta, atque una cum illis in cœlo fixa. Tua nimirum liberorum procreatio a patre descendebat Abrahamo. Quodsi nos possemus quasi in tabella quadam depingere hanc pietatis historiam, annon illi, qui matrem septem liberorum perferentem specta-

ἑπτὰ τέκνων δι' εὐσέβειαν ποικίλας βασάνους μέχρι θανάτου γινομένας ὑπομένουσαν; καὶ γὰρ ἄξιον ἦν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τάφου ἀναγράψαι, καὶ ταῦτα τοῖς ἀπὸ τοῦ ἔθνους εἰς μνείαν, λεγόμενα· ΕΝΤΑΥΘΑ Ο ΓΕΡΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΓΥΝΗ ΓΕΡΑΙΑ ΚΑΙ ΕΠΤΑ ΠΑΙΔΕΣ ΕΓΚΕΚΗΔΕΥΝΤΑΙ ΔΙΑ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΒΙΑΝ ΤΗΝ ΕΒΡΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ ΚΑΤΑΛΥΣΑΙ ΘΕΛΟΝΤΟΣ. ΟΙ ΚΑΙ ΕΞΕΔΙΚΗΣΑΝ ΤΟ ΕΘΝΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΑΦΟΡΩΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΘΑΝΑΤΟΥ ΤΑΣ ΒΑΣΑΝΟΥΣ ΥΠΟΜΕΙΝΑΝΤΕΣ. Ἀληθῶς γὰρ ὁ ἀγὼν θεῖος ὁ δι' αὐτῶν γεγενημένος· ἠθλοθέτει γὰρ τότε ἀρετὴ δι' ὑπομονῆς δοκιμάζουσα, τὸ νῖκος ἀφθαρσία ἐν ζωῇ πολυχρονίῳ. Ἐλεάζαρος δὲ προηγωνίζετο, ἡ δὲ μήτηρ τῶν ἑπτὰ παίδων ἐνήθλει· οἱ δὲ ἀδελφοὶ ἠγωνίζοντο, ὁ τύραννος ἀντεγωνίζετο· ὁ δὲ κόσμος καὶ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἐθεώρει, θεοσέβεια δὲ ἐνίκα, τοὺς ἑαυτῆς ἀθλητὰς στεφανοῦσα. Τίνες οὐκ ἐθαύμασαν τοὺς τῆς θείας νομοθεσίας ἀθλητάς; τίνες οὐκ ἐξεπλάγησαν; αὐτός γέ τοι ὁ τύραννος καὶ ὅλον τὸ συμβούλιον αὐτῶν ἐξεθαύμασαν αὐτῶν τὴν ὑπομονήν· δι' ἣν καὶ τῷ θείῳ νῦν παρεστήκασι θρόνῳ καὶ μακάριον αἰῶνα βιοῦσι. Καὶ γάρ φησιν ὁ Μωϋσῆς, « καὶ πάντες οἱ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σου. » Καὶ οὗτοι οὖν οἱ ἁγιασθέντες διὰ Θεὸν τετίμηνται, οὐ μόνον ταύτῃ τῇ τιμῇ, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' αὐτοὺς τοῦ ἔθνους ἡμῶν τοὺς πολεμίους μὴ ἐπικρατῆσαι, καὶ τὸν τύραννον τιμωρηθῆναι, καὶ τὴν πατρίδα καθαρισθῆναι, ὥσπερ ἀντίψυχον γεγονότας τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας. Καὶ διὰ τοῦ αἵματος τῶν εὐσεβῶν ἐκείνων καὶ τοῦ ἱλαστηρίου τοῦ θανάτου αὐτῶν ἡ θεία πρόνοια τὸν Ἰσραὴλ προκακωθέντα διέσωσε· πρὸς γὰρ τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν τῆς ἀρετῆς καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς βασάνοις αὐτῶν ὑπομονὴν ὁ τύραννος ἀπιδὼν ἀνεκήρυξεν ὁ Ἀντίοχος τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ εἰς ὑπόδειγμα τὴν ἐκείνων ὑπομονήν, ἔσχε τε αὐτοὺς γενναίους καὶ ἀνδρείους εἰς πεζομαχίαν καὶ πολιορκίαν, καὶ ἐκπορθήσας ἐνίκησε τοὺς πάντας πολεμίους. Ὦ τῶν Ἀβραμιαίων σπερμάτων ἀπόγονοι παῖδες Ἰσραηλῖται, πείθεσθε τῷ νόμῳ τούτῳ, καὶ πάντα τρόπον εὐσεβεῖτε, γινώσκοντες ὅτι τῶν παθῶν δεσπότης ἐστὶν ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, καὶ οὐ μόνον τῶν ἔνδοθεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξωθεν πόνων.

κ'. Ἀνθ' ὧν διὰ τὴν εὐσέβειαν προϊέμενοι τὰ σώματα τοῖς πόνοις ἐκεῖνοι οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐθαυμάσθησαν, ἀλλὰ καὶ θείας μερίδος κατηξιώθησαν, καὶ δι' αὐτοὺς εἰρήνευσε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν εὐνομίαν τὴν ἐπὶ τῆς πατρίδος ἀνανεωσάμενοι, ἐξεπολιόρκησαν τοὺς πολεμίους. Καὶ ὁ τύραννος Ἀντίοχος καὶ ἐπὶ γῆς τετιμώρηται καὶ ἀποθανὼν κολάζεται. Ὡς γὰρ οὐδὲν οὐδαμῶς ἴσχυσεν ἀναγκάσαι τοὺς Ἱεροσολυμίτας ἀλλοφυλῆσαι καὶ τῶν πατρίων ἐθῶν ἐκδιαιτηθῆναι, τότε ἀπάρας ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ἐστράτευσεν ἐπὶ Πέρσας. Ἔλεγε δὲ ἡ μήτηρ τῶν ἑπτὰ παίδων καὶ ταῦτα δίκαια τοῖς τέκνοις, ὅτι « ἐγὼ ἐγενήθην παρθένος ἁγνὴ, οὐδὲ ὑπερ-« έβην πατρικὸν οἶκον, ἐφύλασσον δὲ τὴν ᾠκοδομημέ-« νην πλευράν· οὐ διέφθειρέ με λυμεὼν ἐρημίας φθορεὺς

rent tormenta ad mortem usque pietatis causa, contremiscerent? Esset sane consentaneum, ut et hæc, ad memoriam popularibus dicta, sepulchro appingerentur : HIC SACERDOS SENEX ANUSQUE CUM FILIIS SEPTENIS JACENT. TYRANNI VIOLENTIA SUBLATI HEBRÆORUM REMPUBLICAM EVERTERE CONANTIS. QUI OCULIS IN DEUM CONJECTIS, CRUCIATIBUSQUE AD MORTEM TOLERATIS, GENTEM VINDICARUNT. Divinum plane certamen illud erat, quod obiere. Ubi virtus, per tolerantiam probans, muneraria : victoria, immortalitas in vita perenni : primus pugil, Eleazarus : septem filiorum mater, concertatrix : pugiles, fratres : adversarius, tyrannus : mundus hominumque vita, spectatores. Pietas tandem victrix, suos coronans athletas, declaratur. Quis non admirabatur divinæ athletas legis? quis non obstupescebat intuens? Ipse certe tyrannus, totusque adeo consessus, patientiam illorum admirabantur. Ob quam divino nunc throno adstant, ævumque degunt beatissimum. Moyses enim ait, « atque « omnes sanctificati sub manibus tuis. » Ergo isti quoque sanctificati, Dei causa, honores sunt consecuti : nec hos tantum honores, sed etiam debellatorum gentis suæ sua virtute hostium, tyranni mulctati, patriæque, ut qui quasi victima pro delictis gentis suæ exstiterint, perpurgatæ. Quorum piorum sanguine mortisque propitiatione divina providentia placata Israelem ante afflictum servavit. Etenim tyrannus Antiochus, tanta virtutis ipsorum firmitate animadversa, invictaque in tormentis ferendis patientia explorata; eorum patientiam militibus suis imitandam jussit proclamari; habuitque e gente illa eximios ac fortes ad pedestrem pugnam et obsidionem milites; quorum opera hostibus universis superatis, victor evasit. O pueri Israelitæ, Abrahamæi sanguinis soboles, huic legi parete, hanc omni ratione colite, quandoquidem videtis piam rationem perturbationum esse reginam, nec perturbationum tantum internarum, sed dolorum quoque externorum.

20. Unde illi pietatis gratia corpora doloribus objicientes, non modo hominibus fuerunt admirationi, sed etiam divina sorte digni habiti sunt, ut ipsorum virtute et natio pace frueretur, et lege patria renovata hostes funderentur. At vero tyrannus ille Antiochus quum vivus pœnas dedit, tum mortuus cruciatur. Nam ut nullo modo Hierosolymitas ad externos mores et ritus amplexandos cogere patriosque abdicandos valuit; Hierosolymis discedens in Persas suscepit expeditionem. Quin etiam justa illa septem filiorum mater hæc quoque liberis dixisse perhibetur : « casta « virgo fui, nec paternæ domus limen excessi, latus ædifi-« catum servavi. Me nec in agro vitiavit dirus solitudinis « corruptor ; nec virginitatem castam exitiosa serpentis

« ἐν πεδίῳ, οὐδ' ἐλυμήνατό μου τὰ ἁγνὰ τῆς παρθενίας λυμεὼν ἀπατηλὸς ὄφις. Ἔμεινα δὲ χρόνον ἀκμῆς σὺν ἀνδρί· τούτων δὲ ἐνηλίκων γενομένων ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ, μακαρίως μὲν, τὸν γὰρ τῆς εὐτεκνίας βίον ἐπιζήσας τὸν τῆς ἀτεκνίας οὐκ ὠδυνήθη καιρόν· ὃς ἐδίδασκεν ἡμᾶς, ἔτι ὢν σὺν ἡμῖν, τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας· τὸν ἀναιρεθέντα Ἀβὲλ ὑπὸ τοῦ Κάϊν ἀνεγίνωσκεν ἡμῖν, καὶ τὸν ὁλοκαυτούμενον Ἰσαὰκ, τὸν ἐν φυλακῇ Ἰωσήφ· ἔλεγε δ' ἡμῖν τὸν ζηλωτὴν Φινέες· ἐδίδασκε δὲ ἡμᾶς τοὺς ἐν πυρὶ Ἀνανίαν καὶ Ἀζαρίαν καὶ Μισαήλ· ἐδόξαζε δὲ καὶ τὸν ἐν λάκκῳ λεόντων Δανιὴλ, ὃν ἐμακάριζεν· ὑπεμίμνησκε δὲ ἡμᾶς τὴν Ἡσαΐου γραφὴν, τὴν λέγουσαν, Κἂν διὰ πυρὸς διέλθῃς, φλὸξ οὐ κατακαύσει σε. Τὸν ὑμνογράφον ἐμελῴδει ἡμῖν Δαυῒδ, λέγοντα, Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. Τὸν Σολομῶντα ἐπαροιμίαζεν ἡμῖν λέγοντα, Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτοῦ τὸ θέλημα. Τὸν Ἰεζεκιὴλ ἐπιστοποιεῖτο λέγοντα, Εἰ ζήσεται τὰ ὀστᾶ τὰ ξηρὰ ταῦτα; Ὠδὴν μὲν ἣν ἐδίδαξε Μωϋσῆς οὐκ ἐπελάθετο, διδάσκων τὴν λέγουσαν, Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω, αὕτη ἡ ζωὴ ὑμῶν καὶ ἡ μακρότης ἡμερῶν. »

Ὦ πικρᾶς τῆς τότε ἡμέρας, καὶ οὐ πικρᾶς, ὅτε ὁ πικρὸς Ἑλλήνων τύραννος πῦρ φλέξας λέβησιν ὠμοῖς καὶ ζέουσι θυμοῖς ἀγαγὼν ἐπὶ τὸν καταπέλτην καὶ πάσας τὰς βασάνους αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τῆς Ἀβρααμίτιδος· καὶ τὰς τῶν ὀμμάτων κόρας ἐπήρωσε, καὶ γλώσσας ἐξέτεμε, καὶ βασάνοις ποικίλαις ἀπέκτεινεν. Ὑπὲρ ὧν ἡ θεία δίκη μετῆλθε καὶ μετελεύσεται τὸν ἀλάστορα· οἱ δὲ Ἀβραμιαῖοι παῖδες σὺν τῇ ἀθλοφόρῳ μητρὶ καὶ τῷ γεραιῷ Ἐλεάζαρ τῷ τῶν πατέρων χορῷ συναγελάζονται, ψυχὰς ἁγνὰς καὶ ἀθανάτους ἀπειληφότες παρὰ τοῦ Θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

« astutia polluit. Ætatis florem cum viro consumpsi : istis jam adultis, pater occubuit, beate sane, ut qui fœcunditatis spatio exacto, orbitatis tempus non senserit luctuosum. Qui quum adhuc nobiscum versaretur, legem nos ac prophetas docere solebat : Abelem a Caino interfectum nobis legere; immolatum Isaacum, Josephumque in carcere inclusum : de æmulatore Phineeso narrare : Ananiam, Azariam ac Misaelem in ignem conjectos referre : Danielem in fovea leonum celebrare, quem beatum prædicabat : Esaiæ scripturam recensere, Etsi per ignem transeas, flamma te non cremabit : Davidem hymnorum odarumque scriptorem cantare, dicentem, Multæ sunt justorum afflictiones, ex quibus omnibus liberabit eos Dominus : Proverbia Solomonis recitare, docentis, Arbor vitæ omnibus facientibus voluntatem ipsius : Ezechielis confirmationem afferre, inquientis, An ossa ista arida reviviscent? Quam Moyses odam docuerat, oblivioni non tradere, erudientem, Ego interimo et vitæ restituo, hæc vita est vestra, et temporis diuturnitas. » O amarum illum diem, minimeque amarum! quum dirus Græcorum tyrannus, igne sævis lebetibus succenso, furore ebulliente, septem Abrahamitidis natos ad catapultam omniaque illis parata tormenta raptans, oculorum pupillis privavit, linguas eis exsecuit, variisque interfecit tormentis. Ob quæ divina ultio perniciem ista aggressa est, atque aggredietur: contra vero Abrahamæi pueri una cum matre victrice ad patrum cœtum aggregantur, sanctis animis et immortalibus acceptis a Deo, cui gloria sit in sempiterna sæcula. Amen.

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

(*A. J.* Antiquitates Judaicæ. — *B. J.* Bellum Judaicum. — *C. A.* Contra Apionem. — *V. J.* Vita Josephi. — *M.* De Maccabæis.)

A.

E.

I. J.

L.

O.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

X.

Z.

FRAGMENTA

PARTIM INEDITA

POLYBII, DIONYSII HALICARNASSENSIS, POLYÆNI, DEXIPPI, EUSEBII,

IN ATHO MONTE A MYNOIDE MINA E CODICE DESCRIPTA,

EDIDIT

CAROLUS MULLERUS.

PRÆFATIO.

Mynoides Minas inter thesauros, quos in Atho monte bibliothecarum e pulvere eruit, codicem recenset sæculi duodecimi, de quo hunc in modum exponit (*Rapport adressé à M. le ministre de l'instruction publique par M. Mynoïde Minas chargé d'une mission en Orient*) :

« N° 21. Manuscrit du douzième siècle, intitulé *Siéges de différentes villes.* Sans parler des stratégies et des siéges rapportés par Thucydide, par Arrien et par Polyen, ce manuscrit contient : 1° le combat de Pyrrhus avec les Romains, fragment inédit et extrait du vingtième livre de Denys d'Halicarnasse; 2° trois siéges rapportés par Dexippus, écrivain dont nous ne possédons rien jusqu'à présent, si ce n'est ce que Photius en a conservé; 3° les siéges de Syracuse et d'Ambracie, extraits du huitième et du vingtième livre de Polybe qui nous manquent; M. Schweighæuser a publié plusieurs fragments de cet historien, mais la première moitié du siége d'Ambracie, ainsi que le commencement et la fin du siége de Syracuse ne se trouvent pas dans son édition; 5° le siége de Platée par Thucydide; 6° un fragment du siége de Salonique, extrait du neuvième livre de l'historien Eusèbe, dont on ne possédait rien jusqu'ici. Malheureusement il y a une lacune dans ce récit occasionnée par la perte d'une feuille. »

Hujus igitur libri partem aliquam Minas sua manu transcripsit. Continentur vero apographo, quod in Bibliotheca Regia nunc asservatur, capita hæcce :

1. E Dionysii Halicarnassensis libro vicesimo descriptio inedita pugnæ quam ad Asculum Pyrrhus cum Romanis commisit (Codicis fol. 71 vs. — 74 recto).

2. E Polyæni strategematis fragmenta duo de Alexandro et de Antigono (Cod. fol. 74 vs. et recto). Hæc in editionibus Polyæni leguntur lib. IV, 3, 23 et 6, 3.

3. E DEXIPPO fragmenta tria inedita de obsidionibus Marcianopolis et Philippopolis et Sides (Cod. fol. 74 vs. — 76 vs.).

4. E POLYBII libro vicesimo primo fragmentum de obsidione Ambraciæ, quod jam noveramus ex Herone *De toleranda obsidione*, unde depromtum inter Polybiana nostra legitur. Nihil novi apographum præbet. (Codicis folium in postremis duobus fragmentis non notatur.)

5. Ex EUSEBII Historiarum libro nono initium fragmenti de obsidione Thessalonices.

Inter inedita igitur desiderantur in apographo tum Polybii fragmentum de Syracusarum obsidione, tum quæ de aliis duabus obsidionibus e Prisco, historico sui seculi præstantissimo, excerpta in codice legebantur.

Quod attinet titulum libri, Πολιορκίαι διαφόρων πόλεων (*Siéges de différentes villes*), quem etiam excerptis suis Minas præfixit, aut loco suo motus huc migravit, aut pars est inscriptionis olim uberioris. Videlicet priora fragmenta non de obsidionibus agunt, sed de prœliis sive περὶ παρατάξεων. Cujusmodi descriptiones in codice (fol. 1-74) legebantur viginti sex, uti ex eo colligitur quod locis duobus e Polyæno excerptis adscribuntur numeri κε' et κϛ'. His demum absolutis auctor ad obsidiones transit, quas introducit verbis : Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς πολιορκίας κτλ. Facilis igitur suspicio est hæc Περὶ παρατάξεων et Περὶ πολιορκιῶν capita ambo in titulo operis olim commemorata, iisque generaliorem inscriptionem Περὶ στρατηγιῶν fuisse præmissam. Ac nescio an ex istis : *Sans parler des stratégies et des siéges*, concludere liceat, in ipso codice nostro Minam inscriptionem Περὶ στρατηγιῶν reperisse. Utut est, hoc certe constat inter titulos quinquaginta tres Constantinianos unum fuisse *De arte imperatoria*. Nimirum in titulo Περὶ γνωμῶν ad finem fragmenti ad Polybii librum sextum pertinentis excerptor adscripsit : Ζήτει ἐν τῷ περὶ στρατηγίας. (pag. 370 ed. Mai) (*) Neque ullus dubito, quin fragmenta nostra e Constantinianis illis eclogis promanaverint. Quid, quod ulterius progrediendum esse possit videri. Etenim quum in codicis nostri foliis singulis totidem fere lineæ contineantur atque in Vaticanis Περὶ γνωμῶν et in Valesianis Περὶ ἀρετῶν eclogis, præterea vero etiam vocabulis nonnullis, quæ ad codicis similitudinem Minas depinxit, scriptura prodatur ei quam

(*) Titulum *De conjurationibus* in Escuriali a Federo repertum et exscriptum dici monuit Schmidt (*De fontibus vett. auctt. in narr. expedit. Gall. p.* 32; *Berolin.* 1834). Verum quum hucusque nihil Federus ediderit, oculis quidem usurpasse, non vero etiam exscripsisse librum videtur. Nos speramus fore, ut E. MILLERI, viri doctissimi, opera et studio Conjurationes istæ propediem in lucem protrahantur.

Vaticanus liber et Valesianus ostendunt, simillima : suspicari sane liceret codicem nostrum non duodecimo sed decimo sæculo vindicandum, et similiter atque Vaticanum et Valesianum esse illud ipsum exemplar, quod sibi Constantinus Porphyrogenitus exarari jusserit (Cf. Dindorfius in Præf. ad Diodor. tom II). Verum quemadmodum hæc tenuiora sunt indicia, quam ut certius quidquam pronuntiari queat, sic alia quædam apographum potius et compendium uberioris eclogarum collectionis coarguunt. Facit huc primum tituli ratio perturbata, deinde illud, quod in Constantinianis Περὶ στρατηγίας eclogis fragmentum e Polybii libro *sexto* petitum legebatur, quum noster codex, siquidem accurate excussus est, nihil nisi duo libri octavi et vicesimi primi fragmenta contineat. Quod denique in Nostris nomen auctoris ad singula fragmenta repetitur, id a Vaticanis et Valesianis eclogis alienum est.

Ceterum quæ inedita exhibemus, ea historico gratissima veniant necesse est. Nam prœlii ad Asculum commissi descriptio accuratior desiderabatur; de iis quæ e Dexippi Historiis Scythicis referuntur, vel parum vel omnino non constabat; Eusebium, cujus omnis memoria uno Euagrii loco continebatur, jam docemur et satis amplum scripsisse historiarum opus, in eoque dialectum affectasse ionicam. Polybii fragmentum noveramus quidem, verum de libro, unde petitum esset, hucusque haud liquebat. Denique lectionis varietas quam codex præbebat pervetustus haud minimi erat momenti. Neque dubito quin egregie Mynoides Minas de litterarum republica foret meritus, si non modo inedita exscripsisset omnia, sed reliqua etiam, in iisque Thucydidea maxime, cum editis nostris contendere atque varietatem lectionis enotare instituisset.

Jam ut de mea loquar opella, græcis adjeci latina, subjeci annotationem criticam, qua præter meos conatus exhibentur tum ea, quæ Minas ad marginem apographi notavit, tum correctiones Dübneri mei, qui fragmenta hæc, antequam in manus mihi venirent, perlustraverat. Vale, lector, faveque.

Parisiis, mense Martio MDCCCXLVII.

Carolus Mullerus.

[ΠΟΛΙΟΡΚΙΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΠΟΛΕΩΝ.]

ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΒΙΒΛ. Κ'.

Πύρρου καὶ Ῥωμαίων ὑπάτων Ποπλίου Δεκίου καὶ Ποπλίου Σουλπικίου.

I. Συνθέμενοι δὲ διὰ κηρύκων τὸν χρόνον ἐν ᾧ διαγωνιοῦνται, κατέβαινον ἐκ τῶν στρατοπέδων καὶ εἰς τάξιν καθίσταντο τοιάνδε· (2) βασιλεὺς μὲν Πύρρος τὴν Μακεδονικὴν μὲν φάλαγγα πρώτην ἔταξεν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος, καὶ μετ' αὐτὴν τοὺς ἐκ τοῦ Τάραντος μισθοφόρους Ἰταλιώτας· ἔπειτα τοὺς ἐξ Ἀμβρακίας, καὶ μετ' αὐτοὺς τὴν Ταραντίνων λεύκασπιν φάλαγγα· ἑξῆς δὲ τὸ Βρεττίων καὶ Λευκανῶν συμμαχικόν· (3) ἐπὶ μέσης δὲ τῆς φάλαγγος Θεσπρωτούς τε καὶ Χάονας· τούτοις δὲ συνεχεῖς τοὺς Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων καὶ Ἀθαμάνων μισθοφόρους· τελευταίους δὲ Σαυνίτας, τὸ λαιὸν ἐκπληροῦντας κέρας. (4) Τῆς δὲ ἵππου τὴν μὲν Σαυνῖτιν καὶ Θετταλικὴν καὶ Βρεττίαν καὶ τὴν ἐκ τοῦ Τάραντος μισθοφόρον ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἔστησε· τὴν δὲ Ἀμβρακιῶτιν καὶ Λευκανὴν καὶ Ταραντίνην, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν μισθοφόρον, ἣν ἐξεπλήρουν Ἀκαρνᾶνές τε καὶ Αἰτωλοὶ καὶ Μακεδόνες καὶ Ἀθαμᾶνες, ἐπὶ τοῦ λαιοῦ. (5) Τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ τοὺς ἐλέφαντας διχῇ νείμας, ἀμφοτέρων κατόπιν ἔστησε τῶν κεράτων, σύμμετρόν τι χωρίον ἀφεστῶτας, ὀλίγον ἐπανεστηκὸς τοῦ πεδίου. (6) Αὐτὸς δὲ τὸ καλούμενον βασιλικὸν ἄγημα τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ὁμοῦ τι δισχιλίων περὶ αὑτὸν ἔχων, ἐκτὸς ἦν τάξεως, εἶναι τοῖς κάμνουσιν αἰεὶ τῶν σφετέρων ἐξ ἑτοίμου ἐπάρκεσιν.

II. Οἱ δὲ ὕπατοι κατὰ μὲν τὸ λαιὸν κέρας ἔστησαν τάγμα τὸ καλούμενον πρῶτον, ἐναντίον τῇ Μακεδονικῇ καὶ Ἀμβρακιωτικῇ φάλαγγι καὶ τοῖς μισθοφόροις τῶν Ταραντίνων· (2) ἑπόμενον δὲ τῷ πρώτῳ τάγματι τὸ τρίτον, καθ' ὃ μέρος ἡ λεύκασπις ἦν τῶν Ταραντίνων φάλαγξ καὶ τὸ Βρεττίων καὶ τὸ Λευκανῶν συμμαχικόν. (3) Συναφὲς δὲ τῷ τρίτῳ τὸ τέταρτον ἔστησαν, κατὰ τοὺς Μολοττούς τε καὶ Χάονας καὶ Θεσπρωτούς· (4) τὸ δὲ δεύτερον ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἐναντίον τοῖς μισθοφόροις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνᾶσι καὶ Ἀθαμᾶσι καὶ τῇ Σαυνιτῶν θυρεοφόρῳ φάλαγγι. (5) Λατίνους δὲ καὶ Καμπανοὺς καὶ Σαβίνους καὶ Ὀμβρίκους καὶ Οὐολέσκους καὶ Μαρουγκίνους καὶ Πε-

E DIONYSII HISTORIÆ LIBRO XX.

Pyrrhi et Romanorum consulum Publii Decii et Publii Sulpicii prœlium.

I. Constituto per præcones tempore quo prœlium committerent, e castris progressi aciem instruxerunt hunc in modum. (2) Pyrrhus rex in dextro cornu primam collocavit phalangem Macedonicam; post eam Tarentinorum mercenarios Italos; deinceps Ambraciotas; tum Tarentinorum phalangem scuta alba gerentem; exin Bruttiorum et Lucanorum manum auxiliarem; (3) media vero in acie Thesprotos et Chaones, quibus continuos subjunxit mercenarios Ætolorum, et Acarnanum et Athamanum; postremos omnium locavit Samnitas, qui lævum cornu explerunt. (4) Equites autem Samnitas, Thessalos, Bruttios et quos mercede Tarentini conduxerant, ad dextrum cornu; Ambraciotas, Tarentinos et Græcos mercenarios, quos complerunt Acarnanes, Ætoli, Macedones, Athamanes, ad lævum cornu constituit. (5) Levis denique armaturæ milites atque elephantos bifariam distribuens post utrumque collocavit cornu modico intervallo separatos, in loco qui paullulum assurgebat e planitie. (6) Ipse autem agemate, quod vocant, stipatus regio lectorum equitum bis mille circiter numero, extra ordines versabatur, quo prouti pars suorum laboraret alicubi, auxilio iis adesset.

II. Consules autem in lævo cornu collocarunt legionem primam exadversus Macedonicam et Ambracioticam phalangem atque mercenarios Tarentinorum. (2) Primam legionem excepit tertia exadversus Tarentinorum phalangem scutis albis instructam et auxilia Bruttiorum Lucanorumque. (3) Tertiæ contigua legio quarta, exadversum Molossos, Chaonas et Thesprotos. (4) Secunda legio locata in dextro cornu e regione mercenariorum e Græcia, Ætolorum, Acarnanum, Athamanum, atque Samnitarum phalangis scutigeræ. (5) Latinos autem, Campanos, Volscos, Marrucinos, Pelignos reliquosque socios in quattuor

I. Πολιορκίαι δ π.] Uncis inclusi, quum titulus ad ea quæ de prœliis sequuntur nihil pertineat. — Διονυσ. ἱστορ.] Descriptio prœlii ad Asculum commissi inserenda post cap. 61 Excerptorum Vatican. p. 520 ed. Mai. — 5. ἐπανεστηκὸς] ἐξαν.? ἐπανεστηκότος? — 6. ὁμοῦ τι] ὁ. τε codex. — ἐπάρκεσιν] conj. Dubner.; πάρεισιν codex; ἀεὶ [βοηθὸς, εἴ τινες] τῶν σφ. ἐ. ἑ. πάρεισιν conj. Minas, sensu parum apto; possis: εἰς τὸ τοῖς κάμνουσιν... παρεῖναι.

II. 3. συναφὲς] ad hanc lineam in margine apographi notatur: « *feuille* ΟΒ' ». — κατὰ τοὺς Μ.] κατὰ τὸ Μ. codex.

λίγνους καὶ Φερεντανοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ὑπηκόους, εἰς τέτταρα διελόντες μέρη, τοῖς Ῥωμαϊκοῖς παρενέβαλον τάγμασιν, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς ἀσθενὲς εἴη μέρος. (6) Τὴν δ' ἵππον τὴν οἰκείαν καὶ τὴν συμμαχικὴν διελόντες ἐπ' ἀμφοτέρων ἔταξαν τῶν κεράτων· ἐκτὸς δὲ τάξεως τούς τε ψιλοὺς κατέστησαν καὶ τὰς ἁμάξας τριακοσίας τὸν ἀριθμὸν, ἃς παρεσκευάσαντο πρὸς τὴν τῶν ἐλεφάντων μάχην. (7) Αὗται κεραίας εἶχον ἐπιβεβηκυίας στάλιξιν ὀρθοῖς πλαγίας, εὐτρόχους, ὅπῃ βουληθείη τις ἅμα νοήματι περιάγεσθαι δυναμένας· ἐπ' ἀκρῶν δὲ τῶν κεραιῶν ἢ τριόδοντες ἦσαν, ἢ κέστροι μαχαιροειδεῖς, ἢ δρέπανα ὁλοσίδηρα· ἢ καταρράκτας τινὰς ἐπιρριπτοῦντας ἄνωθεν βαρεῖς κόρακας. (8) Πολλαῖς δὲ αὐτῶν χεῖρες προσήρτηντο πυρφόροι, στυπία πολλῇ πίττῃ λελιπασμένα περὶ αὐτὰς ἔχουσαι, προεκκείμεναι τῶν ἁμαξῶν, αἷς ἔμελλον ἑστηκότες ἐπ' αὐτῶν τινες, ὅτε πλησίον γένοιντο τῶν θηρίων, πλήσαντες πυρὸς, ἐπὶ τὰς προβοσκίδας αὐτῶν καὶ τὰ πρόσωπα τὰς πληγὰς φέρειν. (9) Ἐφεστήκεσαν δὲ ταῖς ἁμάξαις τετρακύκλοις ὑπαρχούσαις καὶ τῶν ψιλῶν συχνοὶ τοξόται καὶ χερμάδων καὶ τριβόλων σιδηρῶν σφενδονῆται, καὶ παρ' αὐτὰς κάτωθεν ἔτι πλείους ἕτεροι.

III. Τάξις μὲν αὕτη τῶν στρατευσάντων ἦν ἀμφοτέρων. Ἀριθμὸς δὲ τοῦ βασιλικοῦ μυριάδες ἑπτὰ πεζῶν, ἐν οἷς Ἕλληνες οἱ τὸν ἴδιον κόλπον διαπεράσαντες, ἐπὶ μυρίοις ἦσαν ἑξακισχίλιοι. (2) Τοῦ δὲ Ῥωμαϊκοῦ πλείους τῶν ἑπτὰ μυριάδων. Ἐξ αὐτῆς μέντοι τῆς Ῥώμης ὁμοῦ τι δισμύριοι· ἱππεῖς δὲ παρεγένοντο Ῥωμαίοις ἀμφὶ τοὺς ὀκτακισχιλίους, Πύρρῳ δὲ μικρῷ πλείους, καὶ θηρία ἑνὸς δέοντα εἴκοσι.

IV. Ἐπεὶ δὲ τὰ σημεῖα τῆς μάχης ἀνεδείχθη, παιανίσαντες οἱ στρατιῶται καὶ τὸ σύνολον ἀλαλάξαντες ἐχώρουν ὁμόσε· καὶ συμπεσόντες ἐμάχοντο πᾶσαν ἀποδεικνύμενοι τὴν ἐνόπλιον ἐπιστήμην. (2) Οἱ μὲν ἱππεῖς οἱ παρὰ ἀμφότερα τεταγμένοι τὰ κέρατα, προειδότες ἐν οἷς ἐπλεονέκτουν αὐτοὶ τῶν πολεμίων, εἰς ταῦτα κατέφυγον, Ῥωμαῖοι μὲν εἰς τὴν ἐκ χειρὸς καὶ σταδιαίαν μάχην, τὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἱππικὸν εἰς τὰς περιελάσεις καὶ τοὺς ἐξελιγμούς. (3) Καὶ οἱ μὲν, ὁπότε διώκοιντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἐπιστρέψαντες τοὺς ἵππους καὶ τοὺς χαλινοὺς κατασχόντες ἐπεζομάχουν· οἱ δὲ, ὁπότε τοὺς Ῥωμαίους μάθοιεν εἰς ἀντίπαλα καθισταμένους, ἐπὶ δόρυ κλίναντες καὶ δι' ἀλλήλων ἐξελίξαντες περιεδίνουν τοὺς ἵππους αὖθις ἐπὶ τὸ μέτωπον, καὶ τὰ κέντρα προσβαλόντες ἐχώρουν ὁμόσε.

V. Ἡ μὲν οὖν δὴ τῶν ἱππέων μάχη τοιαύτη τις ἦν· ἡ δὲ τῶν πεζῶν τῇ μὲν ἐμφερὴς ἐκείνῃ, τῇ δὲ διάφορος· ἐμφερὴς μὲν κατὰ τὸ σύμπαν, διάφορος δὲ κατὰ

agmina divisos legionibus Romanis interjecerunt, ne ulla debilis esset aciei pars. (6) Equitatum vero tum suum ipsorum tum sociorum in cornu utrumque distribuerunt. Denique extra ordines collocarunt currus trecentos numero, quos ad pugnam cum elephantis ineundam instruxerant. (7) Hi antennarum instar hastas habebant paxillis impositas rectis transversas et volubiles, adeo ut quo quis vellet celerrime circumagi possent. Summis hastis præfixa erant vel tridentes vel specula, quæ gladiorum formam referebant, vel falces ferreæ. Alii catarractas quasdam sive vectes demissiles habebant, quæ desuper ferreos corvos gravissimos injiciebant. (8) Compluribus etiam manus annexæ erant stupam pice multa pinguem tenentes, ante currus exporrectæ, quas quidam ad hoc in curribus constituti, simulac belluis appropinquassent, igne repletas in proboscides earum atque oculos immissuri essent. (9) Præterea in curribus qui rotas quattuor habebant, locati erant levis armaturæ milites atque lapidum et tribulorum ferreorum funditores. Alii multo plures juxta currus in solo stabant.

III. Atque hæc quidem erat acies utrinque. Numerus autem copiarum in regio exercitu peditum septuaginta millia, quorum sedecim millia erant Græcorum, qui Ionicum mare trajecerant; (2) in Romano exercitu pedites supra septuaginta millia, inter eosque ex ipsa Roma urbe millia fere viginti. Equites Romanis erant octies fere mille, Pyrrho paullo plures ac præterea elephanti undeviginti.

IV. Signis prœlii editis, milites pæanem canentes simulque cuncti clamorem bellicum edentes concurrunt, manuque conserta suam quique pugnandi peritiam ostendunt. (2) Ac equites quidem ad cornua utrinque locati, ad ea, quibus sciebant se prævalere hostibus, confugiebant, Romani ad pugnam cominus ineundam et quasi statariam, Græci ad circumequitationes atque evolutiones. (3) Illi, si Græci tergis ipsorum insistebant, subito convertebant equos, frenaque inhibentes peditum modo pugnabant; hi, quando Romanos in hostem conversos prœlium sustinere viderent, ad dextram declinantes, facta evolutione equos circumagebant, ac denuo in exporrectam frontem constituti, admotis calcaribus irruebant.

V. Tale fuit equestre prœlium. Cui pedestre qua simile qua dissimile: simile in universum, dissimile per partes. Etenim dextrum cornu apud utrosque præponderabat.

— 7. στάλιξιν] apographum στόμιξιν. Dübner. ascripsit. « *an* στόμβυγξιν ὀρθαῖς? » — ἄκρων codex. — ἢ καταράκτας (sic cod.)] hæc si sana sunt, repete ex antecedd. vocem εἶχον, paullo longius seperatam. Malim: τινὲς δὲ εἶχον καταρράκτας κτλ. — 8. αἷς ἔμελλον] ἃς ἐμ. codex. — 9. χερμάδων] χερμάται apographum. mox σφενδονῖται codex.

III. τὸν ἴδιον] fuerit Ἰονικόν. — 2. ὁμοῦ τι] τι om. apographum.

IV. 3. περιεδείνουν codex.

V. 1. τῶν ἱππέων] τῶν ἵππων codex.

τὰ μέρη· τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας ἐπιρρεπέστερον ὑπῆρχεν ἑκατέροις· τὸ δὲ ἀριστερὸν, ὑποδεέστερον. (2) Οὐ μέντοι σὺν τῷ ἀσχήμονι τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις ἐνέκλιναν οὐδέτεροι, ἀλλὰ σὺν κόσμῳ καὶ παρὰ ταῖς σημείαις μένοντες ἑκάτεροι, καὶ τὴν προβολὴν φυλάττοντες, κατὰ μικρὸν ὑπεχώρουν ὀπίσω. (3) Οἱ δὲ ἀριστεύσαντες ἦσαν ἐκ μὲν τῆς βασιλικῆς στρατιᾶς Μακεδόνες· οὗτοι γὰρ ἀνέστειλαν τὸ πρῶτον τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ταχθέντας Λατίνους· ἐκ δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς οἱ συνελθόντες εἰς τὸ δεύτερον τάγμα, Μολοττοῖς καὶ Θεσπρωτοῖς καὶ Χάοσιν ἐναντίοι. (4) Κελεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ τὸ κάμνον τῆς στρατιᾶς ἄγειν, μαθόντες τὴν ἔφοδον τῶν θηρίων οἱ ταῖς κεραιοφόροις ἐπιβεβηκότες ἁμάξαις ἤλαυνον ὁμόσε. (5) Οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον ἐπέσχον τῆς ὁρμῆς τὰ θηρία, παίοντες ταῖς μηχαναῖς, καὶ τὰς πυρφόρους χεῖρας εἰς τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐντρέποντες. (6) Ἔπειτα οὐκέτι προσαγόντων τὰ θηρία τῶν ἐφεστηκότων τοῖς πύργοις, ἀλλὰ ταῖς λόγχαις βαλλόντων ἄνωθεν, καὶ τῶν ψιλῶν διακοπτόντων τὰ περικείμενα γέρρα ταῖς ἁμάξαις, καὶ νευροτομούντων τοὺς βόας, καταπηδῶντες ἀπὸ τῶν ὀχημάτων οἱ πρὸς ταῖς μηχαναῖς κατέφευγον εἰς τοὺς ἔγγιστα πεζοὺς, καὶ πολλὴν παρεῖχον αὐτοῖς ταραχήν. (7) Οἱ δὲ ἐν μέσῃ τῇ βασιλικῇ φάλαγγι ταχθέντες Λευκανοὶ καὶ Βρέττιοι, χρόνον οὐ πολὺν ἀγωνισάμενοι, τρέπονται πρὸς φυγὴν ὑπὸ τοῦ τετάρτου Ῥωμαϊκοῦ τάγματος ἀνασταλέντες. (8) Ὡς δὲ ἅπαξ ἐνέκλιναν οὗτοι καὶ διερράγη τὸ κατ' αὐτοὺς μέρος τῆς φάλαγγος, οὐδὲ οἱ τὴν πλησίον αὐτῶν λαβόντες στάσιν Ταραντῖνοι παρέμενον, ἀλλ' ἐντρέψαντες κἀκεῖνοι τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις ἔφευγον.

sinistrum autem viribus inferius erat. (2) Neutri tamen cum dedecore terga dedere, sed uti decebat propo signa manentes utrique et scutis prætentis sese tuentes pedetentim retrocedebant. (3) Virtutis præmium e regiis meruerunt Macedones, qui primam Romanorum legionem ac subjunctos ei Latinos repulere. Inter Romanos excelluit legio secunda, quæ Molossis et Thesprotis et Chaonibus erat opposita. (4) Jam vero ubi rex elephantos adducere in laborantem exercitus partem jussit, comperto belluarum accessu, qui curribus hastatis institerant eodem provehebantur. (5) Ac primum quidem impetum belluarum inhibebant machinis ferientes manusque igniferas in oculos earum convertentes. (6) Deinde vero, quum turribus impositi belluas ulterius haud producerent, sed jaculis desuper hostem peterent, simulque velites crates curruum dissecarent ac nervos bobus inciderent: Romani, qui circa machinas erant, e curribus desilientes ad proximos confugiebant pedites, quibus turbas haud mediocres injiciebant. (7) In media autem acie regia collocati Lucani et Bruttii post breve certamen a quarta Romanorum legione pulsi in fugam convertuntur. (8) Quorum inclinatione quum acies ab hacce parte rumperetur, neque continui iis Tarentini locum suum tuentur, sed ipsi quoque terga vertentes fugam arripiunt.

VI. Βασιλεὺς δὲ Πύρρος ὡς ἔμαθεν ὅτι Λευκανοὶ καὶ Βρέττιοι καὶ Ταραντῖνοι φεύγουσι προτροπάδην, καὶ λελώβηται τὸ κατ' ἐκείνους μέρος ἡ φάλαγξ, ἐκ τῆς καθ' ἑαυτὸν ἴλης μέρος τι παραδοὺς ἑτέροις ἡγεμόσι, καὶ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἑτέρους ἱππεῖς ὅσους ὑπέλαβεν ἀρκεῖν, ἀποστέλλει βοηθοὺς τοῖς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων διωκομένοις. (2) Ἐν οἷς δὲ ταῦτα ἐγίνετο χρόνοις παρὰ τοῦ δαιμονίου βοήθεια τοῖς Ῥωμαίοις ἔκδηλος γίνεται. Δαυνίων γάρ τινες ἐκ πόλεως Ἀργυρίππων, ἣν νῦν Ἄρπους καλοῦσι, πεζοὶ μὲν τετρακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ ἀμφὶ τοὺς τετρακοσίους, ἐπίκουροι τοῖς ὑπάτοις ἀποσταλέντες, ὡς ἐγένοντο πλησίον τοῦ βασιλικοῦ στρατοπέδου, τὴν κατὰ νώτου τῶν πολεμίων ἄγουσαν ὁδὸν ἀπὸ ταὐτομάτου πορευόμενοι, καὶ τὸ πεδίον εἶδον μεστὸν ἀνθρώπων, ὀλίγον ἐπισχόντες αὐτόθι χρόνον καὶ λογισμοὺς παντοδαποὺς λαβόντες, (3) καταβαίνειν μὲν ἀπὸ τῶν μετεώρων καὶ συλλαμβάνειν τῆς μάχης ἀπέγνωσαν, οὐδὲ ὅπῃ τι φίλιόν ἐστιν εἰδότες, οὔτε ὅπῃ πολέμιον, οὔτ' ἐν ᾧ χωρίῳ στάντες

VI. Igitur Pyrrhus rex ubi Lucanos et Bruttios et Tarentinos in fugam effusos et qua steterant aciem corruptam vidit: sui agminis partem aliis ducibus tradit unaque cum equitibus alæ dextræ, quot eorum suffecturos putabat, subsidio mittit iis, qui a Romanis premebantur. (2) Dum hæc geruntur, numinis favore contigit Romanis ut auxilium appareret. Etenim Daunii quidam ex Argyrippis (nunc Arpi urbs vocatur), numero quater mille pedites ac quadringenti circiter equites, ad opitulandum consulibus missi, quum via in terga hostium ducente casu fortuito procedentes castris regiis appropinquassent planitiemque conspexissent hominum multitudine horridam, gradum inhibuere aliquantisper, ut quid faciendum esset perpenderent. (3) Censuerunt vero haud esse committendum ut e locis editis descenderent, quoniam qua hostes, qua socii starent, et qua ipsi collocati sociis utilitati futuri essent,

— 3. στρατιᾶς] στρατείας codex. mox ἀνέστελαν codex. — 4. στρατείας ἄγ. cod. — κεραιοφόροις Dubner., novo vocabulo. Codex κεραοφόροις. — 6. ἔπειτα] Incipit codicis folium ογ'. — προσαγόντων] malim προαγ. — νευριτομούντων codex. — βόας, καὶ καταπηδῶντες cod. — 8. λαβόντες] malim λαχόντες.

VI. 1. ἑαυτὸν ἴλης] ἑαυτῶν εἴλης cod. — ὑπέλαβεν] sic Minas; ὑπολαβεῖν codex. — 2. Δαυνίων] Σαυνιτῶν Plutarch. Pyrrh

ὠφέλειάν τινα παρέξουσι τοῖς σφετέροις δυνάμενοι συλλαβεῖν, κράτιστον δὲ ὑπέλαβον εἶναι περιστάντες τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων ἐξελεῖν, ὡς αὐτοί τε πολλὰς καὶ καλὰς ἕξοντες ὠφελείας, εἰ κρατήσειαν τῶν ἀποσκευῶν, καὶ μεγάλην παρέξοντες τοῖς πολεμίοις ταραχήν, εἰ θεάσαιντο καιόμενον ἄφνω τὸν χάρακα· ἀπεῖχε δὲ τὸ χωρίον τῆς μάχης οὐ πλέον εἴκοσι σταδίων. (4) Ταῦτά τε δὴ βουλευσάμενοι, καὶ παρὰ αἰχμαλώτων τινῶν ἀκούσαντες, οὓς ἐπὶ ξυλισμὸν ἐλθόντες εἰλήφασιν, ὅτι κομιδῇ τινὲς ὀλίγοι φυλάττουσι τὸν χάρακα, προσέβαλον αὐτοῖς πανταχόθεν. (5) Ὑπὲρ ὧν ἐπιγνοὺς ὁ Πύρρος, ἱππέως τινὸς ἀπαγγείλαντος ἀρξαμένου πολιορκεῖσθαι τοῦ χάρακος, ὃς διεξελάσας τὸν ἵππον προσβαλὼν παρῆν διὰ ταχέων, τὴν μὲν [γὰρ] ἄλλην δύναμιν ἐν τῷ πεδίῳ κατέχειν ἔγνω, καὶ μήτε ἀνακαλεῖν μήτε κινεῖν τὴν φάλαγγα, τοὺς δ' ἐλέφαντας καὶ ἀπὸ τῶν ἱππέων τοὺς εὐτολμοτάτους ἐπιλεξάμενος ἀποστέλλει βοηθοὺς τῷ χάρακι. (6) Ἔτι δὲ τούτων πορευομένων ἐκπολιορκηθεὶς ἄφνω ὁ χάραξ ἀνάπτεται. Καὶ οἱ διαπραξάμενοι τὸ ἔργον, ὡς ἔμαθον ἀπὸ τῶν μετεώρων ἐπιόντας σφίσι τοὺς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεσταλμένους, εἰς ὄρους τινὸς κορυφὴν ἔφυγον, ἔνθα οὔτε τοῖς θηρίοις ἀνελθεῖν ῥᾴδιον ἦν, οὔτε τοῖς ἵπποις. (7) Οἱ δὲ βασιλικοὶ τοῦ καιροῦ τῆς βοηθείας ὑστερήσαντες, ἐπὶ τοὺς ἐκ τοῦ τρίτου καὶ τετάρτου τάγματος Ῥωμαίους ἐτράποντο, πολὺ προεληλυθότας ἀπὸ τῶν ἄλλων, ὅτε τοὺς κατὰ σφᾶς πολεμίους ἐτρέψαντο. (8) Περιιδόντες δὲ αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἔφοδον, εἰς ὑψηλόν τι καὶ λάσιον χωρίον ἀναδραμόντες, εἰς τάξιν καθίσταντο. Οἱ μὲν οὖν ἐλέφαντες οὐ δυνάμενοι πρὸς τὸν λόφον ἀναβαίνειν, οὐδὲν αὐτοὺς ἠδίκουν, οὐδὲ αἱ τῶν ἵππων ἶλαι. Οἱ δὲ τοξόται καὶ σφενδονῆται βάλλοντες πανταχόθεν κατετίτρωσκόν τε καὶ διέφθειρον ἐξ αὐτῶν συχνούς. (9) Αἰσθήσεως δὲ γενομένης τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐκεῖ πραττομένων, Πύρρος μὲν ἐκ τῆς πεζικῆς φάλαγγος Ἀθαμᾶνάς τε καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ τῶν Σαυνιτῶν τινας ἀποστέλλει, ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων ὕπατος ἴλας τινὰς ἱππέων· ἐπειδὴ τοιαύτης ἔδει τοῖς πεζοῖς συμμαχίας. Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἑτέρα πάλιν ἐκεῖ γίνεται μάχη πεζῶν τε καὶ ἱππέων, καὶ φόνος ἐπὶ πλείω. (10) Ἀρξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως, καὶ οἱ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι τοὺς ἑαυτῶν ἀνεκάλουν, περὶ καταφορὰν ὄντος τοῦ ἡλίου, καὶ διαβιβάσαντες τὸν ποταμόν, ἀπῆγον εἰς τὸν χάρακα, συσκιάζοντος ἤδη. Ἡ δὲ τοῦ Πύρρου δύναμις, ἀπολωλεκυῖα σκηνάς τε καὶ ὑποζύγια καὶ ἀνδράποδα καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἅπασαν, ἐπὶ μετεώρου τινὸς χώρου παρενέβαλεν, ἔνθα τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διήγαγεν ὑπαίθριος, ἀσκευής, ἀθεράπευτος, οὐδὲ τῆς ἀναγ-

nescirent; consultissimum autem putarunt castra hostium cingere et expugnare; hoc enim modo tum ipsos magna et egregia commoda sibi paraturos, si impedimentis potirentur, tum hostes castra incensa subito conspicantes in summam adducturos esse perplexitatem. Etenim locus ille haud ultra viginti stadia a pugna aberat. (4) Hoc inito consilio, quum e captivis quibusdam, quos profecti ad ligna colligenda ceperant, comperissent perpaucos admodum vallum custodire, undequaque in eos irruerunt. (5) De quibus Pyrrhus certior factus, equite nuntiante, qui, ubi vallum impugnari cœptum est, vi per hostem perrumpens citatissimo cursu advolarat), reliquum quidem exercitum in campo retinendum neque revocandum censuit, ne acies labefactaretur, sed elephantes atque equites quos selegit audacissimos auxilio ad vallum dimisit. (6) His vero iter adhuc facientibus, repente vallum expugnatum incenditur. Quod qui peregerant Daunii, ubi e locis editis manum a rege submissam contra ipsos contendere cognoverant, in montis cacumen sese recepere, quo neque elephantes neque equi ascendere facile possent. (7) Regii igitur, quum tardius venientibus auxiliandi opportunitas elaberetur, retro se convertebant contra tertiæ quartæque legionis Romanos, qui quum hostes sibi oppositos fugassent, ante reliquos multum processerant. (8) At conspicati regiorum accessum Romani in locum arduum arboribusque consitum ascenderunt, ibique aciem instruxere. Itaque elephantes quidem, quum collem ascendere nequirent, damni nihil intulerunt, sagittarii vero ac funditores missilia undique jaculantes haud paucos vulnerarunt occideruntque. (9) Simulatque autem rerum quæ ibi gerebantur, certiores facti duces erant, Pyrrhus e pedestri phalange auxilio suis misit Athamanas et Acarnanas et partem Samnitarum; consul vero Romanorum turmas aliquot equitum; nam tali subsidio peditibus opus erat. Tunc igitur altera denuo equitum peditumque ibi pugna est conserta, multaque edita strages. (10) Denique rege initium faciente, mox etiam Romani revocare suos cœperunt sole jam occidente, flumenque transgressos in vallum reduxere, primis jam tenebris. Pyrrhi exercitus, amissis tentoriis, jumentis, mancipiis, impedimentis omnibus, in edito quodam loco castra posuit noctemque ibi transegit sub divo, omni instrumento ac supellectili carens, incuratus,

21, perperam. — 4. Minas corrigit εἰλήφεσαν. — 5. ὃς ἀρξ. Dübner.; ὡς codex. Deinde scripserim : διεξελάσας τὸν ἵππον [καὶ τὰ κέντρα] προσβαλὼν παρῆν (sic Minas pro παρὼν codicis). — γάρ delendum. — τοὺς δ' ἐλέφαν.] addidi particulam δὲ — 6. ἄφνω] correxit Minas pro ὑφὸ. — ἔφυγον] supplevit Dübner. — 7. οἱ δὲ βασιλικοὶ] οὐδὲ βασ. apographum. — προεληλυθότες codex. — 8. περὶ ἰδόντας codex; προϊδ? — πρὸς τὸν λόφον] Minas; π. τ. ὄχλον codex; mox εἶλαι cod. uti etiam infra. — 9. πεζικῆς Dübner.; πιστικῆς codex. ἀσπιστικῆς coni. Minas. — κατὰ τοῦτον τὸν χρ.] τοῦτον de meo addidi — μάχη πεζῶν] Incipit codicis folium οδ'.

καίας εὐποροῦσα ὥστε τροφῆς, καὶ διαφθαρῆναι συχνοὺς τραυματίας, οἷς ἐνῆν ἔτι σώζεσθαι βοηθείας τε καὶ κηδεμονίας μεταλαβοῦσι. (11) Τοιούτου τέλους ἔτυχεν ἡ δευτέρα μάχη Ῥωμαίοις πρὸς Πύῤῥον περὶ πόλιν Ἄσκλον.

ne victu quidem necessario instructus, adeo ut perirent saucii multi, qui opem curamque debitam nacti servari potuissent. Talis exitus fuit secundi prœlii, quod Romani contra Pyrrhum ad Asculum urbem commiserunt.

II.

ΚΕ'. ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΠΩΡΟΥ.

Ἀλέξανδρος ἐν τῇ πρὸς Πῶρον μάχῃ τὸ μὲν ἱππικὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἔταξεν ἐν μετώπῳ τὸ ἥμισυ, τὸ δὲ λοιπὸν ἐν ἐπικαμπίῳ· τὴν δὲ φάλαγγα καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρως ἔστησε, καὶ ἀπὸ τούτων ἐπικάμπιον ἔταξε. (2) Πῶρος δὲ πολλοὺς ἐλέφαντας ἀντιπαράξας, αὐτὸς μὲν κατὰ τὸ λαιὸν ἐπὶ τοῦ ἡγουμένου ἐλέφαντος ἦν· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐλέφαντας ἐκ διαστήματος πεντήκοντα ποδῶν μέχρι τοῦ δεξιοῦ κέρως ἔστησε· τὰ δὲ μέσα τῶν θηρίων ἀνδράσι πεζοῖς ἀνεπλήρωσεν. Ὥστε ἦν τὸ σχῆμα τείχει μεγάλῳ παραπλήσιον· οἱ μὲν ἐλέφαντες ἐοικότες πύργοις, οἱ δὲ πεζοὶ μεσοπυργίοις. (3) Ἔνθα δὴ παραγγείλας Ἀλέξανδρος τοὺς πεζοὺς ἀντιπαράγειν τοῖς πολεμίοις, αὐτὸς τὴν ἵππον ἐπὶ δόρυ σφοδρότερον ἤλασεν, βουλόμενος ὑπερκεράσαι τοὺς πολεμίους. (4) Τοῦτο φυλάσσων ὁ Πῶρος ἀντιπαρῆγε. Τῷ δὲ μὴ φθάνειν τα θηρία διεσπᾶτο τὰ πολλὰ τῆς τάξεως· τῶν τε Μακεδόνων τοῖς διασπάσμασιν ἐμπιπτόντων, ἠναγκάζετο κατὰ πρόσωπον μένειν. (5) Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἱππεῖς ἐκπεριελθόντες καὶ κατὰ νώτου συνελάσαντες τοὺς Ἰνδοὺς τελειοτάτην νίκην ἀνείλοντο, μεθ' ἣν βασιλεὺς Ἰνδικῆς Ἀλέξανδρος ἦν.

II.

E POLYÆNI STRATEGEMATIS.

ALEXANDRI ET PORI PRŒLIUM.

Alexander in pugna adversus Porum partem equitatus dimidiam dextro cornu exporrecta fronte constituit, reliquam acie inflexa; phalangem autem et elephantos in cornu sinistro collocavit, et ab his incurvam aciem fecit. (2) Porus vero, multis elephantis oppositis, ipse a parte sinistra in principe fuit elephanto', reliquos autem elephantos ex intervallo quinquagenûm pedum usque ad cornu dextrum ordinavit. Spatium vero relictum inter belluas pedestribus militibus replevit, ita ut ingentis cujusdam muri imaginem referrent elephanti turribus similes, pedites vero parietibus inter turres interjectis. (3) Tum Alexander mandans ut pedestres copiæ hostes invaderent, ipse equitatum dextram versus citatissimo cursu egit, volens superare hostium cornua. (4) His animadversis, Porus ex adverso aciem produxit; at quum belluæ procedere nollent, multis in locis interrupta acies est; ac Macedonibus laceras partes aggredientibus, in fronte manere cogebatur. (5) Interim equites Alexandri circumvenientes a tergo in unum Indos cogunt, perfectissimamque victoriam consequuntur, qua Indiæ regnum in Alexandri potestatem venit.

III.

ΚϚ'. ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.

Ἀντίγονος Μέγαρα πολιορκῶν, τοὺς ἐλέφαντας ἐπῆγεν. Οἱ Μεγαρεῖς σύας καταλείφοντες ὑγρᾷ πίσ-

III.

E POLYÆNI STRATEGEMATIS.

Antigonus in oppugnatione Megarorum elephantos adduxit. Megarenses sues liquida pice ungebant eaque

11. τοιούτου τέλους] Secundum Hieronymum Cardianum (ap. Plutarch. Pyrrh. 21) die sequente Pyrrhus prœlium instauravit. Qua de Hieronymi narratione plura locutus Plutarchus addit hæc: Ὁ μέντοι Διονύσιος οὔτε δύο περὶ Ἄσκλον μάχας οὔτε ὁμολογουμένην ἧτταν ἱστορεῖ γενέσθαι Ῥωμαίων, ἅπαξ δὲ μέχρι δυσμῶν ἡλίου μαχεσαμένους μόλις ἀπαλλαγῆναι, τοῦ Πύῤῥου τρωθέντος ὑσσῷ τὸν βραχίονα καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἅμα Σαυνιτῶν (l. Δαυνίων) διαρπασάντων, ἀποθανεῖν δὲ καὶ Πύῤῥου καὶ Ῥωμαίων ἄνδρας ὑπὲρ μυρίους πεντακισχιλίους ἑκατέρων.

II. Locus noster legitur in Strategem. IV, 3, 22, p. 119 ed. Coray. — 1. τὸ ἥμισυ] in editt. desiderantur. — λοιπὸν ἐν ἐπικαμπίῳ] λοιπὸν ἐπικαμπίῳ codex. — 2. ἀντιπαράξας] ἀντιπαρατάξας editt. — τὰ δὲ μέσα τῶν] sic editt.; τὰ δὲ τῶν noster cod. — 3. αὐτὸς τὴν ἵππον] αὐτὸς εἰς τὴν ἵπ. editt. — ἤλασεν] ἐλάσειν codex. — τοὺς πολεμίους] τοὺς ἐναντίους editt. — 4. φυλάσσων ὁ Π.] φυλασσόμενος Π. editt. — ἀντιπαρῆγε] sic codex, et Coray. ex conject.; ante Corayum legebatur ἀντιπαρήγγειλεν. — διεσπᾶτο τὰ πολλὰ τῆς τάξεως] διέσπα κατὰ πολλὰ τὴν τάξιν editt. — 5. τῶν τε Μ.] τῶν Μ. editt. — διασπάσμασιν] sic editt.; διάσπασιν codex. — κατὰ πρόσωπον μένειν. οἱ δὲ περὶ] κατὰ πρόσωπον ἐπιστρέφων ἀγωνίζεσθαι. Ἐν τούτῳ φθάνουσιν οἱ περὶ editt. — κατὰ νώτου] κατὰ νώτους codex. — τελεωτάτην editt. — μεθ'; ἣν... Ἀλ. ἦν] μεθ' ἣν βασιλεῦσι δίκης Ἀλ. ἦν codex; ἔτι ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος Ἰνδικῆς editt. ante Corayum, qui hæc ejecit.

III. Locus petitus e Strateg. IV, 6, 3, p. 128 ed. Coray.

ση καὶ ὑφάπτοντες ἠφίεσαν· αἱ δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς καιόμεναι, κεκραγυῖαι, πολλῷ δρόμῳ εἰς τοὺς ἐλέφαντας ἐνέπιπτον· οἱ δὲ οἰστρῶντες καὶ ταρασσόμενοι, ἄλλος ἄλλῃ διέφυγον. (2) Ἀντίγονος τοῦ λοιποῦ προσέταξε τοῖς Ἰνδοῖς τρέφειν ὗς μετὰ τῶν ἐλεφάντων, ἵνα τὴν ὄψιν αὐτῶν καὶ τὴν κραυγὴν τὰ θηρία φέρειν ἐθίζοιτο.

incensa dimittebant. Quæ quum urerentur igne, grunnientes incitato cursu in elephantos incidebant. Illi metu perciti et conturbati, alius alio fugam faciebant. (2) Antigonus in posterum Indis mandavit, ut sues cum elephantis alerent, ut ad earum adspectum clamoremque ferendum assuefierent belluæ.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς πολιορκίας καὶ τὰς ἐκ τῶν ἔνδον παρασκευάς, εἰ μὴ γραφὴν ἀγνωμοσύνης φεύγειν ἐθέλοιμεν, ὁ λόγος ἔρχεται, πράξεσι [ταῖς] πάλαι τὸ τῶν μηχανῶν πιστούμενος χρήσιμον.

Ὑσμίνην δεδάηκας ἀμετροβίων ἐλεφάντων·
Ἰνδοφόρους κρατεροὺς οὐ τρομέεις πολέμους.

Hinc ad obsidiones atque oppidanorum contra obsessores apparatus, nisi iniquitatis accusari velimus, convertenda nobis oratio est, quæ vetustis exemplis machinarum testetur utilitatem.

Pugnam didicisti elephantorum vitæ immensæ,
Indigerorum haud tremis vehementia bella.

IV.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΞΙΠΠΟΥ.

ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ ΜΑΡΚΙΑΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Μαρκιανούπολιν (*), τὸ δὲ ὄνομα Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀδελφὴν ἐνδεδωκέναι τῇ πόλει λέγουσιν οἱ ἐγχώριοι· ταύτην δὴ οὖν τὴν πόλιν οἱ Σκύθαι ὡς δὴ κατὰ κράτος ἁλώσιμον εἶναι νομίσαντες, ἀπεῖχον μὲν τῆς εὐθὺ προσβολῆς, λίθους δὲ ὅτι πλείστους παρεφόρουν πρὸ τοῦ τειχίσματος, ὡς χύδην καὶ σωρηδὸν κατανενημένοις ἀφθόνως ὑπάρχειν χρῆσθαι· (2) ᾤοντο γὰρ φόνον τε πολὺν ἐπὶ τοῦ τείχους οὕτω συμβήσεσθαι, καὶ τῶν πολεμίων ἐν τῷ φυλάσσεσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐπιχειρεῖν ὄντων, ῥᾳστώνῃ τὴν πόλιν αἱρήσειν. (3) Τοῖς δὲ ἐν τῷ ἄστει πάλαι τε παρεσκεύαστο ὅσα εἰς πολιορκίαν ἐπιτήδεια, καὶ Μάξιμος, ἀνὴρ γένος μὲν τῶν ἀπόρων μεταβου * φιλοσοφίᾳ δὲ ἄρα συζῶν, οὐ μόνον στρατηγοῦ, ἀλλὰ καὶ στρατιώτου ἀγαθοῦ ἔργα ἐν τῷ τότε ἕτοιμος ὢν ἐπιδείκνυσθαι, ἐπεθάρρυνέ τε ἑκάστους καὶ παρῄνει, (4) ὅτε δὴ ἐκ χειρὸς ἀκροβολίζοιντο οἱ πολέμιοι, τοῦ ἀμύνεσθαι ἀπεχομένους ὑπὸ ταῖς ἐπάλξεσιν ἱσταμένους ἔχειν σφῶν αὐτῶν φυλακήν,

IV.

EX DEXIPPI HISTORIIS.

OBSIDIO MARCIANOPOLIS.

1. Marcianopoli urbi a Trajani imperatoris sorore *Marcia* nomen inditum esse indigenæ dicunt. Hanc igitur urbem quum vi capi posse Scythæ (*i. e. Gothi*) putarent, non continuo tamen in muros impetum fecerunt, verum lapides quam plurimos ante mœnia contulerunt, qui passim et acervatim cumulati largam usibus copiam suppeditarent. (2) Etenim opinabantur et cædem in mœniis collocatorum ingentem eo modo futuram, et hostibus ad tuendum se ipsos magis quam ad aggrediendum obsessores intentis, urbem se facili negotio expugnaturos esse. (3) Oppidani vero jam antea quæcunque ad obsidionem sustinendam necessaria essent apparaverant, atque Maximus, vir genere quidem e pauperum (?) familia profectus, studiis vero philosophiæ innutritus, non solum ducis munere, sed etiam militis egregii officio fungi tunc paratus, animos singulorum erigebat et confirmabat, eosque hortabatur, (4) ut, dum eminus hostes jacularentur, ipsi a propugnando abstinerent, sed tuerentur se pinnis muro-

2. τοῖς Ἰνδοῖς] τοὺς Ἰνδοὺς codex. — In verbis Epitomatoris ταῖς addidi; παλαιαῖς conj. Minas Ceterum inde a verbis ὁ λόγος ἔρχεται habes duos versus dodecasyllabos. Quod num casu factum sit, an antecedentia item versus olim fuerint, tu videas. — ὑσμίνην] ὑσμείνην codex. — Ἰνδοφόρους] ἐλεφ. ἰνδοφόρων? Unde petiti sint versus, utrum ex Nonno an simili poeta, an denique ex Alexandriade, non liquet mihi.

(*) De his cf. quæ leguntur apud Jornandem De reb. Get. c. 16: *Qui* (Gothi) *ductu Ostrogothæ regis mox Danubium vadati et secundo Mœsiam populati, Marcianopolim ejusdem patriæ urbem famosam metropolim aggrediuntur diuque obsessam, accepta pecunia ab his qui inerant, reliquere* (sec. Dexippum Gothi ἀπαγορεύοντες ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι). *Et quia Marcianopolim nominavimus, libet aliquot de ejus situ breviter intimare. Nam hanc urbem Trajanus imp. hac re ædificavit, ut fertur, eo quod Marciæ sororis suæ puella, dum lavat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis saporisque in media urbe oritur, Potami cognomento, exindeque vellet aquam haurire, casu vas æneum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere gravatum, et longe post emersit: quod certe non erat usitatum, aut vacuum sorberi aut certe semel voratum undis respuentibus renatare. His Trajanus sub admiratione compertis, fontique numinis quiddam inesse credens, conditam civitatem germanæ suæ nomine Marcianopolim nominavit.*

IV. 1. ἀπεῖχον μὲν] Dubner.; ἐπεῖχον μὲν cod. — κατανενημένοις] Dubner.; κατανεμειμένων (sic) apographum. — 2. μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ἐπιχ. κτλ.] μᾶλλον πάντες (πάντας vel πάντ' conj. Minas) ἐπιχειρεῖν ὄντων ῥᾴστων ἢ τὴν πόλ. αἱρ. codex. — 3. μεταβου] sic cod.; num τῶν ἀπόρων μεταλαβὼν vel τῶν ἀπόρων μετοίκων? — 4. ὅτε δὴ] ὅτε δὲ cod. — αὐτῶν φυλακὴν

τάς τε ἀσπίδας προϊσχομένους καὶ ὅσα δύναται στέγειν καὶ ἀποκρούεσθαι τὰς τῶν ἐναντίων βολάς. (5) Ὡς δὲ ἱκανῶς ἔχειν ἐδόκει τοῖς βαρβάροις τῆς τῶν λίθων παρασκευῆς, ἀθρόοι περιχυθέντες ἐν κύκλῳ τὸ τεῖχος, οἱ μὲν ἀκόντια μεθίεσαν, οἱ δὲ λίθοις ἠκροβολίζοντο τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, καὶ συνεχείᾳ [ἐχρῶντο] τῶν μεθιεμένων, ὡς χαλάζῃ τῇ πυκνοτάτῃ προσεοικέναι κατὰ τὸ ἐπάλληλον τῆς φορᾶς. (6) Οἱ δέ γε εἴσω τοῦ ἄστεως, σφᾶς τε αὐτοὺς κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τὸ τεῖχος ἐφύλασσον· ἀπεῖχον δὲ τοῦ ἀμύνεσθαι, ᾗπερ αὐτοῖς προσετέτακτο. (7) Ὡς δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ λαμπρῷ ἥ τε τῶν λίθων ἐκενώθη τοῖς βαρβάροις παρασκευή, καὶ ὅσα ἐκ χειρὸς ἢ ἀπὸ τόξου ἀκόντια, ἥ τε ἐλπὶς αὐτοῖς τοῦ σὺν οὐδενὶ πόνῳ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἀνάλωτο, ἀθυμίᾳ δὴ εἴχοντο, καὶ τῶν στρατηγῶν ἀνακαλεσάντων ἀπῄεσαν, οὐ πόρρω τῆς πόλεως τὴν στρατοπεδείαν ποιούμενοι· καὶ γὰρ ἦν τῆς ὥρας ἀμφὶ ἡλίου δυσμάς. (8) Διαλιπόντες δὲ ἡμέρας οὐ μάλα συχνὰς καὶ ἐπελθόντες αὖθις καὶ περιστάντες ἐν κύκλῳ τὸ τεῖχος ἠκροβολίζοντο· ὅτε δὴ Μάξιμος τοῖς ἐν τῷ ἄστει καιρὸν εἶναι τῆς ἐπιθέσεως ἐπηγγέλλετο. (9) Γίνεται δὴ οὕτω· καὶ ἀναθαρρήσαντες διὰ τὴν ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν βαρβάρων ἄπρακτον ἀναχώρησιν, βοήν τε ἦραν καὶ λίθους καὶ ἀκόντια, ὡς εἶχον, μεθίεσαν, (10) οἷα δὴ οὖν πυκνῶν ἀλλήλοις ἐφεστηκότων τῶν βαρβάρων καὶ διὰ τὸ ἀπροσδόκητον τοῦ ἀντίπαλον ἂν σφίσιν ἄνωθέν τι ἀπαντῆσαι οὐκ ἐς τὸ ἀκριβὲς πεφραγμένων, [πρὸς δὲ καὶ ἀθρόαις ταῖς βολαῖς, καὶ ταῦτα ἐκ μετεώρου βαλλομένων,] καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, οὐδὲ ἐθέλοντας ἦν ἁμαρτεῖν τοὺς ἀπὸ ἄστεως. (11) Βιαζόμενοι δὴ οὖν οἱ Σκύθαι καὶ μὴ ἀντιδρᾶν ἔχοντες τοὺς Μυσούς, διά τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὴν ἐκ τῶν θυρεῶν καιροφυλακήν, ἀπαγορεύοντες πρὸς τὰς πληγάς, καὶ ὡς οὐκ ἦν αὐτοῖς περαιτέρω καρτερεῖν, ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι.

rum scutisque prætentis et si quibus aliis muniri corpora ac retundi hostium missilia possent. (5) Jam ubi lapidum copiam sufficientem coacervasse sibi Scythæ videbantur, confertim circa mœnia circumfusi partim jaculis partim lapidibus collocatos in propugnaculis petebant, tantaque missilium crebritas erat et continuitas, ut grandini densissimæ foret æquiparanda. (6) Oppidani vero et murum et se ipsos, quantum ejus fieri poterat, salvos præstabant, a propugnando autem, prouti jussum erat, abstinebant se. (7) Itaque quum absque ullo emolumento lapidum apparatus et reliquorum copia telorum, quæ manu vel arcu emittuntur, exhausta Scythis essent, atque spes urbis nullo labore capiendæ evanuisset, despondere animos cœperunt. Quare a ducibus revocati abierunt, nec procul ab urbe castra metati sunt: jam enim ad finem dies vergebat, sole occidente. (8) Intermissis deinde diebus haud ita multis, de novo aggressi ac murum undique circumsistentes, velitationem instaurarunt. Tum vero Maximus adesse oppidanis nuntiat propugnandi hostis opportunitatem. (9) Igitur impetum faciunt, ac fiduciam assumentes ex eo, quod in priori aggressione barbari re infecta recesserant, sublato clamore bellico, lapides et jacula prout quisque poterat temere in hostem intorquent. (10) Videlicet quum conferti et conglobati inter se barbari adstarent, et propterea, quod desuper hostile quiddam iis venturum minime exspectabant, non satis corpora muniissent, [præterea etiam crebris ictibus et quidem desuper peterentur,] denique ingens esset hostium multitudo: fieri omnino non potuit, ut vel volentes oppidani irritum telum aliquod emitterent. (11) Ita quum Scythæ opprimerentur et par pari Mysis referre nequirent propter pinnarum tutamina scutorumque præsidia opportuna, fatentes se diutius non posse ictus sustinere, re infecta abscesserunt.

V.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΞΙΠΠΟΥ.

ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Τὴν Φιλιππούπολιν, ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη μεθόριος μὲν τῆς Θρᾳκῶν καὶ Μακεδόνων γῆς, κεῖται δὲ ἐπὶ τῷ Ἕβρῳ ποταμῷ, οἰκιστὴν δὲ αὐτῇ γενέσθαι λέ-

V.

E DEXIPPI HISTORIIS.

OBSIDIO PHILIPPOPOLIS.

Philippopolis in confiniis Thraciæ et Macedoniæ ad Hebrum fluvium sita est; condidisse urbem traditur Philippus Amyntæ filius, Macedonum rex, a quo etiam nomen adepta

Hic in margine apographi (incertum an etiam codicis) adscriptum: ἐκ τῶν ἀκροβολιστῶν. Incipit cod. fol. 75. — 5. τῆς τῶν λίθ.] fortasse excidit τα ante τῆς; quamquam ferri vulgata potest. — μεθίεσαν] μετίεσαν cod. — ἠκροβολίζοντο] in margine notatur: ἐκ τῶν ἀκροβολιστῶν. — ἐχρῶντο] supplevi. — 6. ᾗπερ] Minas; εἴπερ codex. — εἴχοντο, ut infra V, § 9. Codex ἔσχοντο. — 9. προτέρᾳ] προτεραίᾳ conj. Minas, absque causa idonea. — μεθίεσαν] μεθῆς αν codex. — 10. τοῦ ἀντίπαλον Dubner.; τοῦ ἀντιπάλου cod. — πρὸς δὲ καὶ... ἐκ μετεώρου βαλλομένων.] Hæc uncis inclusi, utpote quæ sententiam interturbent. Ab Epitomatore male inculcata. Fortasse ad verba διὰ τὸ ἀπροσδόκητον... ἄνωθέν τι ἀπαντῆσαι in margine olim legebatur ἀπροσδοκήτως (unde deinde factum πρὸς δὲ καὶ) ἀθρόαις ταῖς βολαῖς κτλ. — 11. δὴ οὖν] δηλοῦν codex.

V. Quæ hoc fragmento narrantur de Gothis ab obsidione Philippopoleos re infecta discedentibus aliunde, quantum scio, comperta non habebamus. Statuendum igitur est Gothos primo quidem impetu nihil proficientes relicta Philippopoli in alias Mœsiæ urbes arma vertisse, deinde vero iterum Philippopolitanos aggressos atque urbe potitos esse. Nam captam a Gothis Philippopolim præter alios ipse etiam narrat Dexippus apud Syncellum p. 376: Σκύθαι περαιωθέντες, οἱ λεγόμενοι Γότθοι, τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἐπὶ Δεκίου πλεῖστοι τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν κατενέμοντο· οὗτοι τοὺς Μυσοὺς φεύγοντας εἰς Νικόπολιν περιέσχον· Δέκιος δὲ ἐπελθὼν αὐτοῖς, ὡς Δέξιππος ἱστορεῖ, καὶ τρισμυρίους κτείνας ἐλαττοῦται κατὰ τὴν μάχην, ὡς καὶ τὴν Φιλίππου πόλιν ἀπολέσαι ἁλοῦσαν ὑπ' αὐτῶν καὶ Θρᾷκας πολλοὺς ἀναιρεθῆναι. Cf. Ammianus XXXI, 5: Ce-

γουσι Φίλιππον τὸν Ἀμύντου, Μακεδόνων ἄρχοντα, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἐγένετο· (2) ταύτῃ δὴ οἱ Σκύθαι ὡς ἀρχαιοτάτῃ καὶ μεγίστῃ προσέβαλλον ἐς πολιορκίαν. Ἐπολεμεῖτο δὲ αὐτοῖς ὁ πόλεμος ὧδε. (3) Ὑπερφέροντες τῶν κεφαλῶν τὰς ἀσπίδας τῶν μεθιεμένων ἐν σκέπῃ εἶναι, κύκλῳ τῆς πόλεως περιῄεσαν, καταθεώμενοι ὅπῃ εὐαποτείχιστον ἢ καὶ ἐπίβατον ἐν τῇ προσαγωγῇ τῶν κλιμάκων ὑπάρχοι διὰ στενότητα ἢ καὶ χθαμαλότητα τῶν τειχῶν. (4) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐποιοῦντο προσβολὰς ἐπ' ἀκροβολισμοῖς καὶ τοξείαις· οἱ δὲ ἄνωθεν ἠμύνοντο καρτερῶς, ὅπῃ πελάζοιεν οἱ πολέμιοι. (5) Αὖθις δὲ αὖ τῆς πόλεως ἐπείραζον, κλίμακας πηξάμενοι καὶ μηχανάς· τὰ δὲ μηχανήματα ἦν ξύλα πεπηγότα τετράγωνα, ἐπιτεχνήματα οἰκίσκοις ἐμφερῆ· καὶ αὐτῶν βύρσας ὑπερτείνοντες, ὡς παντὸς τοῦ μεθιεμένου ἀβλαβῶς ἔχειν προσπίπτοντες ταῖς πύλαις, σφῶν δὲ τὰς ἀσπίδας προβεβλημένοι, καὶ μετακινοῦντες αὐτὰ τροχοῖς καὶ μοχλίαις. (6) Οἱ δέ τινες ξύλα προμήκη, σιδήρῳ καταπεφραγμένα, ὡς μὴ ἀποθραύεσθαι ἐν τῇ προσβολῇ, μετεωρίζοντες ἐπείρων ἀναράσσειν τῷ τείχει· ἕτεροι δὲ κλίμακας προσερείδοντες τὰς μὲν ἐπ' εὐθὺ πεπηγυίας, τὰς δὲ ὑποτρόχους, κινουμένας ἐπὶ θάτερα· αἳ δὴ ὅτε προσάγοιντο, κάλοις ἀπ' ἀκρῶν τῶν κλιμάκων ἠρτημένοις ἀνέπτυσσον ὡς ὀρθουμένας ἐπιβάλλειν τοῖς τείχεσιν. (7) Ἦσαν δὲ οἳ καὶ πύργους ξυλίνους τῷ τείχει ὑποτρόχους ἐπῆγον, ὡς, ὅτε πελάσαιεν, ἐπιβολῇ γεφυρῶν τὴν διάβασιν ἀπὸ τούτων ἐξ ἰσοπέδου ποιήσοντες. Καὶ ἥδε μὲν αὐτοῖς ἀφθονία μηχανημάτων. (8) Ἀντῆρχουν δὲ πρὸς ἕκαστα οἱ Θρᾷκες, τὰ μέν τινα τῶν μηχανῶν λίθοις μεγάλοις ἁμαξιαίοις συναράσσοντες αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰ δὲ καὶ καταπίμπραντες δᾳσὶ καὶ θείῳ καὶ πίσσῃ· τῶν δὲ κλιμάκων κατεκυλίνδουν δοκοὺς ἐγκαρσίας καὶ λίθους, ὡς ὑπὸ τῇ βιαίᾳ φορᾷ τάς τε ἀσπίδας τῶν ἐπαγόντων καὶ τὰς κλίμακας ἐν τῇ ἐμβολῇ ἀποθραύεσθαι. (9) Ὡς δὲ οὐδὲν ἐπλεονέκτουν ταῖς μηχαναῖς οἱ πολέμιοι, ἀθυμίᾳ δὴ εἴχοντο, καὶ βουλὴν τιθεμένοις ἢ δεῖ πολεμεῖν, ἐδόκει χώματα χοῦν μετέωρα πρὸς τὴν πόλιν, ὡς εἶναι σφίσιν ἐπίσου πρὸς τοὺς ἐναντίους μάχεσθαι. (10) Ἔχουν δὲ ὧδε· ξύλα ἐκ τῶν πέριξ οἰκοδομημάτων συνεφόρουν, καὶ προβαλλόμενοι πρὸ σφῶν τὰς ἀσπίδας, ἐνέβαλλον αὐτὰ εἰς τὴν τάφρον καὶ εὐθὺ καὶ παράλληλα, ὅπῃ συμβαίνει. (11) Ποιήσαντες δὲ ταῦτα, χοῦν καὶ ὕλην παντοίαν ἐπεφόρουν μεταξὺ τοῦ χείλους

est. (2) Hanc igitur urbem Scythæ adorti obsidione cinxerunt. Gestum vero bellum est hunc in modum. (3) Clypeos supra capita sustinentes ut tuti essent ab iis quæ desuper in ipsos conjicerentur, urbem circumibant, spectantes ubi circumvallari facile ob angustiam, vel scalis admotis conscendi murus ob humilitatem posset. (4) Ac primum quidem jaculatorum et sagittariorum velitatione oppidanos lacessebant. Hi vero fortiter hostem ubicunque appropinquaret propulsabant. (5) Altera deinde aggressione Scythæ ipsam urbem tentarunt scalis atque machinis. Quæ quidem machinamenta erant ligna quadrata, ita inter se compacta, ut domuncularum speciem præ se ferrent. His pelles superinduxerant, ne damnum afferrent quæ in portas aggredientes dejicerentur. Scuta autem prætendentes, rotis atque vectibus machinas promovebant. (6) Nonnulli ligna prælonga et, ne confringerentur in oppugnatione, ferro munita in altum attollentes muro illidere tentabant. Alii scalas applicabant partim rectas, partim rotis instructas et plicatas bifariam, quas ubi advexissent, funibus e summis scalis dependentibus explicabant, adeo ut in rectarum modum muris apponerentur. (7) Erant etiam qui ligneas turres rotis item impositas adducebant, ut, ubi muro appropinquassent, jactis pontibus de plano transire ex iis in murum possent. Atque hæc quidem Scythis erat copia machinarum. (8) Quibus singulis Thraces suam opponebant industriam. Etenim partem machinarum magnis lapidibus plaustralibus una cum viris pessumdabant, partem etiam facibus, sulphure ac pice incendebant. In scalas autem devolvebant trabes transversas atque lapides, qui impetus vi et scuta admoventium et scalas ipsas confringebant. (9) Quum itaque machinis hostes nihil proficerent, dejectis erant animis. Tum deliberantibus quid faciendum esset, visum est aggeres jacere contra urbem sublimes, quorum opera pede plano cum hoste congrederentur. (10) Jaciebant vero hunc in modum: nimirum trabes ex vicinis ædificiis congestas, prætentis scutis sese tuentes in fossam injiciebant rectas et alteras juxta alteras, uti fieri solet. (11) Quo peracto, aggerem silvamque variam inter utrumque fossæ labium in-

ciderunt... imperatores Decii pater et filius. Anchialus capta et tempore eodem Nicopolis. Post clades acceptas excisa est Philippopolis. Jornandes l. l. c. 18, eversionem Philippopolis memorans ducem oppidanorum fuisse dicit *Priscum*. Ejusdem nomen occurrit in Dexippi fragmento Vaticano (p. 324 ed. Mai.), misere tamen truncato. — 2. πόλεμος ὧδε] πολ. ὡς δὲ ὑπερφ. codex. — 3. μεθιεμένων] μεθειμένων codex. — Verba sequentia ita delineavit Minas ut in codice exarata spectantur. Ductus litterarum simillimi iis, quos exhibent codicis Valesiani sive Peiresciani Excerpta Περὶ ἀρετῶν et codicis Vaticani Excerpta Περὶ γνωμῶν (Cf. L. Dindorf. in præfat. ad. Diodor. vol. II.) Num ab eadem manu etiam Nostra profecta sunt? Certe eidem fere sæculo decimo vindicanda esse videntur. Ductus autem vocabuli ab ipso librario non intellecti (quod indicat accentuum omissio) sonant ενοκεπιειναι, quod esse ἐν σκέπῃ εἶναι vidit Dubnerus. — 5. αὖ τῆς] Dubner. αὐτῆς codex; αὐτοὶ voluit Minas; fortasse leg. αὐτῆς τῆς πόλεως. — καὶ μετακινοῦντες] Participia in hac descriptione pro temporibus finitis ponuntur. — 6. προσερείδοντες τὰς] προστηρίδοντας codex. — ὑποτρόχους] ὑπὸ τροχοῖς codex et h. l. et mox iterum. — ἀπ' ἀκρῶν τῶν] ἀπαιρόντων codex. — 7. πελάσαιεν] πελάσοιεν codex. — ποιήσοντες] Minas. ποιήσοντας codex. — 8. ἀνδράσι] Circa hæc incipit cod. fol. 76. — 9. ᾗ δεῖ] εἴδει codex; ἤδη Minas; ceterum malim τί δεῖ ποιεῖν, etsi hoc paullo longius ab acceptis recedit. — χοῦν] γοῦν codex. — 10. πρὸ σφῶν] Minas. πρὸς σφῶν cod. — καὶ εὐθὺ] κατ' εὐθὺ?

ἑκατέρου τῆς τάφρου. Καὶ οὕτω ταχεῖαν εἰργάσαντο τοῦ χώματος τὴν αὔξησιν. (12) Ὁρῶντες δὲ τὸ πραττόμενον οἱ Θρᾷκες, καὶ ὅτι πρὸς σφᾶς τὸ χῶμα ἀντετειχίζετο, ξύλα πηξάμενοι καὶ τούτοις σανίδας προσαρτήσαντες, πρόβλημα μετέωρον ἐπὶ τῷ τειχίσματι ἤγειρον. (13) Καὶ ἐπὶ τῷδε ἐμηχανήσαντο τοιόνδε· καθῆκαν ἀπὸ τοῦ τείχους νύκτωρ ἀπὸ κάλων, ὑπ' αὐτό που τὸ ἡσυχάζον, ἄνδρα εὔτολμόν τε καὶ γενναῖον, δόντες αὐτῷ φέρειν ἐπὶ τὸ χῶμα δᾷδα ἡμμένην, καὶ σκεῦος ἵνα πίττα τε ἦν καὶ θεῖον καὶ τὰ τοιαῦτα. (14) Ἐμβάλλει δὴ οὖν τὸ πῦρ τοῖς ἀνέχουσι τὸ χῶμα ξύλοις, καὶ ἀθρόα γίνεται καέντων τοῦ χώματος ἡ κατάπτωσις. (15) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τούτοις μεῖον εἶχον οἱ Σκύθαι, ἐδόκει αὐτοῖς κτείνειν τὰ ἀχρεῖα τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν αἰχμαλώτων ὅσοι νόσῳ ἢ χρόνῳ διὰ γῆρας ἐκακοπάθουν· κτείναντες [δ'] ἐνέβαλον εἰς τὴν τάφρον, καὶ ὕλην παντοίαν ἐπεφόρουν. Τὰ δὲ σώματα ἄρτι τριταῖα γινόμενα ὕψος οὐ μέτριον παρεῖχον ἐξοιδοῦντα τῷ χώματι. (16) Οἱ δὲ Θρᾷκες μέρος τι τοῦ τείχους διακόψαντες, ὅσον ἐς μέγεθος πυλίδος στενῆς, εἰσεφόρουν κατὰ τοῦτο παρὰ σφᾶς ὅσαι νύκτες τὸν χοῦν· ὡς δὲ πάντῃ ἄποροι τῇ γνώμῃ ἐγίνοντο οἱ βάρβαροι, ἐδόκει ἀναχωρεῖν. Καὶ τοῦτο τῇ πολιορκίᾳ τέλος τοῖς Σκύθαις ἐγένετο.

VI.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΞΙΠΠΟΥ.

ΣΙΔΗΣ ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ.

Ἐπολιόρκουν οἱ Σκύθαι τὴν Σίδην· πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Λυκίᾳ. Ὡς παρασκευή τε πᾶσα ἦν ἄφθονος εἴσω τείχους καὶ πλῆθος ἀνδρῶν οὐ νωθρῶς ἀπτομένων τοῦ ἔργου, μηχανὰς ἐποιοῦντο, καὶ προσῆγον τῷ τείχει. (2) Οἱ δὲ καὶ πρὸς ταύτας ἀντήρκουν, καθιέντες ὅσα κωλύματα. Πύργους δ' ἐπὶ τούτῳ ξύλου ἰσομετρήτους τῷ τείχει κατεσκεύαζον καὶ ἐκίνουν ὑποτρόχους ὡς ἐγγὺς ἵστασθαι. (3) Προεβέβλητο δὲ τῶν πύργων οἱ μὲν σίδηρον ἐπὶ λεπτὸν ἐληλασμένον καὶ ἐπὶ πολὺ τῶν ξύλων καταπεπηγότα, οἱ δὲ δέρριν καὶ ὅσα πυρὶ οὐχ ἁλώσιμα. (4) Ἀντεμηχανήσαντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεως τοιόνδε· σανίδας μεγάλας ὀρθίας προστησάμενοι καθ' ὅ τι ἔμελλον οἱ ἐναντίοι ποιήσασθαι τὴν προσαγωγὴν τῶν μηχανῶν, (5) καὶ αὖ ἐγκάρσια ξύλα καὶ ἰκρία ταύταις παραπήξαντες, μέσαις αὐταῖς ἐτεκταίνοντο θυρίδας, ὅσον εἰς ὑποδοχὴν ἀνδρὸς τὴν ἄχρι στέρνου, ὡς ὑπερέχοντας αὐτῶν κατὰ ὕψος ἐκ μετεώρου ἔχειν ἀμύνασθαι. (6) Ποιήσαντες δὲ ταῦτα ἐκ

gerebant. Atque sic celeriter moles excrescebat. (12) Verum Thraces ubi aggerem istum contra ipsos strui conspexerant, trabes impingentes tabulasque iis applicantes propugnaculum sublime in muro excitabant. (13) Præterea vero etiam hoc machinati sunt. Etenim sub ipsam fere noctem concubiam funibus demittunt virum audacem et generosum, quem incensa face aggeri admovenda atque vase picis, sulphuris, aliarum hoc genus rerum pleno instruxerant. (14) Is igitur ignem injicit trabibus, quæ aggerem sustinebant. Incensis, confestim tota moles corruit. (15) Postquam igitur etiam hæc minus successerant Scythis, placuit mactare jumenta inutilia et captivos morbo vel senio confectos. Mactatos deinde in fossam jecerunt, silvamque variam ingesserunt. Quæ quidem cadavera quum inde a die tertio extumescere cœpissent, altitudinem aggeris haud mediocriter augebant. (16) At Thraces, perrupta muri parte tantæ magnitudinis, quanta portæ est angustæ, per eam quaque nocte aggerem in urbem inferebant. Tum vero barbari summa consilii inopia laborantes recedendum esse decreverunt. Atque ita obsidionem Scythæ solverunt.

VI.

E DEXIPPI HISTORIIS.

SIDÆ OBSIDIO.

Scythæ Siden, quæ Lyciæ urbs est, obsidentes, quum largus omnis generis apparatus intra muros esset, atque multitudo virorum ad defendendam urbem paratissimorum, machinas fabricarunt easque ad mœnia adduxerunt. (2) Verum his quoque oppidani restiterunt demittentes quæcunque impedimento esse possent. Tum Scythæ turres ligneas ejusdem cujus murus erat altitudinis construxerunt, quas rotis impositas quam proxime admovere. (3) Munierunt vero turres alii ferri tabulis tenuibus, quas ad ligna locis plurimis affixerunt, alii pellibus ceterisque rebus, quæ igne vastari haud facile possunt. (4) Contra oppidani tale quid excogitarunt. Ligna permagna erigebant ubi impetum facturi hostes essent. (5) His deinceps transversas trabes et tabulas applicarunt, in mediis autem fecerunt ostiola, ejus magnitudinis, ut virum usque ad pectus excipere possent. Hoc igitur modo altius quam hostes positis e sublimi propugnare licebat. (6) Præterea ex alto demisere et circumcirca alligarunt ciliciā atque vellera, quippe

12. σανίδας] Minas. σανίδα codex. — ἤγειρον] ἔγειρον codex. — 13. ἐπὶ τῷδε] Minas ἐπεὶ τόδε codex. — 15. μεῖον] σημεῖον codex. — κτείνειν] καὶ codex. Sin retines καὶ, neque ab ipso Epitomatore oratio turbata est, pro ἐνέβαλλον et ἐπεφόρουν infinitivus modus reponendus. Post κτείναντες addidi particulam δέ.

VI. De Sides Pamphyliæ urbis obsidione aliunde non constat; res in idem tempus cadit, quo Anchialus capta est. Jornandes c. 20 Gothos refert regnante *Gallieno* in Asiam involantes devastasse Ephesum, Trojam, Anchialum. Aliter Trebellius c. 12 : *Sub hoc* (sc. Claudio II) *barbari Anchialo vastata conati sunt Nicopolim etiam obtinere*. Quibuscum confer laudata ad fr. V. init. — 1. εἴσω τείχους] Dübner. εἴσω ψύχους codex. — 2. καὶ ἐκίνουν] Minas. κλείνουν ὑπὸ τροχοὺς cod. — 3. ἐπίπλεπτον codex. — δέρριν] δέρρεις? —

μετεώρου καθίεσαν ἀρτῶντες κύκλῳ ἐφεστρίδας τε καὶ νάκη, ὡς ἂν τὰ τοιαῦτα προβλήματα μήτε εὔφλεκτα εἴη καὶ τῇ ἁπαλότητι αὐτῶν κατέχοι τὰ προσπηγνύμενα, οὐκ ἀντικόπτοντα τῇ βίᾳ πληγῆς. (7) Γενομένης δὲ πείρας ἐπὶ τούτοις ἑκατέρωθεν καὶ μάχης κρατερᾶς, ὡς ἄπρακτος ἦν τοῖς Σκύθαις ἡ διατριβή, καὶ οὐδὲ ἓν προὐχώρει εἰς ἐλπίδας, ἀνεχώρουν.

cujusmodi munimenta et inflammatu difficilia essent et mollitie sua vim illisorum infringerent neque repercuterent ea. (7) Post hæc quum utrinque rei periculum facientes pugnassent strenue, Scythæ vero operam et tempus frustra impenderent nec quidquam ex voto iis procederet, soluta obsidione hostes abierunt.

VII.

ΕΚ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΒΙΒΛ. ΚΑ'.

ΑΜΒΡΑΚΙΑΣ ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ.

Ὁ δὲ Μάρκος ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὰς στρατοπεδείας, συνίστατο μεγαλομερῶς τὴν πολιορκίαν, καὶ τρία μὲν ἔργα κατὰ τὸ Πύρρειον προσεποίει διὰ τῶν ἐπιπέδων τόπων, διεστῶτα μὲν ἀπ' ἀλλήλων, παράλληλα δέ· τέταρτον δὲ κατὰ τὸ Ἀσκληπιεῖον, πέμπτον δὲ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. (2) Γινομένης δὲ τῆς προσαγωγῆς ἐνεργοῦς κατὰ πάντας ἅμα τοὺς τόπους, ἐκπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τοῖς ἔνδον τὴν τοῦ μέλλοντος προσδοκίαν. (3) Τῶν δὲ κριῶν τυπτόντων ἐνεργῶς τὰ τείχη, καὶ τῶν δορυδρεπάνων ἀποσυρόντων τὰς ἐπάλξεις, ἐπειρῶντο μὲν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἀντιμηχανᾶσθαι πρὸς ταῦτα, τοῖς μὲν κριοῖς διὰ κεραιῶν ἐνιέντες σηκώματα μολύβδινα καὶ λίθους καὶ στύπη δρύϊνα· (4) τοῖς δὲ δρεπάνοις σιδηρᾶς περιτιθέντες ἀγκύρας, καὶ κατασπῶντες ταῦτα ἔσω τοῦ τείχους, ὥστε, ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν συντριβέντος τοῦ δόρατος, ἐγκρατεῖς γίνεσθαι τῶν δρεπάνων. (5) Τὸ δὲ πλεῖον ἐπεξιόντες ἐμάχοντο γενναίως, ποτὲ μὲν ἐπιτιθέμενοι νύκτωρ τοῖς ἐπι-

VII.

E POLYBII LIBRO XXI.

AMBRACIÆ OBSIDIO.

Marcus (*Fulvius*) postquam castra munimentis firmavit, magnifice instruxit obsidionem, et tria opera adversus Pyrrheum in plano loco admovit, intervallis quidem distantia, sed secundum eandem lineam juxta se invicem directa; quartum e regione Æsculapiei, quintum adversus arcem. (2) Quæ quum magna vi omnibus locis simul admoverentur, trepidantes qui intus erant, dirissima quæque sibi imminentia animis præcipiebant. (3) Jam vero arietibus muros valide quatientibus, et contis falcatis detergentibus pinnas, oppidani, quidquid moliri contra hæc possent tentantes, in arietes tollenonibus libramenta plumbi et saxa stipitesque quernos incutiebant: (4) falces, ancoris ferreis injectis, in interiorem partem muri detrahebant, ita ut contus super pinna præfringeretur, falce ipsi potirentur. (5) Adhæc crebris eruptionibus fortiter pugnabant, et modo noctu in cu-

6. Verba ἀρτῶντες... εὔφλεκτα εἴη, non nominato auctore exhibet Suidas v. Ἐφεστρίδες. Pro μήτε Suidas præbet μή.

VII. Locum Polybii de Ambraciæ obsidione præter Excerpta nostra præbet Hero *De repellenda obsidione* in *Veterum mathematicorum operibus*, 1694 ed. Paris., p. 324 (§ 1—5 nostri fragmenti) et pag. 325 (§ 6 sqq. nostri fragm.): unde in fragmenta Polybii primus intulit Casaubonus, deinde reliqui Polybiani operis editores. Ceterum fefellit eos conjectura tribuentes locum libro vicesimo secundo (XXII, 10, p. 657 ed. Didot.), quum ex diserto codicis nostri testimonio vindicandus sit libro vicesimo primo. Sequentem librum XXII Polybius exorsus esse videtur ab iis quæ de causis belli contra Perseum gesti leguntur in Excerpt. Vatican. (lib. XXII, 22 *a.*, p. 666 ed. Didot). — Ex Polybio totus pendet Livius lib. XXXVIII, 5. — 1. Ὁ δὲ Μάρκος ἀσφαλισάμενος] Hero l. l. Polybiana nostra suis verbis introducit hunc in modum: Αἰτωλοὶ ὑπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ὑπάτου Μάρκου πολιορκούμενοι, τῇ προσβολῇ τῶν μηχανημάτων καὶ τῶν κριῶν γενναίως ἀντιπαρετάξαντο. Οὗτος γὰρ ἀσφαλισάμενος κτλ. Idem omittit verba συνίστ. μεγ. τ. πολ. κ., et προσῆγεν habet pro προσεποίει. Quæ apud Polybium præcesserint, dabit Livius, qui nostrum locum expressit ita: *Consul, jam munimentis, quibus sæpienda urbs erat, jam operibus, quæ admovere muris parabat, perfectis, quinque simul locis mœnia est aggressus. Tria paribus intervallis faciliore aditu a campo adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit; unum e regione Æsculapiei; unum adversus arcem. Arietibus muros quatiebat, asseribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo et ad speciem et ad ictus mœnium cum terribili sonitu editos, pavor ac trepidatio cepit. Deinde, ubi præter spem stare muros viderunt, collectis rursus animis, in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant; falces, ancoris ferreis injectis in interiorem partem muri trahentes asserem, præfringebant: ad hoc eruptionibus et nocturnis in custodias operum, et diurnis in stationes, ultro terrorem inferebant.* — Πύρρειον] sic Schweigh.; Πύρραιον codex et Hero. — Ἀσκληπιεῖον] Ἀσκληπεῖον Hero. — 2. γινομένης] γενομένης codex, γιγνομένης Hero. — ἅμα om. codex; expressit etiam Livius. — γίνεσθαι] γίγνεσθαι Hero. — 3. ἐνεργῶς] ἐναργῶς Hero. — διὰ κεραιῶν κτλ.] διὰ κεραίων ἐνιέντες σηκωμάτων.. ολκαδα.. καὶ λίθους. Τοῖς δὲ δρεπάνοις cod. — 4. κατασπῶντες] *trahentes* Livius, κατασχῶντες codex, κατασχόντες Hero. — ἐγκρ. γίνεσθαι] ἐγκρ γίγνεσθαι Hero — 5. ἐμάχοντο γενναίως] εὐψύχως ἐμάχοντο Hero. — ἐπὶ τῶν ἔργων] ἐ. τ. ἐρίων codex. — προφανῶς ἐγχειροῦντες] προφανῶς, καὶ τριβὴν ἐνεποίουν τῇ πολιορκίᾳ Hero; *terrorem inferebant* Livius, quasi legisset τρόμον vel ταραχὴν ἐνεποίουν τοῖς πολιορκοῦσι. — Usque ad finem segminis 5 primus Heronis locus pertinet. Quæ sequuntur in codice nostro inde a § 6, apud Heronem leguntur p. 525. Apud ipsum vero Polybium post § 5 procul dubio eadem legebantur, quæ Livius

κοιτοῦσιν ἐπὶ τῶν ἔργων, ποτὲ δὲ τοῖς ἐφημερεύουσι μεθ' ἡμέραν προφανῶς ἐγχειροῦντες.

II. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συνεχῶς ἐνεργοῦντες τοῖς κριοῖς, ἀεί τι παρέλυον τῶν τειχῶν· οὐ μὴν ἔς γε τὴν πόλιν ἐδύναντο βιάσασθαι διὰ τῶν πτωμάτων, τῷ καὶ τὴν ἀντοικοδομίαν ὑπὸ τῶν ἔνδον ἐνεργὸν εἶναι καὶ μάχεσθαι γενναίως ἐπὶ τοῦ πίπτοντος μέρους τοὺς Αἰτωλούς. (2) Διόπερ ἀπορούμενοι κατήντησαν ἐπὶ τὸ μεταλλεύειν καὶ χρῆσθαι τοῖς ὀρύγμασιν ὑπὸ γῆς. (3) Ἀσφαλισάμενοι δὲ τὸ μέσον ἔργον τῶν τριῶν τῶν προϋπαρχόντων καὶ σκεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γέῤῥοις, προεβάλοντο στοὰν παράλληλον τῷ τείχει, σχεδὸν ἐπὶ δύο πλέθρα. (4) Καὶ λαβόντες ἀρχὴν ἐκ ταύτης, ὤρυττον ἀδιαπαύστως καὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν ἐκ διαδοχῆς. (5) Ἐφ' ἱκανὰς μὲν οὖν ἡμέρας ἐλάνθανον τοὺς ἔνδον φέροντες ἔξω τὸν χοῦν διὰ τῆς σύριγγος. (6) Ὡς δὲ μέγας ὁ σωρὸς ἐγένετο τῆς ἐκφερομένης γῆς, καὶ σύνοπτος τοῖς ἐκ τῆς πόλεως, οἱ προεστῶτες τῶν πολιορκουμένων ὤρυττον τάφρον ἔσωθεν ἐνεργῶς, παράλληλον τῷ τείχει καὶ τῇ στοᾷ τῇ πρὸ τῶν πύργων. (7) Ἐπειδὴ δὲ βάθος ἔσχεν ἱκανὸν, ἑξῆς ἔθηκαν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου τὸν ἐγγὺς τῷ τείχει χαλκώματα συνεχῆ, λεπτότατα ταῖς κατασκευαῖς, οἷον λεκάνας καὶ ἕτερα ὅμοια τούτοις· (8) καὶ παρὰ ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες, ἠκροῶντο τοῦ ψόφου τῶν ὀρυττόντων ἔξωθεν. (9) Ἐπεὶ δὲ ἐσημειώσαντο τὸν τόπον, καθ' ὃν ἐδήλου τινὰ τῶν χαλκωμάτων διὰ τῆς συμπαθείας (ἀντήχουν γὰρ πρὸς τὸν ἐκτὸς ψόφον), ὤρυττον ἔσωθεν ἐπικαρσίαν πρὸς τῇ ὑπαρχούσῃ ἄλλην κατὰ γῆς τάφρον ὑπὸ τὸ τεῖχος, στοχαζόμενοι τοῦ συμπεσεῖν ἐναντίοι τοῖς πολεμίοις. (10) Ταχὺ δὲ τούτου γενομένου, διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ μόνον ἀφῖχθαι πρὸς τὸ τεῖχος ὑπὸ γῆς, ἀλλὰ καὶ διεστυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους ὑπὸ γῆς ἐφ' ἑκάτερον τὸ μέρος τοῦ μετάλλου συνέπεσον ἀλλήλοις. (11) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐμάχοντο ταῖς σαρίσσαις ὑπὸ γῆν· ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἠδύναντο μέγα ποιεῖν, διὰ τὸ προβάλλεσθαι θυρεοὺς καὶ γέῤῥα πρὸ αὑτῶν ἀμφοτέρους, (12) τὸ τηνικάδε ὑπέθετό τις τοῖς πολιορκουμένοις, πίθον προθεμένους ἁρμοστὸν κατὰ τὸ πλάτος τῷ μετάλλῳ, τρυπῆσαι τὸν πυθμένα, καὶ λειώσαντας αὐλίσκον σιδηροῦν ἴσον τῷ τεύχει, πλῆσαι τὸν πίθον τῷ πτίλῳ λεπτῷ, καὶ πυρὸς παντελῶς μικρὸν ἐμβαλεῖν ὑπ' αὐτὸ τὸ τοῦ πίθου περιστόμιον· (13)

studiis operum, modo interdiu propalam in stationes impressionem facientes.

II. Romani autem quum assidue arietibus murum quaterent, semper quidem aliquid dejiciebant: at in urbem tamen par ruinas penetrare non potuerunt, quia et oppidani intus novum murum objiciebant, et Ætoli ruinis superstantes egregie pugnabant. (2) Unde etiam aperta vi urbem capere desperantes, ad subfodiendos muros se contulerunt. (3) Igitur bene munito medio ex tribus, quæ jam ante erant, opere, et diligenter cratibus tuto, porticum objiciunt directione muro parallelam, ducentorum fere pedum longitudine. (4) Inde incipientes, per vices continuato labore, et nocte et interdiu fodiebant: (5) atque ita terram egerentes ex cuniculo per bene multos dies fefellerunt oppidanos. (6) Ut vero egestæ terræ tumulus increvit, et in conspectum oppidanis venit, præfecti eorum qui obsidebantur impigre fossam intus ducunt, parallelam muro et porticui quæ ante turres erat. (7) Quæ ubi ad justam profunditatem est perducta, ad alterum deinde fossæ latus prope murum apposuerunt vasa continua serie eaque tenuissimæ fabricæ, veluti pelves aliaque similia (8) et, dum præter has pelves per fossam prætereunt, auribus captabant strepitum fodientium. (9) Sic igitur loco illo bene notato, ubi quædam ex vasis per sympathiam quandam et naturæ concentum (resonabant enim illa ad exteriorem sonum) significationem faciebant, intus ex ea fossa, quam fecerant, ex transverso aliam sub terra fossam oderunt subtus murum, ea directione, qua ex adverso occursuros se hostibus conjectabant. (10) Qua fossa celeriter perfecta, quia Romani sub terra non modo ad murum pervenerant, sed jam quoque multam ejus partem sudibus suspenderant ab utraque fossæ parte, invicem congressi sunt. (11) Ac primo quidem sarissis sub terra pugnarunt. Quum vero sic nihil magni momenti efficerent, quoniam utrique clypeos et crates ante se projiciebant, (12) aliquis tandem suggessit obsessis, ut dolio ante se posito, quod amplitudini cuniculi responderet, fundum ejus perforarent, transmitterentque ferream fistulam pari cum dolio longitudine: dolium deinde tenui pluma implerent, et parum ignis sub ipsum dolii os subjicerent; (13) tum ferreo

I. 1. post verba modo adscripta narrat de Nicodami conatu infelici, quorumque partem Græcis Polybii verbis servavit Hero l. l. p. 321. Vide Schweighæuser. ad Polyb. tom. VII, p. 454.

II. Hero pag. 325 ita: (Πολλαὶ γὰρ πόλεις καὶ μετὰ τὴν τῶν τειχῶν καταστροφὴν περιεγένοντο τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ Ἀμβρακία.) Τῶν γὰρ Ῥωμαίων συνεχῶς βιαζομένων τοῖς κριοῖς τὸ τεῖχος, ἀεί τι * · οὐ μὴν εἰς τὴν π. ἐ. παρελθεῖν διὰ τ. πτ., διὰ τὸ τοὺς ἔνδον ἀντοικοδομεῖν καὶ μάχεσθαι κτλ. — 2. Διόπερ κτλ.] Ὅθεν καὶ ἀπελπίσαντες τοῦ διὰ τῆς βίας ἑλεῖν τὴν πόλιν, πρὸς τὸ ὑπορύττειν ὥρμησαν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς μηχανῆς ἀπεκρούσθησαν, στρατηγικώτερον τῶν ἔνδον ἀντιπαραταξαμένων, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει, καὶ αἰσθομένων τὸ τούτων εὕρημα. Ἀσφαλισάμενοι τὸ μέσον κτλ. Hero. *Itaque quum aperta vi parum procederet consuli res, cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere instituit*, Livius XXXVIII, 7. — 3. προϋπαρχόντων] πρ. οἱ Ῥωμαῖοι Hero. — ἐπιμελῶς] ἐ. τὴν σύριγγα codex. — Mox προεβάλλοντο Hero. — 4. ἀδιαπαύστως] διὰ παντὸς codex. — 5. ἱκαν. μὲν οὖν] ἱκ. οὖν Hero. — 6. τῇ στοᾷ τῇ] τῇ στάσει codex. — 7. ἔσχεν] ἔχειν codex. — τὸν ἐγγὺς] (τὸ cod.) τὸν om. Hero. — οἷον... τούτοις] desunt in cod. — 8. ἔξωθεν] ἔσωθεν Hero. — 9. ἀντήχουν... ψόφον] omittit codex. — 10. τοῦ τείχους ὑπὸ γῆς] ὑπὸ γῆς om. Hero. — μετάλλου] ὀρύγματος Hero. — 11. σαρίσαις codex. — δ' οὐδὲν] δὲ οὐδ. codex. — ἀμφοτέρους] ἀμφότεροι codex et Hero. — 12. λειώσαντας] λειώσαντες codex πλειώσαντας, Hero. περαιώσαντας emend. Schweighæuser. — πτίλῳ] πήλῳ codex. — παντελῶς om. Hero. — αὐτὸ τοῦ πίθου τὸ Hero. — 13. σιδηροῦν πῶμα τρημάτων] σιδηρῶν τῶν τρ. cod. — περιθέντας] περιτιθέντας Hero. — μετάλλου, νεῦον' codex; ὀρύγματος νεύοντι Hero

κἄπειτα σιδηροῦν πῶμα τρημάτων πλῆρες τῷ στόματι περιθέντας, ἀσφαλῶς εἰσάγειν διὰ τοῦ μετάλλου νεύοντα τῷ στόματι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους· (14) ὁπότε δὲ ἐγγίσαιεν τοῖς πολεμίοις, περισάξαντας τὰ χείλη τοῦ πίθου πανταχόθεν, τρήματα δύο καταλιπεῖν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, δι' ὧν διωθοῦντες τὰς σαρίσσας, οὐκ ἐάσουσι προσιέναι τῷ πίθῳ τοὺς ὑπεναντίους· (15) μετὰ δὲ ταῦτα λαβόντας ἀσκὸν, οἵῳ οἱ χαλκεῖς χρῶνται, καὶ προσαρμόσαντας πρὸς τὸν αὐλὸν τὸν σιδηροῦν, φυσᾶν ἐνεργῶς τὸ πρὸς τῷ στόματι πῦρ ἐν τοῖς πτίλοις ἐγκείμενον, (16) κατὰ τοσοῦτον ἐπαγομένους ἀεὶ τὸν αὐλὸν ἐκτὸς, καθόσον ἂν ἐκκάηται τὰ πτίλα. (17) Γενομένων δὲ πάντων καθάπερ προείρηται, τό τε πλῆθος τοῦ καπνοῦ συνέβαινε πολὺ γενέσθαι, καὶ τῇ δριμύτητι διαφέρον διὰ τὴν φύσιν τῶν πτίλων, φέρεσθαί τε πᾶν εἰς τὸ τῶν πολεμίων μέταλλον. (18) Ὥστε καὶ λίαν κακοπαθεῖν καὶ δυσχρηστεῖσθαι τοὺς Ῥωμαίους, οὔτε κωλύειν οὔτε ὑπομένειν δυναμένους ἐν τοῖς ὀρύγμασι τὸν καπνόν. (19) Τοιαύτην δὲ λαμβανούσης τριβὴν τῆς πολιορκίας ὁ στρατηγὸς τῶν Αἰτωλῶν πρεσβεύειν ἔγνω πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ῥωμαίων.

operculo, foraminibus pleno, ori imposito, secure per fossam ingererent dolium, ore in hostes obverso : (14) ubi vero hostibus appropinquarent, obturato undique omni spatio circa labia dolii, duo tantum ab utraque parte foramina relinquerent, per quæ porrectis sarissis hostes, ne ad dolium accedere possent, prohiberent : (15) post hæc folle, quali utuntur fabri, ad fistulam ferream adaptato, ignem, qui plumæ prope os dolii subjectus esset, valide sufflarent; (16) fistulam semper in tantum extrorsum retrahentes in quantum pluma exarsisset. (17) Quibus omnibus ita, ut dictum est, compositis, immensus fumus est exortus, supra modum acer atque vehemens propter plumæ naturam; isque omnis in hostilem cuniculum ferebatur. (18) Quo factum ut valde laborarent Romani, quum nec prohibere nec tolerare fumum in cuniculo possent. (19) Sic quum traheretur obsidio Ætolorum, prætor legatos mittere decrevit ad consulem Romanorum.

VIII.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΒΙΒΛ. Θ.

ΠΟΛΙΟΡΚΙΑ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΥΠΟ ΣΚΥΘΩΝ.

Οἱ δὲ Θεσσαλονικέες οὔτε ἐν τῷ τοιούτῳ ἀνδρανέες τινὲς εὑρέθησαν· ἀλλὰ τοῖσι ἑτοίμοισι εὑρισκομένοισι ὁπλισάμενοι συστάντες, τούς τε βιωμένους ἐς στεῖνα ἀπῆρξαν καὶ ἐν τῇ ταραχῇ αὐτῇ τῶν βαρβάρων τινὰς συναρπάζουσι, τὸ δὴ πολλοῖσι τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως ἔξω κειμένοισι πρόφασις τῆς ἀνακομιδῆς· παρεχόμενοι γὰρ οἱ βάρβαροι ὑπὲρ τοῦ κομίσασθαι τοὺς σφετέρους πολλοὺς τῶν εἷλον λαβόντες ἀπέδοσαν. Οὐχ ὅτε ἦσαν φθάντες οἱ βάρβαροι ὥστε τῇ σφετέρῃ στρατιῇ πᾶσαν τὴν πόλιν περιστοιχήσασθαι, [καὶ] οἱ ἀνὰ τὴν πόλιν οὐδὲν ὑπὸ τοῦ ἀπροσδοκήτου ἀμβλυνθέντες, οὐδὲ...

[Λείπει τὰ ἄλλα.]

VIII.

EX EUSEBII HISTORIARUM LIBRO NONO.

THESSALONICE A SCYTHIS OBSESSA.

Neque in hoc ignavos se Thessalonicenses ostenderunt; sed iis qui parati inveniebantur se adjungentes armati pressum hostem in angustias compulerunt, in eoque tumultu barbaros nonnullos corripiunt. Qua quidem re multis civibus, qui hostis in potestate erant, reditum in patriam paraverunt. Barbari enim, ut suos recuperarent, multos captivos reddiderunt. Neque quando barbari exercitu suo universam urbem subito cinxere, res improvisa animos civium fregit, neque * *

(*Desiderantur reliqua.*)

14. ὁπότε κτλ.] ποτὲ δὲ εἴ τις ἂν ἐν τοῖς πολ. codex. — σαρίσσας] σαρίσας, οὐκ ἐάσουσι, supra scripta lit. ω codex. — 15. λ. ἀσκὸν ᾧ] λαβόντες χαλκὸν ᾧ cod.; χ. οἷς Hero, correx. Gronov. — Pro ᾧ et οἷς scripsi οἵῳ. προσαρμόσαντες codex. — φύσαν (sic) ἐν. τῷ πρ. τ. σ. πυρὶ ἐν τ. πτ. ἐγκειμένῳ codex; τῷ.. πυρὶ etiam Hero; mutavit Schweigh. — 16. ἂν om. Hero. Mox ἐκκαίηται τὰ πλάγια codex. — 17. προείρηται] προεῖπον Hero. — διαφέρειν codex. — μέταλλον] ὄρυγμα Hero. — 18. καὶ δυσχρηστεῖσθαι om. Hero. — 31. τοιαύτην... Ῥωμαίων] omisit hæc Hero. Cf. Livius, 38, 8 init.

VIII. Ἐς στεῖνα] ἔσθειν codex. — πρόφασις] πρόβασιν codex. Scribendum puto : τῷ δὴ.. πρόφασιν τῆς ἀν. παρεχόμενοι· οἱ γὰρ βάρβαροι κτλ. — οὐχ] fuerit οὐδὲ vel οὔτε. — καὶ οἱ ἀνὰ] dele καί. Eusebius, quem ionica dialecto scripsisse ex fragmento nostro discimus, historiam composuisse, in qua ab Octaviano exorsus narrationem usque ad mortem Cari (283 p. C.) deduxerit, docet Euagrius Histor. Eccl. V extr. Ceterum hunc Eusebium eundem esse puto cum illo, quem Socrates Hist. Eccl. VI, 6 (et inde Nicephor. Hist. Eccl. XIII, 6) scholasticum, Troili sophistæ sectatorem, carminisque de bello contra Cainam Gothorum regem (sub Decio et sqq. tempp.) gesto auctorem esse dicit. Certe tempora non repugnant, modo statuas eum historias provectiore demum ætate scripsisse, regnante Diocletiano. Verba Socratis l. l. hæc sunt : Εἰ δέ τῳ φίλον ἀκριβῶς μαθεῖν τὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ γεγενημένα, ἐντυγχανέτω τῇ Γαϊνίᾳ τοῦ σχολαστικοῦ Εὐσεβίου, ὃς ἐφοίτα μὲν τηνικαῦτα παρὰ Τρωΐλῳ τῷ σοφιστῇ· αὐτόπτης δὲ τοῦ πολέμου γενόμενος ἐν τέτταρσι βιβλίοις ἡρωικῷ μέτρῳ τὰ γενόμενα διηγήσατο.

